Pārdālīānchēs, παρδαλιανχες, Aconiti genus, ſic dictum quād carnes eo tactæ pantheras necant. Plinius lib. 8. cap. 27: Pantheras perfricta carne aconito (venenum id eſt) Barbari venantur. Occupat illicet fauces earum angor. Quare pardalanches id venenum appellavērē quidam.

Pārdālīōs, παρδαλος, Gemma eſt maculis quibusdam variegata, à pantheras pellis ſimilitudine nomen habens. Plinius lib. 37. cap. 11.

Pārdālīs, παρδαλις, Animal eſt ferum, Syriæ, Africæ que peculiare, quod alio nomine panthera appellatur, pellem habens candidam, brevibus quibusdam macularum oculis variegata, præstantiſſimum spirans odorem, cujuſ ſuavitate feras illeſtas corrigit, laceraſtque. Romani varias, & Africanas, quod ex Africa in ludorum uſum mitterentur. Mares autem toto hoc in genere pardos nominarunt. Vide Plin. lib. 8. cap. 17.

Pārdālīum, pardalii, n. σπαρδαλιον, Dicitur unguentum, quod pardalis odorem reddat. q Habet enim hoc animal pellem in primis odoriferam, cujuſ ſuavitate quadrupedes illeſtas devorat. Plin. lib. 13. cap. 1: Fuerat & pardalium in Tarſo, cujuſ etiam compoſitio & miſtura oblitterata eſt.

Pārdūs, m.f. [ γάρδα uamē, παρδαλις, ö. Germ. Ein Leopard oder Panthertier. Ang. A libard. ] Animal eſt ferum, Africæ & Syriæ familiare, pellem habens odoriferam, brevibus quibusdam macularum oculis diſtinctam. Fœminam in hoc genere pantheram appellant. Plin. lib. 8. cap. 17: Pantheris in candido breves macularum oculi. Ferūt odore earum mirè ſollicitati quadrupedes cunctas. Nunc varias, & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Asia, Syriaq;. Luca-nus lib. 6: Quām per ſumma rapit celestem venabula pardum. Iuven. Saty. 11: - & magno ſublimis pardus hiatu.

Pārēas, παρέας, Serpens, in Syriæ locis reperitur. De veneno ejus require apud Actium Serm. 13. cap. 31. Serpens eſt innoxiuſ, cui caput pro magnitudine ac longitudine corporis parvum, tamen ita buculentum, tantoq; riſu hiat, ut correptum paſſerem, imo columbi pullum degluſiat. Lucanus libro 9: Et contentus iter cauda ſulcare Pareas. Sic legendum cum Iſido-ro, non pharios.

Pārēbāſiſ, παρέβαſis, ut definit Quintilian. lib. 4. cap. 13: Eſt alienæ rei, ſed ad utilitatem cauſæ pertinentis, extra ordinem procurrēs traſtractio. Latinè dici potest Digreſſio, vel excuſus.

Pārētātūs, παρέτατο, Qui de pueritia venit ad pubertatē: à verbo Greco παρέτανω, quod eſt extendō. Lucil. lib. 8: Vnde parectato chlamydes, ac baſibula prima. Idem lib. 10: Tum ephēbum quem vocant parectatum. Nonius.

Pārēlōn, παρέλον, Figura à Grammaticis appellatur, quā ſyllaba, vel etiam integra diſtio, diſtioni alicui in fine adjicitur, ut apud Terentium in principio Andriæ: Adesdum, pro Ades. Latinè dici potest Productio, λέπτη παρέλον, quod eſt producere, vel proferre longius.

Pārēlīă, παρέλια, Latinis virgæ, ab Historicis Soles appellan-tur, Autor Seneca.

Pārēns, hujus parentis, priore corr. com. t. à Pario fit, quo no-mine quanvis propriè pater & mater ſignificantur, apud Iuris-consultos tamen, teste Feſto, etiam avus, & pro avus, aliisque ſuperiores utriusque ſexus, uſque ad tritavos, & tritavias in-telligentur. [ 7] ſolēb. ö. φύρας, ἡ φύρας. Gall. Pere ou mere, Ital. & Hisp. Padre ò madre. Ger. Der Vater oder die Mutter: Item, Ein Vorfahrer. Pol. Rodje, prjodek. Vngar. Zwle. Ang. Parents, father and mother. ] Vltra hos qui non habent certum ac proprium nomen, majores appellantur. Cicero poſt red. in Senatu: Paretes chariſſimos habere debemus, quod ab iis no-bis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita eſt. Virg. 8. Aen. Quem ſubiſſe humeris confeſtū ætate parentem, &c. Idem 2. Aen. Non priuſ aspicies, ubi feſſum ætate parentem Liqueris Anchisem? Ovid. 4. de Pont. Eleg. 7: - nec tu Immeritō nomen.

mite parentis habes. Caius de verb. signif. l. Appellatione, scribit appellatiōne Parentū omnes in infinitum majores utriusque sexus significari. q. Parentū etiam vocabulum ad quoslibet consanguineos extensem invenimus: sed hoc apud eos duntaxat qui jam labente lingua Latinā puritate, minus tērse loquuntur. Galli etiā in sua vernacula lingua hoc obseruant. Lampridius de Alexandro Severo: Amicos & parentes. A' exāder, si malos reperit, aut puniavit, aut si vetus vel amicitia, vel necessitudo non sivit punire, dimisit a se, dicens: His charior est mihi Respūb. Iulius Capitol. de M. Antonio: Adoperatus in aulicam domū, omnibus parentibus suis tantam reverentiam, quantam privatus exhibuit. Plin. lib. 18. cap. 1: Terram omnium parentē dixit: id est, altricem. Et Ovid. i. Metam. Magna parentē terra est. Cic. i. de Orat. Philosophia bonarum artūm omnium procreatrix quādam, & quasi parentē. Idem 2. de F. nib. Quando enim Socrates, qui parentē philosophiā jure dici potest, quicquam tale fecit? idem ad Att. lib. 9: Quād parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimā & sanctissimā parentē, patriam fame necandam putant. Idem 1. de Legib. Eārum rerum parentē est, educatrixque sapientia. q. In arbore etiam parentē dicitur stirps ipsa, vel trunca, unde rami enascuntur. Plin. lib. 12. cap. 5: Rami novam sibi propaginem faciunt circa parentes in orbem. q. Parentē in genitivo plurali pro parentē posuit Horat. 3. Car. Ode 24: Dōs est magna, parentē virtus.

Pārentē f. Confanguinitas, affinitas. [ πάτερ moēdēthē. οὐγέστα. Gall. Parentē. Ital. Parentē. Germ. Verwandtschaft. Hisp. Parentē. sc̄, parentela. Pol. Powin nowac̄two. Vng. Vér Zerens valo atyafuság. Ang. Parentage or auncētērie.] Capital, in Gordian. Duxit (inquit) uxorem filium Misthæi doctissimi viri, quē causā eloquentiā dignum parentela sua judicavit. Apud probatos autores alioqui hoc nomen non invenitur.

Pārentē pro obsequio usus est Imp. in l. i. C. qui pro sua juridict. Quid si quis alienā jurisdictionis causam crediderit delegandā, nec praecepto cognitorem datum, parentē acconmodare censemus. Hotom.

Pārentē. Td. Qui patrem aut matrem occidit. [ πατέρος θάνατος. Gal. Qui a tu pereō mōre. Ital. Chi ha amazato pa-dre o madre. Germ. Ein Tothstleger seines Vaters oder Mütters. Hisp. El que mata a padre o madre. Pol. Morder/swo go rodzięca. Vng. Zwiegyloka. Ang. That killeth father or mother.] Plaut. in Epid. Quia ego tuum patrem faciam parenticidara.

Pārentē, tas, n. p. significat Parentibus justa celebro: [ κατέχειν, ευποίειν, τα νομίζειν την μοίδη. Gall. Faire obsequies, funerailles, services, banquets ou sacrifices aux peres & meres & aux trespasses. Ital. Fare effe-quie, mortori & altri cose diuina. Ger. Der abgestorbenen Eltern oder Altvordenen jarzett oder opferring begehn. Hisp. Hacer sacrificio por faire o madre o otros muertos. Polon. Na pamiatke zmordowanych ofiarcić cymie. Ang. To do things which ar due to father or mother or to the dead, as funeralles, banquets and sacrifices.] licet etiam ad alios transferatur. Plin. lib. 18. cap. 12: Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est prævalens pulmentari cubo, & hibetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob hoc Pythagorica sententia damnata, vel (ut alii tradidere) quoniam mortuorum animæ sunt in ea: qua de causa parentando utique assuratur. Cic. 2. de Legib. Hostia autem maxima parentare, pietati esse adjunctum putabat. Idem 1. Philip. Ut cuius sepulchrum nūquam extet ubi parentetur ei, publicè supplicetur. Ovid. 1. Amor. Eleg. 13: sic Memnonis umbras Annua solenni cæde parentet avis.

Pārentai's, & hoc parentale, adiectivum, om. t. ut umbra parentales. Ovid. 4. Trist. Eleg. 9. Dies parentales, quibus solennes epulæ ad mortuorum sepulchra solent afferri: quæ consuetudo primū ab Aenea creditur manasse, qui solennibus quot annis donis, patris sui manus placabat. Ovid. 2. Fast. Hunc mortem Aeneas, pietatis idoneus autor Attulit in terras juste Latine tuas. Ille patris genio soleonia dona ferebat. Hinc populi ritus edidicere novos. At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deseruerē dies.

Pārentalī'orūm, n. s. Convivia quæ in parentē aut propinquorum funeribus fieri consueverunt. [ κατέχειν, ευποίειν, τα νομίζειν την μοίδη. Gall. sacrifices, obsequies, & autres choses qui enfa-sont aux trespasses. Ital. Consisti nelle effequie de morti. Ger. Maatzeit/ so man auf die Begegnungen der Eltern oder Verfreundeten vorsetzen gehalten hat. Hisp. Sacrificios por los muertos. Polon. Obiad prę-poni; bie rodzięca dania. Vngar. Atyam es rakonim halala kor valo-tor. Ang. Feastes made at a buriall.] Dicta parentalia, teste Hieronymo in Ieremiam, quod hoc officiū genus filii parentibus præstarent. Cicero 1. Philip. An me censetis P. C. quod vos inviti fecuti ellis decretorum fuisse ut parentalia cum supplicationibus intercederent ut?

Pārentēsis. [ παρέδεσ. Ger. Eysah: Da man ein Cyprus oder ein ganz Meynung in eiu Red hineyn setzt wegen besserer verständo. ] Clauula orationis contextui interjecta, qua remota

sensus manet integer: à verbo Græco παρέδεσ, quod est interpono sive interiero. Parenthesis (inquit Valla) est interiectio orationis in itemone, qua remota sermo manet integer. Ea cùm semper venusta est, tum plurimum venustatis habet, quoniam fit per qui, aut is, aut per ut. Subdit deinde exempla cū jusque membris: ut, Si modò culpam tuam fassus esces, pates (qua indulgentia est) omnia tibi ignovisset. Idem illi flagitiis si præsens viuisset parentē, (cuius severitatis est) te membratum discerpissit. Item: Si hanc illi noxam imponere pergis, (ut impudentissimus est) in te cam retorquerit.

Pārēo, parentē, parui, paritum, n. s. unde pariturus participium Videor, appareo. [ παρέω πανταχός. Φαίρεσθαι. Gall. Apparo istre apparo. Ital. Apparire. Ger. Erscheinen/geschen werden. Hisp. Ap-paracer. Polon. Pokazywać. Vng. Meg tétezdm. Ang. To appear and be in sight.] Martial. lib. 12: Festinant trepidi substringere carba naute, Ad portum quoties partit Heimogenes. Virg. 6. Aen. Cui pecudum fibra, celi cui sydera parentē: id est, à quo fibra & sydera cernuntur & peritissimè agnoscuntur: ut interpretatur Servius. q. Hinc fiunt composita, Appareo, idem significans quod simplex Parco: hoc est, video. Virg. Aen 1: Apparent rati nantes in gurgite vasto. Compareo, vide suo loco. Dispareo, à φαίρεσθαι, à conspectu recedo. Transpareo. 2. φαίρεσθαι. Transluceo. q. Interdum parentē est obedire. [ ΥΝΙΩθει-mili. οὐκέτος. Gall. Obéir. Ital. Vbidire. German. Gehorsam/vn gebörig seyn. Hisp. Obedecer. Polon. Posłuszeństwo. Vngar. Euge-dök. Ang. To obey, to be at commandement.] Virgil 1. Aen. Parentē amor dictis charæ genitricis. Iust. lib. 1: Vix patienter uni viro, nedum foemina patitur. Terent. Hecy. Sed ego stultior, meis dictis parentē hanc qui postulem. Cic 7. Phil. Non ut parentē, & dicto audiens esset huic ordini, sed ut conditions ferret, leges imponeret. Idem de Natur. deor. Eorum imperitis Rempubl. amplificatam, qui religionibus paruissent. Virg. 2. Aen. -tu nequa parentē lassa time, neu præceptis parentē re-cusa. q. Promissis parentē, est præstare promissa. Ovid. 5. Faſtor. Parentē promissi, dissimulantque deos. q. Parentē intercessori, est deferre: id est, ut vulgo dicunt nostri Iurisconsulti, parentē cedere. Cic. 3. de Legib. Parentē jubet intercessori, quo nihil præstantius. q. Parentē gulæ, est servire gulæ, sive indulgere. Horat. 2. Serm. Satyr. 7: Nil servile gulæ parentēs habet.

Pāreūr, impersonale. Liv. 9. ab Vrb. Quod postquam consulē nuntiatum est, exemplū tesseram dari jubet, ut prandeat milles, firmatisq; cibo viribus arma capiat; dicto parentēt. Habent autem hæc omnia priorem syllabam productam.

Parere pro apparere, veteres dicebant, itaque scriptum est apud Siculum Flaccum, Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, intercederunt: & limites ipsi id est, rigores, non parentibus lapidibus difficile inveniuntur. Et Frontanus: Ante lovem limites non parebant, qui dividenter agros. Hyginus autem: Antiquæ mensuræ actus in diversum novis limitibus incidit. Nam Terrantum veterum lapides adhuc parentēt, sicut in Campania finibus Minturnensis. Et apud Cic. in oratione pro Roscio Comœdo.

Pārēphippūs, παρέφιππος. Qui præter rationem equestris dilectione equos agit: quasi preposterus, sive imperitus eques, à præpositione παρέ, quæ in compositione frequenter idem significat quod perversè, sive præpostè: & nomine παρέπειος, quod equestrem significat. Virtutur hac voce Imperator in l. Pa-rehippium. C. d. Curs. publ.

Pāergōn. [ πάρεργον. Ang. All thing besyde the principall purpose.] Dicitur quod alicui rei præter propositum additur: ut si pictor imaginem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbustulas, & aviculas, & hujusmodi addiderit. Plin. lib. 35. cap. 10: Protogenes, quem Athenis celebrissimo loco, Minervæ delubro propylæum pingeret, adjectis parvulas naves longas, in his quæ pictores parerga appellant. Sunt etiam (inquit Budæus) parerga corollaria operis locati, quæ fiunt ultra id quod in stipulatione comprehensum est. Nam πάρεργον, est cūs ipsum de quo actum est: Parergon autem, operis appendix, de quo nihil actum erat.

Pārēs, πάρετος, Græca vox est, qua significatur remissio, vel negligentia: corporis & animi defectio, & languor, viriumq; & corporis & animi extenuatio. Budæus in Comment.

Paretōnium, Vide PARÆTONIVM.  
Pāries, paries, pen. corr. m. t. Proprietē est qui in utroq; ædiūm latere domum unam ab altera distinxit: differtq; a muro, quod d. hic proprietē est lapideus urbis ambitus. [ πάρετος χωματή τοιχος. Gall. Paroy, ou mur. Ital. Parete, muro. German. Ein Gießwand. Hisp. Pared. Pol. Sciana. Vngar. Fabo, kbz, füll. Ang. A wall of an house.] Cic. 6. Vert. His autem tabulis templi interiores parietes vestiebantur. Ovid. 4. Metam. Fissus erat tenui rima, quem duxerat olim, Quum fieret paries, domus communis utrique. Plinius lib. 35. cap. 14: Quid non in Africa, Hispaniaq; ex terra parietes, quos appellant formaceos, axiis durant idco trupi imbribus, ventis, ignibus, omniq; et clemente firmiores?

firmiores? q Intra domesticos parietes aliquid fieri dicimus, quum significare volumus aliquid domi nostra fieri. q Intra parietes discepere, vel experiri, est amicis domi, & extra cancellos foreales controveriam componendā permittere. Cic. pro Quintio: Siquid in controveriam veniret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur. q Paries intergerinus quis dicitur, vide in dictione INTER GÉRINVS. q Paries craticius dicitur ab afferibus, qui arresti, transversique in modum cratis texuntur: unde Vitruvius: Arrestarios parietes, & transversarios appellat.

Parietū nā penult. prōd. f. p. Murus vetus, ac semirutus. [ τοῖχος οὐρανοῦ. Gall. Visille paroy ou mur, masure. Ital. Parete o muro vecchio. German. Ein alte baufällige Wand. Hisp. Pared vieja cayda. Polon. Starąszcza. Vng. Rom ladoxot kőfal. Ang. An old wall broken down.] Plin. lib. 22. cap. 17: Astericum herba est nascens in tegulis, parietinisq; folio simili osimo. Idem lib. 26. cap. 8: Nascitur maximè circa vetera monumenta, parietinasque, & inculta itinerum.

Parietārī, z, f. p. Herba à parietibus in quibus nascitur dicta muralis. [ παρετήριος, εἰδίκη. Gall. Paroisse. Ital. Herba che nasce nelle tegole o nel muro. parietaria, vitriuolo. Germ. Kraut/das aus der Mauer wächst. Hisp. Albaracha de río o yesera de vidrio. Pol. Noc y djen. Vng. Pône fu'. Ang. Feuersew.] Plin. lib. 22. cap. 17: appellatur parthenion, & perdicium, quoniam perdes et ve- scantur. Dioscordes Helixen appellat.

Parilia, pariliorum, vide PALILLĀ. Pariis, parile, pen. corr. om. t. Aequalis. [ παρίλιος, nischtavēh, iš. Gall. Parail, oſtal, semblable. Ital. Pari, uguale. Germ. Gleich, iš. gleichförmig. Hisp. Cosa yugual, o cosa paraje. Pol. Rowni. Vng. Igént. Ang. Equall, lyk.] Lucr. libr. 2: Concharumque genus parili ratione videmus Pignore telluris gremium. Ovid. 1. Trist. Eleg. 8: Accipere, & parili reddere voce vale. Idem 8. Metam. Quosq; alias parili fuerat dignatus honore. Ibidem: Sed pia Baucis anus, pariliq; etate Philémon:

Parilitū, f. t. Aequalitas. [ ισότης. Gall. Egalité, paréille condition. Ital. Uguaglianza. Ger. Gleichheit, gleichförmigkeit. Hisp. Ygualdad. Pol. Rowno/s. Vng. Igéntlég. Ang. Equality, lykness.] Gell. lib. 14. cap. 5: Parilitas virtutum inter se consimilium.

Parilitūm sydus, sive Palilitum, iāds, Signum cœlestis, ex septem constans stellis, quas Græci uēdis. Latini Suculas appellarunt. Rationem nominis, vide suprà in dictione PALI- LITIVM.

Pario, is, peperi, partum, vel paritum, parere, act. t. hodie tantū est tertiaz conjugationis, olim eriam quartæ. [ τῇ jaládh, iš. Gall. Enfunder. Ital. Partorire. Germ. Gebären Belg. Bar. Hisp. Parir la muger. Pol. Rodje. Vng. Zwölk ellék. Ang. To bring forth children.] Ennius: Ova parire solet genus pennis condecoratum. Cato de Re rust. cap. 89: Gallinas teneras, quæ primū parierint, concludat. Est autem parere, foetum emittere: quod proprie ad foeminas pertinet. Lucr. lib. 5: sicut nunc foemina quæque, Quum peperit, dulci repletur lacte. Cic. 2. de Orat. Ex quo genere etiam illud est quod Scipio apud Numātiū, quum flomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur: Si quintū pareret mater ejus, asiam fuisse paritaram. Ovid. Metamorph. Quæ voveam duo sunt, minimo ut relevare dolore. Ut que matrem parias, &c. q Accipitur aliquando parere pro generare, ut etiam de viris dicatur: sed hoc rarissimè, idq; apud vetustissimos. Cæcilius: Hic vicinus noster peperisse se filium memorat: id est, genuisse. q Per translationem etiam accipitur Pro Acquirere, & cū magno labore comparare. [ ξενιάσαι, ξεποιᾶσαι. Gall. Acquerrī, acqueser. Ital. Acquistare. Ger. Überkommen. Hisp. Adquirir. Ang. To get or purchase.] Cic. 2. Offic. Maximè autem & gloria paritur, & gratia defensionibus. Colum. lib. 8. cap. 1: Sequitur ut examina desideremus, ea porro vel ère parita, vel gratuita contingunt. Virg. 11. Aen. Ite agit, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriā pepererit suo. q Parere ova dicitur aves, pro ponere, & quod Varr. de Re rust. Facere ova dicit. Plin. lib. 10. cap. 52: Plurima ova pariunt struthio camelii. q Parere verba, est nova fingere. Cic. 3. de Finib. Idq; cùm Græcis, tum magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, impónendaq; nova novis rebus nomina.

Pariō, eris, pen. corr. passiv. [ τῇ jaládh.] Plin. lib. 10. cap. 52: Ova excunt à rotundissima sui parte, dum parluntur.

Pariare, apud Iurisconsultos significat paria facere: hoc est, ita rationes reddere, ut paria expensa sint acceptis. Eiusmodi servum pariatorem appellat Paulus in l. Iulius, de condit. & demost. Pariationē verd Scævola appellat eam scripturam, quæ rationibus redditis satisfactum esse creditor, aut domino appearat. Vide Anton. August. lib. 14. Emendat. cap. 12.

Pariū, a, um, participium à Pario. In lucē editus. [ τῇ jaládh, iš. Gall. Enfant. Ital. Partorito. Ger. Geboren. Hisp. Parido. Pol. Narodzieni. Vng. Zwölbt ellett. Ang. Birth.] Virg. 6. Aeneid. - aliud Latīo jam partus Achilles. Lucr. lib. 5: Et ge- bus omuc quo d est veterino semine partum. q Aliquādo po-

nitur pro laboriosè comparatus, acquisitus. [ παραγένεσις. Gal. Acquis, acquérē. Ital. Acquistato. German. Überkommen. Hisp. Adquirido. Polon. Dostal's. Vngar. Gywyede kerest. Ang. Gotter or purchased.] Apul. Partamque à multo tempore, & multo tempore, & multo labore pecuniam, uno die consumpsit. Terent. in Andr. Nam mihi immortalitas Parata est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cic. de Leg. Agrar. contra Ruuum: Libertas plurimo sudore, & sanguine majorum nostrorum parta, nobisq; tradita. Idem 2. de Orat. Ut ipsum quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur.

Pariū, hujus partus, nomen, m. q. Pro ipso pariendi actu. [ τῇ ledhāh, iš. Gall. Enfanten. Ital. & Hisp. Parto. German. Ein Geburt. Polon. Rodzenie. Vng. Zwöltes elles. Ang. Delivrance of a women with chyld.] Cicero 1. de Nat. deor. Diana adhibetur ad partus, quod si maturescunt aut septem, aut novem lunæ cursibus. Plin. Quod à prægnantibus comanducatum, partum faciliorē facit. Propert. libr. 2. Eleg. 3: Non, non humani sunt partus talia dona. Ita decem menses non peperere bona. Virgil. 1. Aeneid. Marte gravis geminam partu dabit illa prolem. q Per translationem cuam de arboribus dicitur. Plin. lib. 12. cap. 5: Autumno legitur ex æstivo partu. q Aliquando accipitur pro foetu ipso. Martial. lib. 1: Nec jacuit partus, sed matre cadente cucurrit. Plin. lib. 8 cap. 32: Editos partus exercent cursu. Ovid. 6. Metam. Et genitrix facta est, partus enixa gemellos.

Pariō, onis, m. t. Qui peperit, & acquisivit. [ παρέρη konéh, à τῷ φέρει, κακτημάνη. Gall. Acquesteur, qui a acquisite. Ital. Chi acquista. Ger. Ein übercommer. Hisp. Adquiridor. Pol. Ten ktori dostal'. Vngar. Az ki zölt, zerkett. Ang. A purchaser.] Plautus Trucul. Quos quum celamus, sic facimus consicos: Qui nostre atati tempeste tēperant, unde antè parta Demus post partoribus. Pariūrā, z, f. p. est ipse pariendi actu. [ τῇ ledhāh, iš. Gall. Enfanten. Ital. Parto. German. Ein Gebährung. Hisp. Parto. Polon. Rodzenie. Vng. Zwöltes. Ang. Bringing forth of children.] Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 1: Demes, si vis, duas res de mulis, admissuram & paritutram.

Pariō, onis, f. t. Ejusdem apud veteres notionis. Plaut. Trucul. Horresco misera, mentio quoties sit partitionis. Gel. lib. 10. cap. 2: Eumque finem esse, dixit, multi jugæ hominum partitionis. Idem lib. 3. cap. 16: Sed nono mense aut decimo, neq; præter hos alio, partitionem mulieris fieri existimasse.

Pariūdo, dinis, f. t. Pariendi actus, antiquum. Plaut. in Aulul. Propinquia paritudo cui appetit. Pariūrā, is, pen. corr. n. q. Desiderativum à pario. In pariendo laboro, laboro ut pariam. [ τῇ chold. ὁδρω. Gall. Estren travail d'enfant, s'efforcer de produire. Ital. Partorire. Ger. Gen wölten gebären/ in Kindsbänd oder Kindshänden ligz. Hisp. Estar la muger de pario. Pol. Pracjne wporodzeniuchę porodjeniuchę. Vng. Zwelelfre s̄brekedem. Ang. To trauail, to be in labour.] Plin. lib. 20. cap. 21: Vtq; constat parturientes soliis substratis celerius parere. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 9: In cubilibus quū parturient, acus substerendum: quum pepererint, tollere substramen. Cic. 2. Phil. Vnūm aliquando dolor pop. Romani pariat, quod jam diu parturit.

Parippī, Canes Atheniensium sic dicti, quasi qui equis cursu equari contendenter.

Paristmīā, Partes quædam in corpore appellantur à Medicis circum fauces, quæ Latinè Tonsillæ dicuntur.

Pariūrē, adverbium. Ex æquo, æquabiliter. [ τῇ jachádb, iš. Gal. Parcelllement, semblablement. Ital. Parimente, ugualmente. Ger. Gügleich, gleichlich. Belg. Zesamen. Hisp. Ygual y semejamente. Pol. Rowno. Vng. Egész keppen. Ang. Equalise, alik.] Nævius: Ut pariter dispartiantur bona patris. q Aliquando co- venienter. eikēws. Titin. Nætu istam ædepol inedia extulisti pariter ut dignum fuit. q Aliquando similiter. opgīws. Plaut. in Aulul. Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat filium pariter moratum ut pater atque ayus ejus fuit. q Est & adverbium congregandi, significans unā, simul. Cic. 1. Tuscul. Pariter cum vi- ta sensu amittitur.

Pariūrā, Paritudo, Vide PARTVS.

Parmā, parma, f. p. Breve scutum rotundum, quo milites ute- bantur. [ πάρμα, iſmāh, nāqun, Suidæ. Gall. Targe, rondelle, bon- clier. Ital. Targa, brochiero. German. Ein ronder Schilt der Römer ein Rondel. Hisp. El broquel. Pol. Rodella, puklien. Vng. Tatar pás, kerekdeg pás. Ang. A buckler which men of warre useth.] dictu quod à medio in omnes partes esset par, ut inquit Varr. Virgil lib. 11: Ense levius nudo, parmaque in glorius alba. Hoc scutum Græci, auctore Plinio, vocant peltam, πέλτη. Livius 8. ab Urbe: Quem cuspidē parmaque innixum, attollentem se à gravi casu Manlius à jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit.

Parmātūs, a, um, Parma testus. [ ἡ έν πλατφίρε, άστιλφίρε. Gall. Garu ou armé de rondelle. Ital. Armado di rondella. Ger. Wie-

Yy 2 einer

einer Rondell geschützt oder bewaffnet. Hisp. *Armado de broquel*. Pol. *Rodella albo pasega tárcea okrity*. Vng. *Pájós*. Ang. *Armed with a buckler.* ] Liv. 4. ab Vrb. Dat signum Volscis Imperator, ut paratis novae cohorti hostium locus detur.

Pármula, *parmulae*, pen. cor. Diminutivum. [ τὸ παρμίγονος, τὸ παρμίδος. Gall. *Petite rondelle*. Ital. *Picciola rondella*. Germ. *Eine kleines runde Schüttel der Riegelstechen*. Hisp. *Pequeno broquel*. Pol. *Rodelka*. Vngar. *Tatás pájóska*. Ang. *A little buckler or tergate.*] Horat. 2. Carm. Ode 7: *Tecum Philippus & celerem fugam Seosí relicta non bene parmula.*

Pármularius, *parmularii*, m. f. Gladiator, qui parmula utebatur, quique parmulas facit & vendit. [ παρμάσις. Gall. *Vn rondelle*. Ital. *Maestro de rondelle*. German. *Der solchernde Schilt zu dem Streit braucht oder macht*. Hisp. *El que usa mucho del broquel*. Pol. *Paszynik, tenitori tarçji propria*. Vngar. *Pájós*. Ang. *That useth a buckler.*] Quintil. lib. 2. cap. 11: *Alius percontanti, Theodorus, an Apollo doreus esset: Ego (inquit) parmularius sum. Vbi interpres. Parmularius dicitur parmarum: hoc est, scutorum faber. Porro gladiatores parmularii etiam Thraces appellabantur, eò quod ejus regionis homines præcipue parmulis utebantur. Festus: Thraces (inquit) gladiatores, à similitudine parmularum Thraciarum vocati.*

Parmularius. Vide P A R M A.

Parnacidēs, *Vestes* appellabantur puellares. Varro de liber. educ. Ut puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, et combomata, & parnacidas quam togas. Nonius.

Páro, ras, act. p. Instruo, apparo, præparo. [ παρέβεχιν παρατίθεμεν. Gal. *Appareiller, apprester*. Ital. *Apparecchiare, metter à ordine*. Ger. *Kästen/bereiten*. Belg. *Verteiden*. Hisp. *Apparejar*. Polon. *Narządzam, gotuie*. Vng. *Tímalok*. Ang. *To prepare, to make ready*] Plaut. in And. Revertor postquam quæ opus fuere ad nuptias Gnatae, paravi. Cesar s. bell. Gal. Nervios Ad-vaticosq; bellū Romanis parare. Ita paratum est, inquit Plaut. in Pœnulo: id est, ita liberata est, q. Significat aliquando id est quod comparo, acquirō, ut mox, inveni. Terent. in Evnuch. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Curtius: Quid tibi divitis opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietae parasti famem, ut quod plura haberet, acrius quam si non haberet cuperes. q. Hujus composita sunt, Apparo, Com-paro, Reparo, Separo, Disparo, quod est Separo, Acquiparo, Preparo: quæ habent penultimam correptam.

Páratūs, particip. aut nomen ex particípio. [ **DIM** muchán. **mu-** exordiātēs, **mu**gōnōdō, **mu**gōia. Gal. *Appareil*. Ital. *Aparecchio*. Germ. *Apparechito, presto*. German. *Bereitst/bereitet*. Hisp. *Aparado*. Polon. *Przygotowan*. Vngar. *Kész, megfizálta*. Ang. *Readie or made readie*] Tereat. in Andr. Omnia parata jam sunt in tuis. Ibidem: Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum, Amicum, amatorem, virum, quovis in loco paratum. Vbi Donatus: Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo esse possunt. Cic. 2. de Leg. Fuit enim hic vir, ut scitis, nō solum eruditissimus: sed etiam civis è Republica maximè, tuendæq; civitatis paratissimus. Paratissimo animo sustinere. Hirtius 8. bell. Gal. Iungitur aliquando infinitivo. Cæs. 9. bell. Civil. Paratus omnia perpeti. Aliquando accusativo cum prepositione ad. Cic. ad Torarium lib. 6: Paratus ad omnem eventum. Aliquando dativo. Qujatil. lib. 8. cap. 3: Idem certamini paratior.

Páratūs, us, substantivum, m. q. Apparatus. [ **מַחְשָׁבָה** mathshō-neth, **מַעֲבָדָה**, **מַעֲבָדָה**. Gal. *Appareil*. Ital. *Aparecchio*. Germ. *Rüstung/bereitung*. Hisp. *Aparejo*. Polon. *Narządzenie, przygotowanie*. Vn. *Készlet*. Ang. *A making readie*] Quint. lib. 10. cap. 1: Copiosus verborum sit paratus: id est, apparatus. Tacit. lib. 13: Proviso ante funebri paratu, qui modicus erat. Opus impar vestris paribus. Ovid. 3. de Ponto, Eleg. 4.

Páratūm, in neutro genere. Terent. in Evnuch. Parati nihil est. Párate, adverbium, Prompte, & expedite. [ **μεγάλως**. Gall. *Avec appareil*. Ital. *Prontamente, apparecchiamente*. Ger. *Mit bereitung/bereitsamkeit*. Hisp. *Con apparejo*. Pol. *Gotowa*. Vng. *Kézen*. Ang. *Readie*.] Plautus in Epid. Ut paratè cam præmeditatum meis dolis, astutissime Onustum mitram. Cicero de Claris Orat. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam paratè. Id est. Offic. Dicimareq; paratus de honore, & gloria, quam de cæteris commodis. Paratissimè respondit: hoc est, promptissimè. Plin. Epist. 9. lib. 3.

Párito, tas, frequent. Plaut. in Merc. Quid tu aīs? quid cùm illuc, quò nunc ire paritas, veneris.

Páribili's, le, om. t. Quod in promptu est, & citò haberi potest. [ **πρότερος, οπήρας**. **primo**, **primo**. Gall. *Qui se pent apprestar, ou acquérir*. Ital. *Che si può acquistare, che si può apparecchiare*. Ger. *Das wot zu überkommen ist*. Hisp. *Cosa que se puede aparejar*. Pol. *Latwo do dostania*. Vngar. *Können erreichen*. Ang. *That is in readineſſ, or that is readie, or easilie gotten*.] Seneca: Ad manum est, & parabile, quod sat est: qui ad naturam vivit, nunquam est pauper. Cic. 1.

de Finib. Ipsa natura divitias, quibus contenta est, & parables, & terminatas habet. Horat. 1. Serm. Satyr. 2: Non ego, namque parabilem amo venerem, facilemque. Curt. lib. 6: Tenaces quippe disciplinae suæ, solitosque parco ac parabili vieti ad implenda naturæ desideria defungi, in peregrina, & evictarum gentium mala impulerat.

Párochus, chi, pen. corr. m. f. παρόχος. Qui & Xenoparochus, teste Budæo, **παρόχος**: hoc est, à præbendo dicitur. [Ger. Der einen mit aller nothrit auf einer Fahrt versicht/ freyhält und fasst ihn begeht. Pol. *Pararz*. Ang. *A neighbour or parishioner*.] Erant enim Parochi, qui legatis publicè Româ missis, cæterisq; alij cius dignitatis hospitibus, salem & ligna præbebant: ut annotavit Acron in illud Horatii ex lib. 1. Serm. Satyr. 5: Tum parochi, quæ debent ligna, salemq; Hi Latino verbo Copiarii disti sunt, teste Porphyrione, quod omnium rerū necessariarum copiam, regum, populorumq; Legatis suppeditabant. Nam quavis Horatius salis tantum & lignorū meminerit, eorum tamen appellatione videtur esse complexus quæcūq; sunt hospitibus necessaria. In hac significatione hoc nomine usus est Cic. lib. 13. Epist. ad Atticum: Ariobarzani filius Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere à Caesar. Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo nō habet. Omnidem cum Sestius noster parochis publicis occupavit: quod quidē facilè patior: veruntamen quod mihi summo beneficio meo magna cū fratribus illius necessitudo est, invito cum per literas ut apud me diversetur. Horat. lib. 2. Serm. Sat. 8: Parochum videtur posuisse pro convivatore: - vertere pallor Tum parochi facie, nil sic metuentis, ut acres Potores. q. Sunt qui Parochon etiam accipi pertent pro auspice nuptiarum, seu paronympho: ejus originē referentes ad verbum παρόχος, eò quod in curru nuptiali unà cum sposo & sponsa ucheretur. Nam ut Pausanias scribit in Græcia moris fuit ut in curru nuptiali tres tantū federent, sponsa media, cuius alterū latus clau debat sponsus, alterū quem vocabant παρόχος, vel qui amicitia vel sanguine esset conjunctissimus, vel cui ob dignitatem plurimū deferrent. Hæc Cælius. Sunt qui Parochias (ait Budæus) appellatas inde censem, quibus singuli sacerdotess sacra administrant. Ego vero, (inquit Budæus) non parochias primū, sed Parocrias, appellatas esse ceasico, quasi vicinias.

Parodontides, *παροδοντῖς*, sive Parulides, *παρουλῖς*, Tubercula juxta gingivas, quum caro in gingiva excrevit. Vide Celsum lib. 6. cap. 13.

Párcœciā, *παροκτία*, cum ex diphthongo, Accolarum conuentus, sacraq; vicinia, **παροκτῖαι**: hoc est, ab accolendo, vel juxta habitando. [ Pol. *Iednei fari chodzaci sic*. Ang. *A parish*.] August. lib. 14. de Civit. Presbyter fuit quidā nomine Restitutus in paroccia Calamensis ecclesiaz. Parœci dicuntur ipsi accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicuntur sunt, ejusdem scilicet fani cōsortes. Quod si Latinè loqui magis placet, Latinè scientibus Curiae dici possunt: unde curioses olim dicit, & παροκτία ipsi cutiales. Ex Budæo.

Párcemīā, c. [ *παρομία*. Ger. *Ein gemein Sprichwort*.] Definitore Donato, est accommodatum rebus, temporibusq; proverbium. Diomedes sic definir. Parcemia, inquit, est proverbii vulgaris usuratio, rebus, temporibusque accommodata. Vide Erasmus in principio Adagiorum.

Páromœōn, *παρομοιος*, Et similitudo verborum in oratione: quemadmodum Paronomasia nominum dicitur similitudo: ut si dixeris aliquem arare, non orare, est paromœon: si verò non Oratorem esse dixeris, sed aratorem, paronomasia est. q. Alii Paromœon interpretantur vitium orationis, quum ab iisdem literis diversa verba sumuntur: cujusmodi est illud: O Tite tute Tati tibi tanta tyraane tulisti.

Páromölgia, *παρομηλγία*, Dici potest confessio: figura: quiq; aliquot res concedimus adversario: deinde inferimus aliquid quod aut majus sit quam superiora, aut etiam omnia, quæ posuimus, infirmet. Exemplum esse potest illud Ciceronis pro L. Flacco: Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorū: tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, non a dimo sermonis leporem, ingeniorū acumen, dicendi copiam: denique etiam, siqua alia libi sumunt, non repugno: testimonio: religionem, & fidē nunquā ista natio coluit: totiusq; hujuscerei quæ sit vis, quæ autoritas, quod pondus ignorant.

Páron, onis. [ *πάρων*. Ger. Ein etern Raubſchifflein oder Gasteen.] Navigii genus à Paris primū excoigitatum, ut rescit Aristophanis interpres. Vnde & Myoparones quidam appellates putant, quod genus navigii piratici esse creditur, medium autem habet formam eatum navium quæ in Myunte & Paro insulis fieri solent. Vide Bayfium de re navalii.

Pároniōmāsiā, *παρομηλγία*, Latinè agnominatio, quum aliquod nomen ab alio voce quidem simili, verum significacione diversissimo perimitur. Terentius in Andr. Nam inceptio est amentium, haud amantium. Quando autem hoc non ex nominati, sed verborum similitudine contingit, Paromœon

romœon à quibusdam appellatur. Vide suprâ.

**Pâronychiæ**, *g. pen. corr. f. p. vel Paronychium, paronychii, n.s.* Abscessus circa radices unguium, reduvia. [ *μαρωνίζει*. Gall. *Apostome qui vient à la racine des ongles*. Ital. *Panaricchio*. German. *Der Fingerwurm so zu rings um den Nagel frisst das er mit schmerzē abgibt aus*. Hisp. *Panarizo è vnero*. Pol. *Zanokerka*. Vngar. *Körömörög*. Ang. *A felon or in postulation that cometh under the roots of the nayles*. ] Plin.lib.23.cap.3: *Gingivarum inflationibus paronychiai, sordidisq; ulceribus, & putrescentibus.* q Dicte paronychia a *μαρωνίζει* ad, & *μαρωνίζει* unguem, quia ad unguem. q Est item paronychia frutex quidam in petris nascentes, poplo similis, brevior tamen stipite, & foliis majoribus. Nomen habet à re ipsa, propterea quod paronychiai medeas. Autor Diosc.lib.4.

**Pâronymon**, *μαρωνίζει*. Nomē ab alio derivatum: Grammatici vocant Denominativum.

**Pâropsis**, *f. t. Vas escarium à rotunditate sic dictū*. [ *μαρωνίσις*. Gall. *Plas on es melle*. Ital. *Piatto d'escudella*. Ger. *Ein runde Platten/essstäbli*. Hisp. *El plato grande para el manjar*. Pol. *Missa/sero*. Vng. *Tal*. Ang. *A dish or poter*.] Martial.lib.11: *Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecem*. Suet. in Cal. cap.12: *Ordinario quidem dispensatori breviarium rationum offerenti, paropside leguminis pro sedulitate ac diligentia portexisse.* q Pollux libro 10, tradit etiam juris quoddam genus esse, vel mazzæ, vel opsonii vilis, quod suo tempore *μαρωνίζει* dicebatur.

**Pârotis**, *tidi*, *Apostema ad aures*. [ *μαρωνίς*. Gall. *Apostème en-tour ou derrière les oreilles*. Ital. *Apostema dietro le orecchie*. Germ. *Etwas unter oder geschwârt sich hinter den Ohren wachst*. Hisp. *Hinchazón tra las orejas*. Vng. *Fuel id miryás, fuel meg kelt*. Ang. *A felon or apostème behind the ears*.] Cels.lib.6.cap.16: *Sub ipsis vero auribus ori parotides solent, modò in secunda valetudine ibi inflammatione orta: modò post lôgas febres, illuc impetu morbi converso: id abscessus genus est.* q Dicuntur etiam parotides (inquit idem Cels.) arteriae duæ dextra sinistraq; juxta guttur, quæ sursum procedentes ultra aures feruntur. q Quin & ipsis aurium cincinati, apud Iul. Pollucem vocantur parotides. Idemque pars his subjectæ, quæ à fancibus ad malas pertinet. Græci enim *μαρωνίζει* ad, *μαρωνίζει* aureis dicit. Solent etiam juxta dentes in gängivis oriri dolores, quos Græci *μαρωνίδas* appellant. Plin.lib.20.cap.1: *Parotidas & panos sanat*.

**Pâroxysmūs**, *m. f.* *μαρωνίζει*, Stimulatio, concitatio, exacerbatio, *μαρωνίζει*, enim est incitare. [Pol. *Ogra/ikajma*. Ang. *A fitte, or course of fever or other disease*.] Hoc etiam nomine Græci appellant Accessum febris: hoc est, exasperationem, quæ statim temporibus fieri consuevit.

**Pârrâ**, Genus avis inauspicatae. Horat.3.lib.Carm. Impios parre recintatis omen Ducat, & prægnans canis, aut ab agro Rava decurrenti lupi Lanuvino. Plin.lib.18 & 19: *Avem parrâ oriente Sirio, ipso die non apparere donec occidat.* q Est etiam parra avicula, alias pardalus vocata, quæ magna ex parte gregatum volat, coloris tota cinerei, minor turdo. Plin.li.18.c.29.

**Pârricidâ**, *g. pen. prod. com. p.* [ *μαρωτή*, *μαρωδias*. Gall. *Parricide, qui a tué son Père ou sa Mère, ou autre parent*. Ital. *Parricida*. Ger. *Ein Vatter mordet/der sein Vatter oder Mutter ermordet*. Hisp. *El que mata su padre o madre*. Pol. *Morder oich: swego*. Vng. *Zweleis gûkosa*. Ang. *Tha killeth father or mother*.] A patre deducitur, t in communato. Alii volunt parricidam per syncopam dici, quasi parenticidam à nomine parentis. Propriè enim parricida dicitur parentum intersector, aut qui patræ (quæ parentis loco pè sancte, est hominibus colenda) excidium aut vim attulerit. Cic pro Rose. Amer. Insui in culeum parricidas vivos, atq; ita in flumen dejici voluerunt. Idem in Paradox. Patræ vita privare, si per se scelus est, Saguntini qui parētes suis liberos emori, quam servos vivere maluerunt, parricidæ fuerunt. Idem in Catil. Ceteræ verendum mihi non erat, nequid hoc parricida civium interfacto invidiæ mihi in posteritatē redundaret. Horat.3.Carm.Ode 29: -*Teleponi juga parricidæ*. Postea tamen lege Pompeia cauū est, ut si parricidii teneatur, non solum qui patræ & matræ interficerit, sed qui fratræ, sororæ, patruem, filium, filiam, nepotem, nurum, aliosq; propinquos occiderit. q Surpatur interdū pro quovis, qui hominius cædē faciat, sive ille propinquus sive alienus sit. Vnde extat lex Numæ Pôpili: *Si quis liberum hominem morti sciens duit, parricida esto*.

**Pârricidium**, *cidiu*, *n. f.* Parentis vel cognati cædes: [ *μαρωτηνία*. Gall. *Parricide, meurtre ou homicide de pere ou mere, ou autre parent*. Ital. *Parricidio*. Germ. *Ermordung des Vatters oder Mütters*. Hisp. *Matanca de padre o madre*. Pol. *Mord nad rodicem*. Vngar. *Zwelesek meg ölese*. Ang. *A killing of parents*.] quāvis etiam pro eo accipiatur qui impiu aliquod nefas in patriæ perniciem sit macinatus. Cicer. lib.3.Offic. Potest enim, di immortales, cuiquam esse utile fecissimum & deterrimum parricidium patræ, quanvis is, qui se eo obstrinxerit, ac oppressis civibus parentis nominetur: idem 3.de Nat.deor. Sibi salutem ut familiari pareret parricidio. Idem pro Cluei. In ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermissum videtur. Melius Patricidium. Parrhisii, Vide PARISII.

Pars, hujus partis, à pari, f.t. Quidam partes simul junctæ, pares: id est, & quales sint toti. [ *πληθεκ. μερος, μερισμ*. Gall. Part, portion, partie. Ital. Parte. Ger. Eintheil. Belg. Een deel. Hisp. La parte de algun todo entero. Pol. Częstka. Vng. Réz, darab. Ang. A part or portion. ] Alii malunt partem dictam ab adverbio parum, qd quod pars sit quid parum, si quis totum respiciat. Dicuntur vero partes, in quas dividitur totum. Plaut. in Rud. Evidem neq; ergo partem posco mihi istinc de istoc vidulo. q Pars magna, idem quod bona pars: id est, multi: sic pars majoris id est, plures: & pars maxima, plurimi. Cic. i. Offic. Quæque majori parti pulcherrima videntur, &c. Terent. in Prolog. Heavt. Ni partem maximam existimarem scire vestrum, &c. Plaut. in Most. Magna pars morem huac sibi induxerit, &c. q Pars multa idem quod pleriq; Horat. 2. Seim. Satyr. 7: Pars multa natat non recta capellens. q Magna ex parte, pro plerisque. Plin.lib.8.cap.54: Itaq; magna ex parte complectendo necant. Alias significat ut tonat. Quintil. libr. 10. cap.1: Ex magna parte Ciceronem, quantum est, fecit. q Ex parte, & in parte aliquando pro partim usurpantur. Quintil.lib.6.cap.4: Pisces ex parte adulii, & versati. Idem lib. 5.cap.7: Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. q Partes aliquas tenere, est per illam regionem iter habere. Cic. ad Att.lib.3: Sine te autem non nobis illas partes tenendas propter Antonium. q Ponitur interdum Pars pro factione: sed hoc ferè in plurali numero. Cicero. pro Quintio: Erat (inquit) illarum partium. Idem 13. Philip. Tenuerunt partes Cæsaris. q Pro sua quiske parte id est, pro virili. q Parte ablative, ponitur aliquando pro partim. Plautus in Rud. Sed id si parte curavi, ut caverem &c. Interdum geminatur. Plin.lib.37.cap.11: Melichloron est geminus, parte flavus, parte melleus. q Duabus partibus alicujus rei amplius habere, idem est quod duplo plus. Cicero 5.Ver. Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quam populo Romano misisse? Sic, Multis partibus plures, pro multis plures. Cæl. Cicero. libro 8. Epist. Famil. Turpe tibi erit, Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures. q Pars aliquando pro initio. Celsus: Parsque sanitatis est vomitum esse suppressum. Virgil. 7. Aeneid. Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. q Ponitur quandoque pro partim. Suetonius: Milites pars victoriae fiducia, pars ignominiae dolore, ad omnem lætitiam, audaciamque processerunt. Budæus. q Aliquando ponitur pro uxore. Plaut. in Menach. Satur nunc loquitur de me, & de parte mea. q Dicimus pulchræ. Partes alicujus agere, pro fungi alicujus munere & officio. Similiter, Partes alicujus suscipere. q Prioris partes alicui tribuere, est cum pluris facere, & magis laudare. Prioris partes habere apud aliquem, est plus apud illum posse, & plus autoritatis apud aliquem obtinere. q Dicimus etiam, Facere partes: id est, torum in partes dividere. Cic. 2. de Orat. Quis Antonio permisit ut & partes faceret, &c. q Audire utramque partem in litibus, est reo defensionis, ut accusatori actionis copiam facere. q Pars diversa, vel adversa, idem quod adversarius. Quint.lib.4.cap.1: Partis adversæ patronus. Idem lib. 5. cap.5: A patronis diversæ partis inducuntur in laqueum. q Partes primas agere, dicitur in Comœdiis, qui sæpius prodit in scenam. Asconius Pædiarus: Primarum partium actores saepius in scenam progrediebantur: secundarum, qui minus, minusque. Porphyrio in Horatium autor est, primarum partium actorem omnia clarius, secundarum omnia submissius agere consuevit. q Quandoque, etiam in plurali numero Partes pro officio ponit consuetum est: ut Meæ partes sunt, & mearum partium est: hoc est, meum officium est. Cic. 6 Ver. Non sunt meæ partes id facere. Vnde etiam, Alicujus partes desiderare, est ejus diligenter postulare. Cic. ad Att.lib.7: Si erit bellum, meæ partes non desiderabuntur. q Hinc fit compositum Expressus, *εποιει*, quod est, sine parte.

Pars, Multis partibus plures, pro multo plures, veteres dicebant. Cic.lib.1.Epist. Fam. Perspiciebant, iugis, multis partibus plures in Hortensi sententiam ituros: & lib.3.de Finib. Multis partibus malit: dixit, pro multo malint. Idem M. Cælius in Epist. ad Cicer. Turpe tibi erit, Patiscum. Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures: etiam apud Cæarem in commentariis illa novimus: Quoniam numero multis partibus esset inferior. Sueton. quoque non malus Latinitatis autor, in Iulii vita eodem loquendi modo usus est. Ex Pauli Martii scholiis in Epist. Fam.

**Pârcula**, *æ, diminut. f. p.* Parva pars. [ *μερος*. Gall. Parcelle, petite partie. Ital. Particella. Ger. Ein klein theil/stück. Hisp. Partezolla. Pol. Częstka, stuczka. Vng. Darabotka, rezkeske. Ang. A little part or portion. ] Cic. 3.Ver. Hinc illæ extraordinariorum pecuniarum, quas nullo duce, tamen aliqua ex particula investigamus, redundarunt. Idem 2.de Nat.deor. Ipsæ autem homo oīrus est ad mundum contemplandum, & mirandū, nullo modo perfectus, sed

particula quedam perfecti. Quint. lib. 4. cap. 5: Deinde quatuor fecerunt mille particulas, in eandem incident obscuritatem. Particulatum adverbium. Membratim, nominatim, per particulas. [μεραρχη. Gall. Par partes, par parcelles, par le menu. Ital. Per parti, parte à parte. Ger. Theihafftig seyn / oder theuhafftig machen. Hisp. De parte à parte. Polon. Po częścię. Vngar. Darabankent, repenkent. Ang. Particularlie, by ouerie part and member.] Autor ad Heren. lib. 1: Si summatio, non particulatum narrabimus. Col. lib. 7. cap. 5: Nam particulatum facilius quam universus convalevit. Lucr. lib. 3: Lumina qui linquunt moribundi particulatum.

Participes, hujus participis, omn. gen. Qui partem capit. [μιν-  
χη, κοινωνία. Gall. Participant, qui a parte. Ital. Partecipa. Germ. Theihafftig. Belg. Deelachtig. Hisp. Particionero de parte. Polon. Uczestek. Vng Resz. Ang. A partaker or cōparcioner, a complice.] Terent. in Heavt. Nisi ubi illi huic salvos redierit meus participes. Participes facere aliquę rei alicujus, est ei communicare de rei partem tribuere. Plaut. in Epid. Gratiam habeo, fac participes nos. Terent. in Heavt. Cujus maximē te fieri participem cupis. q. Particeps consili, Cæl. 3. bel. Civil. Quos sui consilii participes habebant. q. Particeps in periculis. Curtius libr. 6: Quid fuisset illi in periculis participes.

Participio, act. p. Partem tribuo aut capio: sive participem facio, aut particeps fio. [μεταλλαγή, μεταλλάσσει, μεταχέω. Gall. Participer, estre participant. Ital. Participare. German. Theihafftig seyn / oder theuhafftig machen. Belg. Deelachtig zyn. Hisp. Participar en parte. Pol. Iestem vejsfærtien, item, vdpeliam. Vng Reszefelék, részeſtezem. Ang. To gue or tak part.] Quum significat participem fieri, jungitur accusativo tantum. Gel. lib. 15. cap. 2: Si forte ad participandas ejusmodi volupates aut voluntas tulerit, aut casus induxerit. Cic. 2. Tuscul. ex poëta: Qui alteri exitium parat, Eum scire oportet sibi paratum, peitem ut participet parem. q. Quum significat participem facere, jungitur interdum genitivo cum accusativo. Plaut. in Cistel. Paternum servum sui participat consili: id est, facit participem, vel servo consilium communicat. Interdum ablative cum accusativo. Plaut. in Mil. Nam non poruit quin suo sermone aliquem familiariū participaverit de heri amica. Interdum accusativo & ablative cum præpositione Cum. Liv. 3. ab Vrb. Suas laudes participare cum Cæsone, memorare pugnas, &c.

Participium, pii, n.s. [Ger. Einz auf den theyen der reden.] Pars orationis apud Grammaticos, ita dicta, quod partē capiat nominis & verbī. μεταχέω. Hinc ab iisdem participia, μεταχέω nomina dicta. Gerundia, que licet nō sint participia, similiter tamē participiis sunt. Nam quā à verbis derivē ut more participiorum, habent etiam casus aliquot, quanvis non omnes, quos habent participia: nisi generaliter accipias gerundium, ut etiā complectaris nomen gerundium: quemadmodū accipit Valla. Sic enim non modo casus habebunt quā sint mera nomina, verum etiā genera & numeros: sed admittunt regimen sui verbī. Gerundia enim propriè dicta habet post se cundē casum, quem habent verba à quibus descendunt. Gerundiva autem nullum omnino habent casum: suntq; voce omnino similia participiis futuri temporis. Differunt tamen significacione, quod Gerundiva, sive (ut Valla loquitur) gerundia, rei administrationē significant sine tempore: ut tenet me occupatio juris dicens. Quo in loco DICEN DI gerundium est, nec tempus significat futurū, sed rei administrationē in jure dicendo. Illa vero tempus sine rei administrationē: ut Tenet me cura dotis numerandæ, participiū est futuri temporis significativum sine rei administrationē. Præterea gerundia duplē significacionē habent, participia unam tantum. Sed sciendū quod gerundia quā sociata sunt substantivis, passive accipiuntur: disjuncta vero modō activē, modō passivē: sed passivē quā sine præpositione, & sine genere in ablative, & quasi absolutorē ponuntur. Quintil. Sed memoria excolendo, sicut omnia alia, augetur: id est, dum excolitur. Virg. - alitur vitium, crescitq; tegendo. Idē: - agravescitq; medendo, & uritq; videndo. Fœmina: hoc est, quum legitur vitium, quā curatur æger, quā videtur fœmina. Salustius etiam gerundium accusativi casus passivē posuit: Paucus (inquit) supra repetam, quo ad cognoscendū omnia illustria magis magisque in aperto sint: id est, ut cognoscantur. Junguntur & gerundia cuius plurali numero, singulari voce. Plin. Quum illorum videndi gratia me in forum contulisse. Partim, adverb. Ex parte, pro parte. [τοῦτο μικρό. τῷ φύ. τῷ θέτι. Gall. En partie. Ital. En parte. Ger. Zumtheil. Hisp. En alguna parte. Pol. Cz. s. ia. Vng. Reszertent. Ang. Partie.] Et sicut semper in oratione geminatur. Cicer. Cælio lib. 2. Epist. Ut eos partum scelerum suorum, partim etiam ineptiarū pœnitenteret. q. Aliando non geminatur. Cic. de Amic. Sed nihil est quod illi nō prosequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unū sollicitum esse pro pluribus. Invenitur etiam quater repetitum. Cic. pro Cluent. Partim nihil cōtra Habitum valere, partim etiam pro hoc esse,

partim, &c. q. Aliando Partim, teste Gell. lib. 10. cap. 13: Idem est quod pars: ut, Partim hominum: id est, pars hominū venit, sive quidam homines ex pluribus. Partim autem hoc in loco adverbium est; neque in casu inclinatur, & genitivum regit. Interdum etiam adverbio partim, atque ejus genitivo præponitur præpositio Cum, ut probat Gellius Catonis exemplis: Ibi (inquit Cato) pro seco fuit, in cubiculum surrexitavit ē convivio, cum partim illorum jam se pē ad eundem modum erat. Cum partim eorum, dixit pro, cum quibusdam eorum, vel cum parte. q. Nonnunquam partim non geminatum, in priore orationis parte locatur, in posteriore ai us. Salustius in lugurtha: Rursus Imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit ille probare partim, alia abnuere. Ibidem: Huic rogationi partim concisi sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, &c.

Porrūm, ri, in plurali, porrū, orū, Genus oleris notissimi. [פָּרָא רָאָס] Gall. Porreau. Ital. Poro. Ger. Lachs. Hisp. Puerto. Pol. Lugo. Vng. Pare. Ang. Aleek. ] Plin. lib. 19. cap. 12: In translatione & medicina est: delinuntq; sentire injurias, ut gethyum, porrū, raphani, apium. Martial. lib. 13: Mittit præcipuū nemoralis Aricia porrūs: In medio virides stipite cerne comas. Porrūtū allii sunt Tarentini, qui & secti dicuntur: alii Aricini, qui & capitati: de quibus generibus vide Plin. lib. 19. cap. 6. q. Legitur, & porrū gen. masc. à quo manxit pluralis numerus ejuldem generis. Celsus lib. 4. cap. 6: Aut jus in quo porrū cum pullo gallinaceo decotus sit. Eodem genere usus est & Plin. lib. 19. cap. 6: Laudatissimus (subaudi porrū) in Aegypto, mox Orchiz, atq; Ariciz. q. Invenitur & porrūna pro porrū, apud Scovelam. 58. D. de usu fruct. Sempronio do, lego ex redactu frumenti holeris & porrūna partem.

Porracēus, a. um. [פָּרָא כְּשָׁבֵת] Gall. De porreau Ital. Di porrò. Ger. Das Lauchs. Hisp. Cosa de materia de puerro. Pol. Lugo. Vng. Parebol nalo. Ang. Of a leek. ] Plin. lib. 37. cap. 10: Heliotropium nascitur in Aethiopia, Aphrica, Cypro, porracci coloris, sanguinis venis distincta.

Pòrtā, portæ, f. p. Propriè aditus civitatis, alteriusve loci vallo fossâe muniti: [פָּרָא שָׁהָר פָּתָח וְדָן] Gall. La porte. Ital. Porta. Ger. Ein Thor. Øført Bel. Ein duret. Poorte. Hisp. Puerta. Pol. Brama Wrota, drzwt. Vng. Kapu. Ang. A gate or porte, the entree of a citie. ] à portando nomen habens, sive quod per eam omnia & importentur, & exportentur: sive ab aratri portatione, (ut inquit Donatus) quia in designatione urbium, subiectis vacca & tauru, qui urbem designabat, aratrum manus suspendebat, ne sulcum quem primo genium dicunt, faceret, ubi aditus civitatis erant relinquendi. Cæs. 6 bell. Gall. Capit armis à proximis atq; in porta consistit. Item Hircius lib. 8: Nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumq; omnium, quā Cœsar iterus erat, excogitari posset. Virg. 7. Aeneid. Et crista capitum, & portarum ingentia clausa. Idem 2. Aeneid. - vix primi prælia tentante Portarum vigilis, & cæco Marte resistunt. Cicer. 4. de Finibus: Si Annibal ad portas venisset, murumq; jaculo trajecisset. q. Porta Prætria, in castis dicebatur quæ erat in fronte valli, qua milles ad

prælium educebatur. Antiqui enim ~~Prætem~~ appellabant quæ toti præcerat exercitui, qui deinde Imperator appellatus est. Porta decumana, quæ in politica parte castrorum erat, qua annona, cæteraq; exercitui necessaria importabatur ita dicta à magnitudine. Quoniam enim ita ferè usuvenire solet, ut decima quæq; omnibus propemodum in rebus maxima sint: veteres decumanum, pro magno & amplio accipiebat. q. Portæ item per similitudinem quandam motuum fauces dicuntur in maximis angustias coarctatae, cujusmodi pleræq; in diversis Tauri montis partibus à Cosmographis commemorantur: ut sunt Caspia portæ, Cilicæ, & Caucasiæ. Pòrtuā, portella, & porticula, diminutiva. [פָּרָא טָלָה] Gall. Portelette, petite porte, guichet. Ital. Picciola porta, portella. Ger. Schürlin. Hisp. Pequena puerta. Pol. Drziciki, chwortska. Vng. Kapuška. Ang. A little gate. ] Liv. 5. bell. Pun. Philomenes portula assueta venationem inferens, &c.

Porrēndo, portendis, act. t. Prædicto, ostendo, vel præmōstro: à porrò, quod est prorsum, & tendo. [פָּרָא בְּגִיחַדְהַיִם] impudica, exponit, exponit. Gall. Porter signification de quelque chose à venir, predire. Ital. Preunsiare. Ger. Vorbeden etwas fästeig. Bel. Vödiden. Hisp. Significat mal futuro. Pol. Propriadam. Ang. To signify before a thing happeneth. ] Virgil. 7. Aeneid. Hunc illum fatis externa ab sede profectum Portædi generū. Plaut. in Afina. Accastor nobis periculum magnum, & familiæ portendit, Demæneti si expectemus mortem. Cic. 1. Divina. Nam quod de sole ostēsum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore.

Pòrtentum, portenti, n.s. Ostentum & prodigium quod portendit aliiquid futurum: ut quæa in solita corpora in ære apparent: ut cometa, turbines, & sereno celo tonitrua. [פָּרָא מְופְּהַיִם] rigas. Gall. Prodige, chose terrible, smervicible. Ital. Prodigo, mostro. Ger. Ein wunderzeichen so etwas fästeig vorbedet. Hisp. Malagro que significa mal futuro. Pol. Drzis. Vng. Tzuda. Ang. A wonderfull and strange thing against the common course of nature for shewing some thing to come. ] q. Portentorum autem significatio, teste Cic. lib. 2. de Natur. deor. sumpta est ex auspiciis, & auguriis. Varro: In celo memorabile exitit portentū. Cic. de Arusp. responsis: Explanatioñes portentorum Hetruscotū disciplina continentur. q. Aliquando etiam dicuntur portenta, commenta, fictiones, & mendacia rerum naturæ repugnatio. Cic. 1. Tusculan. quæst. Aut quid negotii est hæc Portætū, & pectorum portenta convincere? q. Virgil. 8 Aeneid. pro bono omnino posuit, quum ait: ne quære profecto Quem casum portenta ferant. Vbi Servius: Portenta modo significant bona omnia quæ victoriam portendunt.

Pòrtentoīs, a. um. Monstroſus, portento ſimilis. [פָּרָא מְנוּסָה] Gall. Merveilleux, monſtreux. Ital. Moſtroſo. Ger. Wunderhaftig so etwas bedeutet. Hisp. Cosa que significa algun mal. Pol. Drzis. Vng. Tzudas. Ang. Monſtrous, against nature. ] Cic. de Divinat. An veò illa nos terent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicuntur? Plin. lib. 22. cap. 8: Portentosum est quod de ea traditur. Portentosa Greceia mendacia. Plin. lib. 5. cap. 1.

Pòrthmēus. [פָּרָא מְהֻמָּה] Gall. Un passant, ou passagier. Ital. Passagiero. Ger. Ein überfahrt, einer der die Leut über ein wasser führt. Hisp. Barquero que paffe el río. Pol. Pręwoźnik. Vng. Renex. Ang. A ferry. ] Græca dictio est disyllaba, quæ nobis portentorum significat: hoc est, cum qui homines in ulteriore stivu ripam, vel trans frent, vel à littore ad navim trajicit. Nam *πορθμός* Græcis est trajicere, & *πορθμός*, naubum quod pro trajectu solvit: & *πορθμός*, cymba ipsa portitoris. Vtitur hac vocē Iuv. Satyr. 3: iam sedet in tipa, teatrumq; novitius horret Porthmea. Hinc Portmis navis est quo à littore ad littus contrarium trajicimus.

Pòrticū, hujus porticus, pen cor. & sœ gen q. [פָּרָא גָּלָם] à gâ, à muzas. Gall. Porche, pourmeoir, or gallerie, où on se retire pour le Soleil ou pour la pluye. Ital. Portico. Ger. Ein bedeckt ort in welchem man sich vor der Sonnen/ dem regen/ ic spazieren tan/ Ein Schopf. Hisp. Portal publico para passarre. Pol. Gink, podziemie. Vn. Tornei. Ang. A gallerie or walking place out of the sunne. ] Locus est amplus, & spatiuos, recto inclusus propter repentinis imbræ, umbræ ac deambulationis gratia & dificatus. Cic. ad Attic. libro 4: In campo Martio septa tributis comitiis marmore sumus & testa facturi, eaq; cingemus excelsa porticu. Virgil. 3. Aeneid. Illos porticibus rex accepit in amplis. Idem 2. Aeneid. Vnus natorum Priami per tela, per hostes Porticibus longis fugit. Ovid. 1. de Arte: Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur Porticū. q. Porticū aliquando tentorium, & tabernaculum significat. Cicero. 2. Tuscul. ex poëta: Namque Aesculapii liberum sauci opplent porticus: quod videtur poëticè dictum pro taberna & officina, in qua sauci à Machaone & Podalirio Aesculapii liberis curabatur: qui in Græcorum castris medicinam faciebat. q. Multæ Romæ insignes fuere porticus: omnium tamen magnificentissima fuit, quam quod

quod à Pompeio ædificata esset, Pompejanam vocabant: cuius monum. in Ovid. lib. i. de Arte amandi: Tu modò Pompeja latus Ipatiare sub umbra, Quum sòl Herculei terga leonis adit.

Pòrticùlā, æ. diminutivum. [πορτίκη, καὶ μικρός τοῦ. Gall. Petit porche. Ital. Picciolo portico. Ger. Ein vorschröpft. Hisp. Pequeño tal portal. Pol. Ganczak. Vng. Tornaschka. An. A little galerie.] Cic. lib. 4. Epist. la porticula Tusculani.

Pònticātō. Legitur etiam pro pòrticu apud Macrum l. 36. D. de religios. & sumptu funer. Si amplum quid ædificari testator jussit, veluti in currum porticationes, eos sumptus funeris causa non esse.

Pòntiō, pòrtionis, f. t. quasi partio, Pars. [Πορτίον, πίεσθαι. Gal. Part. portion. Ital. Parte, portione. Ger. Eintheil / port. Hisp. Parte eracion de lo entero. Pol. Cies. Vng. Rez. Ang. A part or portion.] Plin. lib. 9. cap. 35: Sed quota hæc pòrtio est? q. Hinc fit pòrtio, quæ est duarum rerum invicem facta comparatio. *λέγεται αριθμος.*

Pòrtiunculā, portiuculæ, diminutivum. [μικρή. Gall. Petite part & portion. Ital. Picciola parte o pòrtione. Ger. Ein kleiner theil / pòrtion. Hisp. Pequeña parte. Pol. Ciaszka. Vng. Rezetske. Ang. A little portion.] Apuleius: Qui quum à me portiunculā posceret.

Pòrtiscullūs, portisculi, Hortator remigium, qui eam perticā, quæ & ipsa portisculus dicitur, in manu tenens, hortatur remiges, urget, & cuncta præ potestate moderatur. [ξελδύσις. Gall. Comite. Ital. Comito. Ger. Ein Meister über die Ruderertheit/der sie hesset und anweiset. Hisp. Comitre. Pol. Super. Vng. Hasos paller. Ang. An exhorter of the rowers in a shippe.] Plaut. in Asin. Tute habes portisculum. Ennius in Annal. Portisculus quum signum dare cœpisset. Ex Nonio.

Pòrtitor, pòrtitoris, m. t. Propriè dicitur, teste Valla, lib. i. qui homines in ulteriore fluvii ripam, vel de littore ad navim, vel de navi ad litus trajicit, quæ Græci vocant pòrphæta. [πόρφυρος. Gall. Garde ou fermier d'un port, passeur. Ital. Passagiero che passa la gente nel porto. Ger. Ein überföhner/Der die Leut über die wasser führt. Hisp. El barquero che pasa la estracho. Pol. Przywozak. Vn. Renes. An. A ferrier that guesst passage over a water.] Quapropter Charon inferorum portitor dicitur, quod mortuorum umbras cymba sutili per Stygiam paludem petunt trævehere. Dictus autem portitor à portando, sicut vēdor à vēbendo: quāvis Laurent. Valla existimare videatur à portu dictum esse portotem. Virgil. 6. Aeneid. Portitor has horrendas aquas, & fluma servat Terribili squallore Charon. q. Dicitur etiam portitor, codem Laurentio teste, qui portorium: hoc est, fractus pecuniariorū ex porto conductixit, quiq; nomine portorii stipem à venientibus exigit. Cic. ad Q. Fratrem: Qui nuper in portoris Italiz tollendis, non tam de portorio, quām de nonnullis injuriis portitorum querebantur. q. Accipitur etiam portitor pro eo qui aliquid portat. Stat. lib. 2. Theb. Languet Hyperborex glacialis portitor Visæ.

Pòntorūm, iii. n. f. Naulum, & mercès quæ datur portitoribus: hoc est, illi qui nos cymba vel pontone trans fluvium vel fre- tum trajiciunt. [πορτορος. Gall. Le peage ou impost qu'on paye aux ports. Ital. Nolo, pagamento à passare sume, o porto. Ger. Der fuhrloß über das Wasser. Hisp. El flete que se paga al barquero. Pol. Zapłata od przejścia. Vng. Haibor. Ang. Frayte for cariage or passage, tollage.] q. Item vestigia quod portatori solvit hoc est, illi qui remittit proventum portuū; vel fluminum, vel lacuum, vel stagnorum. [πορτορος. Lucilius lib. 12: Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. Plaut. in Asin. Iam ego hunc portitorum privabo portorio. Cic. i. de Invent. Nam si Rhodiis turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere. Idem 4. Ver. His pro rebus quod portorium non esset datum, literas ad socios mississe L. Cauleium.

Pòrto, pòtas, act. p. Fero, afferro, gero, & tam de animo quām corpore dicitur. [Νερόνασά] Σαβάλ. εἴρουσι, κομίζου. Φίειν. βασάζω. Gall. Porter. Ital. Portare. Ger. Tragen. Bel. Draghen. Hisp. Llevar o traer. Pol. Nioffe. Vng. Hordom nioffom. Ang. To bring or bear. Terent. in Auctr. Dii boni, boni quid porto? Plaut. in Aulular. Vbi onus nequeā portate pariter, jaceam ego asinus in luto. Plin. lib. 11. cap. 17: Apes fessum regem humeris sublevant, validius fatigatum ex toto portant. Quid. 2. Trist. Et latro, & cautus præcingitur ense viator: Ille sed insidiás, hic sibi portat opem. Virg. 9. Aeneid. Multa patri portanda dabat man- data. q. Portare item dicimus, quum navibus aut jumentis ali- quid nobiscum vehimus. Virg. i. Aeneid. Gen. initimica mihi Tyrrhenum navigat æquor, illum in Italianum portans, vicosq; penates. Ibidem: portantur avari Pygmalionis opes pelago. q. Portare auxiliū dicimus, pro adjuvare. Salust. in Catil. Post ubi pericula virtute propulerant, sōciis atque amicis auxilia portabāt. q. Hujus cōposita sunt, Apporto, Asporto, Cōpor- to, Deporto, Exporto, Importo, Repoito, Supporto, & Trans- porto: quoruā significata vide suis locis.

Pòrtito, portitas, frequent. Gel. lib. 20. cap. 1: Crumenam plenā assūm portitans.

Pòrtatūs, tus, verb. m. q. Actus ipse portandi. [σάστων, κόπων. Gall. Portemē. Ital. Portamento. Ger. Tragung. Hisp. Llevamiento. Pol. Niesienie. Vng. Hordozas. Ang. A bearing or bringing.] Plin. lib. 9. cap. 35: Tædia exquisita perditio portau.

Pòrtulacā, f. p. Herba est frigida & humida quæ dentium tollit ituporem. [αὐδράχη. Gal. Pourpier. Ital. Porcellana porcellachia. Ger. Burgen oder burzen. Hisp. Verdolaga. Pol. Kurja nega, tieste piele. Ang. Purselays.] Plin. lib. 25. cap. 23. & lib. 20. cap. 20. & Dioſcor. lib. 2. cap. 138.

Pòrtunālā. Inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunū vocant, instituta. παλαιμόνια. Eadem & Isthmia dicebantur, ab Isthmo Peloponnesiaco ubi solebant celebrari.

Pòrtūs, us, m. q. in dativo & ablativo plurali pòrtubus. Locus in litore naves ab hyemis tempestatumq; injuria vindicans. Πόρτη choph. Alph. Gal. Vn port. Ital. Porto. Ger. Ein Schiffspforte Schifflende. Eis kommt Gestad die fährt durch zu stellz Meerhaven. Bel. Ein haven. Hisp. Puerto. Pol. Port, stanowuko, diadiodys. Vn. Parr. ren. Ang. An haven for shippes.] Cic. in Verrem: Statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Metaphoris accipitur pro loco tuto, & quodam adversarum rerū per fugio. Cicero ad Brutum: Quanquam tum & fugit portus erat in tuis castris, & perfugit salutis in tuo exercitu. q. Inde pro verbii metaphorā Rem in portu esse dicimus, pro esse in tuto, & extra omne periculum. Plaut. in Merc. In portu res est. Item in portu navigare, pro securum esse, & omni periculo defundit. Tracta est metaphora à navigantibus, qui quum in medio mari navigant, undatum & ventorum arbitrio jactantur: contraria, quum se in portum receperint, nihil habent negotii cum undis & ventis. q. Impingere in portu, est in ipso statim operis initio peccare.

Pòrtuōsūs, portuosa, portuosum, Multos portus habens. [Απόρθησ. Gall. Qui a beaucoup de ports. Ital. Dimolti porti. Ger. Das viel schiffporten öder schiffendenen hat. Hisp. Cosa que tiene muchos puertos. Pol. Malači geste stanowuka. Vng. Renes. Ang. Full of ha- bens.] Salust. in lugurtha: Illam alteram specie quam usu po-

Pòrūs, pori, priore prod. m. f. πόρος. A' medicis appellatur cal- lus perdurus, ossium & cartilaginis fracturā ferruminans. Os- fa enim & cartilagō, quod partes spermaticē sint, semel fracta, nunquā renascuntur. Ex viscosiore tamen alimenti parte cal- lus quidam gignitur, quo veluti glutino conjungitur. Auto's Gal. 6. Therap. q. Porus item genus est lapidis, Paro marmo- ri candore & duritiae similis, minus tamen ponderosi: quē Plinius inter eos annumerat qui cadaveribus aſtervandis sunt idonei. lib. 36. cap. 71. q. In articulis iste pori dicuntur tumo- res, ex crasso terrestriq; humore in eos ingruente collecti: qui nonnunquā etiam contrahuntur ex medicamentorum quo- rūndam usu, quæ multam discutiendi siccandiq; nullam au- tem molliendo vim habeant. q. Port pen. corr. πόρος, etiam à medicis appellantur meatus cutis, per quos sudor crumpit, & pili.

Pos. Videtur potius significare pontem quām potentē, inquit Varr. lib. 2 de Ling. Latin.

Pòſca, sc̄e, f. p. Potio ex aquæ aceti; mistura temperata. [όγκος. Gall. Brumage d'eau & de vinaigre, brûette ou vin de dépense. Ital. Vino da dispensa leggero, mistura di aqua & aceto per medicina. Ger. Ein schwärzend/teuren/vermischtung des wassers mit essig das es sauer wird. Hisp. El aguapie, mezcla de agua y vinagre. Pol. Kwaskowi trupek zwodi a oczi aczino. Vng. Ecettel elegy tezdi uiz. Ital. Ang. A drink of water and wine mingled together.] Plin. lib. 30: Tormina sanat palumbus fetus, ex posca decoctus. Celsus pū sc̄am appellat pet quintam vocalem: Actius, & Aegineta eti- am phuscam.

Pòſcinūmīlūs, a, um, αρινογγιματος, qui poscit numos, unde basica meretricia poscinumia dici possunt, quippe quæ nihil aliud quām numos poscant.

Pòſco, pòſci, popoſci, h. t. Postulo, mihi rem debitam peto. [Νέω ſchall. αἰτῶ. εἰτῶ. Gall. Demandare. Ital. Domandare. Ger. Wigeren etwas bittlich/ fordern so man einem schuldig ist. Hisp. De- mandar. Pol. Zadám. Vng. Meg kena nom, kerém. Ang. To requi- re, to ask.] Varro: Poscere est quoties aliquid pro merito no- stro depositimus. Donatus: Poscimus imperiosè: postulamus jure. q. Aliquando ponitur pro provocare: εἰργάσθαι. Virgil. 8. Aeneid. Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum. Cic. 3. Verr. Poscunt majoribus poculis: id est, provocat se mutuo ad largius potandum. q. Aliquando pro indicare rem venia- lem, & pretium ejus taxare. Plautus Meret. Tanti, quanti po- scit, vin' tanti emam illam? CHA R. Auctariū adjicito vel mille numū, plus quām poscit. q. Aliquando pro requirere, exi- gere. Cæs. 4. bel. Gall. Ad quos se celeriter, quum usus poscit, recipiunt. q. Hujus cōposita sunt, Appolco, quod est jure posco,

posco, exigo. *προκύπτων*. Terent. in Heavt. Minas quidēm jam decem habet à me filia, Quas pro alimentis esse nūc duco dātas: Hasce ornamenti consequentur altera: Porro hæ talenta dotis apposcent duo. *¶* Deposco, vide suo loco. *¶* Exposco, multum, seu importune adeò, aut publicè posco, *ἰσχῆντι*. Liv. lib. 1: Pacem precibus exposcunt. Virgil. 3. Aeneid. Sed votis precibusq; jubent exposcere pacem. *¶* Reposo, quod meū est repono, *ἀποτίνω*. Virgil. - Parthosq; reposevere signa. Plaut. in Curc. Quam tui virginem me reposcis?

Positio, Positus, Positura, Vide P O N O.

Possessor, Possessio, Vide P O S S I D E O.

Possibiles, Vide P O S S I M U S.

Possidē, possides, act. s. in Pandēt. In dominio, seu potestate mea habebo: ex Antiquo nomine pos, quod potenter significabat, & verbo sedeo, ut possider dicatur, qui potest ledere: id est, sedem atq; habitationē suam aliquo in loco collocare. [Ψῷα ἵσθι στὸν ἀχάρι τὸν κανάθηντον πόλιν. Gal. Posse-dere. Ital. Possedere. Ger. Besitzen. Bel. Besitzen. Hisp. Pesser. Pol. Osiad' em. Vng. Birom. Ang. To possess or have.] Teren. in And. Quæ illius fuerunt, possidet. Idem in Adel. Quid hoc rei est? regnumque Aeschine hic tu possides? Cic. pro Quintio: Omnia autem bona possessa non esse constituit, quod bonorum possesso spectetur non in aliqua parte, sed in universis quæ teneri ac possideri possunt. Idem ad Attic. lib. 2: Si in cōitionem fererint quo aliter ager possidetur. *¶* Possidere bona publicè, est quod in manu regia ponere dicimus.

Possessus, sa, sum, particip. [Ψῷα ἵσθι καὶ μέτει. Gal. Possedē. Ital. Posseduto. Ger. Besessen. Hisp. Possedito. Pol. Posiad' y.] Ovid. 1. Amor. Eglog. 2: Et possessa ferus pectora versat amor. Possidere bona ex edicto, est per adjudicationem, sive per decretum.

Possessus, us, ui, m. q. Possessio. [κτηνήση. Vn. Birodalom, biras.] Apuleius in Apologia: Nam & contrā plurimis rebus possessu careo, usū suor.

Possessio, possessionis, f.t. In Pand. Est actus, sive ipsum jus possidendi. [Ψῷα ἵσθι στὸν ἀχάρι τὸν πόλιν, πομη. Gall. Possession. Ital. Possessione. Ger. Ein besitzung. Hisp. Possession. Pol. Biast, osiad' oč. Vng. Biros brókseg. An. Possession.] Cic. 2. Offic. Quinquaginta annorum possessiones movere, iniquum putabat. Item pro Quintio: Bonorum possessio spectatur, non in aliqua parte, sed in universis quæ teneri & possideri possunt. *¶* Possessio fiduciaria, quæ ea conditione nobis traditur ut eam alteri postea restituamus. Liv. lib. 32: Nabidi eam tyāno velut fiduciam (subaudi ex superioribus, possessionem) date optimum visum, ut victori sibi restiteret: si quid adversi accidisset, sibi habet. *¶* Interdum Possessionis nomine intelligimus fundum, sive agrum, aliāve quamvis rem immobilem. Cic. in Catil. Qui magno ære alieno majores etiam possessiones habet. Idem in Parad. Etenim si isti callidi resū estimatores, prata & areas magno cōsumant, quod ei generi possessionum aēmo notere potest, &c. Cic. ad Valeriu: Is habet in Volaterrano possessione. Vide Possideo. Possessus, diminutivum. [κτηνίδης, κτηνίδης. Gall. Vn petit heritage, petite possession. Ital. Picciola heredita. Ger. Ein kleines besitzung. Hisp. Pequena heredad. Pol. Driedzynka. Vng. Barátska bróksegéske. Ang. A little heritage or possession.] Cic. ad Att. li. 13: Credas velim mihi majori offensioni esse quam delectationi, possesiunculas meas.

Possessor, posselloris, m.t. Qui possidet. [Ψῷα ἵσθι καὶ μέτει. Gall. Possesseur. Ital. Possessore, posseditore. Germ. Ein besitzen. Hisp. Posseedor, o que posse. Pol. Tenkori posiad'. Vng. Biros brókbs. An. That enjoyeth or possest. ] Liv. 3. ab Urbe: Ita sine querelis possessorum, plebem in agros ituram, civitatem in cordia fore. Virg. 9. Eglog. Quod nunquā veriti sumus ut possessor agelli Diceret: Hac mea sunt, yeteres migrate coloni.

Possessorius, ad possessionem pertinens. [Vn. Birodalomhoz brókseghez valo.] Iavolenus D.lib. 8. Tit. 1. l. 2: Ego puto uisum ejus viris pro traditione possessionis accipendū esse. Ideoq; interdicta veluti possessoria constituta sunt.

Possestrīx, possestrīcis, f.t. [Ψῷα ἵσθι καὶ μέτει.] ut Possestrīx monilis apud Afranum, referente Nonio.

Possessus, possessiva, possessivum, ut nomen possessivū, quo res possella significatur. *κτηνήση*. ut Evandrius ensis, qui ab Evandro possideretur: Aedes regia, quas rex possidet.

Possisti, potes, potui, ex pos & sum. Quasi pos sum: id est, potens sum: pos enim antiquis erat potens. [Ψῷα ἵσθι δικαιο. Gall. Pouvoir, avoir puissance. Ital. Potare. Germ. & Bel. Mogen. Hisp. Poder. Pol. Moge. Vng. Meg lehet. Ang. To may, to have power.] Constituitur quandoq; cum ablativo. Liv. lib. 10. ab Urbe: Pecunia deinde qua multum poterant freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur. Haber aliquando post se accusativum, sed hoc non, nisi per subordinationem alterius verbis. Virgil. 8. Eglog. non omnia possimus omnes. subaudi facere, vel præstare. Sēpius ponitur sine casu. Plaut. Non hic ut possit ed: sed posse cupit, ut edat. *¶* Ponitur aliquando pro

valere, & bene habere. *ὑπάρχειν*. Cic. 1. Tusc. Nihil enim doler nisi pes, possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia. *¶* Dicimus venustè, Potest fieri, pro possibili est: Nō potest fieri, pro impossibile est. Aliquando solum potest possit, nec exprimitur fieri. Plaut. in Pseud. Potest ut alii ita arbitrentur, ego ut ne credam tibi. Cic. ad Lentulum: Poterat utrumq; præclarè, si esset fides, &c. id est, utrumq; poterat fieri. *¶* Lungitut interdum accusativo cum præpositione apud, & valeo significat: ut, hic apud principem plurimum potest: hoc est, valet, vel habet magnum autoritatem apud principem. Cic. 3. Ver. Loquebantur coim decumani palam, & præter certos is qui apud istum plurimum poterat, &c.

Pōst-pātorēs, Sunt nostri Successores & hæredes, qui post nos nostra adepti bona possident. Plaut. in Truculent: Unde anteparta demus post-patoribus.

Pōtēslum, Veteres dicebant quod postea possum, διώρημα. Tenant. in Evnuch. At pol ego amatores audieram mulierū eos esse maximos, Sed nihil potest. Plaut. in Aulul. Cenfēn talētum magnum exorari potesse Ab isto sene?

Pōtēstū, pro potest, Frequent apud antiquos, Nonio teste. Pacuvius: Si qua potestur investigari via. Lucretius lib. 3: Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Pōtēns, tis, om. t. Tam participiū quām nōmen, à possum. [Δυνατός. Gall. Qui peut, puissant. Ital. Potente, che vale assai. Ger. Verb-mögen/mechtig. Bel. Machtig. Hisp. Poderoso ó señor. Pol. Mozy. Vn. Hatálmas. Ang. That hath power or is able.] Sed quādo participiū est, tempus significat, & accusativo jungitur, vel verbo infinito, nec comparationem accipit: ut multa potens, potēs pugnare. Quando verò nomē, caret tempore, & genitivo jugatur, & comparationem accipit. Liv. lib. 26: Dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, &c. Cicero Attic. lib. 2: Potentissimorum hominum contumaciam nunquam tuli Duo reges potentissimi, apud eundem pro Lege Manilia: Potens imperii, qui imperium obtinet. Potens regni: id est, regno maturus Livius: Iuvenem Jam esse dictans, ac regni potenter. Idem 3. ab Urbe: Inter sarcinas objacentes, neq; pugaz: neque fugaz sat potentes, cæduntur. Potens viri virgo: id est, nubilis, & viro matura Diva potens uteri. Ovid. 9. Metamorph. Illythiam intelligit, quam Latinè nos Lucinā vocamus. *¶* Potens cum ablative. Virg. 1. Aeneid. Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebz. Ovid. Epist. 13: Classe viris q; potens. *¶* Potens substantivum. Lucan. lib. 1: Ausus & armatos plebi miscere potetes. Cic. pro Domo sua: Iaq; quum tu florens & potens per medium forū popularis volitares, &c. Hujus contrarium est Impotens, de quo suo loco. A' quibus potentia, & impotentia, potenter, & impotenter.

Pōtētēr, adverbium. [ἰκανός, διώρημα. Gall. Puissamment. Ital. Valerosamente, conforsa. Ger. Gewaltiglich/vermögenheit. Hisp. Poderosamente. Pol. Mozy. Vn. Hatálmas. Ang. Mightylike.] Horat. in Arte: cui lecta potenter erit res. Quint.lib. 4. cap. 14: Quod in altercatione sit potentius.

Pōtētā, z, f.p. Potestas sive vis. [יְהוָה יְהוָה כִּי חֹאכַת הַדָּבָר. Gall. Puissance, force, autorité. Ital. Potenza, forza. Ger. Macht vñ gewalt/vermögenheit. Hisp. Potencia, señorío. Pol. Mozy. Vn. Hatálmas. Ang. Power, might.] Virgil. 1: Georgic. Ne tenues pluviae, rapidive potentia solis Actior, &c. *¶* Crebrō pro autoritate, & opibus usurpat. Cic. 2. de Invent. Potentia est, ad sua conservanda, & alterius obtainenda idonearum rerum facultas. *¶* Different autem secundum Priscianum, Potentia, & Potestas: quod Potestas magis pro vi accipit, Potentia pro dominatione. Cic. 3. Offic. Qui omnia certa & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. Plin. Epist. 7. lib. 3: fuit inter principes civitatis sine potentia, sine invidia.

Pōtētāl, us, m. q. Potentia, principatus. [יְהוָה יְהוָה כִּי חֹאכַת הַדָּבָר. Gall. Domination, autorité. Ital. Potentato. Ger. Ein gewalt oder Herrschaft/der stand der Gewaltigen. Hisp. Señorio, potencia. Pol. Pawłto. Vn. Vrasag-hatalmassag. Ang. Power, autoritie.] Cæf. 1. bell. Gall. Hi qui tantopere de potentatu inter se multos annos contendenter, &c. Liv. 6. bell. Pün. Atille cūm ab re aversus, ium zimulo potentatus inimicus, rē Annibali aperit.

Pōtētās, tis, f.t à verbo Possum deducitur: [יְהוָה יְהוָה כִּי חֹאכַת הַדָּבָר. Gall. Puissance, seigneurie. Ital. Potenza. Ger. Gewalt Hisp. Potentia, señorío. Pol. Mozy. Vn. Hatálmas. Ang. Power, lordship, might.] & multa significat, ut Paulus inquit. Potestatis. de Verbor signific. Nam in persona magistratum, imperium significat: in persona liberorum, patriam autoritatem: in persona servorum, dominium. At quum agimus de noxæ deditione quum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem. *¶* Potestates etiam ipsi dicuntur, qui potiuntur rerum, atque in potestate constituti sunt, quos Græci διώρημα vocant: & hi qui magistratus gerunt, & habent merum imperium: hoc est, gladii potestates, ut ajunt, ad animadvertisendum in facino roto homines.

homines, & iudiciis præsumunt. Vnde non incepit Prætores urbis, vulgo nunc potestates dicuntur. Sicut in Claudio: iurisdictionem de fideicommissis, quotannis & tantum in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum; atque etiam per provincias potestatis demandavit. Plin. lib. 29. cap. 4: Pingue draconis in pede dorcadum nervis cervinius adalligatum in lacerto, victoriam judiciorum conferre existimant: primum spondylum, aditus potestatum mulcere. q. Potestas item pro consilio & ratione. Hinc exire aliquem de potestate dicimus, meus impotens fieri. Ieron. 4. ut apud Cic. 4. Tusc. Iustos propriæ dicimus existere de potestate: id est, de mente & consilio esse dejectos. q. Varius est hujus vocis usus. Dicimus enim, dare potestatem alicuius rei cuiquam. Deferre alicuius rei potestatem. Facere potestatem. Facere potestatem alicuius auctandi, & conveniendi. Habere potestatem alicuius rei: Habere aliquem in sua potestate. In potestate alicuius esse: id est, alicui obtusare, & ejus consilium sequi. Non solum eorum est, qui coacti parent, sed qui sua sponte, & tanquam autorem rerum sequuntur, quas gerunt. Permittere potestatem alicui alicuius rei. Pervenire in potestatem alicuius. Ponere quippiam in potestate alicuius. Privare potestate aliquem quicquam faciendi. Reddere potestatem alicui alicuius rei. Redigere aliquem in suam potestatem. Redire in potestatem. Sub potestate alicuius esse. Suscipere in potestatem. Dimittere ex potestate. Tenere aliquem in sua potestate. Tradere potestatem alicui alicuius rei. Venire in potestatem alicuius. q. Dicimus quoque, Potestas tua est, pro Tu potes. Quæ tum erat potestas, dixit Cicero pro Cœlentio, pro Quod tum poterat fieri. Orationes in quibus verbū possum ponitur, effterri possunt eleganter per nomen potestas. Terent. in Andr. Cujus tibi potestas summa servandi datur: id est, quem potes servare. Ibidem: Potestas fuit liberius vivendis est, potuit liberius vivere. Cicer. pro Quintio: Potestas tibi fuit quotidie hominem admونendi: id est, potuisti quotidie hominem admонere. Plautus in Stic. Malefaciendi est mihi potestas: id est, possum malefacere.

Potestam, pro potestate veteres usurparunt. Plautus: Neq; desidit in otio operam dedisse, neq; potestam sibi fuisse, adeò arde cohibitum esse à patre.

Possibilis, possibile, om. t. dicitur quod fieri potest: cui opponitur Impossibile. [duarib;. Gall. Possible. Ital. Possibile. Ger. Mögliche. Hisp. Cosa que puede ser. Pol. Możliwy. Vng. Letheseges. Ang. Possible, that may be.] Plautus in Sticho: Possibile est tandem Stantem stanti suavium dare amicum amicam? Quint. lib. 3. cap. 8. possibile, durum ait esse vocabulum, sed necessarium, quum aliud non habeamus: Melius ergo (*inquit*) qui tertiam partem fecerūt duarib;. nostri possibile nominant, quæ ut dura videatur appellatio, sola tamen est.

Pōst, prepositio, que & cōposita, & separata invenitur. [ΓΡΝ  
achār, p̄m. Gall. Apes. Ital. Dapo, dopo. Ger Nach/hinder. Bel.  
Rae. Hisp Despues. Pol. Potim. Vng. Vtan. Ang After.] Sep-  
rata ordinem demonstrat sive loci, sive temporis, sive alicujus  
alterius rei: & deseruit accusativo. Virg 9. Aeneid. Sed magnū  
metuens se post cratera tegebat. Idem 1. Eglog. Post, aliquot  
mea regna videns, mirabor aristas. Horat. li. i. Epist. O cives,  
cives quę reda pecunię primū est Virtus post nūmos. q Quā-  
doq; loco adverbii, pōstea usurpat, & hoc quando nulli ca-  
su servit, aut quando jungitur ablative. <sup>entm</sup> Virgil. i. Ae-  
neid. Pōst m̄hi non simili poena commissa luetis. Salust. Vbi  
Periculum advenit, invidia atq; superbia pōst fuēre. Cum ab-  
lativo. Virgil. 6. Aeneid. ille admirans venerabile dōnum Fa-  
talis virgꝝ, longo pōst tempore visum. In compositione can-  
dem ferē habet significationem quam separata: ut Postpono,  
Posthabeo, Posthac, Postea.

Posteā, componitur ex post & ea , Exinde, deinde. [כִּי־תְּנַא  
achār chen] כִּי־תְּנַא achār chen. intrm μετάντιο. Gal. Apres, depuis,  
apres ce. It. 21. Da poi. Ger Darnach / demnach. Bel Daerna Hisp.  
Despos. Pol. Napotim. Vng. Az rian. Ang. afterward.] Salut.  
in Catil. Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro  
Prætore missus est. Hinc fit posteaquā, indīdī, sicut à post, post-  
quam : quæ ambæ connexivæ particulæ sunt, quibus prædi-  
ctis sequentia connectuntur. Cicero Plancus: Et absui profici-  
scens in Græciam, & posteaquam de meo cursu reipublicæ  
sum voce revocatus, nunquam per Marcum Antonium quie-  
tus fui. Aliquando inter postea & quam, interponitur vero, &  
significat, sed postea quam. Cicero Appio: Postea vero quam  
ita cœpit. ¶ Grammatici docent ultimam syllabam adverbii  
Postea, esse producendam, quemadmodum videmus fieri in  
similibus adverbii antea, præterea, interea, propterea, & si  
qua sunt id genus alia: Apud Ovidium tamē ferè semper cor-  
ripit: ut lib. 1. Fasto. Postea mirabar cur non sine litibus esset  
ille dies. Et alibi: Qua semel amissa postea nullus eris. :  
Postergo, μεταμετα, posthabeo, relinquo, postpono, & quasi  
post terga jacio: à quo Postergator, & postergatio.

Posterius, a, um, Temporis ordine subsequens: ut postera dies: id est, sequens. [¶] **N**acharón. **vñq**, **om̄d**, **G**. Gall. Qui suit apres, suiuant. Ital. Chi seque appr̄fso, subsequente. Ger Das nachge-  
hendig. Hisp. Cesa siguiente despues de otra. Pol Zadny, oīlatny. Vng Kōuei kōzendo a quan valo. Ang. That commeth after.] Vir-  
gil. & Aeneid. Postera Phœbæa lustri abat lampade terras. Cic.  
4. Vert. Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia sorti-  
ti dicas oportere. Ibidem: Postero anno L. Metellus mentio-  
nem tui census fieri verat. ¶ Hinc posteri dicuntur, quicūq; ex  
nobis & post nos etiā ex aliis nascetur. [μετάθεσις, επίγραφος.  
**G**all. Successors, ceux qui viennent ou sont néz apres. Ital Nostri de-  
scendenti, che vengono dopo di noi. Ger. Die Nachkommen/Nachkommen.  
Hisp. Los descendientes/generacion venidera. Pol. Potomkowie ] Ci-  
cer. 3. de Natura deorum: Expectantur hæ poenæ à liberis, à  
nepotibus, ac posteris. Plin. lib. 12. cap. 1: Tam digna miracu-  
lo, ut Licinius Mutianus prodendum etiam posteris putarit.  
¶ In posterum prospicere, in posterum diffire: hoc est, in po-  
sterum tempus. Cicero pro Muræna: Sapientia multa in po-  
sterum proficiens. Idem ad Atticum: Distulimus sermonem  
in posterum. Hujus antitheton est In præsens. Cicero in Ca-  
til. Magna tempestas invidiæ, si minus in præfensi, at in poste-  
rum impendet. ¶ Posteri pedes: hoc est, posteriores qui post  
primos sunt, **om̄dios**. ¶ Postero, absolute, pro postero die. Ta-  
cit. lib. 4: Idemq; quam postero ad quæstionē traheretur Hinc  
deducitur Præposterus: hoc est, perversus, qui rerum ordinem  
perturbat. **ωρθυστης**. Cicero Cass. Præposteros habes tabel-  
arios; et si ne quidem non offendunt: sed tamen quum à me  
discedunt, flagitant literas: quam ad me veniunt, nullas affe-  
runt. Quintil. Præposta res occidere, deinde erubescere. ¶ Posterla libido, nefandum masculæ libidinis flagitiū, quo na-  
ture sexusq; ordo pervertitur, **κατανύγματι**.

Post*teri*or, & *h*oc *posteriorius*, *comparativum*. [**ΙΙΠΝ** acharon. **υστερός**. Gall. *Qui vient apres, qui suit apres, postérieur*. Ital. *Chisegue, chi viene appresso, qui vien dietro*. Ger. *Das nachgehende, nachfolgende*. Hispan. *Postreiro entre dos*. Pol. *Zadni*. Vng. *Vtrol való utessub*. Ang. *That followeth after*.] *Vnde posteriora in animali dicuntur quæ à tergo sunt, & à facie averfa*. Cic. 12. Phil. *Posteriores cogitationes (ut ajunt) sapientiores solent esse*. ¶ *In terdum idem est quod vilior, abjectior, & minoris pretii*. Idem Att. lib. 10: *Quorum utriusque semper patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione, & domesticis commodis fortuit.* Idem 3. Philip. *Tu verò ita vitam, corpusq; servato, ita fortuitas, ita rem familiarem, ut hæc posteriora libertate ducas*. Idem in Pison. *Nihil isto posteriorius, nihil nequius*. Terent. in Adelph. *Si id fit dando, atq; obsequendo, non posteriores feram*. Vbi Donatus: *Nō posteriores feram, subauditur, partes*. ¶ *Posteriora & Superiora opponuntur*. Cic. 3. de Orat. *Paria esse debent posteriora superioribus*.

Prosticemus, superlativum, Ultimus, [עֲדָמָה] acharón, ügner G., Gall. Tot le dernier. Ital Ultimo. Ger Der aller letzte/der hinterste. Hisp. Postero, vltimo. Pol. Ostatny. Vng Leg vto. Ang. The last of all.] Terent. in Phorm. Hæc denique ejus fuit postrema ora-  
tio. quod Postremos homines, pro perditiissimis, & sceleratissi-  
mis, dixit M. Brutus in Epistol. ad Cic. Quod si Romanos nos  
esse meminissemus, non audacius dominari cuperent postre-  
mi homines, quād id nos prohiberemus. Cicero pro Roscio  
Amerino : Sin autem id actum est, idcirco arma sumpta sunt  
ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, & in  
fortunas uniuscujusque impetum facerent, &c.

Postremis i mūs, veteres pro postremo dixerūt. ~~υστημε~~, quem admodū & postremitas pro extremitate: ut anno avit Sipontinus. Gracchus apud Aulum Gell. lib. 15. cap. 12: Omnia nationum postremissimum, ne quis summoq; existimatore. Posteriorū, adver Postea, Posteriorē loco, paulò pōst. [אַחֲרֵיכֶן] achār chen יְהוּנָה achār chen יְהוָה. Gall. Apres. depuss Ital. D. poi. Ger. Darnach/nachwērz/nachmaten. Hisp. Despues. Pol. Nasłatek. Vng. Vissz. Arig Afierward.] Plaut. in Epid. Vos priorēs esse oportet, nos posteriorū dicere, Quod plus sapitis. Plaut. in Amphit. Netu posteriorū in me culpam transferas. Cic. 6. Ver. Tum mittit Rex ad istum: si sibi videatur, ut reddat: jubet iste posteriorū ad se reverti.

Postremò, adverbium ordinis, Deniq; ultimo loco, tandem.  
[nō usq; tñ πελστάρος. Gall. Finalement, pour la dernière fois, à la  
parfin Ital. Ultimamente, finalmente. Ger. Zuletzt/ endlich Bel. Lem-  
tæctsten. Hisp. Posteray, ultimamente. Pol. Ostatwie. Vng. Vs-  
zor, vegetre Ang. At the last.] Salust. Postremò omnibus mo-  
dis pecuniam trahunt Pro eodem: Ad postremum æque dici-  
tur. In posterum verò, significat in futurum tempus. nō λατέσι.  
Quintil. lib. i: Multa lingue virtus nisi primis eximantur annis,  
inemendabili in posterum pravitate durantur.

Pōst̄ēmūm quoque superlativum adverbialiter ponitur: ut ultimūm. Terent. in And. Si id facis hodie postremūm me vides. Pōst̄ērītās, posteritatis. f. t. Ipsi posteri, ve ætas subsequens. [אֲחָרִים] acharish. ei p̄m̄zq̄usq̄oi, ei לְמַזְגּוֹת. Gall. Pōsteritē

**Ital. Posterior. Ger. Die Nachkommen der zu so nach uns seyn wiederen Hispani. La generacion venidera, los descendientes. Pol. Potomis. Vng. Maradek Ang. Posterior. ] Cic. in Lælio: Quo in genere sperare videor, Scipionis & Lælii amicitiam notam posteritati fore. Idem i. Tusc. Quin optimus quisque maximè posteritati servit. Ovid. i. de Ponto, Eleg. 3: Quam laudem à sera posteritate ferat.**

Pöltféro, pen. corr. act. in conseq. Postpono, Posthabeo. [πέτει  
baudh. vspor t̄t̄m̄ay. Gall. Postposer, estimer moins. Ital. Postporre.  
Ger Nachlegen/ringen schenken. Hisp. Posponer. Pol. Na jadklađe.  
Vng. Vsel veidm. Ang. To estimate liff.] Plin.lib 3.cap.4.de Nar-  
bonensi provincia loquens: Vibibus, & agrorum cultu, viro-  
rum, morumq; dignatione, amplitudine opum, nulli provin-  
ciarum posterenda.

**Poſthabitum** est. Salust. Sed ubi periculum advenit,  
invidia, arq; superbia poſthuere. Budæus.

Postgenit, divis*s* dictionibus, Posteri. [s]i ueris propagos. Gall.  
Nei, engendrez ou prouersus apres. Ital. Che vengono dopo di noi. Ger.  
Die uadkommen; so bernach geboren werden. Hisp. Los descendientes.  
Pol. Potomkowie. Vng. Viununk valok. Ang. The posterity.]  
Horat 3. Carm. Ode 24: Clarus post genitis.

Pôsthæbéo, es, act.s. Postpuno, postfro, vilius pendo. [783] bazil. uszor i. deutz, òriugé, piæ iæctio. Gall. Pôsposer, preferer. Ital. Postorre, posponere. Ger. Geringer halten/hindern sezen/ für minder achten. Hisp. Postponer. Pol. Mniej wazie. Vng. Vtanna ratbm rož zahnak istelm. Ang. To put back, to esteem less. ] Terent. in Phorm. Nam omnes posthabui mihi res, ita ut parfuit: Post quam tantopere id vos velle animum adverteram. Virgil. 7. Aegloga: Posthabui tamen illorum mea serialudo. Cicer. 5. Tule. Ut omnibus rebus posthabitis, totòd se in optimo vita statu exquirendo collocarent.

**Posthac.** Deinceps, in futurū, quasi post hoc tēpus. [כִּי־תַּחֲאֵר כֵּן  
achār chen יְמִינָה acharé chen. μετὰ τοῦ τε, τὸ δοιότερον, εἰς τὸ τρίτον.  
Gall. Dorejnauant, cy apres à l'auenir. Ital. Per l'innanzi, da qui à die-  
tra, per l'avenire. Ger. Zurhina/oder hernach. Bel. Hierenac. Hisp. De  
qui adelante. Pol. Potom. Vng. Ezravan. Ang. Afterward.] Sicut  
Untchac, ante hoc tēpus. Terent in And.-posthac quas facient  
deintegro comedias. Vide Vallam lib.2.cap.57.

Posthumus, penult corr. ex post, & humus componitur, Qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum: hoc est, sepultum patrem natus. [οὐ γάρ, οὐ Gall. Qui est ne apres la mort de son pere, posthumus. It.al. Nato poi che è morto suo padre. Ger. Der nach seines Vaters tod gebore ist. Hslp. El que nasce despues de muerto el padre. Pol. Ten ktori sie pozmierci oycjow wie mirodziel. Vng. Attya halala vnan zwerde. Ang. He that is borne after his fathers death.] Plautus in Aulul. Post medium ætatem, qui medianum ducit uxorem domum, Si eam senex anum prægantem fortuitò fecerit, Quid dubitas quin sit paratum nomen pueru posthumus? Cicer. 3. de Finibus: Dicuntq; ut liberis consulatum velimus, etiam si Posthumus futuri sint. q Posthumum tamen non cum significare tantum, qui patre mortuo, sed & qui postremo loco natus est, Cesellius Vindex ex versibus Virgilianis disputat apud Gellium lib. 2. cap. 16: Itaq; nonnulli etiam sine aspiratione scribunt.

*Pósthumus, m. a. m. pro Futuro, & sequenti, & postero. Unde & Apuleius Posthumam spem dixit. Virgil. 6. Aeneid. tua posthuma proles. Cic. pro Cætin. Filius posthumus.*

Pósticum, postici, pen. piod. à pòst stando, n. s. Ostium est in posteriore parte ædium. [παρεῖον ἡγ. Gall. Le derrière, où l'huis de derriere d'une maison. Ital. Postico, lascio de dietro della casa. Ger. Ein hinderthür. Hisp. El postico detrás de la casa. Pol. Tel', zad. Vn. Foulayo. Ang. A gate on the back side of an house.] Plaut. in Sticho: sed quum co gito, Botius quam in dividiam veniam, est etiam hic ostium. Aliud posticum nostrarum harumce ædifici: Èa ibi opsonatum, èdem referam opsonium. Horat. libro 1. Epist. Atria servantem postico falle clientem. q Pro eodem etiam postica scemino genere dicitur. Ammianus: Per posticam ingressus, refertam inventi confluentæ ex finitimi virili & muliebri sexu: quo verbo ipsum quoque Varronem usum esse Nonius testatur. q Postica etiam augures appellabant plagam Septentrionalcm, propterea quod qui inaugurabantur, hanc coeli partem à tergo habebant, facie in meridiem conversi, quam idcirco anticam vocabant. Occasum autem dexteram appellabant, quemadmodū Ortum sinistram. q tē postica, linea est in agri dividendis, quæ ab Oriente in Occidentem spectat. Omnia deniq; quæ post nos sunt, postica dicuntur: & quæ ante nos, antica.

Pōstī cūlā, lā, diminutivūm à postica. Idem significans. *in modis  
duo*. Apuleius : Per quandam bievem posticulam intrō vo-  
cat me.

Pōsticūlūm, li, aliud diminutivum ejusdem significationis.  
Plaut. in Trin. Posticulum hoc recepit, quum zdes vendidit.  
Ibidem: Vbi nunc filius meus habitat? S. hic in hoc posticulo.  
Pōsticūs, a, um, adjecitivum est, Quod post nos est. [ΜΗΠΝ]

*Futus, a, um, adjectivum, Quoniam nomen.*

*écharón. dñs d. Gall. Qui est derrière. Ital. Chi è dietro. Get.  
Dás dahinden oder hindernern si Hisp. Los que es detrás. Pol. Zad-  
sy. Vng. Vnnum valo. Ang. That is behind.] Quando vero an-  
ticam & posticam dicimus, subauditum nomen pars, vel aliud  
simile. Peis. Satyr. 1.: posticæ occurrit sannæ: hoc est, missio-  
næ factæ à parte posteriore. Auson. postico vulnere fossor.*

Póliticā, aīum, Absq; adjunctione alterius, veteres hoc nomine  
interiores templorum fore vocabant, quemadmodum anti-  
cas anteriores. Cornutus in Persium Satyr. i.  
Póstides nō sūt sive deinde Plautus in Sticho: Quin **z**enarius

**Postidea**, post id, tive deinde. Plautus in Stichio: **Quin equus**  
est nos poriorum habere te, postidea vitos nostros. Ibidem:  
**Postdea loci si hoc edixerit.**

**P**ostilēnā, postilenæ, pen. prod. f. p. Incurvū lignū, sive crassius  
lorum quod sub jumenti cauda ponitur: à pōst stando (ut vo-  
lunt) dictum, quod posteriorē jumentorū partem exornet.  
[*et ceteris Gall.*] *Vne troupiere.* Ital. *Groppiera.* Ger. Das offterges-  
teld oder schwangereid an einem Pferd / der riteme dder das holz se-  
man den Rüssen vnd auch den geladenen Mauithüren vñdet den  
schwanz thut. Hisp. El ataharré o gruppera. Pol. *Pochwy.* Vng. *Fer-  
merring, farham.* Ang. *A crupper of an horse.*] Plautus in *Cal.* Ita  
te aggerunda aqua curvum faciam probè, ut postilena possit  
ex te heri. *Contrā, antilena* dicitur, qua pectus cingitur, nō ag-  
gerundar.

**Post-illā.** Duæ dictiones in unam conjunctæ per subunionem, idem significantes quod adverbium postea, autore Donato. Terent. in EynUCHO: Tute scis post-illa quām intimum habeam te.

**P**ostes, m. In ædificiis dicuntur latera ostiorum, ex lapide, ligno, m. t. quorum alter fortes sustinet cardinibus affixos, alter feram recipit & repagula quum ostium clauditur. [ΕΠΙΦΟ  
sippim ΣΤΙΛΛΑ μερυσι, μεγαλίδες. Gall. Les posteaux d'en bas,  
ausquels il est attaché & fermé. Ital. Le balestre delle porte à la porte.  
**G**er. Die thurpfosten oder thürgestell. Hisp. Las puertas para cerrar,  
à la bastidor de la puerta. Pol. Podwoje. Vng. Ayto ragazzi. Ang.  
The dore cheeke or postes that the dore hangeth upon and is shut by.]  
Virgil. 2 Aeneid Hærent patiebus scalæ, postesq; sub ipsos  
Nitutur gradibus. Idem 7. Aegloga. hic plurimus ignis Semper,  
& alsidua postes fuligine nigri. Idem 2. Aeneid. emoti  
procumbunt cardine postes. Cic. pro Domo sua: Patiebus,  
textis & postibus grecis bellum intulisti.

**P**ostliminium, postlimini, n.s. ex post & limen componuntur: quæ curisque enim a nobis ad hostem pervenient, quæcumque à nostro limen exierint, si post ad idem limen revertantur, postliminio redeunt ~~avèrò μητρας~~. Festus: Postliminio receptus est si qui extra limina: hoc est, terminos provinciæ captus fuerat, rursus ad propria revertitur. Paulus Iurisconsultus de Cap. l. Postliminium. Postliminium est jus amissione recipiendi ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos & liberos populos, regesq; moribus ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimus postliminio recipere, id quod naturali aequitate introductum est: ut qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redisset, pristinum jus suum recuperet. **S**erius Sulpitius Iurisconsultus, referente Cicero in Topicis, in dictione postliminium, nihil notandum putavit nisi particulam post, reliquam vocabuli partem solum additamentum putabat, tanquam liminium nihil significaret: si-  
c ut nullum supplementum est in meditullo. **S**civola autem putat postliminium, ex duabus dictiōnibus, post, & limen esse compositum Postliminio quietis, apud Apuleium, signifi-  
cat post quietem. Nam reversio quedam postliminii voca-  
bulo significatur. Postliminio mortuus est, reversione à mor-  
te & post mortem.

Pōstmēridiānūs, Vide POMERIDIANVS.

Postmitto, tis, act t. Posthabeo, negligo: parvi, aut nihil i fa-  
cio. [¶] baxib. ad iactio. post. Gall. Postposer. Ital. Pospor-  
re. Ger. Mindre oder rünger achten. Bel. Laten barein. Hisp. Posponer.  
Pol. Wagarzam, ganicuetwage. Vng. Hatra vescm, meg vescm  
sermin, k uelbm. Ang. To sett little by, or esteem leſſe.] Cic. pro Cæ-  
sare: Quod in alicius agrestis peticulo non poſtmitteretur, id  
homo eruditus in insidias doctissimi hominis ditsimulandū  
putaret?

ostinodum, pen. corr. Postea, quasi post modò [גַּדְרָה] achár chen [כִּירְבָּן] acháre chen, öszer. Gall. Apres ce, puis apres Ital. Poco poi, poi poco appresso. Ger. Hinterach/nachherw./nachmädernd Bel. Daarna. Hisp. Despues. Pol. Potem. Vng. Egy után. Ang. Afterward. ] Liv.li 1. ab Urbe: Sæpè ex injuria postmodum exortam gratiam. q Dicitur & postmodò . Idem lib. 4 : Si Ardeates sua tempora expectare velint, arbitriumq; Senatui lewandæ injuria suæ permittant, forte ut postmodò gaudeari se ira moderatos.

**Postomis, postomidis, ētēmis, Ferrum est, teste Nonio, quod ad cohibendam equorum tenaciam, naribus, vel in os sui imponitur. [Pol. Kawęcziń, item kraganieq. Ang. Baynacle, au-  
ſtrument**

*Anno set on the nose of unruly horses.]* Lucilius: Postomides huic iugentes de naribus pendent.  
Postpono, postponis, postponui, postponitum, act. t. Retrò posso, posthabeo, postfero. [אַתָּה בְּזָהָב וְעַמְּדָה. Ital. Postpone. Ger. Nachlegen einem andern das ist grösser geachtet wird / ist geringer halten. Hisp. Postponer. Pol. Lekce waze, przekl adam. Vng. Hatal verdm. Ang. To postpone, postpone off. ] Plin.li. 13. cap. 19: Cyrenaica regio loton suæ postponuit paluero. Ovid. 6. Metam.. vosq; est postponere naus ausa suis. Horat. 1. Epist. 18:Dormier in lucem: scorto postponet honestum Officium. q Aliquando ponitur pro omittit, vel intermittere. Cic. F. ad Tironem: Omnia postposui, dummodo preceptis patris parcerem. Cæs. 6 belli Gall. Ut omnia postponere videatur, consilium in Lutetiam Parisiorum transire.

Postprincipia. Dictio cōposita, qua Varro apud Gelliu utitur, lib. 16. cap. 18. pro progressu rei alienius qui principia subsequuntur. Voluptas autem (inquit) vel utilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, quæ perfectæ absolutes, sunt: in principiis vero ipsiis, in eis & insuaves videntur. Postquam, & posteaquam. Connexives particulæ sunt, quibus die & sequentibus connectuntur. [επόμενη. Gall. Apres que, depuis que. Ital. Pos che. Ger. Nach dem. Hisp. Despuies que. Pol. Potim. Vng. Minek vissza. Ang. After that. ] Virg. 3. Aeneid. Postquam auctor tergit fluctus. Vide POSTEA.

Postremus, adjectivum, Postremo, adverbium, Vide POSTERVS.

Rumā, æ, f. p. à veteribus dicebatur mamma, ut annotavit No- nius, citans locū Catonis ex opere de liberis educandis. [ οὐρά- schad 77. ladh. μετέ. διά Gal. Mammelle Ital. Poppa, poccia, mitta, German. Ein Duran. Hisp. Tetra Polon. Cyrek. Vng. Tiross. Ang. The dogge or pape or teat of a beast. ] Rumanus (inquit Caro) prīlico vocabulo mammam appellatū: à qua subrumi etiam nunc appellantur agni q; Hinc et à rumare dicebant antiqui pro lactare: quasi rumam in os inserer: quod tamen verbum postea ad scēdē libidinis significationē est translatū, ut latius videtur licet suo loco. q; Rumam præterea Servius interpreta- tur, eminentiorem colla partem, ad quam demissus cibus à c: ritis revocatur animalibus. Quod & ipsum Festus innotet viderur, quum rumare antiquos dixisse ait pro ruminare.

Rumēn, inis, n. t. propriè in animalibus quibusdam dicitur quidam quasi ventriculus, quo illa pabulum ad tempus de- mittunt, indeq; rūfus ad os revocant: unde & ruminatio no- men accepit. [ οὐρά οὐρά παραγάγει. οὐρανός. ] Gall. Le hau de ventricule de bestes ruminantes. Ital. La gola. Ger. Der vorwand bei Thieren auf dem sie die Speis widerholen / vnd widerkehren Belg. Den gorgé. Hisp. La cruxera con que tragemos. Pol. Zol'adek bid- lecepti

**L**icet. **Vngar.** **Kerbraga,** **kero.** **Ang.** **The cudde.]** Rumen, inquit Nonius, locus est in vêtre, quo cibus demittitur, & unde redit. q Per translationem tamen pro ipso etiam sumitur ventriculo, cibi & potus receptaculo. Pomponius Prostibulo, ut citat idem Nonius: Eg<sup>s</sup> rumorem parvi facio, dum sit rumen qui impleam. Festus rumen interpretatur partem colli qua esca devoratur. q Rumē item antiqui pro ruma accipiebant: hoc est, pro ubere sive mamma. Plia. lib. i. 5. cap. 18: Colitur fucus arbor in foro ac Comitio Romæ nata, sacra, fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam ejus, quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata, quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen: ita enim vocabant mammam.  
**R**umino as pen. cor. & Ruminor. aris. d. d. Remando. & cibū

Rūmino, as, pen. cor. & Ruminor, aris, d.p. Remando, & cibū à rumine ad os revoco: proprieq; de iis dicitur animantibus, quæ in superiori mandibula dentes primores non habent. [ 7 ] għar. aħmar u qiegħi, aħxaq oras lu. Gall. Ruminare, remascher ce q' on a mangi. Ital. Ruminare, quando i busi o pecore rimaſticano, quando hanno mangiato. Ger. Widerkauen, mōsuwen. Hisp. Ruminar los animales, o ruminar. Pol. Znowić. Vngar. Kerēzragok keréz. Ang. To chew the cudde. ] Colum. lib. 7: Propter quæ dos neque ruminat, neq; lingua se detergit. Virg. 6. Aeglog. Illice sub nigra pallentes ruminat herbas. Plin. lib. 10. cap. 73: Ruminant præter jam dicta sylvestrium cervi quum à nobis aluntur. ¶ Per trâstilationem ponitur pro in memoriam revoco, & diligenter perpendo. αἰντιμάζειν. Varro Bimargo, ut citat Nonius: Odysseam enim Homeri ruminari incipies. Idem, Tanaquile, apud eundem Nonium. Varro: Non modò absens de te səpiùs cogitabit, sed etiam ruminatur humitatem tuam.<sup>9</sup>

Rūminātio, onis, verbale, f.t. [ 7 ] għerdl. unqiegħi. Gall. Ruminement, remaschement. Ital. Rimaſticamento. German. Widerkauung. Hisp. Obra de ruminar è rumiar. Polon. Rogżiwa-ne. Vng. Kerēz. Ang. A chewing of the cudde. ] Plin. lib. 11. cap. 37: Quibus neque decates utrinque neque ruminatio. ¶ Ruminatio, rei cuiuspiam in memoriam revocatio. [ Pol. Rogħiġiwanie. ] Cicero ad Attic. lib. 2: Quanto magis vidi ex tuis literis quam ex illius sermone quid ageretur de ruminazione quotidiana, de cogitatione, &c.

Rūmīnālēs fīcus, Romē fuit in Comitio, fulguribus sub ea conditis sacra, à ruminando, ut quidam volunt, dicta, quod sub ea pecudes & statis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueverint. Aut certe (ut Plinio lib. 15. cap. 18. placere video) ab eo quod sub ea inventa sit lupa Romulo & Remo rumen: id est, mammam præbens. [ German. Der Geisgenbaum vnder welchem die wölfissin Romulum und Remum gesduget hat.] Livius libro 1. ab Virbe: Primum Romularem sicum à Romulo dictam putat, quæ deinde voce paulatim depravata, Ruminalis coepit appellari. Verba Livii sunt hæc: Ita velut defuncti regis imperio in proxima alluvie, ubi nunc ficus ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. q Ruminales hostiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. cap. 51: Coruncanus ruminales hostias, donec tridentes fierent puras negavit.

**Rūmēntum**, inquit Festus, idem quod abruptio.

RUMEX. *rubicis*, m. t. Herba est sylvestris ex lapathi generibus, à quibusdam *oxalis* appellata, sativæ proxima, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima. [λάπαθος. Gall. *Oxille*, pareille, patience. Ital. *Rumice*. German *Mensewurz*, oder *Grindwurz*. Hispan. *La romaza yerba cocida*. Polon. *Kobyli* siccaw. Vngar. *Soska*. Ang. *Sower dock* or *forrell*.] Quidam etiam *lapathum cantherinum* appellant, ad strumas cū axungia efficacissimum. Virgilius in *Moreto*: Fœcundusque rumex, malvæ, violæque virebant. Sunt ex recentioribus qui *rubicis* appellationem latius accipiunt: ut ad omnia *lapathi* genera exteadatur. Plinius tamen speciem jam depictam, à ceteris generibus, *rubicis* nomine distinguit. Vide ipsum lib. 20. cap. 21. lib. 19 cap. 12.

Rūmīfēro, Rumigero, Vide RVMOR.

Rūmīgārē, Apulcius usus est pro ruminare, & quod Quintilianus ac Plinius ajunt, remādere, & cōmanducare. [↑] ghar. p̄ezv̄ḡouaq. Gal. Ruminer. remascher ce qui on a masté. Ital. Rumisare, masticar bene. Ger. Widerlewen. Hisp. Rumiar. Pol. Pogawam. Vng. Kerđzsi. Ang. The chaw the cudde.] Verba Apulcii sunt hæc lib. 4. de Asin. Iam ferè tertium palām rumigabam. Dūmō Ruminor. Vide R V M N.

Rumino. Ruminor, Vide RVMEN.  
Rumi's, Ruma: id est, mamma Rumis (inquit Festus) mamma  
diciunt: unde & rustici appellant hædos *subrumbos*, qui adhuc  
sub mammis habentur. [7W schad 77 dadv. usq; 77. In v. Gall.  
Mammæ. Ital. Mammæla. Germ. Ein Duttan Hisp. La testa. Pol.  
Cycek, *rimono*. Vngar *Tsbs*. Ang *The teator dugge of a beast.*]  
Varro de Rust. cap. 11: Mamma rumis, sive ruma: ut ante di-  
cebant: inde dicuntur *subrumi agni laetentes*.

Rūmo, mas, Antiquis idem erat, quod lacto, quasi rūmam in

**os infero.** [Infero. Gall. Donner la mammelle, allaister. Ital. Lattare, mettere la mammella in bocca. German. Edagen. Hispan. Dar à mamma la leche. Polon. Datejac. Vngar. Zopok. Ang. To give suck.] Vnde deducitur compositum **Rumare**, quod olim nihil aliud erat quam rumam: hoc est, mammam in os pueri inserere. q Rumare item antiqui dixerunt pro ruminare, teste Festo. Nam & iumam, si Servio credimus, iidem pro rumine dixerunt: hoc est, pro eminente sub collo parte, ad quam cibis demissis, à certis revocatur animalibus.

Rümör, oris, m. t. Fama, & sermones populi. [ **ΥΝΩ** schimah. **Οἴην**. Gal. Renommee, bruit de ville Ita. Rumor, fama, nouella Ger. Ein geschrey das von einē ding aufgeht/ein gemeine gassentre, Belg. Ein gerucht/fame/der gemeinen roep. Hisp. La fame de nuevas ideas. Pol. Wissigrogli/senie. Vng. Kbz hir. Ang. Fame, bruite.] Cic. in Philipp. Improbissimus rum quibus dissipatis. Terent. in And. Meum gnatum rumor est amare. Cic. ad Cassium, lib. 12. Epist. Nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella:satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. Idem Attico, libro 16: Sed tamen rumoris nescio quid afflaverat. Horat. 2. Serm. Saty. 6. Frigidus à rostris manat per compita rumor. Virg. 12. Aen. Rumoresq; scriit varios, actalia fatur. q; Aliquando ponitur pro favore, seu studio. ~~arvudi~~, Virg. 8. Aen. Ergo iter incepturn paragunt rumore secundo. Romulus, diminutivum. Parvus rumor. *L'rumor dederit, n'haedet.*

Gall. Petit bruit. Ital. Picciola fama, rumore. Ger. Ein geschniq-  
hain ein schlechte sag von einem ding. Hisp. Quequena cosa. Polon.  
Mal' a wieś. Vng. Körz hirbtske. Ang. A smal or little bruse.] Cic.  
ad Attic.lib.2: Quas quidem ego multo magis vereor, quam  
eorum hominum, qui hodie vivunt, sumuscales.  
Rüm'féro, as.pen.cor. Rumorem fero: hoc est, famam spargo:  
quod & Rumigerio, as, dicitur. [ΥΝΙΨΤΗ bishimia. Δέφημι-  
ζη. Gall. Faire courir un bruit, semer un bruit. Ital. Spargere rumore.  
Ger. Aussagen gemeinhch/ ein geschen aufgehn lassen. His. Accarear  
nuevas. Pol. Rozwieścam, rogi' awiam. Vngar. Körz kirt hirbtsk.  
An. To sowor spread a brute and rumour.] Plaut. in Amph. Quam-  
que adeò cives Thebani non rumiferant probam.

Rumigerulus, qui rumorem spargit. **Rumpo**, pis, rupi, ruptum, act. t. Frango, revello, scindo. **paráss** ψῆρ karah **pará** parám, pízvruui, ázvruui, karnegeón. Gall. Rompre, mettre en pieces. Ital. **Rompere**, spezzare, dissoluere. Germ. **Bréchen** oder **zerbrechen**/ zerfallen/ zerstossen. Belg. **Breken**. Hisp. **Romper**, quebrar. Polon. **Przerwam, rogrzwan**. **Vng**, El rontón d zakaztom. Ang. To break.] Virgil. libro 5. Aeneid. -nodos, & linea vincula rupit. Idem 9. Aeneid. Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis. Rumpere vincula, est effracto carcere, vel ruptis compedibus, aliave è custodia exire. Cicero in Catil. Adjungit gravem poenam municipibus, quis eorum vincula ruperit. Idem 4. Tuscul. Nec tamen illa vincula carceris ruperit. q Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terentius in Hecyr. Ut me ambulando rumpet. q Rumpere silentium, & rumpere vocem, est in voz prosumper, & rem silentio aliquadiu suppressam eloqui. pízq vñl. Virg. 10. Aen. -quid me alta silentia cogis Rumpere? Idem 2. **Aeneidos**: Composito rumpit vocem, & me destinat arz. q Rumpere moras, est auferre moras, sive festinare. Virgilius libro 3 Georgic. - en age segneis rumpe moras. q Rumpere fidem, est fidem violare. Ovidius Epistol. 23: Rumpi quam ruptum sum mihi questa fidem. q Rumpi item dicuntur, quæ nimia tensione dissipuntur. 2. q pízq vñl. Cicerio in Vatin. Ut aliquid ista, quæ sunt inflata, rumpantur. q Inflatas rumpere vesiculos, apud eundem 2. de Divinat. Horat. Serm. 2. Satyr. 3: quum magis, atque Se magis inflaret, Non si te ruperis, inquit, Par erit. q Hinc sumpta translatione, rumpi invidia, & rumpi malis dicimus, pro eo quod est, graviter discruciar, & vix ferre posse. Virgil. us 7. Aeglog. - invidia rumpantur ut ilia Codro. Cicero Quint. libro 3: Ut his malis Reipub. licentiaque audacium, quibus antea rumpabar, nunc ne moveat quidem. q Rumpo, pro rumpi facio. Martial. libro 10: Grandis ut exiguum bos ranam ruperat olim. Sic, puto, Torqua-  
tus rumpet Otacilium. q Hujus verbi composita sunt, Abrum-  
po, corrumpo, dirumpo, erumpo, irrumpo, interrumpo, per-  
rumpo, & prorumpo, de quibus suis locis.

Ruptio, [p̄ḡs ūt̄r̄p̄s. Polon. Pr̄t̄argnienie. Vngar. Zek-  
das.] Vlpianus D.libro 9. Tit. 2.l.27: Rupisse enim utique ac-  
cipiemus qui vulneravit: vel virgis vel loris vel pugnis cecidit,  
vel telo, vel quo alio ut scinderet alicui corpus, vel tu-  
morem fecerit. Aquila enim eas iuptiones quæ dama dant  
perseguitur.

Ruptor, oris, m. t. [יְרֻפָּה porēt ַעֲדָה koreah ַעֲדָה porem, o ַעֲדָה  
מִס, o ַעֲדָה, o ַעֲדָה Gall Rompeur, qui rompt. Ital. Cbi rompe.  
German. Ein brecher/zerstesser. Hispan. El que rompe. Polon.  
Ruptwacj Vngar Ronto zogato. Angl. He that breaketh.] Liv. 4.  
ab Urbe: Hiccine est, inquit, ruptor foederis humani, violator  
que gentium juris?

Rūptus, a, um, Fractus. [ **¶** parūs vīrāp karāsh pāzār. Gall. Romp, crene. Ital. Rotto, crenato. Ger. Zerbrosch. Hisp. Quebrao sado. Pol. Rożewani. Vngar. El roncato et zekat. Ang. Breken.] Virg. Georg. 2: - qua vi maria alta tuncescat Obicitibus ruptis. q. Testamentum ruptum: id est, irru: cui opponitur Ratum. Cic. de Orat. Testamentum rupeum aut ratum. q. Aliquando ruptum dicimus fatigatum & membris fractum ex diutino labore. Apulejus: Quousq; ruptum istum asclium, nunc etiā claudum, frusta paleamus? q. Aliquando ruptus, pro eo sumitur qui vestibus est laceris, & pannosus. [ **¶** vīrāp karāsh. jasai. ] Martial. Qui sanet ruptos, dic mihi Gallic quis est? Rūmpī, portum, m. f. qui & traduces dicuntur Brachia sunt vi- nūm, quibus ille ex arborebus in arbores traducuntur, & sibi mutuo connectuntur. [ Gall. Avantins de vigne. Ital. Rampoli, rafoli. German. Die langen knebel an den Raben so man in die hōhe von einem Baum bis zu dem andern gezeigt. Hisp. Sarmientos de la parr. Pol. Krętawie sie winna. Vng. Logz vezéb masfura altal folyo vezéb. An. Branches whereby the vine tree is brought from trees to trees and tied together.] Varr. lib. 1. de Rust. cap. 8: Quartu[m] pedamentum est nativum ejus generis, ubi ex arborebus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Quibus ex verbis Varronis, quoniam manifestum est eisdem esse rumpos, qui alio nomine traduces dicuntur, reliquum est ut doceamus, hisce nominibus non arbores ipsas significari, (ut quidam putaverunt) neque rursus vites ipsas, sed quædam vitium veluti brachia à sua utrinque matre porrecta, & circa medium arborum intervallum sibi occurrentia, ibidemq; connexa. Id autem plausum fieri Columellæ testimonio lib. 5. cap. 7, ubi sic habet: Cetera simili ratione atque in arbusto Italico administrantur, ut vites longis scrobibus depontantur, ut eadem diligentia carentur, atque in ramos dividuntur, ut novi traduces omnibus annis inter se ex arborebus proximis connectantur, & veteres decidantur. Si tradux traducem non contigit, media virga inter eas deligetur; Quam deinde fructus pondere urgebit, subjectis adminiculis sustineatur.

Rūmpotinum arbustum; Genus arbusti Gallici est, à rumpis: id est, traducibus nomine habens, qui utrinque à matre exorrecti, & circa medium arborum duarum intervallum sibi occurrentia connectuntur. [ Pol. Wiroline gwinnego ſtoki. ] Col. lib. 5. cap. 6: Est & alterū genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinū. Id desiderat arborum humilem, nec frondosam. Cui rei maximè videtur idonea populus: ea est arbor cornu simili. Quin etiam cornus, & carpinus, & ornus: nonnunquam & salix. Hoc genus arbusti frequens est in agro Mediolanensi, ubi etiam hodie nomen servat. q. Arbores rumpotinæ, quibus vites rumpotinæ ianituntur. Vites autem rumpotinas (ut ex predictis facile intelligi potest) eas vocamus, ex quibus rumpotinū est, traduces dicuntur. Columella loco jam citato: Arboribus rumpotinæ si frumentum nō subseritur inter utraque partem, viginti pedum spatia interveniunt. At si segetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram viginti relinquentur.

Rūmpotinetum, Locus rumpotino arbusto cōsitus, vel ipsum arbustum rumpotinum. Col. lib. 5. cap. 6: Nam ita ferè constitutum rumpotinetum animadvertis, ut ad octo pedes locis siccis, & clivosis, ad duodecim pedes planis & uliginosis tabulata disponantur. Reliqua vide in dictione præcedenti.

Rūmūsculūs, Vide R V M O R.

Rūna. Teli genus latiore habens cuspudem: è quo deductus adjективum Runatus: id est, rusa armatus. Ennius: Runata rededitid est, pilata, ut interpretatur Festus. [ Polon. Osiep ſjarki ne gwierte. ] q. Hujus diminutivum est Rulla, de quo pa- lò anté.

Rūncinā, f. p. [ Germ. Ein schroßsäg. Belg. Een grote sage. Pol. ryska wiadka. Ang. A bush saw to cut bushes. ] Fabrile instrumentum esse cōstat: id tamen quale sit, video nō satis convenire inter eruditos: aliis assertentibus genus esse serræ majoris, qua fabri materialis secent arborū moles, subjectis cante- riis: aliis rustici ferramenti genus esse existimatis, ad dumeta excendenda accommodati. Nos contiā runcinem eandem putamus quā vulgus hodie plenulum vocat, qua fabri assainē- taradunt & lævigant. Idque ut ita censemus, fac. i.e adduci- mur Plinius testimonio lib. 16 cap. 42. ubi sic habet: Firmissima ad testum abies. Eadem valvarum repagulis, & ad intextina opera aptissima, sive Greco, sive Campano, sive Siculo fabricę artis genere spectabilis, ramentorū crinitibus p. impinato sem- per orbis volvens ad incitatos rucinaram raptus.

Rūnco, as, act. p. Herbas inutiles, fructicēs ve noxiōs evello, sive extirpo: [ **¶** Rūnco. Gall. Sarcer, oster les m̄schantes herbes. Ital. Stirpar l'herbe cattiva. Ger. Aufzäten/ausreut. Belg. Wareken. Hisp. Rocar. Pol. Zkorenim wortw. m. Vng. Kigylatom. Ang. To weed or pluck out weeds. ] ut Runcare spinas, apud Catonē de Rust. cap. 2: Runcare segetem, est herbis noxus expurgare.

Plin. lib. 18. cap. 2: Siliginem, far, triticum, semen hordeum occato, sartito, runcato, quibus dictum erit diebus. q. Hinc componitur Eructo, de quo suprà suo loco.

Rūncātō, verbale, s. t. [ **¶** Rūnco. Gall. Sarlement. Ital. Es- roncare. German. Idem. Hisp. Recamiento. Pol. Plewido. Vngar. Kigymlala. Ang. A weeding. ] Columel. lib. 2 cap. 9: Frequentem tamen exigunt saturationem & runcationem, ut herbis libererentur.

Rūncātō, oris, m. t. [ **¶** Rūnco. Gall. Sarleur. Ital. Roncatore. German. Ein dörter/aufreuter. Hispan. Rocador. Polon. Ple- waq. Vngar. Gyomlala. Ang. A weeder. ] Columel. lib. 11. cap. 3: Quæque præterior, intelligi oportebit nullam operam po- stulare runcatoris.

Rūſo, is, rui, fatum, & ruitum, n. t. Cado, concido. [ **¶** naphāl, igēm, ipso pīconay. Gal. Choisir du haut en bas, tomber, ailler en ruine. Ital. Ruinare, cadere, precipitare. Ger. Zu haussen fallen/nider fallen. Belg. Omvalen. Hisp. an. Derribar, caer. Pol. Walisie rpadam. Vngar. Le roha nok, le esbn. Ang. To fall downe or go violently. ] Virgil. 2. Aeneid. - ruit alto à culmine Troja. Tereutias in Heavt. Quid si nunc cœlum ruit? Ovidius quarto de Ponto, Eleg. 3: Et subito casu quæ valuerit, ruunt. q. Per translatio- nem quandoque ponitur pro effundi. [ **¶** nīschpach ] Virgil. libro 6: Unde ruunt totidem voces responta Sibyl- lae. q. Quandoque pro decipi. [ **¶** pathah nīschpach ] Cicero libro 3. Officiorum: Si hoc non est cunctorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurere q. Quā- doque pro cumulare, vel corraderem ponitur. Et sic habet ac- cusativum, quum alioqui sit absolutum. Virgil. lib. 1. Georg. Quid dicam iacto qui semine cominus arva Insequitur cu- mulosque ruit malè pinguis arenæ? [dem libro 1. Aeneid. spumas salis ære roubant. Plaut. æris acervos ruit, impuræ scilicet. Horat. idem intellexit, ut metiretur nummos: id est, etiam si modus metiretur & rueret acervos nummos: id est, Hinc est quod Cicero dixit ad Attic. libro 16: De Dolabellæ laudi- bus deruam cumulum q. Quandoque pro festinante ire, seu in præcessi ferri, & sine cautela in aliquem impletum facere. [ **¶** pathah wīchaphād iqānā ] Virgil. lib. 10: Quo mo- riture eius, majoraque virtibus audes? q. Quandoque pro im- pellere. [ **¶** hīdāch idāwās. ] Terentius in Adelph. Cæ- teros, ruerem, agerem, raperem, tunderem, prostrerem. q. Quandoq; pro ero, sive eximo. [ **¶** hīsīl. iqāqāw. ] Vir- gil. libro 11: confusa roubant Ossa foci. q. Quandoque pro crepare, & gravi sonitu quodammodo ruinam minari. Virgil. libro 1. Georgie. - ruit ardus æther: id est, tonitru percrepat. Ad euader modum cœli ruinam idem libro 1. Aen. pro tonitru posuit: Fluctibus (inquit) oppressos Troas, cœliq; ruina. q. Ver ruit id est, præcipitatur, & ad finem pro- perat [dem lib. 1. Georg. Vel quum ruit imbr. serum ver. Nox ruit. Idē sexto Aen. Nox ruit, Aeneas, nos flendo ducimus ha- ras. q. Ruere nubem, est egerere, emittere. Virgil. 2. Georgie. - ruit atram Ad cœlum picca crassus caligine nubem. q. Hu- jus composita sunt, adobruo, corruso, diruo, eruo, irruo, ob- ruo, & subruo: quorum significata vide suis locis.

Rūnā, æ, f. p. Casus, excidiumq; dicitur. [ **¶** mappalāh (vel) mappalāh. idās, qānāwās. Gal. Ruina, cheste Ital. Rouina, c. / o. Germ. Ein fall, umbfallung. Belg. Eten val. Hisp. Caída. Pol. Obalienie, oburjenie. Vng. Romas. Ang. Decay of housing or fal- ling downe. ] Nam (ut inquit Hieronymus) ruina est quum pa- rietes domorum diruuntur. Cic. 3 Tusc. Magis me moverunt Corinthi subito aspectæ parietum ruinæ, quam ipsos Corin- thios. q. Ponitur aliquando pro morte. [ **¶** mārēbāh. ] Plini. lib. 17. cap. 25: Prodigū in nostro ævo Neronis principis ru- ina, factum. q. Cœlitruina, pro tonitru [ **¶** vīrahām ] Virg. 1. Aen. Fluctibus oppressos Troas, coelique ruina. Vbi Serviust Coeli ruinarid est, tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. q. Transfertur & longius, ut pro quavis pernicie, seu calamitate accipiatur. [ **¶** edb. Pol. sīkada. ] Cic. 1. Invest. in Catil. Prætermitto ruinas fortunariū meārum dem. At Magna proxi- mis Idibus ruinam impender. q. Subducere caputruina, est ex- ponere se periculo. Curt. lib. 5: Hinc spe, hinc metu militares animos versant: ruine terū illos subdere capita, in perniciem trahi, qui Bætra pateant exceptura eos doni, & opulentia. Rūnōxūs, fa. sum, Caducus, seu ruina minans: [ **¶** lāwāt. ] Gal. Ruinen Ital. Ruina, che minacia ruina. Ger. Raufällig/umbo- festig. Hisp. Coja que esta para caer. Pol. Obalyshi l'arts do obal- ma. Vng. Romlo. Ang. Ruinous, that decayeth. ] ut Aedes malæ materialis, ruinol, apud Cicer. 3. Offic. Ignorentur in omnibus cubiculis apparere serpentes, ma è materialæ, ruinose.

Rūpēs, is, s. t. Peira, live mons p. æruptus: à rumpendo. [ **¶** rū- sur q. chepb. D'sélah. dərphāt, nr̄as. Gall. Vne roche, vr. rocher. Ital. Rupe. Ger. Ein schroff/oder feiss. Belg. Een steen roise. Hisp. La penya. Pol. skal'a. Vng. Meredék kőkla. Ang. A rocke. ] Cf. far 2. bell. Gall. Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectusq; haberet, una ex parte, &c.

Rūpēs

Rūpīcēs: Festus. [Pol. Ostreskali.] Pettones rustici ferè dicuntur propter vetustatem, & quod determina quæque, ac prærupti jam agri petræ vocantur, ut rupices iidem à rupinis, alter à petrarum asperitate & duritia dicit.

Rūpīcōnēs: Apulejus Floridor. lib. 1: Quis ex rupiconibus, baulis tabernariis, tam infans est, ut si pallium accipere velit disertis maledicat?

Rūpsīt, Videntur veteres Latini in immunitione præteriorum tenues in duplices mutare soliti esse plerunque: ut ceperis rapis, præceperis præcepis, ruperis rupis: ut in 12. Tabb. apud Festum, si membrum rupit, pro ruperit.

Rūpīcāprā, a, f. p. Capra sylvestris, quasi rupium capra. [πίλος γαλάχιος ἀρνίς. Gall. Un cheureul. Ital. Capra salvatica. Ger. Ein wilde Geiss die in Birgen vnd Felsen hin vnd her stageret / als die Gembsen. Hispan. Un genero de cabra montes. Pol. Koja dzika wzorach bowana. Vngar. Vad ketse. Ang. A milde goat. Plin. lib. 11. cap. 37: Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in adversum, lib. 8. cap. 53: Capra tamen in plurimas similitudines transfigurantur. Sunt capreæ, sunt rupicæ, sunt ibices perniciatis mirandæ.

Rūrestrīs, Ruricola, Ruro, Vide R V S.

Rūrsūs, & Rursum, Iterum, denuo. [τίτονος οὐδεὶς. Gall. Derech, d'avantage. Ital. Di nuono, un'altra volta. German. Widerumb. Belg. Wederom. Hispan. De nuono, otra vez. Pol. Zasie. Vngar. Umege vñ Zontag. Ang. Againe, est soone.] Cic. pro Murena: Facis ut rursus plebs in Aventinum sevocabi videatur. Terent. in Eynuchi. Inimicitæ, inducitæ, bellum, pax rursus. q Inveniuntur interdum rursus & denuo conjuncta. Plautus in Poenulo: Revertor rursus denuo Carthaginem. q Rursus prorsum. Terent. in Hecyri. Tace, trepidari ientio, & cursari rursus prorsum. Donatus: Rursus, propriè retrò: Prorsum, antè significat: & est proverbiale, sicut dicimus, Sursum de mortuam, Intrò foras, Hac illac. q Quandoque ponitur rursus pro econtra. Virg. l. Haud rursus enodes truncis recescantur.

Rūs, ruris, n. t. Prædiū rusticum: ita dictum, teste Varrone lib. 4. de lingua Latina, quod in eo quotannis rursus eadem fiant, ut capiatur fructus, quod tamen ineptum videri potest, cum verisimilius sit esse ex Greco ἄργος, prima litera abjecta: ut ἄργειος, mulgeo, & similia. Scaliger in Varronem. [τίτονος σαδίχης χωρίσιος ἀργός, ἀργοῖς. Gal. Un lieu es champs, un village, les champs. Ital. Villa, possessione, contado, campo. German. Ein Feld/ oder Gut/ ein Bauwesen besitzung. Hispan. El campo que se labra è area, aldea. Polon. Folwark. Vngar. Mező hõzvalo. Ang. Of the cuntry.] Plautus in Captiv. Rus ill. Horat. 1. Epist. 10: Ruris amatores hac in re scilicet una Multam diffimiles. Cicero pro Roscio Amer. Habet animi relaxandi causas rus amœnum & suburbanum. Idem 3. Offic. Ab hominibus relegasset, & ruri habitare jussisset. Virgil. 3. Georg. Luciferi primo cum sidere fugida rura Carpamus. q Rus saturū dixit Persius, quod omnibus rebus abundet, Satyr. 1.

Rūsculum, diminutivè à rus. [Polon. Wieśka. Vngar. Mezőske.] Gell. lib. 19. cap. 9: Cenam dabat amicis ac magistris in rusculo.

Rūrā, s, rurale, om. t. Quod ad rus pertinet. [ἄργον. Gall. Ch. opere, de village. Ital. Cosa di villa. German Das zu dem Feld gehört. Hispan. Cosa de campo que se labra, ò de aldea. Polon. Folwarkowi. Vngar. Mező hõzvalo. Ang. Of the cuntry.] Vnde Rurales dii, Mercurius, Panque, quibus sacrificabat placentas, & vinum, qua de re extat non invenustum Leonidæ Græci poëtae Epigramma:

Αὐλίας ἡ νεμέθαινης πάνης τίτονος ἀργοῖς, οὐδὲ τις πάνης  
Πιδάκες, οὐδὲ γεντούσους πάνης,  
Καὶ οὐ τετέλευτα χρι μηδοσέος μαράθονος ἐξηρτοῦ,  
Οὐ τε τὸν αἰγάλεον πάνη κατέχεις σκόπελον,  
Γ' λαος τὴν Φειδίαν, τὸ τε σκύφον τοῦ μικλεον οἴνον,

Λίγας δ', Αιγαίδια δὲ τοις Νεοπλόμενοι. Id est, Stabula & Nympharuni sacer pagus, vos sub saxo fontes, tuque aquis vicina pinus, & quadratae ovium servator Majæ Mercuri, qui-que capris depastum Pan occupas scopulum: propitiæ hæc liba, populumq; plenum vino suscipite, Acacidæ dona Neoptolemi.

Rūrātō, onis, res rusticæ. [Pol. Zabawka na wsi. Vng. Parazság mezei mukalkodás.] Apulejus in Apologia: Iste vero nec Dns rurationis qui cum pascunt, ac vestiunt segetis ulla aut vitis, aut gregis primicias imparit.

Rūrestīs, rurestre, om. t. Quod est ruris, vel eorum proprium qui ruri degunt. [ἄργον. Gall. De village, rustique. Ital. Di villa. German. Bauwirtschaft des Feldeis. Hispan. Cosa de aldea. Pol. Chłopski. Vng. Mező. Ang. Vplandish or of the cuntry.] Apul. Rurestri vocabulo vulgus indocti et rurales laureas appellant.

Rūrī. O. a, com. p. Qui ruis colit. [τίτονος σιχαρίς ηττης τοῦ θεοῦ. Gall. Laboureur des champs, villageois. Ital. Contadino. German. Ein Bauwesen / einer der das Feld beweget,

Hisp. Aldeano. Pol. Chłop, gbur, siold'ak, oraci. Vn. Mező mészibb. Ang. That dwelleth in the cuntry. Col. lib. 10. cap. 31: Hæc ruricola paterentur monstra? Ovid. lib. 5. Metam. Ruricolasque boves letho dedir. Aratrum ruricula. Ovid. 4. Trist. Tempore ruricola patiens sit taurus aratri.

Rūrīgēnā, com. p. Qui ruri natus est. [ἄργον. Gall. Qui est né, ou habite es champs. Ital. Nato in villa. German. Der auss dem Feld oder Landt das ist nicht in der Stadt erborcht. Hispan. Engendrado o nascido in adlea. Pol. Wieśnik. Vng. Mezős kivetelet. Ang. Borne in te cuntry.]

Rūro, ras, Rusticor, ruri ago. [ἄργον. Gall. Se tenir ou demeurer aux champs. Ital. Star in villa. German. Auf dem Feld sonst mit Feldwerk vmb geha. Hispan. Estar enel aldea. Polon. Raligie bawie, na folmarku miejskim. Ang. To duell in the cuntrie, to exercise husbandrie.] Plaut. in Capt. Dum rurant homines. q Dicitur & Ruror, aris, deponens. Varr. Scranio, ut annotavit Nonius: Dum in agro studiosius ruror.

Rūsticūs, a, um, penultima correpta, Quod ruris vel rusticci est, vel ruri degit: [ἄργον. Gall. Rustique, rural. Ital. Di villa. Germ. Bauwirtschaft eines Bauwesen. Hispan. Cosa de aldea. Pol. Chłop. Vngar. Mező. Ang. Rustical, of the village or cuntry.] ut Domus rusticica. Cicero pro Quintio: Erat ei pecuaria res ampla, & rusticæ, sanè bene culta, & fructuosa. Liv. 11. bell. Punic: Quæ vox in rusticum inde proverbium posita. Cicer. pro Roscio Amer. Vita autem hæc rusticæ, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentia magistra est. q Quandoq; rusticus dicitur moribus, & vita incultus, quasi semibarbarus. ἄργον. Virg. 2. Aeglog. Rusticus es Corydon. Quintil. lib. 2. cap. 12: Manus indocta ac rusticæ.

Rūsticōr, comparativus. [Polon. Barzej chłopski. Vngar. Parazlob.] Senec. Epist. 90: Simus hoc titulo rusticiore contenti: ò virum bonum.

Rūsticūs, ci, substantivum, Agricola sive ruri habitans. [ἄργον. Gall. Rustique, villageon, rusticant. Ital. Rustico, contadino, villano. German. Bauwirker/oder Bauwermann. Belg. Den Boer. Hispan. Aldeano, rudo villano. Pol. Chłop, oraci. Vng. Parasz meg a lako. Ang. A husband man or uplandish man.] Plautus in Mercat. Vrani fiunt rusticci. Virg. 1. Georg. Iam dum acer ceras venientem exteadit in annum Rusticus. Cicero in Orat. Sermo non modò urbanorum, sed etiam rusticorum. q Rustica vinalia, quarta decimo Calendas Septembritis celebrabantur, quo die primum in urbem vinum deferebant. ηλιών. Festus autor est, à Latinis primum diem hunc fuisse institutum, qui aduersus Mezentium pugnaturi vinum Iovi eo die libarunt.

Rūsticē, Veteres pro barbare usurpabant, sive imperit. [ἄργον, ἄργοντας. Gall. En villageois, rustiquement, lourdement. Ital. Villanamente, rozzamente. German. Bauwirtschafter weiss / Kärtshausfisch. Hispan. Rusticamente. Pol. Po chłopsku, grubie. Vng. Parazsul. Ang. Lykan uplandub or rusticall man.] Cic. 3. Offic. Vergentiane rusticæ negant enim posse, & in eo perstant.

Rūsticūs, atis, st. Morum incivilitas, urbanitatì contraria. [ἄργον. Gall. Rusticitate, lourdisse. Ital. Rusticità, vigliaccaria. German. Bauwirtschaft grobheit, rusticität der Sitten. Belg. Boverschent. His. Simplicidad mœura, ò sin de etrina. Pol. Chłopka obyczaj, grubosc. Vng. Parazsag. Ang. Incivilitie of maners.] Martial. lib. 7: Quære aliquem Curios semper, Fabiosque loquentem, Hisfutum, & dura rusticitate trucem. q Ponitur quandoque pro inepta & timida verecundia, quam ηλιών vocant Græci. Ovid. in Arte: Et si rusticitas non vetat ipsa rogat. Ibidem: Hei mihi rusticitas, non pudor ille fuit.

Rūsticūs, a, um, diminutivum, Subrusticas: id est, qui moribus nonnulli rusticis est præditus. [τίτονος. Gall. Un peu rustique, qui sent aucunement son rustique et lourdaut. Ital. Alquanto rustic, un poco villano, colui che ha costumi villaneschi. German. Simlich bauwirsch und grob mit Sitten. Hispan. Villano un poco. Polon. Przy grubischem, nicobycains. Vng. Parazsotska. Ang. That hath uplandish and not civil maners.] Cic. pro Sestio: Sensit rusticulus non incautus (neq; enim homines nequam tacere potuerunt) suū sanguinem queri ad restinguendam invidiam facinoris Cloidiani. Martial. lib. 10: Nec doctum satis, & parum severū, Sed non rusticulum nimis libellum Facundo mea Plinio Thalia i, perfer. q Rusticula, avis perdici similis, nisi quod rostrum longius habet. Plin. lib. 10. cap. 38: Ambulant aves aliquæ, ut paseres, merulæ, curiæ, ut perdices, rusticæ: ante se pedes jacunt, ut ciconiae, & grues. Extat de hac ave distichon apud Martiale lib. 13:

Rustica sum perdix, quid refert, si sapor idem?  
Carior est perdix, sic sapit illa magis.

Rūsticānū, na, num, Rusticus. [ἄργον. Gal. Rustique. Ital. Rustico. German. Bauwirker. His. De aldea, aldeano. Pol. Chłopski. Vng. Parazs parazti. Ang. Rusticall, of the village or cuntry.] Cic. 3. de Orat. Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticani. Idem pro Rosc. Amer. Taménæ hæc attenta vita & rusticana, relegatio, atq; amandatio appellabitur.

Rusticariūs,

Rusticariis, ria, rium, Quod ad rius, aut rusticum pertinet.  
[Interges. Gall. Appartenant à village. Ital. Pertinente à villa.  
German. Den Däfern zugehörig. Hispan. Pertenesiente à aldea:  
Polon. Chiopi. Vngar. Parazikor valo. Ang. Pertaining to the  
country or village.] Vnde falces rusticarias dixit Varro i. de Re  
cult. cap. 22.

Rusticō, aris, d p. Ruri dego. [ *অৰ্জন কৰা* ] Gall. Se tenir ou demeurer aux champs. Ital. Staru in villa per sp. ass. & piacere. German. Auf dem Feld seyn / oder wohnen mit Feldwerk / oder Wawrenwerk umgehn. Hisp. Estar o morar en el campo o al tea. Pol. Bawiæ sie kołonialna wojny miszkiem. Vng. Parazolkodom, možna elsk. Ang. To dwell in the countrey, to exercise bushbandie. ] Plin. Quum simul iestate rusticaremur. Cic. Tironi: liceat modò rusticari. Idem 1. de Leg. Ut dum consisto in Tusculano, sciam quid gariat: si rusticatur, quid scribat ad te. \*

Rusticatio, omis, sc. Actus ipse rusticandi. [ ἀργονία. Gall. De-  
murrance ei champs. Ital. Essò dormare in villa. Ger. Die wohnung  
auf dem feld: das ist aufserhalb der stadt Hisp. Aquila etiencia  
del campo. Pol. Miszkanie we wsi. Vng Parazolkolus, mezoñ eles.  
Ang. An abiding in the countrey ] Cicer. de Amic. Neque solùm  
milia, sed etiā peregrinationes, rusticationesq; communes.  
Colum. lib. 11. cap. 1. Et hoc undecimum praeceptum rusticati-  
onis memoria tradita.

Rūsticātū adverbium, pro rūsticē. [ἀρχαιότερος. Gall. Rūstique-  
ment, ruralē ment. Ital. Rūsticamente, vilnēscamente. German.  
Wārtischn. Hisp. Rūsticamente. Pol. Po chl opku. Vng. Parazul.  
Ang. Rūstically, rusticallie.] Pomponius: Ego rūsticatum tan-  
gam, erbanatam pescio.

Rütticula, sive perdix rustica Martialis. [ερωλίχας. Angl. A  
woodcock.] Avis est perdici similis, sed rostro oblongo, vermi-  
bus vescitans. Plinius libro 10. cap. 38: Curruat ut perdices  
rusticula.

Ruficariæ falces, apud Varronem sunt quibus ruri secantur tubi, qui per agros serpunt: ita sentit Turneb. propter Festum sic scribentem, rustum ex rubus.

Ruscum, rusci, n. s. vel ruscus, Humilis frutex est, foliis myrti, sed latioribus, cuspidis specie, mucronato cacumine bacis per maturitatem rubescensibus, que à medius foliis dependent, nucleo intus ossa duritia. [Gill. Mûre sauvage. Ital. Russo albero salutare. Germ. Meußdorff oder R. hibeseni / sharpset. Myrtus Hisp. El brusco. Pol. Miott., m'ert polni. Ang. A certaine rough and sprueckled shrubbe, peteregew. ] Græci xanakupgoihs, ñu- pugoihs, È aegorlæs ægrou: hoc est, humilem, acutam, & agrestem myrrum appellant. Virgil 7. Aegloga: Horridior ruseo projecta vixi' alga. Idem lib. 2. Georg. : necnon etiam aspera ratiæ Vimina per sylvam: q. Ruseo eam sepes muniebantur antiquis. Colum. lib. 10.: hirsuto sepes nunc horrida ru- sco Prodr.

Rufcœus; a, um, Rusceam faciem pro colore dixit Cato, qui è viridinatus est, aut flavus: coronas aureas ruscea facie, galbeas, lineas, pelles, redimicula. q Legit & Adrian. Turneb. in antiquo quodam Lexico rufcum pro sordido, cui pro suo merito quicque fidem vel addat vel detrahatur.

Ruspör, sparis, Antiquis in usu fuit pro scrutari, seu diligenter inquirere, et iudicare, ut res deus, iudicatae, iudicatae. Polon. Pylo pre-

inquirere. **W**est. chippes, puerulus, ignorans. **F**lorid. jucundus, patrum. **V**ngar. Tadakozom, erkek-zdn, fizetek. **A**ng. To searche diligensie. **J**acius Nycteresia, ut citat Nomiu: Vagent iusspan-tes sylvas. Sic rupi partate brachia, apud Festura. **T**ranslato sum- pia est à gallinis, quæ ruspati proprie dicuntur, quum escam quæreat, terram scalpunt. **H**inc componitur Corruspor, pro conuiro Plant. Corruspare tua consilia in peste.

pro conquisito Plaut. Corruſpare tua commisſa in pectori.  
Rūſſus, & Rusſeus, Nomina ſunt coloris, ad rufum inclinatis, dilutius ramē rubentis. Vnde in factionibus aurigantius rūſſati dicebantur, qui hoc colore erant exornati. [ Pol. R. 1. 1. 17. ] Vide Threlſium in libello de Coloribus.

*mensis.] Vide Thylegium in libello de Colordiis.*  
**Rutā**, orum, Apud Iureconsultos, quasi eruta dicuntur ut arena, creta, & his similia, nondum in opus conversa. Festus: **Ruta cæsa** dicuntur quæ venditor possessionis, sui usus gratia conciderat, eruendaque contraxerat [Polon. Gl' a' w/se-lyki do budowania, iako kamienpiasék, wapno.] Vlpian. in l. Fundi, de aet. empt. & vend. Si ruta cæsa excipiatur in venditione, ea placuit esse ruta quæ eruta sunt: ut arena, creta, & similia. Cæsa ea esse, ut arbores cæsas, & carbones, & his similia. Mutius l. In rutis, de Verb. signif. in rutis, & cæsis ea sunt quæ terra non tenentur, quæque opere structili, testorivæ non continentur. ¶ Ne in rutis quidem & cæsis, proverbialis locutio est, qua usus est Cic. 2. de Orat. pro eo quod est, nulla in parte Sed dicit res inquit Cicero) quum ades venderes, ne in rutis quidem & cæsis solum tibi paternum recepissé. Vide de hoc plura in Adagiis Erasmi.

**Rūtā**, **z.** f. p. **Herba** est nulli non nota, etiam hodie nomēd  
vel apud vulgum retinens, luminibus claritate ē affīcens, sed  
venem eoē cens. [ *πράσινης* Gal. *Herbe appelle rūte*. Ital. *Herba*  
*della ruta*. German. *Rauten ein traut*. Hispan. *La ruta yerna co-*  
*nocida*. Polon. *Ruta*. Vngar. *Ruta*. **Ang** *Rue or herb gracie*.] Di-  
Etiam aut volunt rūtā quod una ex omnibus herbis, propter  
multiplicem ejus usum maximē eruantur. Ovid. 2. de Remed.  
amor. *Vitilius sumas accentes lumina rutas, Et quicquid Ve-*  
*neri corpora nostra negat. Ruta mustelæ contra serpentes di-*  
*mictaturæ se muniunt: habet enim præsentaneum adversus*  
*venena omnia remedium. Vide Plinius libro decimo, capi-*  
*te decimotertio.*

Rutaceus, a, um. Quod ex ruta confectum est: ut aqua rutacea. Ruta, tum, Quod iuta conditum est: [ ὁ μητρὸς, ὁ μητρός επειπολός. Gall. Méslé avec de la rue, ou enveloppé dedans. Ital. Cofa misiolata con ruta. German. Mit Rauten vermischet. Hispan. Cofa mesilada con ruta. Polon. Ruta jemiszana. Vng. Rutas. Ang. Mingled with rue. ] ut Mustum rutatum. Plinius: Invenio multum iutatum populo datum. Rutati laceri, ruta conditi. Martialis libro 10: Sesta coronabunt tutatos ova lacertos.

Rūtabūlum, li, n. s. autore Festo, propriè dicitur instrumen-  
tum quo rustici utuntur in proruendo igne, panis coquen-  
di gratia. [ *ταῦρος τι ἀπότομος τεῖχος η, τὰ τυγχάνως τηνταβάλλεις.*  
Gall. *Vn fourgon*, or *furgon*. Ital. *Spatola de mescolare in cose che si  
euoceno*. German. *Ein Pfengabel mit deren man das Feuer türet* / *ein  
Pfennigstab*. Hispan. *Mecedero o burgonero*. Polon. *Grybl'.* Vng.  
*Ajag, xen rango*. Ang. *Amakros or colerake* ] Colum. lib. 12. cap.  
18. Sublata lampas, rūtabulo ligneo. Hodieq; id normen ser-  
vatur apud Itales.

Rütilo, las, Rutilum facio. [ **V**ULP**H**ophiah **π**ρη naghāh ḥaw.  
Sic Gal. Faire comme or, jaunir, reluire. Ital. Far risplendere, risplendere. Germ. Glitzerend oder scheinend machen. Hispan. Arruiniar à arroxar, resplendir. Polon. Ruszegam, rożgaliam. Vngar. Tündököl vörösféjtexdm. Ång. To mak lyk gold, to shyne, to glister as gold.] Plin.lib 28. cap. 1: Gallorum hoc inventum rutilandis capillis & cinere & sevo. Comæ promissæ & rutilatae. Plinius lib. 28. cap. 12. Crinis propexus ac rutilatus. Tacit.lib. 20. q. Interdum neutrum est absolutum, significans idem quod rutilo colore resplendere. Virg. 8 Aen. Arma inter nubes cœli in regione serena. Per sudum rutilant vident.

Rutilico, is, n. Rutulus fio. [ *Éau de Cognac*, Gall. Reluire & iette  
leueur comme or. Ital. Dinenir splendente, chiaro. German. Glitter  
rend werden; getrotzt werden. Hispan. Enruia scorse, enroxarse. Pol.  
Starz: sic. Vng. Twndókib vörössje lezgék. Ang. To waxe glistening  
lyk gold.] Plin. lib. 8 cap. 55 In Alpibus candidilepores quibus  
hybernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse certe lique-  
fcente ea, rutilescunt annis omnibus.

Rutilus, auber, Color est flavo rubescens cum quadam splendoris exuberantia [Ροτίζειαν] jerakrák. ωρός, ωρός. Gall. Couleur jaune comme or, claire et brillante. Ital. Risplendente, di color giallo come oro. German. Goldgötter und glänzend. Hispan. Cofarrusia. Polon. Zarysista, błękit, gacie, rospalson. Vngar. Tündök ló vörös. Ang. Glistening, coloured lyk gold.] Plinius libro 8. cap. 18: Albis maculis colorem rutilum distinguenter. Cicero in Som. Scipionis: Tum rutilus fulgor horribilisq; terris, quem Martem dicitur. Rutilus mulieres dicuntur, inquit Varro, valde rufæ.

Rutrum, rutri, n. f. Quo quid eruitur: à ruendo. [εραφάνως; German. Ein pflaster hauen/obet pflaster kellen Polon. Ridl., lopata. Vngar. A/s. Ang. A mattock or pikeaxe.] Nam sicut aratum aratum: sic rutum rutrum facit. Festus: Rutrum tenentis juvenis effigies in Capitolio, ephēbi fuit, more Græcorum arenam eruentis, exercitationis gratia: quod signum deportavit ex Bithynia Rōmam Pompejus Bythinicus. Plin. libro 36 cap. 23: Experimentum marmorati est in subigeando, donec rutto non coheret. Catu. cap. 11: Oportet habere tunc palas sex: iuta quatuor, rastros quadridentes duos. Significat & hostoriū: quod Græci πέριχος. Hinc diminutivum Rutellum. Lucilius: Fiumen tauri cīt, modium hic secum, atq; rutellum Vnū. sī it. Ruere est enim medio cumulū adaequare. Cicer. ad Atticum lib. 16: De laudibus Dolabellæ: Deruanum cumulum. Plautus: æris acervos ruit. in pīrga, scilicet: Scali-ger in Varronem, ex Nonio.

Rutellum, diminutivum. Lucil.lib. 9 Satyr. 1. ut citat Nonius:  
Frumentarius est, modium hic secum, atque rutellum Vnum  
affert.  
Rutubam, veteres turbationem appellabant, teste Nonio.  
[Sic etiam Polon. Respruch gomoni.] Varro Sexges. Id postea vi-  
derimus, quae sumus in rutuba.

SILVER



LITERA est semivocalis, ut quę sonum suum à vocali auspicetur, & in seipsum terminet. Hęc si antecedat m, vel p, vel t, in simplicibus dictiōnibus, ad subsequētem pertinet syllabam: ut in cosmus, prosper, teflīs. In compo- sitis verò aliud est: nam in aruspex (teste Quintilian.) quia pars ejus posterior à spectando est, s' tertia da- binus: un ab itemius vero, quia ex abstinentia temeti cōposita vox est, primę relinquuntur. **Transit quandoq; s in m, ut Rursum pro rursum: in n, ut Sanguis, sanguinis: in r, ut Flos, floris.** Sabbathum, sabbathi, n. f. [ שַׁבָּתְּ schabbath, σάββατον. Gall. Le sabbath, le samedi, qui est le jour du repos aux Juifs. Ital. sabbato, riposo. Ger. Der Ruhetag oder Sabbath tag ist bei den Hebrewern der siebent d' jettlichen Wochen. Hisp. El sabado fiesta de los Hebrewos. Pol. Sobota d'jenni siodni odpoczeniemi a u sydow. Vngar. Szombat. Ang. The day of rest, which was yesterday to the lewes. ] Hebrei septimum quenque hebdomadę uniuscujusq; diem appellabant: quem Ethnici Saturni diem nominabant, quo die ludi ab opere omni feriabantur, Deum mundi architectum imitati, quem Sacra litera tradunt, cōfecta sex diebus mundi machina, eaque exornata, septimo die quievit: unde & sabbathum vocerūt, quæ vox Hebreis diem quietis significat. Prima itaque sabbathi dicitur, primus dies septimanæ, quem Dominicum etiam nominamus. Secunda sabbathi, secundus dies. Tertia sabbathi, tertius dies. Quarta sabbathi, quartus dies. Quinta sabbathi, quintus dies. Sexta sabbathi, sextus dies à die Dominico. Et ipsum sabbathum, septimus dies. Plin. lib. 31. cap. 2: In Iudea rivos sabbathis omnibus siccatur. Hęc Ethnici planetarū nominibus appellat, quod nunc quoq; retenimus: ut secunda sabbathi à Luna, dies lunæ sit, tertia à Marte, quarta à Mercurio, quinta à love, sexta à Venere. Apud Hebrewos quoq; sabbathum, teste Iosepho, pro septima- na accipitur. Vnde est illud in Evangelio: Iejunio bis in sab- batho. Ultimam hujus dictiōnis syllabam aspiramus: quia à verbo Hebreo fluxit, quod scribitur per Σαββαθον schab- beth quievit, quanvis Græci per τ scribant. Sabbathārī dicti sunt Iudei à Romanis, quod sabbatha super- stitione colerent. [ οἱ μετανόησι. Pol. Zydowie, sobothoswie- towi. ] Martial. lib. 4: Quod jejunia Sabbathiorum, &c. Sabbathimūs, σαββαθησίς. Celebratio sabbathi. Sabbathizārē, Est sabbathum observare. [ שַׁבָּתְּ schabbath, σάββατον. ] Hieron. in Levit. Quando fueris in terra hostili, sabbathizabit, & requiesceret in sabbathis solitudinis suæ. Sabināz, f.p. Herba est duorum generum, quarum altera cu- pressi, altera tamaricis folia refert. [ Βεργ. Gall. Herbe appellee du Sainier. Ital. Sainina. Ger. Seivenbaum. Hisp. Sabina yera. Pol. Seneffo wedrowo. Ang. sain hearbe. ] Plin. lib. 24. cap. 11: Herba sabinā brathy appellata à Græcis, duorum est generum: altera tamarici similis folio cī, altera cupresso. Col. lib. 6. cap. 4: Alii sabinam herbam rutamque cum mero diluunt. Sabinam pen. cor. Illyrii appellant telum vénabuli simile. Ennius: Illyrii restant fiscis sabinisq; fodentes. Hęc Festus. Sābūcūs, ut Ruellio scribendum videtur: sive Sambucus, ut alii malunt: frutex est duorum generum: quorum alter ad ju- sta propemodum arboris robur assurgens, à Græcis ἄνη appellatur. [ Gall. Surean, ou suscan. Ital. Sambuco. Ger. Holz oder Hainch. Hisp. El saúco arbol. Pol. Boż. Vng. Bożka fa, földi bożka. Ang. An elder tree. ] Alter humilis flore tamen & folio supe- riori non dissimilis, à Latinis ebolum, à Græcis ἄρη no- minatur. Vtrunque genus bacca fert in umbella, per maturitatēm nigrescentes, succumq; atri sanguinis colore reddentes. Verūm de his plura in dictione SAM B V C V S. Sābūlūm, uli, & Sabulo, onis, Arena crassior, ponderosior- que. [ Σιτή chōl. ζεύς. ζεύς. Gall. Sable, sablon. Ital. Sabia- na, arena grossa. Ger. Grob Sand. Hisp. Tierra arenosa. Polon. Piasek mięsisty, gl. ag. Vng. Homok. Ang. Weightie and ponderous sand, or balafé of a shipe. ] Plin. lib. 17. cap. 43: Invicem sabulum album in Ticiaensi, multisque in locis nigrum, itemque ru- brum, etiam pingui terra permixtum, infocundum est. Col. lib. 4. cap. 33: Pullam terrā, & resolutam desiderat, sabulonem humidum, vel refractū topum nō respuit. Varr. 1. de Rust. cap. 9: In queis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, &c. q Sabulum instrumentum musicum apud Apulejum. Ma- crobius Sabulo sabulonis videtur pro eodem posuisse. Apud Festum & Varronem Sabulo tibicinem significat, de quo in-

frā, quod non longè videtur à fabulo aut fabulone recedere. Sābūlōs ūs, ūs, sum, Plenum sabulo. [ αμπάδης. Gal. Sablonneux. Ital. Sabbioneoso. Ger. Sandeßtig, voll Sand. Hisp. Lleno de tierra arenosa. Pol. Piasek pięśni. Vng. Homokos. Ang. Full of ponderous sand. ] Plin. lib. 13. cap. 4: Palma gigintur leví sabulofaq; terra. Sābūlētum, leti, n. f. Dicitur locus in quo sabulum abundat. [ וְאֵגָזָה. Gall. Sablonniere. Ital. Luogo dove è molto sabbio. Germ. Ein ort an dem viel Sand ist ein Sandgrub. Hisp. Lugar de aquella tierra arenosa. Pol. Piaskowatosce. Vng. Homokos. Ang. A place full of ponderous sand. ] Plin. lib. 27. cap. 8: Crocodilium nascitur in sabuletis.

Sābūrrā, z. f. p. Proprietate sabulum vilius, & crassius, quo naves onerari solent usque ad certam mensuram, quod stabiliores sint. [ εργα. Gall. Grosse arene ou gravier de quo on charge les navires pour être plus fermes contre la tempête, la Saorne. Ital. Sabbione, bel- lota, saorna. Ger. Gar grob Sand mit dem man die Schiff beföndet das sic satz daher haben. Hispan. El lastro para eſſen der nave. Pol. Gl. ag. albo piasek mięsisty kotorim okreti l'adua abi gl. ebyſſa. Vng. Kőnezső homok. Ang. Balafé überwith shipes ar even poſid to go upright. ] Plin. lib. 10. cap. 23: Certum est, Pontum tranſi- turas, primum omnium angustias petere, inter duo promontoria, Crumetōpon, & Carambin, mox sabura stabili- ri. Liv. 7. bell. Pun. Se in animo habuisse, tota clāſſe Ephesus petere, & onerarias ducere multa saburra gravatas, atq; eu in fauibus portus supp̄imere. Priscianus præcipit in hac voce, b literam esse geminandam: quod an verum sit, ipse vi- deris. Virgilii certè primam syllabam corripit lib. 4. Georg. & sap. lapillos, Ut cymbæ instabiles fluctu jactante labur- ram, Tollunt.

Sābūrrā, Est saburra onerare, & se stabilire aduersus vim ven- torum. [ εργα. Gal. Charge d' arene. Ital. Mettere la saarna nels naue. Ger. Mit grobem Sand beschwären. Hisp. Alastrar la nave. Pol. Piaskiem nal' adowac. Vng. Kőnezső homokkal meg terhelni. Ang. To balafé a shipe. ] Plin. lib. 18. cap. 35: Echini affigenter seſe, aut arenas saburrantes, tempestatis signa sunt. Solinus: Grues volutare arenas devorant, sublatiisque lapillis ad mo- deratam gravitatem saburrantur. Sābūrrātūs, a, um. [ εργα. Gal. Charge d' arene on de gran- er. Ital. Carico di grossa arena, di sabbia grossa. German. Mit gro- bem Sand beschwären oder gefüllte. Hisp. Cargado de lastro, ale- strada. Pol. Mięsisty piaskiem nal' adowani. Vng. Kőnezső ho- mokkal meg terheletet. Ang. Balafed or laden with gravel. ] Sabur- ra oneratus, & per translationem quovis modo expletus. Plaut. Cistel. - quae ubi saburratæ sumus, Largiloquæ exten- plō sumus.

Sacal, Aegyptiorum lingua elētrum significare existimat Nicias, & in Aegypto ex radiis Solis nascit: ut refert Plin. lib. 37. cap. 2. [ Pol. Kontryfali. ]

Sāchārūm, ri, pen. cor. n. f. [ σάχαρος. Gall. Da sucre. Ital. Sac- charo. Ger. Zucker. Belg. Suiker. Hisp. El acucar de cañavera. Pol. Cukier. Vng. Nad mex. Ang. Sugar. ] Dicitur mel arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile. Nascitur in Arabia, India, Creta, Italia, & Sicilia. Vnde oxy saccharum, po- tationis genus ex saccharo & aceto. Plin. lib. 12. cap. 8: Saccha- rum & Arabia fert, sed laudatius India. Est autē mel in arun- dinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragi- le: amplissimum nucis tantum avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum. Hęc Plinius. Hodie præstantissimum advehitur saccharum ex Fortunatis insulis, quas Canaria vo- cant in metz formam redactum. Nascitur & in Aegypto, Cy- pro, & Rhodo. Galeni seculo saccharum vix notum erat, ho- die tam vulgatum, ut ne quotidianus quidem cibus placet sine saccharo.

Sāccipēriūm, rii, n. f. Major crumenæ, & minoris marsupiū- receptaculum. [ σάκκιον. Pol. Maçek mięsili wski. ] Plaut. in Ru- dena. Meum marsupium, quod plenum argenti fuit in saccipe- rio. Dictio composita ex sacco & pera.

Sāccūs, ci, m.f. [ σάκος. sak. sak. & Hisp. sac. Ger. Ein Sack. Pol. Miech, wör. Vng. sak. An. A sack. ] Nota si- gnificationis est iquippe qđ nō modò apud Hebrewos, Græcos & Latinos, verum etiā apud Italos, Hispanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarūq; aliarū linguarū homines eodē no- mine dicuntur. Et à Sacco Poloni appellant Zak: hoc est, scho- lasticus, quod ex literis vičiū querentes, perpetua premarauit penuria, & in star mendicorū saccos bajulantiū, sibi difficulter vičiū querunt. Horat. 1. Serm. - congestis undiq; saccis In- dormis inhians. Cic. 5. Veri. Quum iste civitatis frumentū, coria, cilicia, saccos imperaret, neq; ea sumeret, pro iis rebus pecuniā exigeret. Saccus frumentarius, quo frumentum geritur. Saccus nivarius: id est colum ex lapide spongioso, ad colandas aquas ex nivibus resolutas.

Sāccūlūs,

**S**tolide, adverb. Stulte. [στολίδης. Gall. Settement, niaisement. Ital. Pazzamente. Ger. Zorechtiglich. Hisp. Boso y locamente. Pol. Glupie, po bl' azen, ka. Vng. Bolondul, balygatagul. Ang. Foolishlie, fondie.] Liv. 5. bel. Pun. Id nō promissum magis stolidē, quām stolidē creditum, tanquam cædem militares & imperatoriae artes essent.

**S**tolonis, m. t. Iautilis, & quasi stolida fruticatio ex arborū radicibus. [στολίδης στολίδης. Gall. Un rejetton qui naît au pied de l'arbre. Ital. Germoglio à pied de l'arbre. Ger. Ein unregen schein aberschöß. Hisp. Pimpollo que nace al pie del arbol. Polon. Nie sprecna a skodliwa latorof, wirosina. Vn. Fa twone bl' ki agaz reżek. Ang. The spring or yongymps that growe out of the stems or roots of trees.] Plin. lib. 17. cap. 1: Fuerunt ab arboribus cognomina antiquis: ut, Fronditio militi illi qui praeclera facinora, Vulturū translatans, fronde capiti imposita, adversus Annibalem edidit: Stolonū Liciniæ genti: ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis. Varro lib. 1. de Rust. cap. 2: Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere civem Romanū, & qui propter diligentia culturæ Stoloaum confirmavit cognomen, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores è radicibus, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabant.

**S**tomacācē, στομαχία, Gingivarum morbus, quum illis vitians dentes excidit. Plin. lib. 25 cap. 3: In Germania trans Rhenū castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu scons erat aquæ dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesq; in genibus solverentur. Stomacacem medici vocabant, & sceleribus ea mala.

**S**tomachūs, stomachi, m. f. [στομάχη. Gall. Estomach. Ital. stomaco. Ger. Die speiserör/ sunst der magen. Hisp. La boca del estomago o vienare. Pol. Zol' adek, bruch. Vn. Gyomor. Ang. The stomach, the meat pipe.] Fistula per quam cibus descendit. Plin. lib. 11. cap. 37: Summū gulę fauces vocatur, postremū stomachus. Cic. 2. de Nat. deor. Linguam aut ad radices ejus hærens stomachus excipit, quod pīnum illabuntur ea quæ accepta sunt, & oris utraq; ex parte tonsillas attingens, palato extremo atq; intimo terminatur. Cels. lib. 4. cap. 1: Deinde duo itinera incipiunt: alterū asperam arteriam nominant, alterū stomachum. Arteria exterior ad pulmonē, stomachus interior ad ventriculum ferturā spiritū, hic cibū recipit. Et paulo pōst: Stomachus verò, qui intestinorū principium est, aerovsus, septus, à septimæ spinæ vertebræ incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur. Ventriculus aut dicitur, qui receperit cibū cibi est. Hæc Celsus. q Impropriè tamē stomachus accipitur pro ventriculo qui cibū concoquit. Juven. Satyr. 5: Si stomachus domini servet vinoq; ciboq; Cels. lib. 1. cap. 2: Secunda mensa bona stomacho nihil nocet, in imbecilio coacescit. Horat. 2. Ser. Sat. 2: lejunus stomachus rād vulgaria temnit. Et paulo pōst: Latrātem stomachum bene lenit cū sale panis. Diatus stomachus, διά τὸ στοματ. έχει, quod cibū inferiore orificio ad intestinā transfudat. Stomachi resolutio. Cels. lib. 4. cap. 5: Vulgatissimum verò, pessimumq; stomachi vitium est resolutio: id est, quæ cibi nō tenax est, soleq; desinere ali corpus, ac sic rabe consumi. Plin. lib. 9 cap. 48: Vomitum, dissolutionēq; stomachi protinus creat. q Interdum stomachus ponitur pro indignatione, sive iracundia. [ἀγριακτος, ὀξειατης. Ger. Zorn/ unwill. Pol. Rojniewanse. Vng. Fölhaberodas haragusz bozxonkodas. Ang. Anger, wrath.] Cic. 4. Tusc. Tracta definitione fortis.

tudinis, intelliges eam stomacho nō egere. Sie dicimus: Possum sine stomacho dicere: hoc est, sine fastidio & indignatione. Cic. Quint. Frat. lib. 6: Superiori epistole quid respondem nihil est, quæ plena stomachi & querelarum est. Idem ad Att. lib. 6: In quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum movere solet. q Stomachus pro animo: quia quemadmodū stomachus facile eo cibo movetur, à quo natura abhorret, sic animus eas res maximè aversatur & abhorret, quas suæ naturæ cōtrarias esse sentit. Cic. ad Cœlium lib. 2: Nostri enim non modò stomachi mei, cuius tu similē quondam habebas, sed etiam oculorum in hominū insolentium indignitate fastidium. Hoc est. Nostri animum meum præ fastidio id ferre non posse. q Interdū in bonam partē capitur pro facilitate. Plin. in Prolog. Argumentum hujus stomachi mei habebis. Id est, hujus mæ facilitatis & mansuetudinis, & benignitatis.

**S**tomachor, charis, ari, d. p. Indignari ac turbari. [Ψυχή κακή. Ψυχή κακή. Αγριόνυμος, δύνασθαι, δυνατόν, πικρός, αγριατρός. Gall. Se courroucer & despiter. Ital. Sdegnarsi. Ger. Unwirscher und jormg sehn/ jurnen. Bel. Gramijn His. Enzannarse. Pol. Gniewam sie. Vng. Bozxonkodom, haragom, fölhaborodom. Ang. To be angry or crabbed.] Cic. Callio: Sic enim stomachabere, & molestè teres, plura dicemus. Terent. in Evn. -id quidē adveniens mecum stomachabar modò. Cicer. 4. Tusc. An verò vir fortis, nisi stomachari cooperit non potest fortis esse? Idem Capitoni in Epist. ad Att. lib. 16: Non dubito quin mirere, atq; etiam stomachare, quod tecum de eadem re agam sapius.

**S**tomachans, tis, particip. [Ψυχή κακή (vel) κακή. Ψυχή κακή. άγριατρος. Gall. Qui se courrouce & despire. Ital. Che sdegnasi. Germ. Unwirscher. Hisp. El que se enzanna. Pol. Gniewaici sie. Vngar. Bozxonkodo harague, fölhaboroda. Ang. That is angry or crabbed.] Cicer. de Clar. Orat. Videre quempiam irascitatem, & stomachantem. q Hinc Substomachor, de quo suo loco.

**S**tomachicus, [στομαχικός. Gal. Qui a mal à l'estomach. Ital. Che ha il stomacho cattivo, o disconcio. Ger. Der ein böden oder katten magen hat. Hisp. Doliente de estomago. Pol. Zol' udek il'mataci. Vng. Az ki nem emezhet etels emezetek les okado. Ang. That hath a disease in the stomach.] Propriè si dicitur, teste Aegista, cuius stomachus, sive ventriculus cibum alsumptum non retinet. Plin. lib. 25. cap. 5, scribit helleborum mederi stomachicis.

**S**tomachos, sa, sum, iracundus, qui facile indiguitur, ac cuncta fastidit. [Ψυχή κακή. ζελεῖ. Gall. Colere. & despit, qui se courrouce & despire aiseement. Ital. Accorcioso, colérico, fastidioso. Germ. Unwirscher, der voll unwirsche und jorm steht. Hisp. Ayrado, o sannudo, o el que come fastidio o enojo. Pol. Gniewlywi. Vng. Haragus, fölhaberodo, bozxonkodo. Ang. Angrie, or ease to be angered.] Cic. 2. de Orat. Me quidē hercule valde illa moveat stomachosa, & quasi submorefa ridicula, non quā à moroto dicuntur: tum enim non sal, sed natura ridetur. q Litera stomachos, quæ indignationem, iracundiamq; scriptoris præ se ferunt. Sionachiosores meas literas, quas dicas, non intelligo.

**S**tomatičus, [στομαχικός. Gall. Qui a la bouche ulcere. Ital. Che ha qualche male o può male in bocca. Ger. Prâsthaft um mund. Hisp. Doliente de la boca. Pol. Vitakroftaw maiaci. Vng. As kinek zsiaz meg folt zsiaz folt. An. That hath a disease in the mouth or swelling.] Oris virtus laborans, cui os est exulceratum. Plin. lib. 24. cap. 14: Hujus flos cum melle epiphoris illinitur, & ignibus lacris, stomachicisq; ex aqua bibendum datur. q Stomatica item dicuntur quæ oris ulceribus medentur. Plin. lib. 22. cap. 9: Ideo & commanducata, Stomaticè est, ulceribus oris inspersa. Stomatica tamen Celsus lib. 3. cap. 18, interpretatur quæ aperiendi vim habent. Sunt (inquit) quædam malagmata, quæ στομαχία. Græci vocant, quoniam aperiendi vim habent.

**S**tomomā, atis, στομαχία, Squama subtilissima ex æris summa lanagine decussa. Plin. lib. 34 cap. 11, de squama æris: Squamæ est alterū genus subtilius, ex summa scilicet lanagine decussum, quod vocant stomoma.

**S**toresa, x, f. p. [στορέα. Gall. Note ou autre couverture qu'on étend sur terre. Ital. Stora, stosa. Germ. Ein sarge aus schlechtem zeng geomacht/ so man auf den boden spreitet. Belg. Mata. Hisp. La estera de esparto o juncos. Pol. Mata, rogoza. Vng. Gyekeny. Ang. A mat, or any covering spread on the ground.] Teges vilior, ex juncis, aut stramentis, quæ humi sternitur. Plinius lib. 15. cap. 16: Colligi mala post æquinoctium autumnale, neque ante sextam decimam Lunam, neq; ante primam horam: cadiva separati strætūs, streas, palesteve substerne. Dicitur storea, δον τῷ στορέῳ, quod significat sternere.

**S**trabo, strabonis, m. t. [στράβος. Gall. Louche ou bigle. Ital. Chi guarda in trauerso, guercio. German. Ein schler/schlech. Hispan. El que tiene los ojos turuios. Polon. Rogoki. Vngar. Kantsal. Angl. Goggle eyed or a squint.] Qui oculos habet distortos. Cic. 1. de Nat. deor. Redeo ad deos: ecquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramur? Plinius lib. 11. cap. 37: Vni-animalium homini oculi depravantur, unde cognomina Strabon & Petorum.

Stragēs,

Stragēs, gis, f.t. Clades, occisio, vel (ut Valla interpretatus) ca-  
daverum interfectorum multitudo. [גְּרָגָה héreh נְגָה hare-  
gháh תְּלִינָה magħgħephahá תְּכַחַם macchħali, ḥaġnej, φόρος. Gall.  
Abattement ou abat de gens, tuerie, affaite. Ital. strage. Ger. Ein mito-  
der tag Belg. Een nederinge. Hisp. Estrago de cuerpos muertos. Pol.  
Porażka. VII. oldokleiner out as le vagatot testek. Ang. Great slau-  
gher or killing of people.] Cicer. ad Att.lib. 1: Quas ego pugnas, &  
quantas strages edidi? Idē 3. de Leg. Sed ille quas strages edi-  
dit: Liv.lib. 8: Per arma, per viros latē stragem dedēre. Virg. 9.  
Aen. Quas ibi tum ferro strages, quę funera Turnus Ediderit,  
quem quisque virum demiserit orco, &c. Idem 6. Aen. Procu-  
buisse super confusæ stragis acervum.

Stragulum, guli, n. sive stragula, i.e. Genus vestis, inquit Asconius. [Τραγούλη μαρβάδη, ινιστραγούλη, επιλογή. Gall. Couverture, londier, houffe. Ital. Coperta di letto è da canaudo. Ger. Hütterin decke/alt auss den betten die gauteren. Hisp. El reposero, tapete, o alhombra. Pol. Kołdra. Vng. Térge pokrov. Ang. A counterpoynete, a covering of a bed or other thing.] Varr.lib.4.de Ling. Lat. Quicquid in sternebant, à sternendo stragulum appellabant. q. Vlpianus accipit pro veste exteriore, quæ reliquis injicitur: quale est Greco-rum pallium. In stragulis item dormiebant: unde proverbio monemur, ut stragula semper cōvoluta habeamus: hoc est, ut pudoris verecundiaq; limites nō transgrediamur. q. Item quæ equis injiciuntur, Stragula dicuntur. q. Stragulas item vestes, sive Stragula pro aulæs, sive peripetalismatibus accipiebant veteres, quod iis aulæ & triclinia, nonnunquam etiam lecti in sternebantur. Tibul.lib.1.Eleg 2: Nam neque tunc plumæ, nec stragula piæta soporem, &c. Cic.4.Verr Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multâ Deliacâ supellestilē, &c. Strämēn, straminis, n. s. sive stramentum, n. f. Culmi frumentacei, inde dicti, quod pecori substeruantur. [χρέφη. Gall. Foarre, strain, littiere. Ital. Strame, letto di paglia, faccone. Ger. Stroh. Belg. Stros. Hisp. La paja de la cama, lecho, los pannos para endearcar la cama. Pol. s'l'oma. Vng. szalma. Ang. Straw, litter.] Varr. de Re rust.lib.1. cap. 50: Tertio modo metitur, ut stramentum medium subsecetur, quod manu sinistra summum prehendunt: à quo medio messeni dictam puto. Infra manum stramentum quod terræ hæret, postea subsequatur. Col. lib. 6. cap. 3: Hyberna stabulationi boum præparanda sunt strämē. Cæs.lib.6. bel. Gal. Et fecerunt aucta jacula in casas, quæ more Gallici stramentis erant testæ, jactere coepérunt. Horat. 2. Ser. Satyr. 2: Si & stramentis incubet, &c.

Satv. 3. si & stramentis incubet, &c.  
Stāmentītis, a, um. Quod ex stramento fit: [ *rēq̄. q̄. Gall.*  
*De soarre, d'estrain, de pasille. Ital. Ciò che si fa di strame ò di paglia.*  
*Ger. Strohvin. Hispan. Cosa que se haze de aquella tal paja. Pol.*  
*Sl̄ omiani. Vng. Szalmas. Ang. Of straw or litter. ] ut, Te & tum*

**S**tramineus, a, um, **Stramineum**, Reges straminei.  
**S**traminēus, a, um, **Quod est ex stramine.** [ **χρήσιμο.** **Gall.** De foarre, d' estrain, de chaume. **Ital.** Di strame, di paglia. **Ger.** Ströwin. **Hisp.** Cosa de paja. **Pol.** Słomiany. **Vng.** Zsl mabol valo. **Ang.** Of straw.] **P**roper. lib. 2. Eleg. 17: **Straminea posset dux habitate casa.** Ovid. 3. Amor. Eleg. 9: **Roma nisi immensum vires promosset in orbem, Stramineis esset nunc quoq; densa casis.**  
**S**trāngulāre, as, act. p. **Stringendo** gulam neco, suffoco. [ **ῥύπη** chanak ἄγχη, στραγγάλια. **Gall.** Estrangler, suffocer. **Ital.** Strangolare, strozzare. **Ger.** Erwürgen, ersticken. **Belg.** Woigen. **Hisp.** Ahogar. **Pol.** Dawie, dusie. **Vng.** Meg fülyom. **Ang.** To choke, to strangle, to stoppe the breath.] **P**lin. lib. 7: **Fabius Senator Piætor in lactis haustu uno pilo strangulatus est.** Cicero. ad Pætum lib. 9: **Nos autem ridiculè, si dicimus, ille patrē strangulavit, honorē non præfamur.** q Transfertur & ad alia: ut quū hominē cura strangulari diciuntur. **I**uvenal. Satyr. 10: **Sed plures nimia congesita pecunia cura Strangulat.** q **Strangulare** divitias in arca, est conclusas servare, & perpetuis quasi tenebris damnare, nec quicquam inde aut ad suū aut ad amicorū usum deponere. **S**tat. 2. **Sylv.** Non tibi sepositas in foelix strangulat arca Divitias. q **Strangulare** segetes dicitur nimia terra lœtitia. **Q**uint. lib. 8. in Procœm. Et velut lœto gramine sata strangulant.

**Strangulatūs**, hujus us., verbale, m. q. **Strangulatio**. [Τραγία  
machanik. πραγμάτων. Gall. *Estranglement, suffocation* Ital. *Stran-  
golamento, strozzamento*. Ger. *Erwürgung/erstötzung*. Hisp. *Abo-  
gamiento*. Pol. *Vdawnia*. Vng. *Megfeszítés*. Ang. *Strangled, che-  
cked.*] *Vnde strangulatus vulvæ, pro compressione & angustia  
uteri. Plin.lib. 20. cap. 18: Datur & olfactandum ex aceto in  
strangulatu vulvæ.*

**Stränguria,** z, f. p. [ *spa:sou:zja*. Gall. Difficulte d' uriner, quand on ne pisse point à son aise. Ital. Difficultà d' urina, di pesciare. Germ. Harnawinde, da einer tröpfelstig harret. Hispan. Abogamiento dela urina. Eng. Viscellesteek s' op d' que selyasa. Ang. Difficultie and' paine in pissing. ] Itali morbo crudus glans comestus medetur. Urinæ stillicidium, quū urina per intervalla, & guttatum defluit. Vnde definitiones Galeno assignatæ *spa:sou:zja* esse ajunt xij spâ:sas rū ō̄gov ixx̄x̄x̄: hoc est, urinæ per guttas excretionem.

¶ Dysuria autem dicitur, quum egrè sit lotium (ut Cato loquitur) nec sine dolore excernitur. Cicer. 2. Tusc. Quanvis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua prebeat. Plin. lib. 20. cap. 5: Philistion in lacte coquit, & ad stranguriam dat radicis uncias quatuor.

Strategus, gi, pen, prod, m, f. Dux exercitus. [T] Daghid, sp-  
mrys, Gall. Chef & capitaine d' une armee. Ital. Capitano dell' eser-  
cito. Ger. Ein Hauptmann über ein Bataillon. Hisp. Capitan de armada.  
Pol. Herman nadwojewiem. Vngar. Hadnagy. Ang. Chieffainer or  
lieutenant of an armye.] Plaut. in Curs. Nec strategus, nec tyran-  
nus quisquam, nec agoraeomius.

**S**trātagēmā, n. t. [ *spātynū regnū*. Gall. Russes & fineses de guerre. Ital. Stratagemmi, astucie militari. Germ. Geschwinden und listige Kriegereindr. Hisp. El ardido d' astucia de guerra. Pol. Preki domul ubi wie, do gwalejnia nieprzyjacelia. Vngar. Hadi okosfog, exosz. Ang. Policies or wittie shifles in warrefare.] Astutia rei militaris, facinus egregium, consilio potius quam viribus gestum. Cic. 3. de Nat. deor. Consilium illud imperatoriū fuit, quod Græcē *spātynū* appellant, sed corū imperatorum, qui patria cōsulerent, vitæ non parcerent. Idem ad Atticum lib. 5: Quam interim Rusio noster, quod se à Vestorio observari videbat, strategemate hominem percussit. Dictum est autem stratagema à Græco verbo *spātynū*, quod est exercitum duco.

Stratēgus, giz. [ *strategia*. ] Gall. Capitainerie, charge de commander à vne armee. Ital. Carico di governare vn' armada. Ger. Ein Hauptmannschaft über ein Kriegswolt. Hisp. Gobernamiento de vna armada. Pol. Hetmanство nad wojskiem. Vng. Kapitanus, hadnagy, szeg. Ang. The office of a chieffaine or generall capitaine of an armee.] Praefectura, militatio, prætura, imperium rei militaris, & gubernatio. Plin. li. 6. cap. 9: A' Tigranocerta ad Iberiam dividitur (quod certum est) in præf. Etruras, quas illi strategias appellant. Idem lib. 4. cap. 11: Thracia sequitur inter validissimas Europæ gentes in quinquaginta strategias divisa.

**Stratiotēs**, Millefolium. [Polon. *Kwiatnik*.] Frutex exiguis palmi altitudine, foliis aviculatum pennis imitantibus, brevi admodum dissectoq; foliorū exortu, *spaniens*, *χλιψιδων*. Latini & militarem herbam appellant, propterea quod vulnera omnia ferro facta intra dies quinque sanare dicatur ex oleo imposita. q; Est & stratiotes aquaticus, sine radice vivēs, aquis tantum supernatans, folia habēs sempervivo similia, sed majora. Hujus meminit & Plin.lib.24.cap.18. Celebratur (inque) & à Græcis stratiotes: sed ea in Aegypto tantum, ex inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni majora haberet folia. Refrigerat misē, & vulnera sanat ex aceto illita, &c..

**Stratiōīcūs**, [spaniens]. Gall. Militaire, de guerre. Ital. Militare, diguerra. Ger. Kriegsf. Hisp. Cosa de guerra. Polon. Waleczni. Vng. Vitez. An. Belonging to warre. ] Militaris. Plaut in Pseud. Stratioticum nuntium advenientem percutiam probē.

Stratificula adiuncta in adventu enim percutientia probat.  
Stratos, qui Dominum in equum sustollit, *αναστός*.  
Strebula, Lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium  
sacrificatarum. Fest. Meminit & Arnobius. Nonne, *Inquis*, pla-  
cet carnē strebulam nominare, quā taurorū ē coxendicibus  
demitur? Dicta autē strebula à curvatura. *φρέσχες* etiam, curvus  
& pravus, inde stribiligo, depravata oratio, de quo infra.  
Strēnā, *z.* f. p. Munus quod datur die festo, omnis boni gra-  
tia: qualia sunt quā passim dantur quotidianas circiter Calen-  
das Ianuarias. [ξενον. Gal. Estrenos. Ital. Bona mano, manza. Ger.  
Ein Gab ja dem neuwen jar/feiertags schenkt. Belg. Een nieuwjaars-  
Hisp. Las estrenas, aguinaldo ó alboricias. Pol. Podarek na nowy rok,  
kolieda. Vng. Vy exordiobeli aiandek. Ang. A new yeaeres gift.] Di-  
cta à numero quo significatur alterū, tertium, venturi simi-  
lis commodi: veluti trena, quā præposita s' lieta, dicitur stre-  
na, ut in lite solebant antī qui dicentes stiterint. Hæc ex Festo.  
Contrā Nonius: Strena, *inquit*, dicta est à strenuitate. Pompe-  
nius Pictoribus: Aside, si qua ventura est alia strena strenz.  
Suet. in Calig. cap. 42: Edixit & trenas incunē anno se re-  
cepturum: stetitque in vestibulo ædium Calend. Ianuarii ad  
captandas stipes, quās plenis ante eum manibus ac siu om-  
nis generis turba ferrebat.

**Strēnūltās, atis, f. & Fortitudo, alactitas.** [שְׁרִירָה] gheburah. <sup>אֶל-</sup>  
<sup>דְּבָרָה</sup>

acta anconibus irritarum, a ceteris ac linitra tangat acumen.  
Spiratus, a, um, Vnde striatas columnas dicimus, que striis dividuntur sunt, & folia striata, & conchas striatas. [Gal. Canelli, etrusc, ride, raye. Ital. Accanellato. Germ. Das holtzt hat gethanet. Hisp. Cosa acanalada asti. Pol. Kajda ręce maiaka posobis kanaliki. Vng. Barakdas, vay effos. Ang. Chamfered.] Plin. lib. 21: Can- dor eius eximius, foliis foliis striatis, & ab angustiis in latitu- dinem paulatim sese laxantibus effigie calathi. Idem lib. 37. cap. 10: Eureos nucleo olivæ similis est, striata concharū no- do, non adeò candida. Apuleius frontem striatam vocat con- tractam, caperatamq; & quasi sulcos facientem praे tristitia. Stilo, as, are, ast. p. Strias facere. [Gal. Faire rayes & canaux sé lög d' me colonne. Ital. Fare incavature à lungo riva colonna. Ger. Rän- schig machen. His. Acanalar asti, ó la obra de aquella manera. Pol. Kanal i' todz' q' cimena si' upie. Vng. Barakdat t'sinalok, vaykalok. Ang. To chamfer, to mak rabates or small sorrowes in stone or tim- ber.] Vitruv. lib. 4: Columnas autem striati viginti striis opor- tet. q' Striare etiam dicuntur boves, quum peracto, aut non peracto priori versu anheliant, non convenient. Plin. lib. 18. ca.

19: In arando versum peragi, nec striare in actu sibiū.  
Strībilo, pen. prod. inis, f.t. A' vētūstōribus Latinis dicebātur folcēismus. οὐλοκτόργος, à tortuosa orationis à pravitate acversura. Ab Asinio Capitone definitur impar & inconveniens compositura partium orationis. Vide Gell. lib. 5. ca. 20.  
Strīcte, Strīctim, Strīctura, Strīctivus, Vide STRINGO.  
Strīdēo, des dui, n.f. Stridorem aut iterpūtum edo. [ΤΡΙΝ χαρικ, τεύχος, τιμων. Gal. Crisser et bruire, Ital. Far stridore o strepito.

**Germ.** *Ritren*/o<sup>t</sup>et geiten. **Belg.** *Kerten*. **Hisp.** *Rechinar* *baxer*  
*ruyo* *fuertemente apretando las dientes*. **Polon.** *Zgrytam*, *kwiarcie*.  
**Vng.** *Zdrgök*, *tsikorgok*. **Ang.** *To gnash or grinde the teeth.*] Plin.  
Epist 203: At quem stridunt funes, curvatur arbor, gubernacula  
gemunt. ¶ *Quamvis etiā ad alia transferatur.* Horat 2.  
Serm. Satyr. 8: *Stridere secreta diversos aure strurros.* Virg. 1.  
*Aeneid.* - *foribus cardo stridebat ahenis.* Idē 4. *Georg.* Vt ma-  
re sollicitum stridet refluxibus undis. *Lucanus libro 6:* strid-  
ent oculis ardentibus ignes. ¶ *Legitur & Strido, dis.* Virg. 8.  
*Aeneid.* - *stridunt;* cavernis *Strukturæ chalybum.*

Ritēndis, tis. [Τρίτης chorek. ηγέλων. Ger. Ritend/raufschend.] Virg.  
6 Aeneid, ac bellua Lernæ Hortendum stridens, flammisque  
armata Chimæra. Idem 3. Georg.- montesq; per altos Con-  
tentia cervice trahunt stridentia plaustra. □

Stridōr, oris, m. t. Streptitus, ingratus sonus : qualis in forium cardinibus, & in curruum rotis male inunctis intelligitur. [גְּרִינְתָּה] amitb סְנַתְּה hemi. áh. בְּעֻמְגָּס, תְּבוּמָס. Gall. Crissement, ou bruit Ital. stridore, strepit, romore. Germ Das tittern, oder geigen. Hisp. Ruydo fuerte. Pol. skwierk, skryp. Vng. Tiskorgas, Zorges. An. Gnashing or grinding of the teeth. ] Virg. 1. Aen.- stri- dorp, rudentū. Cic. 5. Tusc. At vocem citharēdī non audiunt, ne stridorem quidem ferræ tum, quā acuitur. Virg. 7. Aeneid. Stridore ingenti liquidum trans aethera veſta Obsedere apicem. Ovid. 8. Metam. Fervida quam rauco latos stridore per armos Spuma fuit.

Stridulus, pen. cor. adjectivum. Στριδοῦσας, λυγέος. ut Plaustra stridula, Ovid. 3. Trist. Eleg. 12. Fax stridula lacrymoso fumo, Idem Met. 2 Convitia stridula, Idem ad Pif.

**S**trigā, æ, f.p. Ordo rerum inter se cōtinuatè collocatarum, ut  
ait Festus : quod unā sint constituta. [ q̄D tur. ἔγραψεν μητρ. ]  
**G**al. Ordre des choses mises continuement. Ital. Ordine di cose accom-  
ciate continuamente. Germ. Ein gelehrter ordnung der dingē so an ein  
ander hangen. Hisp. Orden de cos,as pueſtas continuadameſt. Pol.  
Ręcz kądawrędzie v'l'ogona, tak jebi ia y zwiejac mogł. Yng. Ze-  
prend, rendel valo raka. Ang. A rewe of thinges layde in order one by  
another ] Colum.lib.2.cap.19: Vtrung; siccatū coarctabimus  
in strigam, atque ita in manipulos vinciemus. Altera lectio  
habet striam. Solispater lib.1: Strigam dicit caſtreneſc elle voca-  
bulum inter vallum turmarum significans, in quo equi ſtrin-  
guntur. q̄ Item longitudo major latitudine dicitur striga : à  
quo strigatus ager vocatur, qui per strigas crescit à Septen-  
trione in Meridiem.

**Striga apud scriptores agrestium mensurarum sic exponitur.**  
Ager, inquit Frontinus, per strigas & per scannā divisus & as-  
signatus est more antiquo in hac similitudine, qua in provin-  
cias arva publica coluntur. Hygenus autem sic mensuræ qua-  
draturam dimidio longiore facere debebimus, & quod in la-  
titudinē longius fuerit, scannū appellare, quod in longitu-  
dinem, strigā. Et Aggenus: Stigatum, inquit, ager est, qui à Se-  
ptentrio in lōgitudinem in Meridianum decurrit: scanna-  
tus autem qui eo modo ab Occidente in Orientem crescit.

*sek le iōrō. Ang. A little horse combe.] Apuleius: Qui magno incepit prædicavit, fabricatum semet sibi ampullam quoque olearium, quā gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, presula rotunditate, juxta; honestam strigileculam, recta falcatione clausulæ, flexa tribulo ligulæ, ut & ipsa in manu capula moraretur, & sudor ex ea rivo laberetur.*

*Strigillo, as, act. p. verbum est à stringendo deductum, ejusdē cum illo significationis. [ΟΟΛ rachás ΚΩΣ chibbēs. Gall. Estraindre. Ital. s. rignere, stregnere. Germ. Strigen. Hisp. Apretar. Pol. Cudje. Vng. Vakargatom. Ang. To strayne, to wring or strese.] ¶ A quo sit compositum Obstrigillo, quod est obito, impedio. Varro: Quid Curio? quum id fecisset, dicebat amicis ut illi nuntiaretur te obstrigillaturum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterum Consul fieret.*

*Strigmentum, ti, n. f. Sordes quæ ex corporibus raduntur. [Εὐστριγός, πύτος, & γλώσσα Hermolao. Gall. L'ordure qu'on racle d'un corps, raclette. Ital. L'ordura che si rade del corpo. Ger. Die obstrigten/der vrak so man abstrigter/badstuber wust. Hisp. Moladura o susiedad que se rae del cuerpo. Pol. Brud scial'a. Vng. Szenny, mutsok. Ang. Paringes or any thing scraped away.] Cels. lib. 2. cap. 6: Alvus quoq; varia pestifera est, quæ strigmentum, sanguinē, bīcīm viridem, aliquid modò diversis temporibus, modò simul & in mistura quadam, discreta tamen, representat. Vnde strigmenta olei dicimus ceromata: id est, sordes olei, quæ ex unctionum athleratum corporibus raduntur. οὐράμετρον, οὐρός. Plin. lib. 15. cap. 4: Notum est magistratus honoris ejus octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse.*

*Strigium, Vestis Hispanica. Plaut. Nudus est, jurat se strigiū oppignerasse.*

*Strigones, Densarum vitium homines, quod in se constricti, atq; arctati sunt. Apud Festum legitur strigores.*

*Strigosus, a, um. Quod est exhaustum & macilentum, quasi strigolum: unde juventa strigosa dicta sunt, quorum corpora restricta sunt fame, aut alia vitii causa. [ΠΕΓ rachē. λαχαρός. Gall. Magre & qui n'a que les os, flânce, restreci, langoureux. Ital. Attenuato, macilento, consumato, disfatto. Ger. Mager/aufgezehrt/ fraublebig Hisp. May magro consumido. Pol. Wyjch'l, wichwud'l. Vng. El hiraukozot, meg b'z b'seredet. Ang. Leane, lank or thinne in the bodie.] Colum. lib. 6. cap. 37: Quanquam possit huic aliquatenus comparari quod progener onager, nisi & indomitum, & servitio continuax, sylvestri more strigosum patris preferret habitum. Et lib. 7. cap. 6: Placidè ac lente pabuletur, ut & largi sit uberis, & non strigissimi corporis. Hic etiam malè habitus dicitur. Gellius: Equum strigosum, & malè habitum, sed equidem ejus uberrimum, & habitissimum videbunt. ¶ Strigosus Orator, per translationem. jejunus, ineptus. Cicer. de Clar. Orat. Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quām gracilitates consequentur: quos valeudo modo bona sit, tenutas ipsa delectat: quanquam in Lysia sunt sspē etiam lacerti, sic ut & fieri nihil possit valentius: verū est certe genere toto strigosior, sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa ejus subtilitate admodū gaudeant. Id est, gracilior & renuior, ut ipse ibidem: cui opponit habitum corporis opimum.*

*Stringo, gis, xi, etum, act. t. Arcto, constringo. [ΟΟΛ rachás ΚΩΣ chibbēs ῥῆτης τιστήρης heisir ΤΩΝ aphádh εφιγω, τιθέται, συφω. Gal. Estraindre & fort ferre. Ital. Stringere. Ger. Pfrennen/trennen/susammen stemmen. Belg. Tamen dourven. Hisp. Estremir o apretar. Pol. Zęgić. Vng. Szorítom. Ang. To strayne, to wring or strese.] Plinius: Apprehensamq; manu stringit. ¶ Per translationem stringere quandoque pro percutere ponitur. [ΗΕΓ hichchah] Vng. lib. 10: Atq; animū patriæ strinxit pietatis imago. ¶ Quandoque pro decerpere, colligere. [ΠΤΩΝ arāb ΗΩΝ asjāb ΟΙΖ balās.] Idem in Bucol. hic ubi dentas Agricolæ stringunt si odes. Idem lib. 2. Georg. Sed tamen & querinas glades tunc strigere tēpus, Et lauri baccas. ¶ Quandoque pro rado. [ΥΩΡ kisfih, αποφάνω, παρεφαπλωμα.] Virg. lib. 8. Aeneid Ego sum, pleno quē flumine cernis Stringentem ripas. ¶ Quandoque pro vulnerare, īm̄z̄, īpiç̄a, p̄t̄. Virg. lib. 9. Aeneid. hunc primum levis hasta Themillæ strinxerat. ¶ Quandoque, pro attenuare, quod stringendo fieri solet: ut Stringere remos. ¶ Stringere ensem, est audare: [ΠΙΩ schalaph ΤΗΡ. η herik. ψυχοδεῖα] Virg. lib. 11. Strictum rotat acer Lucagus ensem. ¶ Hujus composita sunt, astringo, constringo, distingo, destringo, obstringo, perstringo, præstringo, restringo, & substringo: quorū significata explicatur suis locis. Strictus, a, um, particip, à verbo stringor: ut strictus gladius, evaginatus. [ΟΙΟΛ rachás ΤΗΡ. η herik. ψυχοδεῖα] Virg. lib. 11. Strictum rotat acer Lucagus ensem. ¶ Hujus composita sunt, astringo, constringo, distingo, destringo, obstringo, perstringo, præstringo, restringo, & substringo: quorū significata explicatur suis locis.*

*Strictus, a, um, particip, à verbo stringor: ut strictus gladius, evaginatus. [ΟΙΟΛ rachás ΤΗΡ. η herik. ψυχοδεῖα] Virg. lib. 11. Strictum rotat acer Lucagus ensem. ¶ Hujus composita sunt, astringo, constringo, distingo, destringo, obstringo, perstringo, præstringo, restringo, & substringo: quorū significata explicatur suis locis. Strictus, a, um, particip, à verbo stringor: ut strictus gladius, evaginatus. [ΟΙΟΛ rachás ΤΗΡ. η herik. ψυχοδεῖα] Virg. lib. 11. Strictum rotat acer Lucagus ensem. ¶ Hujus composita sunt, astringo, constringo, distingo, destringo, obstringo, perstringo, præstringo, restringo, & substringo: quorū significata explicatur suis locis.*

*Strictē, adverbium, Arcte, constrictē: [στρίκτης. Gal. Estrictement Ital. Strettamente. Germ. Enthüngend. Hisp. Apretadamente. Pol. Ciasno, scissile. Vng. Szorosan. Ang. Strellie.] à quo formantur strictiū & strictissim. Cicero de Amicitia: Nec obscurare stricte, ne plus reddat quam acceperit.*

*Strictū, adverbium, Cōp̄lēs, breviter. [ἰστρίκτης, καθαλαμός, λιγνόν, ἀργοθεός. Gal. Estrictement, briſuement. Ital. In poche parole, in breuitā. Ger. In turzem begriff mit überlauffung. Belg. In cort. His. Estrichamente, breuemente. Pol. Kroce. Vng. Remeden. Ang. Shortlie.] Vnde strictum referri dicimus ea quæ quā sparsa ac diffusa essent, breviter, & quasi summatis colliguntur. Cicero pro Cluēt. Auditistis quū ea quæ copiosissime dici possunt, breviter à me, strictimq; dicuntur. Idē ad Attic. lib. 2: Quem tu Corcyra, ut mihi aliis literis significas, strictim attigit. Idem de Nat. deor. Quibus de quæstionibus tu quidem strictum, nostri autē multa solent dicere. Plaut. in Capt. Sed utrū strictumne attonsurū dicam esse, an per peccinem, Nescio. Strictū, a, um, Quod stringitur: ut strictivæ oleæ, quæ manus colliguntur ad differentiam caducari. [αἱ ἀρτεμηραὶ ιδεῖαι, δηπται. Gall. Olives cueillies à la main. Ital. Olive raccolte con la mano. Ger. Olivē die von der hand abgetesen/oder abgesetzst worden sind. His. Αγρυπα cogidas à mano. Pol. Osmeknioni, rekə obrwani. Vng. Kexel zedett. Ang. Olives gathered with the hand.] Catō cap. 146: Oleæ caducæ modii quinquaginta, strictivæ modii decem.*

*Strictū, a, um, Quod stringitur: ut strictivæ oleæ, quæ manus colliguntur ad differentiam caducari. [αἱ ἀρτεμηραὶ ιδεῖαι, δηπται. Gall. Olives cueillies à la main. Ital. Olive raccolte con la mano. Ger. Olivē die von der hand abgetesen/oder abgesetzst worden sind. His. Αγρυπα cogidas à mano. Pol. Osmeknioni, rekə obrwani. Vng. Kexel zedett. Ang. Olives gathered with the hand.] Catō cap. 146: Oleæ caducæ modii quinquaginta, strictivæ modii decem.*

*Strictū, f. p. teste Nonio, Propriæ dicuntur scintillæ quæ de ferro cädenti micant, quū massa malleis tunditur: sive quod stricte emittuntur: id est, celeriter: sive quod oculos suo fulgere persistant. [ΣΤΙΡΡΙΣ οὐκοῦντος αὐτιῶντος. Gal. Estrincelles, & palla qui sortent du fer chaud, quand on le bat sur l'enclume. Ital. Scinille & l'ordure che saltano via dal ferro caldo quando se batte. Germ. funden/oder aneis so von einem glühend en eisen sprüzen / waren schmidet. Hisp. Las centellas de hierro caliente. Pol. skrak, iakus ed kusiacich skacza. Vng. Az swexes raszrol vrgo zkras. An. Sparkes of fer comming frome hot yron.] Virgil. libr. 8: .striduitq; cavernis strictura chalybum, & fornacibus ignis anhelat.*

*Stricto, as, Vide S T R I A.*

*Strictare, Stribilare, est ægræ consistere, hinc Strictiblæ ex dicitur mulieres, quæ & scrupetæ, quæ nimirum præ pedū vito ingredi vix possent. Varr. lib. 6. In nonnullis autem ibile gitur, Strictipellæ. Ex erunt quæ stringunt cutem & rugas in facie extendunt.*

*Strix, gis, f. t. Avis quædam nocturna & importuna, à stridendo dicitur. [στρίξ, Gal. Cheueche ou fresaye. Ital. striga. Germ. Ein schrecklicher nachtwogel/nachtwiggen/ heule. His. La bruxa ave de la noche. Pol. Rodzaj iaku sowie podobni. Vng. Puppene rete. Ang. Ashrich owl. ] Lucanus lib. 6: Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur. Plin. lib. 11. cā. 39: Fabulosum enim arbitrio de strigibus, ubera eas infantū labris immulgere. Esse in maledictis jam antiquis strigem cōvenit: sed quæ sit avium, constare non arbitror. Hæc Plinius. Ovidius autem infantes sine nutricum custodia relatos, à strigibus è cunis rapit tradit: sanguinemq; omnia ab illis exsorberi. Sic enim habet sexto Faſtorum:*

*Sunt avidæ volucres, non quæ Phinēia mensis*

*Guttura fraudabant: sed genus inde trahunt.*

*Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ;*

*Canities pennis, unguibus hamus inest.*

*Nocte volant, puerosq; petunt nutricis egentes.*

*Et viviant cunis corpora raptæ suis.*

*Carpere dicuntur laetitia viseera rostris:*

*Et plenum poto sanguine guttur habent.*

*Est illis strigibus nomen: sed nominis hujus*

*Causa, quod horrenda stridere nocte solent.*

*Ab hujus avis nōcumerto striges appellamus mulieres puelulos fascinantes suo contactu, & lactis mammaramq; oblatione. Serenus: Prætereā si forte premit strix atra puellos. Virosa immulgens exertis ubera labris. ¶ Striges etiam dicuntur olera viha, ut apud Plaut. in Pseud. Hæc homines coenassili coquunt: quum condunt, Non condimentis condunt, sed strigibus. ¶ Strix, frumenti genus apud Hippocratem.*

*Strobilus, pen. cor. [ΣΤΡΟΒΙΛΟΣ botnīm, spicula. Gall. Vne pompe pigné. Ital. Pigna. Germ. Ein gerbenstiel ist die frucht des fischenbaums. Hisp. Pinnón o pina. Pol. Szpikka. Vng. Fenő fanak a gewöhlise.] Nux pinea, quæ & cocculus, & à forma conus appellatur, ut non uno in loco testatur Galenus. ¶ Ab hujus similitudine & carduum sativum strobilum à Romanis fuisse appellatum, autor est Dioscorides, voce quidem Græca, sed tunc forte quotidiana, & in usum populi recepta. Habet enim carduus in summo caule, capitula quædam pineæ nuci non absimilia. Quin & pinum ipsam strobilon aliquando legimus appellari. Plinius quoq; arborem quandam ex pinastrium genere hoc nomine appellat: cuius verba sunt hæc lib. 16. ca. 10: Easdem arboreis alio nomine esse per oram Italiz, quas strobiles*

strobilos vocari plerique arbitrantur, sed graciles, succinctioresq; & caedes liburnicarum ad usus, penè sine resina. qd Est & strobilus, saltationis genus, apud Pollucem. qd Eodē eum nomine ab Aristotele vocantur flatus ex inferiore loco sursum revoluti.

Strobilus, bi. f. s. sp. Arbor odorifera, de qua sic Plin. lib. 12. ca. 12. Perit & in Carmanos arborē strobū ad suffitum, persim vino palmeo accedentes. Hujus odor creditur à camenis & solim jucundus, sed aggravans capita, cuncta dolorē tamē. Stromātis, n. t. [sp. pag. Gal. Tapiferie. Ital. Stramazzo. Germ. Ein jedes dede so man über spreitet Hispan. Tapete, alhombra. Pol. Kal'dra, dika, eby, zie. Vng. Pok-roz, karpit. Ang. Tapestry.] Vox Graeca est, quia illi quodvis straguli genus significant. Unde & pro auleis accipitur, quae & peristromata dicuntur, multa colorum varietate picturata. Clemens Alexandrinus quoq; libris quosdam miscellaneos ornamento cōstantes, Stromatia inscripsit.

Strombus, sp. sc. Concha est tortilis in mari, nomen habens a figura. Meminit ejus Plin. lib. 32. cap. 11.

Strombites, pen. prod. sp. sc. Lapis est strombi marini figuram omni ex parte referens.

Strophæ, z. f. p. [סְרִוףָה hormdh. sp. ph. Gall. Fineſſe, tromperie. Ital. Venſtia, acutexxa ſorſigliezza. Ger. Ein geschwinder und ſtiftiger pos. Hisp. Asturia, enganno. Pol. Spideri ſuo ſupetline, apercieſie. Vng. Okos, ſig. ang. Ang. Subtilite in arguing, a wylie deceite.] Subtilitas, imp. oſtura, iudicatio: à verbo Graco ſpiφω, quod est vero: unde & à nostris venſtia dicitur. Hieron. cōtra Rufum: Vis ſcire totas argutiarum tuarum ſtrophas, vel ſpecularum iſidiās? Mart. lib. 2. Regis ſuperbi ſportulae recesserūt: Nihil ſtropharum est, jam falarium dandum est.

Strophium, phii, n. t. [sp. ph. ov. Gall. Un gorgi, ou colets de ſemme, de quoy elles courroient leurs poitrines, un chapeau ou couronne de fleurs. Ital. Fafia che portavano le virgine, al petto, ghirlanda di fiori. Germ. Ein brustſtuck / halſmentlin / Brustſtrem / Halſgöller/ tie die Webber tragen Hisp. Corona o cintia à faxa. Pol. Metrik albo napierſtia na pierſtach bſale gl' ore noſta. Vng. Mely hekbt ruha noſta. Ang. Aneckerchiefe or palet, a crown of flowers.] Fascia pectoralis, quae tumorem cohibet papillarum virginarium. Turpilius: Me miseram, quod inter vias epiftola excidit mihi: infelix iper tuniculam ac ſtrophium collocatam. qd ſtrophia etiam corona dicebantur, ab insigni quod imponebatur capitibus ſacerdotū. Plin. lib. 21. cap. 2: Tenuioribus utebantur antiqui coronis ſtrophia appellates. Suidas, Στρόφιος, sp. ſtrophiōs: id est, ſtrophium zonula eſt rotunda: & ſubdit: Στρόφιος, δοιαὶ τεχνές φέγονον: id est, ſtrophium eſt quod ſacerdotes geſtant. Cicer. de Aruf. resp. Publius Clodius à crocata, à mitra, à muſiebus ſoleis, purpureisq; fasciolis, à ſtrophio, à psalterio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repente popularis.

Strophium, diminutivum, & ſtrophio. Plin. lib. 21. cap. 2: Tenuioribus utebantur antiqui coronis, ſtrophia appellantantes, uide nata ſtrophiola.

Strophia. tri. m. f. Qui ſtrophia facit. [ſtrophionoīs. Gal. Faiſſeur de gorgi ou gurlandes. Ital. Chi compone faſſie à ghirlande.

Germ. Ein brüſtſtuckmacher / trenzſtunmacher. Hisp. El que ha de coronar con corda faxas. Pol. Ten mori napierſemier robi. Vng. Keskeny giolter ſinalo. Ang. A maker of neckerchiefs.] Plaut in Aulul. ſtrophiarum adſtant, ſemizonarii.

Stropho. [ſtropho. Gal. Douleur de ventre. Ital. Dolore di ventre, cordella della biffaccia. Germ. Das trimmen des bauchs. Hisp. Dolencia de viente. Pol. Zarcie wbrjchu. Vng. Husfai. us. Ang. Dolore ſibé bellie.] Dolor intestinorū, quod tormentum Latinū vocat. Celsus lib. 6. cap. 2: Ejusdem morbi nota eſt, quum circa umbilicum intestina torquentur, ſp. ph. Graci nominant, coxæq; dolores manent. qd Significat & funiculum peræ apud Gracos, & cincianos tortos, aliaq; nonnulla: quæ significant quoniam Latinis uisitatae non sunt, ex Græcorum Lexicis ea petendas relinquimus.

Stroppis, pi, quod Greči vo cant ſp. ph. Ornementum quod ſacerdotes pro insigni habent in capite: quidam corona eſt dicunt, quod pro corona insignis in caput imponatur, quasi ſtropholum. Hæc ex Festo. qd Scaliger autem virgulam eſt putat, quæ in flaminei apice ex felici arbore imponitur, & eā in flaminibus, ſtropum, in flaminicis inarculum appellari existimat. Quidam ſita eſt, pro capite, hīc, apice, legēdū videtur.

Strūctōr, Structor, Structura, Strues. Vide S T R V O. Strūferāt̄s, dicebantur qui feretum, aut ut ſipontinus legiſt̄rū, libi genus, cum ſtruere altero libi genere ad ſacra ſeruant. Festus.

Strūferāt̄s dicebant, inquit Festus, qui quædam ſacrificia ad aſtron ſulguritas faciebant: à ſeſto ſcilicet quodā ſacrificiū genere;

Strūct̄s, inquit Festus, ab antiquis dicebantur omnium rerū exuſtiones. ſtrūct̄s. Plaut. in Menach. Cereales coenas dat, ita metas extruit, Tantas ſtruices concinnat patinarias.

Strūma, z. f. p. Tumor, cervicem præcipue infestans, qui à ſcrophis quæ id morbi patiuntur ſcrophula dicitur, quum ſclicet circa guttur glandulae quædam ex pure & ſanguine plena oriantur: [χρεῖα, χρεῖας. Gall. Escouelles, goitre. Ital. Scrophola. Ger. Ein tropff. Hisp. Puerca à lamparon. Pol. Gardiel, puchlina na-garlie, item ſadzel. Vng. Dagadas, talgia. Ang. The kinges euill.] quanvis & in aliis interdum corporis partibus lignantur, ut puta in alis, inguinibus, & lateribus. Vide Cels. lib. 5. cap. 28. Plin. lib. 1. cap. 17: Guttur homini tantum & ſuibus intumescit, aquarū, quæ potantur plerūq; vitio: propter quod quodā tubera ſpongiosa per corpus aliquando inſperita, ſcrophula dicuntur, quæ etiā ſtrumæ appellatione continetur, ut rectius ſtrumulæ, quali parvæ ſtrumæ, quām ſcrophula nomi- netur, qd Struma civitatis. Cic. pro Sext. Hi medentur Reipubli ce qui exſecat pestem aliquam, tanquam ſtrumam civitatis. Strūmos, a. u. m. Qui hoc vitio laborat. [χρεῖας. Gal. Quo a laſtſtrouelles, goitreux. Ital. Chi ha tale infirmita. Ger. Kröpfſig- das ein tropff hat. Hisp. El que tiene tal paſſion. Pol. Gardiel maiaci. Vng. Az kinet talgyrua ragion. Ang. That hath an impostume in the throat or kinges euill.] Iuven. Sat. 10:

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, vel

Strumosum, atq; utero pariter gibboq; tumentem.

Strūmēa herba, Quarta ranunculi species, à reliquis lacteo flore distincta dicta, teste Plin. li. 25. ca. 13, quod medeatur ſtrumis, & panis, parte in ſumā ſupenſa: vel (ut addit Ruelius) quod ſtrumosum radicem habeat. Hæc herba eſt qua validi mendicantes ſibi crura & lacertos dilaniant, quod poſſint impudentius ſtipem extorquere. Hinc nonnullis herbariis ulceraria vulgo dicitur, aliis ſcelerata.

Strūo, is, xi, ctum, act. t Extruo, ædifico, ordino, ordine colloco, & benē conjungo. [סְרַעֲבֵד banah. בְּנַחַן hechin. בְּנַחַן tikkén. נְגַדְּלָא, נְגַדְּלָא, נְגַדְּלָא. Gal. Baſſir, agencier, mettre par ordre, machiner. Ital. Ordinare, apparecchiare, accommodare, edificare. Germ. Bauwen, zuſtzen, ordentlich zusamen ſehen. Belg. Ordineren, ſefamen ſetzen. Hisp. Componer, edificar, ordenar. Pol. Budute, wiſtawiam. Vng. Eppitek, rakok. Ang. To build, to ſet in order.] Cæſ. 8. bel. Gall. E' regione ejus vineas agere aduersus montem, & āggeres ſtruere coepit magno cum labore, & continua dimicatione. Liv. 1. ab Urbe: Poſtquam ſtructi utrinque ſtabant cum paucis procerum in medium duces prodeunt. Ovid. 1. Met. Affectasse ferunt regnum cœleſte gigantes, Altæ, congeſtos ſtruiffe ad sydera montes. qd Struere aliquid, eſt machinari, moliri. [ʃʃʃ ſhôl ʃʃʃ charâſch, þnχavâðan.] Terent. Heav. Num me ſeffelit hoſce id ſtruere? qd Struere a- ciem. [ʃʃʃ harâch, ñrras.] Cic. ad Octavium: A quibus ex- ercitū abducis, & adverſus quos aciem ſtruis? qd Struere dolos, vel inſidiis, eſt parare. Liv. 3. bell. Pun. Ibi quum dies aliquot ſuſpecti Campani, timentesq; cayēdis ac ſtruendis in- vicem inſidiis traduxiſſent, &c. qd Composita hujus verbi ſunt aſtru, deſtru, iſtru, obſtru, præſtru, ſuſtru & ſuperſtru, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Strūctōr, oris, m. t. Architectus, faber qui aliquid ſtruunt. [בְּנַחַן boneh, נְגַדְּלָא, נְגַדְּלָא, נְגַדְּלָא. Gal. Baſſieur, comme maſſion ou char- pentier. Ital. Conſtitutore, ordinatore, edificatore. Germ. Aufbauwerker, bauwmann/werdmann. Hisp. El que compone o edifica. Pol. Budownik. Vng. Ats, eppit. Ang. A maſon or any builder.] Cicer- eo ad Quintum Fratrem libro 2: A puero ut diſceſſi, in arcā tuam venires agebatur multis ſtructoribus. qd Structores an- non. Cicero Attico libro 14: Ecce autem ſtructores nostri ad frumentū profecti quum inaneſ rediſſent, rumorem affe- runt magnum Roinæ, domum ad Antonium frumentum o- mane portari. qd ſtructores item dicuntur, qui inſtruendæ men- ſæ, ciborumq; apponendorum curam habent. [Gal. Deſſen- fier, maître d'hoſtel. Ital. Dispensatore, cellero, ſcalco. German. Ein tiſchdiener/tiſchräſter. Hisp. Dispensero, maſtreſala. Pol. Nakri- wace ſtol'. Vng. Talukok.] qd item ii qui decoro manuum ge- stu cibos diſcipunt, quos Greči χρεῖας appellant. [Gal. Eſcuyer trenchant. Ital. ſcalco. German. Ein höſlicher ſpeißerleger/ oder auftheiter. Hisp. Trinchante. Pol. Kreiſti ſtol'ow. Vng. Etek o ſto. ] Martialis libro 20: Et quæ non egeant ferro ſtru- ctoris Ofelleæ.

Strūctūrā, z. f. p. A edificium, ſive cōpoſitio & ordinatio. [בְּנַחַן binjan: בְּנַחַן maharachah. נְגַדְּלָא, נְגַדְּלָא. Gal. Baſſiment, comme maſſonnerie ou charpenterie. Ital. Edificio, ordeneanza, compoſitione. Germ. Ein gebouw/ordnung eines zu dem anderem/ juſamen ſeugung Belg. Een gebouw/een timmering Hisp. Fabrica, edificio. Pol. Bud. Vng. Eppweſer, rendelas. Ang. Building, ſetting of things in good order.] Col. lib. 1: Igitur ad ſtructuram quum primum ſtatim fundamenta jaciuntur, enitendum eſt. &c. qd Surgens operum ſtructura. Lucanus lib. 6: Prima quidem Surgens ope- rum ſtructura ſefellit Pompeium. Cic. de opt. gen. Orat Sed & verborum eſt ſtructura quodā duas res efficiens, numerum, & lenitatem, &c. Ovid. 4. Fast. Vnde ſaluteris, color hic tibi pro- tinus index. Et ſtructura mei carminis eſt pōteſt.

Strūctilis,

**Σιρόμηλα.** Ex genere sunt cotoneorum, cæteris odoratiora, sed

Struthio cämélus. [spouðisq; ménos. Gal. Vne austriache. Ital. Struzzo, struzzolo. Germ. Ein straußvogel/hat schöne Fäderen/fleuchtet doch nicht im tußt wie das ander gefüget. Hisp. Abestruzas. Pol. Strus. Vng. Ztrucz madar. Ang. An ostriche.] Maxima avium est, si tamen avis est dicenda, quum pennas duntaxat habeat, ut adjuvent ad currendum, cætero volucris non sit, nec à terra tollatur. Vngulas habet cervinis similes, bisulcas, comprehendens lapidibus utilies, quos in fuga contra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunque devorat, sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas: etenim in tanta corporis altitudine, si colla frutice occultaverit, latè se putat. Ova ejus in pretio sunt propter amplitudinem: & pennæ, quia galreas variis coloribus infectæ adornant. Vide Plin. lib. 10. cap. 1.

**Sruthös.** [ſruthōs] tſippór. spozjōz. Polon. Wrobl. Vng. Vereb. **Ang. Sparrow.**] A Græcis dicitur, quem nos *passerem* vocamus. Ab antiquis etiam Mimorum scriptoribus struthos usur palatur pro virili membro, à passeris salacitate sumpta non minus ratione.

**Strychnus**, στρυχνός, Herba est, quam Latinè solanū, vulgo solanum vocamus, multas sub se continens species, quas vide sumptræ in dictione SOLANVM.

Studium, dī, n. f. Diligentia, amor, & alacritas ad aliquā rem.  
[ Ἀλιτρόν mahalál. Ἀλιτρόν haliláb. ἀρούρη Gall. Etude, fauor, so-  
ing & diligence. Ital. Studio, fauore. Ger. Ein stets der ernst und istebe  
so man an ein ding wendet. Belg. Meestrykent. Hisp. Estudio, fauor.  
Pol. Pilnoscy y miel' oscy do reynisnia meiakies ręcey. Vng. Zorgal-  
matosság, valanihez valo szerebet. Ang. Diligence, studie, labour, tra-  
uelle. ] Cic. de Invent. libr. 1: Studium autē est animi assidua &  
vehemens ad aliquā rem applicata, magna cū voluptate o-  
cupatio, ut philosophiæ, poeticæ. Plaut. in Asin. Vbi quid de-  
derā, quasi columbae pulli ore ambae meo Vsque eratis: meo  
de studio studia erāt vestra omnia: Vsque adhærebatis: quod  
egō jussoram, quod voluerā Faciebatis. Terent. in Hecyr. Vi-  
rus esse adversas, æquè studium est, similis pertinacia est. Cæs.  
4. bell. Gall. Quidam rebus nostri perterriti, atq; hujus omnī  
no generis pugnæ imperiti, non omne cadē alacritate ac stu-  
dio, quo in pedestribus uti præliis consueverunt. q; Accipitur  
quandoque pro exercitatione. intrādōμε, ἀρούρης. Co-  
lum. Et ne singula persequar, ei studio, quod quisq; agere ve-  
lit, consultissimum rectorem adhibeat: id est, exercitio, vel o-  
peri, vel arti. Terent. in Andr. Quod plerique omnes faciunt  
adolescentuli, Ut animum ad aliquod studium adjungat, aut  
equos alere, &c. q; Quandoque pro favore seu amore. Salust.  
in Catil. C. Syllanum certe scio, quæ dixerit, studio Reipubli-  
cæ dixisse. q; Quandoque pro voluntate. Virgil. 2. Aeneid.  
Scinditur in certum studia in contraria vulgus. q; Studio ha-  
bere aliquid. Terent. in Adolph. Dii vestram fidem! Verum  
studione id sibi habeat, an laudi putat, Forte, si perdiditerit  
gnatum?

**S**tūdi'ōsūs. **a.** um. Diligens, assiduus, perseverans. [ **T**unc sché-  
kédh. **a**vvodáos. Gal. **S**tudie<sup>x</sup>. **s**ongneux, diligent. Ital. **s**tudio, dili-  
gente. Ger. **G**efüsst oder gefüffen/ersthaftig. Hisp. **E**studio, dili-  
gente. Pol. **P**ilni, **d**bal'i. Vng. **Z**orgalmatos, alhatatos. Ang. **D**ili-  
gent, **g**iven to studie, **l**aborious.] Cicer. 4. Acad. **H**omo & acutus,  
ut Poenus: & valde studiosus & diligens. Idē 4. **V**erit. Vide te  
quid potuerit, qui quatuor in provincia **Q**uestores, studiosissi-  
mos defensores, propugnatoresque habuerit. Autoxad He-  
renn. Ideoque bonis viris & studiosis amicus erat. q Alkjādō  
ponitur pro cupido, amico & fautor, quem Gr̄ecos **c**ontra-  
s̄lu appellant. [ **T**UN chaphets **T**UN obēre. Gal. **C**upide, desirous,  
ami, favorable. Ital. **D**esideroso, fauoreuale, amico benevolo. Ger. Ein  
gefischn̄er gönner einem ju dienen vad befürdeten ergeben. **M**enfys, füñi-  
ner. Hisp. **F**avorable, codicio/s, amigo.] Cicer. de clar. Orat. **E**stet  
enim certos sui studiosos. Idem ad Attic. **E**go mei studiosos  
habeo Dyrrahachinos. Mem. **C**ęinnæ: Vixi sunt optimi & ui-  
similium studiosi, & mei necessarii. Idem de Amic. **N**ec si qui  
in eunte aetate venādi aut pilæ studiosi fuerint, eos habere ac-  
cessarios oportet, quos tum eddem studio prædictis dñe-  
runt. q **A**ccipitur etiam studiosus pro literarum cupido. Ci-  
cer. de Opt. gene. Orat. Suscepit laborem utillem studiosus. Plu-  
nius Epist. 5. lib. 3: Itaque soleo ridere, quam: me quidam  
studiosum vocant. q Hinc fit p̄rstudiosus. Cicet. in Cajon.  
Literis Gr̄ecis quarum constat cum perstudiosum fuisse in  
senectute.

Stūdiōse, adverb. Diligenter. [arouðð]. Gall. Songneusement, diligemment. Ital. Studiofamente, con diligenza. German. Stügglisch, ernsthaftiglich. Hisp. Estudiofamente, diligētamente. Pol. Dilige, dila-  
lie. Vng. Zorgalmatoson. Ang. Diligentie, laboriosie. Et freat  
in Heavt. Texētem telam studios ē ipsam offensiliwys. Cidec  
Sen. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos se  
gite quoſo studiosc. Libenter studioſeque audire, apud cun-  
dem 2. Ver. Studios ē diligenter; aliquid curare, idem. Antic.  
Stūdō, des, dui, ditum, Studiū a dhibeo, operam do, labore  
impendo. [v]agħad, arrovdaw, arroviex. Gal. Estudier, faire  
soin, estude a faire, tascher, mettre peine. Ital. Studiare, adopgar ē far  
**A**bderitūcūs, a. um. abdēmōs. Cic. ad Attic. Imperium Abdēriticum. Abderitica mensa: dicitur, stupida, aut insana. Abderitans enim natura peculiari fuisse mentis stuporem, indicat M. Tullius in libris de Nat. deor. & Plin. lib. 25. cap. 8. Vide Cęlium Rhod. Antiq. le&. lib. 16. cap. 13.

**A**bderitæ, abdērītū, Populi Thraciæ sunt: qui quum à muri bus ac ratis vexarentur, coacti sunt natale solum relinquere, & alias querere sedes. Hos Cassander, sedibus in ultimis Macedoniæ partibus concessis, suscepit, pactione simul inita eis de pace, quum suam timebat invasuros patram.

**A**bdon, abdōn, indeclin. nomen proprium est unius è Iudicibus Israël.

**A**bdua. Vide ABDVS.

**A**bea. Vide ABEA.

**A**beacus, Siracorum rex, qui sunt populi ad radices Caucasi. Vide Strabonem lib. 11.

**A**beatæ. Vide A BAE ATAE.

**A**bellæla l. ab. abellæla Ptolemæo, oppidum est Campaniæ nō procul a Nola, quæ & Avella dicti mutato b in u consonantem. Virg. 7. Acn. Et quos malifere despusta: et moenia Abellæ Hinc nubes Avellanæ dictæ, que ib. copiosissime proueniunt.

**A**bellinum. sive Avellinum abellæla, Italæ oppidum, in traetu Campaniæ, teste Plin. lib. 10. 3. cap. 3. hoc idem est: creditur cum eo quod Virgilius Abellam vocat: unde & nubes Abellina primum, & postea Avellanæ dictæ sunt. q. Est & Abellinu, telle Ptolemæo lib. 3. Hirpinorum oppidum, nō procul à Nuceria Apulorum. Vtriusq; oppidi incole dicuntur Abellinates, abellinæla, discriminis tamen gratia, posteriores Prostropos cognomina: Plin. lib. 3. cap. 11.

**A**bel-maism, civitas est, quam ut Paral p. Historia narrat, rex Ata expugnavit.

**A**bel-meholah, civitas est, Helisiæ prophetæ patria.

**A**belamis, Syriæ oppidum, quoniam à Semiramide conditum. abelamis. Plin. lib. 6. cap. 28: A Petra incoluerunt Omanis ad Characem, oppidis quondam claris a Semiramide conditis, Abesamide, & Soractia.

**A**beste, Opidū apud Hermandū fluviū, Plin. autore, l 6 c. 23. **A**bii æbi, populi sunt, ut Stephano placet, Scythie: aut, ut alii malunt, Thraciæ: ita dicti quod Abianum athenem accolant, aut certè quod in cursibus degentes, lacte vescentes. & in cælibatu viventes, vitâ humana agere nō videantur: ut Abios intelligas, τὰς μήτρας οὐκούσιοις βίοις. Alii Abios d'atos putat, quod si æbi, quod in pace degentes nemini vim inferat. Vnde & ab Homero mortalium justissimi appellantur, Iliad. 13: γαλακτοφόρων, ἀστερίταις δικαιοτάτους αὐθόπων. Sunt quoq; qui inde Abios dictos putat, quod more vicinatū gentium arcu nō utantur, ut sit cōpositum à nomine βίος, quod accentum habens in ultima, arcu significat. Apud Homerū tamē Abiorum nomen, ut & Galactophagorum, nō tam Gentile esse videtur, quam Myssorum, quorum in præcedenti versu meminit, epitheton. Vide Strabonem lib. 7. & Cælium lib. 18. cap. 23.

**A**bilæ, pen. cor. abilæ, Stephano, oppidi nomina est ad Jordanæ fluvium. Est & Abila, abilæ, Stephano & Suidæ oppidū in regione Decapolitana, Diogenis Sophistæ patria: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 18. Item, mons Mauritanicæ in fauibus sceti Gaditani, & regione Calpes, Hispaniæ montis, abilæ Suidæ. Plin. in Proœm. lib. 3: Proxima autem fauibus utrinq; impositi montes coércent claustra. Abila Africæ, Europæ, Calpæ, laborum Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntq; per fossas exulta antea admisisse maria, & serum naturæ muras faciem.

**A**bis, Flavius in Danubium influens. Hic etiam Absus dicitur. Autor Althamerus.

**A**abisama, abisama, Ptolemæo, civitatis nomen, quæ à Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur. Abisari, alias Biasari, regio est Indiæ, apud Strabonem lib. 15.

**A**bisontes, à Plin. lib. 3. c. 2. inter Alpinos populos numerat.

**A**bleti, Populi sunt non procul à Pergamo, qui parent Myssis, ut autor est Strab. lib. 13.

**A**bnoba, mons Germaniæ, in quo oritur Danubius. Plin. lib. 4. cap. 12. In plerisq; tamē Plini codicibus Arnoba legitur, nō Abnoba. Vide infra in dictione Arnoba. Vulgo Bor. Vide Synonymum Ostii.

**A**bobrica nomen est insignis oppidi in citeriori Hispania, in conveniui Bacatum, autore Plin. lib. 4. cap. 20. Ptolemæus vocat A'gōrēyay.

**A**boccis. Aethiopæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 29.

**A**bolani, sunt populi Italæ, Albensibus proximi inter Latinos à Plinio relati, lib. 3. cap. 5.

**A**bolla, abolla, si credimus Stephano, oppidum Siciliæ, cuius incolæ vocantur Abollæ, abolla.

**A**bonotichitæ, Populi sunt ad Pontum Euxinum: ita dicti ab exiguo oppido, cui A'bona rāx: hoc est, Aboni murus, nomen est. abonotichitæ. Hec Steph. vide & Lucianum in Pseudomante. Ptolemæo est oppidum Galatæ.

**A**boraca, Regiuncta est ad Mæotidem paludem, non procul ab Hypani fluvio, abogax. Vide Strab. lib. 11.

**A**boriense, civium Romanorum in Africa oppidum, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 5.

**A**borigenes, pen. correp. aborigines, Stephano appellatis sunt populi antiquissimi, qui primi tenuerunt agrum illum, in quo postea condita fuit Roma: sic dicti, quod primi visi sunt, tanquam editi sine patribus, & quasi sine origine: aut quod ex varia gentiū colluvione misti erant. Hi postea adventi Aenei Phrygibus juncti, Latinis uno nomine appellati sunt [Germ. Die Wölter so anfanglich in Italiæ / die Landföschafft vmb den gelogen bewohnet haben.] Livius 1. ab Vrb: Ibi egressi Trojani, ut quibus ab immenso propè errore nihil præter arma, & naves supercesser, quum prædam ex agris agearent, Latinus rex, Aboriginesq; qui tum et loca tenebant, ad arcendam vim advenarum, armati ex urbe, atque agris concurserunt. Dionysius autem Arcades fuisse, & cum Oenotro Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italianam venisse tradit. Possunt tamen & aliarū urbium primi cultores Aborigines dici, ut Græcæ wixhōn, ac si sine terra geniti. Idem Græcæ, aborigines appellantur: hoc est, primogenitores, à quibus ceteri generis trahunt originem: dicuntur & iyyēs: hoc est, indigenæ: qua voce usus est Ambrös in Hexam.

**A**borrhæs, Fluvius est Mesopotamiae in Euphratem influens, aborhæs. Strabo lib. 16. Ptolemæo aborhæs, Marcellino Abora. Aboris, aborhæs, fluvius. Steph. in Respons.

**A**botis, penultima correpta, aboris, Vrbs est Aegypti, uttradicidit Hecatæus, cuius incolæ dicuntur Abotis, aborhæs. Vide Stephanum de Vrb.

**A**broras, à Xenophonte in lib. 1. de Cyri expeditione, numeratur inter duces copiarum Artaxerxis. **A**bradatas, abradatas, Rex Susorum fuit, & maritus Panthæ nobilissimæ matronæ, quam quum à Cyro captam castè & liberaliter haberet præter spem intellex: sicut, ad eam accedens, quæsivit quid sibi illa faciendum censeret, quod pro tanti principis beneficio gratiam aliquam referret. Cui quum illa respondisset, ut eniteretur se tanto Regi simillimum præstare statum in aciem profectus, strenuè pugnans occubuit. Cuius corpus ad se relatum, quam Pantheca aspexisset, acinace scipiam cōfodit, capite super viri pectus recumbens, ut è jugulo profluens sanguis, mariti vulneribus infunderetur. Vide Xenophonem Pædæ Cyri lib. 7.

**A**bram, Nomen primi patriarchæ, & Latinè pater excelsus interpretatur, quem Deus ab iis quæ videtur, ad invisibilia protegens Non vocaveris, inquit, Abram, sed Abraham erit nomen tuum: quia te multarum gentium patrem posui. Secundum tamen declinationem Latinam Abraamus dicitur, vel cum aspiratione Abrahamus.

**A**brættæna, pen. prod. abrættæna Suidæ, Myssis regio estita dicta à Brettia nymphæ. Vnde Abrettana Iupiter, abrættæna & os, qui in Abrettana colebatur: de quo vide Strab. lib. 12. Incolæ quoq; Abrettani dicuntur, abrættæna. Stephanus hanc regionem Abrettinam, abrættæna: & Plinius populum ipsum Abrettinos appellat, abrættæna. Vide Stephan.

**A**brinatæ, populi sunt non procul à Ponto. abrættæna. Vide Stephan.

**A**brineatui, à Plinio libro 4. cap. 18. numerantur inter Gallicæ Lugdunensis populos. Dividit enim Gallia Lugdunensem in Lexovios, Bellocases, Galletos, Venetos, & Abrineatuos. **A**brocomas, vel Abrocomes (utroque enim modo legitur) aborhæs Suidæ, aborhæs Herodoto, pen. corr. Darii filius fuit, atq; unus ex principiis Persarum Satrapis, qui unâ cum Xerxe in expeditionem profectus, à Lacedæmoniis cæsus est ad Thermopylas. Vide Herod lib. 7.

**A**brodiætus, abrodætus, cognomen fuit Parthæsiæ pictoris nobilissimi; quod Latinè significat delicatum atq; elegantem. Talem autem scipie putavit diciq; voluit. Herculem quoque Lyndi fecit, asseverans eum à se talem pictum, qualem sep̄ in quieto vidisset Plin. lib. 35. cap. 10.

**A**bron, abron, Suidæ, Grammaticus fuit è Phrygia, ex Rhodo oriundus, & Tryphonis discipulus. q; Abrones etiam dicuntur homines molles & delicati: nominis occasione sumpta ab Abrone quadam Argivo dritte luxurioso & molli, cuius vita locum fecit proverbio, abron, & bis: hoc est, Abronis vita, pro splendida & molli. Vide Zenodoti parænam. Aut certè à Græco abron, quod splendidum & delicatum significat.

**A**broni moenia, legi Aboni moenia: Vide A B O N O T I C H I T A E.

**A**bronus,

**Abronus**, Pictor Samius, de quo Plin. q. **Abros**, gens Tarantorum ad mare Adriaticum. Steph.

**Abrōnýchūs**, pen. corr. ἀρόνυχος, nobilis Atheniensis fuit, Lysiclis filius, cuius fideli, strenuaq; opera usus est Themistocles in bello Persico, & in legatione apud Lacedæmonios. Vide Herod.lib. 8 & Thucyd.lib. 1.

**Abrōtonlōn**, sive Abrotonium: nomen proprium est mētricis, & matris Themistoclis. Nomē est ductum dñm Falē, quod Latinē sonat glabrum & delicatu. In quo vocabulo liber annotare quę apud Gręcos in dn exent, apud nos in um exire: in um autem exent, omnia esse neutra, præter propria virorū, quę sunt masculina, ut Pagnium, Dinacium: & mulierum propria, quę foemina sunt, ut Glycerium, Philotium, Eustochium, & similia. Licet ergo utriq; sexui conveuant, ut scortum & mancipium, & pluralia in a, pro hominibus ponantur, ut Servitia, pro servis, Ministeria, pro ministris: & licet flumē notent, ut Rhenum, Crustum: aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur, ut poma apud Tibullum: aut quanvis animalia (quę paucissima sunt, & aut masculina, aut foemina, aut cōmunia esse debēt) significēt, ut oīrā: tamea quia in um exent, aut singulariter per um terminantur. suprā dicta omnia censebuntur neutra.

**Abrōtonum**, pen. corr. ἀρότονος Steph. Oppidi nomen est in Africa inter duas Syrites, non procul à Lepti, cujus meminit Plin.lib. 5. cap. 4. & Strab.lib. 17.

**Ablarum** Plinio, ἄβλαρος Ptolemēo, flumen est Armenię minoris, nō procul à Sebätopoli, in Pontum influens. Hoc cum Pariedris mōtibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione separat, teste Plin. lib. 6. cap. 9. q. Est & castellum ejusdem nominis, fluvio huic imminens: ut testatur idem Plin. lib. 6. cap. 4.

**Absilæ**, ἄψιλαι Stephano, populi Asiz, à Plin. lib. 6. cap. 4. in Colchide prope Phasim amnem collocati.

**Absinthus**, vel **Absynthus**, utrōq; enim modo scribitur, teste Stephano, ἄψινθος, ἄψινθος, urbs est Thracie: cuius incola dicitur Absinthii, ἄψινθοι, quorum meminit Herod.lib. 6. Absitus, oppidum Asiz. Plin.lib. 6. cap. 26.

**Absloros**, pen. corr. ἄψερος Offero. Insula est in mari Adriatico, nunc in Venetorum ditione, Liburnia adiacens, cum oppido eiusdem nominis. Vtiusque meminit Ptol. apud quem scribitur ἄψερος.

**Absus**, Fluvius. Vide A B I S.

**Absyrtidēs**, ἄψυρτοι, Insulæ sunt in Adriatico mari, Illyrico adjacentes, à fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Absyrtto, sic appellata, ut Plin. scribit lib. 3. cap. 26. & Strabo lib. 7.

**Absyrtum**, ἄψυρτος, Insula est maris Adriatici, non procul ab illa, ut tradit Plin.lib. 3. cap. 21.

**Absyrtūs**, ἄψυρτος, Aegei regis Colchorū & Ipseæ, sive (ut alii malunt) Idiz filiaz Oceani filius, alio nomine Aegialeus dictus, quem soror Medea cum Iasono discedens membratim discerptum circunquaq; disject, ut sequente se patrē in colligendis ossibus occupatum remoraretur, ne se à fuga retraheretur: unde locus ille dictus est Græca vox Tomos: id est, Inciso. Hæc Ovid.lib. 3. Tristium, eleg. 9. Plinius verò & Strabo non apud Tomitas Absyrtum discerptum voulit, sed in Insula quadam mari Adriatici, una eam, quę ab illius exitio Asyrtides vocatae sunt. Vide Plin.lib. 3. cap. 26. & Strab.lib. 7. Fuit in super Absyrtus, teste Suida, Nicomediensis quidam miles, qui quum sub Constantino ad Istrum militaret, librū utilissimum scriptis de medicandis equis, & de cura animalium, eumq; pulcherrimum & emendatissimum habet Antonius Vicecomes Mediolanensis.

**Abudiacum**, ἄβδακος, Urbs est Germania, non procul ab Augusta Vindelicorum, Ptolemæo.

**Abuia**, Urbs Hispania, Ptolemæo.

**Abudos**, Britanniæ Fluvius maximus, Ptolemæo: sed rectius Abus legitur.

**Abus**, ἄβος, Pars est montis Tauri suprā Armeniam ad viam que fert versus Ecbatana. Vide Strab.lib. 11. q. Est etiam Abus Ptolemæo fluvius Britanniæ.

**Abutucense**, Oppidum. Plin.lib. 4. cap. 29.

**Abydēni**, populi ἄβδων, ab Abydo civitate Asiz: qui quū tam arcta obsidione coangustarentur, ut nulla salutis spes superesset, mutua multitudinem tanta invasit rabies, ut repente proditos rati, qui pugnantes occubuerint perjurium alii aliis exprobantes, & sacerdotibus maxime, qui, quos ad mortem devovissent, eorum deditiōnem vivorum hosti fecissent, repente omnes ad cedes conjugum, libertorumq; discurrent, scq; ipsi pariter omnes læti interficerent. Vide Livium.

**Abydon**, ὄνος, pe. genitivi prod. ἄβυδος. Regiuncula est Macedonia. Autores Suidas & Stephanus.

**Abydōs**, penult. prod. ἄβυδος, Urbs Asiz à Milesiis condita, Gyre Lydorū rege permittēte, qui totius Troadis imperium habuit: cui Seltos in Europa opponitur, intercedere angusto

mari, quos ab Helle Phryxi sorore in eo submersa, Helle respondit nuncupatur. Id quū Asiam ab Europa dividat, Xerxes p̄te conjunxit. Vnde & Musæus: Σηρῆς ἦλιος, οὐ Κύρος οὐ τυγχάνει πότεν, Γέννησις ἀπό πόλεως, & subdit: Ή μὴ Σηρῆς εἴσαις, οὐ πόλεις θέντος ἔστιν. Αὐτοὶ δέ πολεῖς φέρεται, οὐτε τέλος, οὐτε πόλεις οὐ πόλεις. q. Fuit aut̄ Abydos patria Leandri. De hac Virg.lib. 1. Georg. P̄tus & ostriferi fauces tentantur Abydi. Et dicitur hęc Abydos, & hoc abydū. Hinc Abydeus, a. um, & sic Abydenus, a. um, ἄβυδων. Ovid in Epist. Leandri ad Ero: Mittit Abydenus, quā mallet ferre, salutem. Est idem Aegypti oppidum, Mennonis regia, & Osiris templū inclytum. Plin.lib. 5. cap. 9.

**Abyla**, ἄβλας Suidæ, pen. dichrona, Mons est excelsus Mauritania Calpæ monti, qui in Hispania est oppositus, quos ambo Herculis columnas dicunt. De hac Dionysius Aphor. A. ἡ τοι πουλερού μήρος ἀγανά, ιστί Κέρας, Γέτινος οἰκείωσις επειδεικνύεται, οὐ δὲ οἱ ἄλλοι Σπλάκαις ἀγάλη καταμέτρια, τῆς δὲ οἰκείας Ταγματος χρέωσται: id est, Sed ultimus clarorum Iberorum terminus Oceanō proximus est occiduo, cui praecella una ex columnis Abyla imminet, infra quam urbs amœna Tartessos. Qua de re multa Eustathius scribit. Abyla & Calpæ montes olim perpetuo jugo cōjuncti, ab Hercule (ut est in fabulis) sunt separati, & sic immisum terris mare, quod in hodiernū usq; diem Mediterraneanum nuncupatur. In his præterea sunt Herculis Columnæ, quas ibidem fixisse dicitur, quoniam boves Geryonis vestigaret, perinde atque ultima ibidem esset orbis meta. Ptolemæo Abylis vocatur, ἄβλας: Suidæ ἄβλην: Plinio, Latinisque ferè omnibus Abila per in nostrum: quemadmodum & nos scribendum putamus. Vide suprā ABILA. In superiori loco Dionysii scribitur Αλύνη, quā scripturam retinet Eustathius. Vide Synony. Orteli in Abybe.

**Abzōe**, penult. corr. Populi sunt ad Oceanum Scythicum, Plinio teste, lib. 6. cap. 13.

### A anté C.

**Aca**, vel **Ace**. [Ἄγριος αἴγας Suidæ.] Phœnicum est oppidū non procul à Tyro, postea Ptolemais dictum, Claudii Cœsaris colonia insigne. Vide Plin.lib. 5. cap. 19. & Strab.lib. 16.

**Acabe**, ἄκαβη, Mons est in finibus Aegypti à Ptolemæo collocatus.

**Acabis**, ἄκαβης, Civitas est in Cyrenaica Africæ regione, Ptolemæo.

**Acacius**, ἄκακιος, Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir in p̄tissimis p̄iis, & Leoni Imperatori gratissimus. Virā ejus vide apud Suidam. q. Fuit præteca Acacius, Rhetor insignis, qui Libanii & Iuliani temporibus floruit, teste eodem Suida.

**Acaceium**, ἄκακιον Stephano, Vrbs Arcadiæ: sic dicta ab Acaco Lycæonis filio, ut tradit Pausanias lib. 8.

**Acadēmiā**, ἄκαδημαι Suidæ, ἄκαδημαι & εκαδημεῖa Stephano, Locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans: ab Acadēmo heroë, ut Eupolidi placet: Εὐαγγελίος οὐαγγελίου Ακαδήμαιος: hoc est, In ambulacris umbrosis Acadēmi dei. Ibi versatus est Plato, & philosophiam magna discipulorū frequētia professus est. Vnde & ejus sectatores Academicī vocati sunt, siue à Stoia que porticus Græcis est, Stoici. Hinc est illud Timonis apud Laertium: τὸν πάντας διηγεῖται οὐαγγελίου Ακαδήμαιος. H. σύντομος, πεπλέον λογοτέφρω, οὐδὲ Εὐαγγελίου Διδόμενος ιδεῖν πόλεων αἰσθανται: id est, Hos inter duos ille Plato celsissimus ibat, Cujus ab ore melos manabat, quale Ecadēmi Arbūstis lepidu modulantur voce cīcadæ. q. Hinc quū cuiuspiam hominis severitatem, cultum cōpositum, doctrinam seu mores nitidos approbare volumus, hac proverbiī forma uti licebit: Ex Acadēmia venis, Ακαδημίσθι οὐκέτι. Illic enim hominum quantumvis agrestium animi ita cōponebantur, ut illinc egressi, vultū modestū, hilarem, severum & gravem præse ferrent. Quanquam & ἄγριος torquenti poterit in fastuofum & vultu terrico Philosophum agentem. Vide Athēnæum lib. 12.

Antea per s' tenue scribebatur, Ecadēmia. Erat autē Acadēmia gymnasium inferius: quū superiori gymnasio, cui Aristoteles præstat, nomē esset Lyceum, λυκεῖον: quæ & inferior ambulatio, & superior dicebantur. q. Acadēmia nostro tempore Vulgo usurpatur pro urbis parte, in qua celebrantur studiorū

gymnasia: ut Acadēmia Parisiensis, quę vulgo & que Univerſitas dicitur. q. Acadēmia dici quoq; potest quælibet literarum schola insignior atq; celebrior. q. Hujus nominis Acadēmia penultima productur à Cicero: Inque Acadēmia umbriſera, nitidoq; Lycēo. Sic & in alio versu Lautæ, Tullii: Atque Acadēmia celebratā nomine villam. Verūm alii etiam corripunt, & cōmunitus usus servat. Claud. In Latium spretis Acadēmia migrat Athēnis. Sidonius: Obriet & quanquam totis Acadēmia lectis. Vtq; recte. Nam (ut suprā diximus) modō Ακαδημία apud Gręcos scribitur per s, penult. modō Ακαδημία per s diphthongum. Fuit etiam eo nomine villa Ciceros ad Avernū lacum nō procul à Puteolis in littore sita, potius & nemore insignis: quā etiā Academicis questionibus, quas in ea villa cōscriptis, nōmē imposuit. Extat de laude ejus

villæ apud Plinium Laureæ Ciceronis liberti Epigramma: quod quia elegantissimum & dignum est quod ubiq; & non ibi tantum legatur, hic adscriptissimus:

Quod tua Romanae vindex clarissime lingua  
Sylva loco melius surgere iusta viret:  
Atque Academæ celebratam nomine villam  
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.  
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertas,  
Languida que infuso lumina rore levant.  
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori  
Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope:  
Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,  
Sint plures oculis que medeantur aquæ. Plinius  
libro 31. capite 2.

**A**cademæ, ca, cum, adj. etivum, ἀριθμούσ. ut, Sectæ Academicæ: hoc sī, eorum qui Academicos sectantur.

**A**cadinus, Fons est Siciliæ juxta Delo's lacus, Palicis fratribus sacros, ad quem juramenta veritatem explorare ad hunc modum solebant. Iuramenti verba tabulis ligneis inscribebant, easq; in fontem dejiciebant, quæ supernatantes juramenti integratorem, demerse perjurium indicabant. Alexander ab Alessandro ex Aristotele. Ita quidem ille, sed hæc esse falsa & ex prava lectione Aristot. verbōiū nata esse, docet verba authoris quæ subjiciemus, ne quis posthac hic erret: E' si δέ καὶ τὸν τὸς οὐ πελεγίς τὸς Στελίας οὐ δικαιόν. αὐτὸν δὲ αὐτοπίστειον οὐδε, & quæ seq. lib. 28. θεωρεῖ. Ergo pro iis de. ut habet Aristot. legit ἀριθμούσ. malè ut ex Stephano constat, qui eadem verba Aristot. profert. Vide plura apud Macrob. 5. 19.

**A**calandrum, Plinio, ἀριθμούσ. Straboni: Fluvius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. Vide Plin. libro 3. cap. 11.

**A**callidis, idis, ἀριθμούσ. Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Steph. de Vib. Oaxus (inquit) oppidum Cretæ est, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

**A**camantis, ἀριθμούσ. Insula est in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis, ab Acamante promontorio sito ad Occasum. Vide Plin. lib. 5. cap. 31. q Fuit etiam Acamantis, una ex decem tribubus Atheniensium: ita dicta ab Acamante Thesei filio. Vide Suidam.

**A**camantium, ἀριθμούσ. Vrbs est in majori Phrygia, opus Acamantis Thesei filii, qui quum in expeditione adversus Solymos se strenue gessisset, locum condenda urbis à patre impetravit. q Hinc sit gentile Acamantius, ἀριθμούσ., & femininum Acamatis, ἀριθμούσ., & possessivum Acamanteus, pen. prod. ἀριθμούσ. Vide Steph.

**A**camantius, ἀριθμούσ. Philosophus fuit Heliopolita. Vide Suid.

**A**camarchis, ἀριθμούσ. Marinæ Nymphæ nomen est, quam Oceanii filiam fuisse volunt, cuius meminit Diodorus lib. 6.

**A**camas, tis, ἀριθμούσ. Promontorium est saltu osum in Cypro insula, quod procul aspicientibus duarū mammillatum speciem præbet: à quo Cyprus antea Acamantis vocata est, auctore Strab. lib. 14. q Meminit præterea Homer. lib. 2. Iliad. Acamantis cuiusdā Thraciæ, qui Trojanorum amicus, & in bello socius erat. q Fuit præterea Acamas Thesei filius, à quo una tribuum Atheniensium Acamantis, ἀριθμούσ., nominata est: & oppidum Phrygiæ Acamantium: de quibus vide suprà.

**A**campseonyris, (aliâs Campseonyris) fluvius. Plin. li. 6. c. 49. **A**cannæ, ἀριθμούσ. Emporium est ad mare iubrū, de quo Steph. Acanthon, ἀριθμούσ. Mons est Aetolæ, cuius meminit Plinius libro 4. cap. 2.

**A**canthus, ἀριθμούσ. Oppidum Macedoniæ, situm ad Isthmum ejus Chersonesi, in qua est Athos mons. De hoc Plin. lib. 5. cap. 11. q Item alterū ejus nominis oppidum in Aegypto, trecentis viginti stadiis distans à Memphis. Vide Stephanum. q Itē tertium in Asia ad Ninum flumen: quod olim Dulopolis dicebatur. Vide Plin. lib. 5. cap. 28.

**A**capeatæ, ἀριθμούσ. Populi sunt circa Maeotim: de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

**A**capri, pen. corr. ἀριθμούσ. Oppidum est apud Lazos populos.

**A**caræ, pen. corr. ἀριθμούσ. Oppidum est in medio Pannonicæ. q Est etiam alterū hujus nominis oppidum, in octava Italæ regione, non procul à Regio Lepido: cuius meminit Strabo lib. 5.

**A**carassus, ἀριθμούσ. Oppidū est Lyciæ, in minore Asia: cuius meminit Steph. de Vrb. q Iude fit gentile Acarassius, ἀριθμούσ.

**A**caria, ἀριθμούσ. Fons est in agro Corinthio, apud quem Iolas Euristheo caput amputavit. Autor Strabo lib. 8.

**A**carne, ἀριθμούσ. Oppidum est Magnesia regionis Thessaliam ex radit Plin. lib. 4. cap. 9. q Est & Acarne, piscis marini genus. Plin. lib. 32. cap. 11: Peculiaris autem maris accipiter, aurata, asellus, acarne, aphyæ. q Acarne quoq; Theophrasto: herba quædam aculeata, atra & cylidi simillima, spinam habens pro folio, colore rufo, & succo pingui. q Est etiam Acharne Atheneo lib. 8. & Aristotel. ἀριθμούσ. piscis marini genus pagri vgl

erythrinæ forma, colore candido, squamis argenteis, sculis magnis, aureisq; Linea recta à branchiis ad caudam ejus protenditur. Plin. lib. 32. cap. ult. Peculiaris autem maris accipiter, aurata, asellus, acarne, aphyæ.

**A**carrhæ, geminato r. ἀριθμούσ. Vrbs est Achaiæ, teste Stephano: Vnde sit gentile Acarrhæus, ἀριθμούσ.

**A**carnania, ἀριθμούσ. Epiri pars, quam Achelous ab Acetolia dividit. In hac, ut in Epiro, gignuntur equi corpore & viribus maximi, eximiq; pretiū: hinc proverbium manavit: Equi Acanthi, A καρνανιοις επιπονοι. Convenient ut de re quædam eximia aut insigni præmio. q Est & regio quædam parva in Aegypto. dicta Acanthia, sicut scribit Serv. in lib. 5. Aen. q Et civitas non procul à Syracusa (ut inquit Cic. in Ver.) in qua Olympiæ loris antiquissimum fanum fuit.

**A**carnan, anis, ἀριθμούσ. Qui ex Acanthia est. Virg. 5. Aen. - quorum alter Acanthani, Alter ab Arcadia Tegæ sanguine gentis. **A**casta, ἀριθμούσ. Nympha, Oceanæ & Tethys filia. Heliod. in Theogon.

**A**castus, ἀριθμούσ. Pelæ & Thessalorum regis filius: venator sagittis clarus, cuius meminit Ovid. lib. 8. Metam. Hic uxorem Creteidem, sive (ut Suidæ placet) Atalantam duxit, quæ quem Peleum amaret, neq; illi contrâ hujus amori obsequi vellet, ultrò eum de stupri appellatione apud virum accusavit. Itaq; Acastus Pelæ seu venationis causa in saltum Pelii mōris abducto, ibi q; omnibus armis spoliato, feris lacerandum præbuit: verum Chiron, sive is Mercurius fuit, interveniens, accepta Vulcani machæra, Pelium liberavit: qui postea domū reversus, ab Argonautis adjutus. Acastum cum uxore interfecit

**A**ccā Laurentiæ, Faustuli uxori, quæ Romulum & Remum lastavit, & materna solertia gubernavit. Hæc vocata est Lupa, eō quod nobile scortum fuerit: vocantur enim scorta, Lupæ, ob avaritiam, cuius causa pudicitiam prostituere: & cellæ carum Lupanaria. In honorē hujus instituta sunt festa, quæ Romanæ testamēto ejus locupletati, Laurentinalia vocabant: de quib; suo loco plura dicuntur. q Fuit & alia Acca Taruntia, sic dicta à Tarantio nobili quodā Tusco & diti viro, cui nupti. Vide de his Accis quæ notat Scalig. ad Varr. de Lingua Lat.

**A**ccabicotichitæ, ἀριθμούσ. Populi sunt in Mauritania, non procul à monte Atlante: ita dicti ab oppidulo, cui A καβικοτιχης τεχ: hoc est, Accabicus murus nomen erat. Author Stephan.

**A**ccarōn, ἀριθμούσ. Palæstinæ urbs, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Cesarea appellata est.

**A**ccisi, Populi sunt ad Maeotim: querum meminit Plinius libro 6. cap. 7.

**A**ccitana colonia, ἀριθμούσ. recensetur à Plinio in Hispania citeriore, in conventu Carthaginensi. Vide Plinius libro 3. cap. 3.

**A**cciliūs, ἀριθμούσ. Tragœdiarum scriptor fuit, tanta sententiarum gravitate, verborūq; pondere, ut Decius Brutus vir amplissimus templorum ac monumentorum suorum aditus illius carminibus exornaverit: habitus tamen est duriusculus, neq; alter fieri poterat in prima illa nascentis adhuc Poëticæ ruditate. Vide Crinitum de Poëtis Latinis.

**A**cco, accūs, ἀριθμούσ. teste Plutarcho, nomē est mulieris cuiusdā, vel potius terriculamenti, cuius metu solent matres pueros in officio continere, & à peccando detergere. Item aniculæ cuiusdā delirę nomē de qua vide plura in dictione ACCISSO.

**A**ccusiorum colonia, ἀριθμούσ. Ptolemæo, Vrbs Allobrogū esse creditur, quæ postea à Gratiano, Gratianopolis dicta est. Alias Acus uno c.

**A**cedici, penultima correpta, ἀριθμούσ. Populi fuerunt in quarta regione Italæ, qui olim Aequicolis paruerunt. Vide Plin. libro 3. cap. 12.

**A**cela, sive Acelæ, penult. corr. ἀριθμούσ. Civitas est Lyciæ: ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. Vide Stephanum.

**A**celum, ἀριθμούσ. Oppidum Italæ in ora Venerorum. Vide Plinius lib. 3. cap. 19.

**A**ccerræ, ἀριθμούσ. Oppidum est in sexta regione Italæ, in tractu Vmbriæ. Vide Plin. lib. 3. cap. 14. q Est & alterum hujus nominis oppidum mediterraneum Campaniæ, ad Claniū amnē, cuius frequēti inundatione pendē est exhaustum. Ad quod aludit Virgil. libr. 2. Georg. quum ait: vacuis Clanius non æquus Accerris. Hujus incolæ dicti sunt Acerani, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

**A**ces, ἀριθμούσ. Fluvius est in Asia, Chorasmiorum, Parthorū, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigās. De hoc Herod. lib. 3.

**A**cesæ, pen. corr. ἀριθμούσ. Oppidum est Macedoniæ: cuius cives dicuntur Acesæ, ἀριθμούσ. Vide Stephanum.

**A**cesamene, ἀριθμούσ. Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene, uno eorum qui in Pieria regnaverunt. Vide Stephanum. Gentile est Acesamenus, ἀριθμούσ.

Acebus,

**Aceseus**, Patarus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Carystio, Palladis, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Vnde etiam nobilia opera, & insigni arte confecta, vulgato proverbio Acesci & Heliconis opera dicebantur, *A'xēsos ē'λικον*.

**Acesias**, *ἀξίας*, Nomen est imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quam tollebat. Hinc sit, ut in Proverbium abicerit: Acesias medicatus est, *ἀξίας λύετη*, quando quod magis malo nitimus occurrere, tanto magis ingravescit. Autor Diogenianus. Vide Eras. in adag.

**Acesinus**, pen. prod. [άξιος]. Ger. *Ein flus Indie an welchem roh wachsen unsichtbare grösse.*] Fluvius Orientalis, qui in Indu fluvium cadit, magnus & navigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis natæ, ut singula internodia incolis præsent vicem navigii. Estq; gemmifer. Plin.lib.4.cap.12. & lib.6.cap.20. Strabo Acesinem vocat.

**Acelium**, Apollinem apud Heleos eundem Pausanias putat, quem Alexicacem vocant Athenienses. Cæl. Ant.lib.9.cap.19. & id ratio nominis confirmat.

**Acesius**, *ἀξίας*. Novatianorum Episcopus fuit, sub Constantino Imperatore: de quo vide Suidam.

**Aceseus**, *ἀξίας*, Nauta ignavissimus, qui semper lunam accusabat, ut parum navigationi opportunam. Hinc locus Adagio, **Acessæ Iuna**, *ἀξίας στέλνη*. Itaq; Acessæ dicti sunt comperendinatores, quibus nunquam ad bene agendum tempus est opportunum. Diogenianus.

**Acestæ**, *ἀξίας*. Stephano, Virg. Siciliæ, ab Aceste rege sic nomina, quæ eadem postea Segeta dicta est, ut inquit Servius Virgilii s. Aeneidos: Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam. In ea partem suorum reliquit Aeneas, quum petret Italiam.

**Acestes**, *ἀξίας*. Filius fuit Crinissi fluminis Siciliæ ex Egesta Trojana muliere, ut testatur Servius. Virg. s. Aeneidos: - occurrit Acestes Horridus in jaculis, & pelle Libystidis usq;. Hic jam senex, primò Anchisen, & Aeneam Italiam petentes suscepit hospitio, & mortuum Anchisen in Eryce monte Siciliæ sepelivit. Demù iterum à Carthagine redeuntem Aeneam, quod illum venti impulerant, suscepit: abeuntem vino, & aliis munib; memor veteris amicitæ, liberalissime prosequitur.

**Acestis**, *ἀξίας*. Fluvius Indiæ navigabilis: juxta quem Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

**Acestium**, *Ἀcestii*, Nomen mulieris proprium apud Pausaniam.

**Aceum**, Oppidum est Cholchidis in ripa Phasidis.

**Achætæ**, *ἀχαιοι*, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

**Achæmenæs**, cum diphthongo, pen. cor. *ἀχαιμενης*. Nomen primi Persarum regis (ut scribit Herodotus), à quo reges omnes usque ad Darium descendenterunt. Hinc Persæ dicti sunt Achæmenii, & Achemenida. Fuit alius, Xerxes frater, hoc nomine. Lucan.lib.2: - conjuret in arma Mundus, Achæmenis decurrent Medica Susis Agmina.

**Achæmènïa**, *ἀχαιμενια*, Pars Persidis, ab Achæmene Aegei filio. Autor Stephanus. Fuit inde Achæmenius: id est, Persicus vel Parthicus. Lucanus: Passus Achæmenis longè decurtere campis.

**Achæmenides**, *ἀχαιμενидης*. German. *Ein spießgesetz Vlysses*. Pol. Giermek. Fuit unus ex sociis Vlyssis, Ithacus, Adamasti filius: à quo apud Cyclopas reliquis, vitam in sylvis aliquandiu radicibus, fructibusque sylvestribus sustinuit, donec eodem declatus Aeneas, navigationis suæ comitem eum assumpsit. Vide apud Virg. s. Aen.

**Achæorum portus**, *ἀχαιοι λιμενι*. Portus est in Troade, sub promontorio ejusdem nominis: ita dictus, quod ibi Græci classis suæ stationem habuerunt, quo tempore Trojanis bellum inferebant. Hujus meminit Plin.lib.4.cap.12.

**Achæia**, *ἀχαια*. Germ. *Ein fuenfme Landeschaft Peloponnesi*. Propriè dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis secundum littus sinus Corinthiaci, ab ipso Isthmo usq; ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extensa: ita dicta, ab Achæo Xuthi filio, ut tradit Strabo lib.8. Hæc & Aegialus dicta, quod penè tota litoralis sit, præcipuasque suas urbes habeat secundum mare extensas. In hac urbes fuerunt, Bura & Helice à mari absumptæ: item Sycion, Aegira, Aegion, & multæ aliae, quas enumerat Plin.lib.4.cap.5. Hanc Ptolemæus, ut ab Heliade distinguit, Achæiam propriè dicit appellat. Plinius verò hanc solam Achæam nomine dignatur. Ptolemæus verò Achæam nomine (quoties nihil addit) latissimam regionem intelligit extra Peloponnesum, quæ à Plinio Hellas sive Græcia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epitum: à Septentrione Macedoniam habet, & partem Aegæi maris: ab Ortu quoque partem Aegæi maris usque ad Sunium promontorium: à Meridie Ionium mare juxta littus, quod ab Acheloo amne usq; ad Isthmum extenditur. Hujus

partes sunt Attica, Boeotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plinio lib.4.cap.7.

**Achæus**, vel Achivus *ἀχαιος*, Propriè dicitur, qui ex Achæa oriundus est. Ovid. 4. de Pont. Nec potes infestis conferre Charibdin Achæis. Sæpè tamen uno nomine accipitur pro quibusvis Græcis. Horat. in Epistol. ad Loll. Quicquid delrant reges, plectuntur Achivi. Fuit etiam Achæus, poëta quidam Eretrensis, Tragœdiarum scriptor, paulò junior Sophocle, qui fabulas 44. docuit: una autem vicit. Fuit & alter eiusdem nominis Tragicus poëta, Syracusis oriundus, qui & ipsa decem fabulas edidit. Autor Suidas.

**Achæicus**, a, um, pen. corr. *ἀχαιος*: id est, Græcus. Virg. 2. Aen. Et Danaum solitæ naves, & Achæica castra. Et Achæicum mare dicitur quod Achæam Græcorum provinciam ad Meridiem & Occidentem alludit.

**Achæias**, ados, *ἀχαιας*, Ovid. Epist. 3: Inter Achæias longè pulcherima matres. Sunt qui legant Achæias.

**Achæis**, pen. prod. idis, Ovid. 5. Metam. Per tot Hæmonias, per tot Achæias urbes.

**Achæis**, idis, *ἀχαιοι*, Oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hircani, non procul ab Oxo amne, quod ante Heraclæa dicebatur, donec ab Antiocho, Seleuci filio instauratum, Achæis cœperit appellari. Vide Plin.lib.6.cap.16.

**Achana**, Fluvii nomen in Arabia, non procul ab Euphrate: de quo Plin.lib.6.cap.28.

**Achani**, *ἀχαιοι*, Populi sunt Scythæ, qui & Acharni, *ἀχαροι*, dicuntur à Theopompo. Autor Stephanus.

**Achar**, Nomen civitatis, quæ nunc Nižib; appellatur.

**Acharitanum**, *ἀχαριτων*, Oppidum liberum est in Africa propriè dicta: ab ea parte, qua spectat tractum Cyrenaicum. Plin.lib.5.cap.4.

**Acharnæ**, *ἀχαριτη*. Civitas est Græcie, in Attica regione, totius ejus tractus olim potètissima, teste Thucyd.lib.2. Verba Thucydidis sunt: έπει τοι πόλις οι αχαριτης χρειος μήτερ της Αθηνης, ταν δημον καλευδρων: i. Donec Acharnam pervenerint locū agri Attici maximum unus de iis quos vocant pagos. Vide Stephanum. Errant igitur qui aliam in Græcia civitatem ab hoc pago collocant.

**Achatæ**, Fluvius est Siciliæ: & apud Virgilium, assiduus Aeneæ comes, *ἄντες ἀχατης*: hoc est, à cura dictus, quæ perpetuò Reges comitatur.

**Achedorus**. Vide ECHEDORVS.

**Achelotis**, *ἀχελοι*, Aetolæ rex, à quo fluvius ejusdè nominis, qui à Pindo oriens, & Aetoliam ab Acarnania dividens, in Maleacum sinum defluit. Theas antè appellabatur.

**Achelotis**, a, um, *ἀχελοις*, quod modò possessivum est, modò pro Aqueus ponitur. Virgil. Georg. 1: Poculaque inventis Acheloi miscuit uis. Veteres enim aquâ omnem Acheloum nuncupavere, quod primus post diluvium erupisse terra fertur: sive quod Achelous in Græcia (ubi tot in genia fluerunt) omnium fluviorum celeberrimus fuit. De hoc Macrob.lib.5.cap.18. Fuit alius Acheloides, *ἀχελωδης*, Nymphæ dictæ sunt.

**Achemon**, sive Achmon, *ἀχεμονης*, unus fuit Cercopū, qui unâ cum fratre Bassalo, nullo non injuriarum genere in obvium quenque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sennonis, mulier satyrica, quæ filios cayere jussit, ne quando in Melampygum incidenter. Evenit deinde, ut Hercules, aliquando sub arbore quadam dormiterit, armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi testarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinetos de clava à tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Capitibus itaq; pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt, non Lydorum more læve ac depilatum. Quapropter materni moniti memores, hac de te inter se confabulabantur. Quod simulac audisset Hercules, cognomine delectatus, & in risum solitus, vinculis eos liberatos dimisit. Hæc Erasmus in proverbio: Ne in Melampygum incidas. Meminerunt hujus fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazianzenus.

**Acheron**, rontis, mæst. gen. *ἀχερων*, Epitri fluvius est juxta Pandosiam urbem, ex Acherasia palude Thesprotiæ profluens, multisq; fluiis auctus in sinu Ambracium influens. Quem qui trajeccerit, nunquam redire à poëtis fertur. Ad quod illudens meretrix apud Plautum amanti reposcenti quæ dederat, respondet: Nam itidem ut Acheron hic ratio accepti scribitur. Intro receptum, quando acceptum non potest ferti foras. Sentit nihil magis ad amantem redire quod in merecenis domum est delatum, quæm redeunt ab inferis mortui: unde, ut Catullus ait, negant redire quenquam. Est & alter Acheron, teste Strabone, in agro Brutio, ubi Alexander Molossorū rex à Lucanis trucidatus est, Dodone deceptus oraculo, quo jubebatur Acherasiam aquam, Pandosiamq; urbem ca-

vere. q Dicitur autem Acheron, nos ut quidam somniant, ab à, & χερόν (sic enim diphthongo scriberetur: quod fieri non potest, quum penultimam semper corripiat) sed potius ἀχέρων, & ποτα, quasi doloris fluvius. Vnde etiam pōtēz fluvium inferorum esse finxerunt. [Germ. Ein Hellscher flus.] Virg. 7. Aen. Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. q Ab Acheron sūt adjectiva, Acherusius, a, um, ἀχερόντος, & Acherontius, ἀχερόντος. ē ἀχερόντος, Aristophani, & Acherons apud Plautum: Verum enim vero nullus adæq; est Acherons. Accipitur etiam pro infero loco.

Acherontini, ἀχερόντος, Populi sunt in agro Brutio juxta Acherontem fluvium habitantes: quorum meminit Plinius libro 3. capite 5.

Acherontia, Civitas parva Apulia in monte sita: quam ob hoc nīdū appellavit Horatius: quia parva est, & in montis constituta summitate, sicut nīdi avium in summis arboribus. Horat. lib. Carm. 3: Mirum quod foret omnibus Quicunque celsæ nīdū Acherontiæ, &c.

Acherusia, palus, ἀχερόντια λίμνη, inter Capuam & Aversam, per aperta plana ad ipsas usq; Cumas penè diffusa. Diodorus lib. 2: Bibliothecæ, agens de sepulchris Aegyptiorum, qui He liopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadavera in ulteriore ripam deferenda: navim verò ipsam qua trahicunt, Barim: hoc est, onerarium appellari: inde natam de Charonte, qui animas trāsvehebat Stygo, fabellam. q Acherusia, item specus est juxta Heracleam urbem, ab Hercule conditam in litore maris Euxini, ad manes usque (ut fama fert) pervius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incola memorant. De hac Ovid. lib. 7. Metam. - Specus est tenebroso cæcūs hiatus, Et via declivis, per quam Tyrinthius heros Restantem, contraquæ diem, radiosque nictantes Obligantem oculos, nexit ad amante catenis Cerberon attraxit. q Itē, lacus ἕπειρος in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit, qui in Ambracium sinum defertur. Autores Pomp. lib. 2. & Strabo lib. 5, & Plin. lib. 3. cap. 5.

Achillæ, ἀχιλλεα, Insula est exigua, Borysthenis ostio objecta: ab Achille in ea sepulto nomē habens: ut refert Pomp. lib. 2. q Est & Achillea, ο, ἀχιλλεα, herba millefolio simili, qua Achilles illius inventor Telephus sanasse fertur, teste Plin. lib. 25. cap. 5. Hodie tamen paucum est cognita, inquit Cordus.

Achilleus cursus, ἀχιλλεας ὁρός, Peninsula est non procul ab ostio Borysthenis amnis, ad formam gladii in transversum porrecta, ab exercitatione Achilleus nomen habens. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Achilleis, ἀχιλλεis, Opus est Statii Papinii, quo ille Achilleus pueritiam descripsit, totā ejus vitam prosequuturus, nisi immatura ejus mortis tam insigne nobis opus invidisset.

Achilleon, ἀχιλλεα, oppidum Troadis juxta tumulum Achillei, à Mitylenis conditum, ubi classis ejus steterat, auth. Plin. lib. 5. cap. 12. & 30. q Est & castellum prope Smyrnam, & locus in Sicilia, & vicus, & portus, Messenes. Steph.

Achilleis, sive Achilleus. [ἀχιλλεας. German. Ein handvæster Hauptmann der Griechen vor Troja.] Nomen viri apud Homerum celeberrimi. Hujus nominis genitivus tam in i, quam in is finitur: ut, Achillis à nominativo Achilles: Achilli verò à nominativo Achilleus. Nomina enim in eis, per diphthongū terminata, quæ more Latino genitivū faciunt in ei, per duas syllabas, sēpē per crālīm contrahuntur, in ei diphthongū, vel i longū, ut apud Virg. 1. Aen. Troas reliquias Danaū atq; immitis Achilli. Interdum solvit hēc diphthongus in carmine: dicimusq; Achillei, pro Achilla, & Vlyssi, pro Vlysse. Horat. lib. 1. Carm. Nec cursus duplicitis per mare Vlyssi. Hic Pelei, & Thetidis filius Chironi nutriēdus datus est. Inter filias Lycomedis habitat muliebri absconditus, ex Deidamia generavit Pyrrhum. Iratus Agamemnoni, post mortē Patrocli suscepit à Vulcano arma nova, Hectorem occidit. A' Paride conjugium Polyxenæ sperans tandem occiditur, & in Sigæo sepelitur. q Tantæ fortitudinis fuisse fertur, ut (teste Gell. lib. 2. cap. 11.) insigni fortitudine duces Achilles appellantur, & Argumentum Achilleum, quod sit insuperabile & insolubile, vocetur. Qui quid itaq; invictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus. Vnde de iis qui omni in re vincerent, dictum fuisse ex Aristophane coniiciendum est. Iecit Achilles duas tesseras & quatuor, βισθητος ἀχιλλεας οὐδὲ κύβως εἰστορεῖ. propterea quod is tesseratum jactus scelus esset.

Achillæ, Achillidos, ἀχιλλεα, Insula in Ponto Euxino ad Borysthenem, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

Achimenes, lego Achæmenes, & vide in dictione ACHÆ-

MENIA,

Achisaris, Oppidum, Plin. lib. 6. cap. 24. 30.

Achisarmi, ἀχισαρμη, Africæ populi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30.

Achne, ἀχνη, autore Plin. lib. 5. cap. 31. Insula est Rhodiorum in mari Carpathio, quæ deinde Casos dicta est. q Achne etiā: id est, ἀχνη, significat minutus quædā festucas ex spicis inter trituranū evolantes: & latius accipitur pro quibusvis rebus minutis: dicta quasi ab ἀχνη, ab a privativo, & ἀχνη, tenco. Vide Erasmus in proverbio: Ne ramenta quidem.

Acholai, ἀχολαι, Oppidū est Arabiæ non procul à Nabathæis, Autor Plin. lib. 6. cap. 28.

Acholla, ἀχολλη, Libera civitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella, autor Strabo, lib. 17.

Achomæ, & Achomæ, populi sunt Arabiæ felicis. Steph.

Achor, ἄχορ, Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam invehebat, quæ protinus ut Dœo huic litatum erat, extinguebantur. Vide Plin. lib. 10. cap. 28.

Achradiæ, pen. prod. ἀχραδη Stephano, Pars est urbis Syracuse, cum reliquis urbis ejus partibus ponte conjuncta. Vide ejus descriptionem apud Ciceronem, Act. in Verr. 6.

Achriane, ἀχριανη Stephano, Oppidum est ad mare Hyrcanum, cuius meminit Polybius lib. 10.

Achrura, Ptolemæo, est civitas Arabiæ felicis. Vide Achomæ. Acibi, ἀκιβη, Populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes. Recensentur à Ptolemæo.

Acidalii, ἀκιδαλια, Veneris epitheton, vel quia injicit curas, quas Græci ἀκιδης dicunt: vel certè à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Boeotia civitate, in quo se Gratiae lavant, quæ Veneri sunt sacratae. Ipsius enim & liberi filii sunt: nec immemor. Gratia enim per horum ferè numinum munera conciliabant. Hæc Servius.

Acidalius, penult. corr. ἀκιδαλια Suidæ, Fons in Orchomeno, oppido Boeotia, Veneri sacer: unde etiam Acidalia dicta est. Virg. 1. Aeneid. - at memor ille Matris Acidaliam. In hoc etiam fonte se Gratiae lavare dicuntur: unde & ipsæ Sorores Acidaliam passim à Poëtis appellantur. Græci hanc fontem ἀκιδαλια efficiunt feminino genere, respicientes nimurum ad sublatum vel ἀγριαν vel πηγα, ejusdē generis. Nos Acidalium efficiimus qui fontis nomē in masculino genere appellamus, quemadmodum etiam Caltium dicimus, quem illi ἀγριαν.

Acidon, ἀκιδων, Amnis est in Eliæ Peloponnesi regione, Iardanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

Acidulus, Fons nomen in agro Venafranoris dictus, quod aquas haberat acidulas: id est, subacidas. Plin. lib. 31. cap. 2.

Acienses, Olim populi erant in Latio, qui unā cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Horum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Acila, ἀκιλη, Emporium est maritimum Arabiæ, distans (autore Plin. lib. 6. cap. 28, in descriptione navigationis Indicæ) triginta dierum navigatione à Berenice Troglodytarum urbe.

Acilisena, pen. prod. ἀκελισηνη, Regio est Asia inter Taurum, & Euphratem: de qua Strabo lib. 11.

Aciliorum, Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui devicto Antiocho statua oblata est aureis bræteis incrustata: ut annotavit Cælius Rhod. libr. 29. cap. 24.

q Item Acilius prænominé Marcus, quo consularum gerente cum C. Portio, lacte & sanguine pluisse, autor est Plin. lib. 2. cap. 56. q Fuit & Acilius cognomine Buta, cui post amplissimum patrimonium absumptum, in opiam suam confidenti, nihil aliud à Tiberio responditum est, quād illum sero expertum esse. Vide Suet. in Tiberio.

Acimero, Oppidum est ulterioris Hispaniæ, in tractu Cellico, juxta Lusitaniam in cōventu Hispaniæ: de quo Plin. lib. 3. ca. 1.

Acina, ἀκινη, Oppidum est interioris Aethiopie, ultra Syensem, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Aciris, ἀκιρη, Fluvius est in ea Italiae parte, quæ olim Græcia magna dicta est, juxta Heracleam & Metapontum. Plin. li. 3. c. 5.

Acis, ἀκη, Fluvius Siciliæ, ex Aetna procedens: ex cuius ripis fertur Polypheus saxum in Vlyssen jam fugientem ejecisse.

q Actis, Insula una ex Cycladibus. Plin. lib. 4. cap. 12. q Acis etiam adolescentis Siculi nomen fuit, Fauni & Symæthidis filii, qui quum Galateam Nympham adamaret, a Polyphemus rivale suo est occisus, & deinde in fontem sui nominis mutatus. Vide Ovid. 13. Metam.

Acitani, ἀκιται, Hispana gens simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione colens, quæ Necyn: id est, Marte vocant. Macrobius Satyr. lib. 1. Vide Strabonis lib. 4. initio.

Acitavones, Plinius libro 3. capite 20. numerat inter populos Alpinos.

Acithius, ἀκιθη. Fluvius est Siciliæ, non procul à Lilybæ promotorio in mare influens. Autor Ptolemæus.

Acitna, Arabia regio, Steph.

Acme, est mulieris nomen apud Catullum.

Acmedæ, peauitima producta, ἀκμηδη, Septem sunt insulæ post

post Hyberniam, non procul ab Orcadibus. Vide Plin. lib. 4. capite 16.

**Acmonia**, ἀκμονία Stephano, Vrbs est Phrygiae in conventu Synaudico: cuius meminerunt Ptolemæus & Stephanus.

**Acmonienses**, sive ut apud Plinium Nat. hist. lib. 5. cap. 25, legitur, **Acmones**: ἀκμονία Stephano, populi sunt Acmonei urbis.

**Acmonides**, ἀκμονίδες, Inter Vulcani ministros numeratur: dictus dicitur ἀκμονίδης: hoc est, incude.

**Acoetes**, ἀκοτές, apud Ovid. lib. 3. Metam. nautæ pauperis nomen est, quod & ipsum vocis cōpositio indicat. ἀκοτές enim apud Græcos sonat, Sine cubili.

**Acolitanum**, ἀκόλιτων, Oppidum liberum est in Africa proprie dicta, ab ea parte qua tractum Cyrenaicum spectat. Vide Plin. lib. 5. cap. 4.

**Aconteus**, ἀκόντευς, Venator egregius, ut docet Statius lib. 7. Thebaid. donec flammatus Aconteus Strage virum, cui suecas feras prosternere virtus.

**Acontion**, ἀκόντιον, Oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. De hoc Stephanus.

**Acontius**, ἀκόντιον, Bœotia mons est, teste Plin. lib. 4. cap. 7.

**Acontius**, ἀκόντιον, Adolescentis nomen est ex Cea Corycili maris insula oriundi, qui quum in Diana templo Cydippen conflexus est, ejus amore captus, devolvit ad pedes ejus malum hujusmodi carmine inscriptum: Me tibi nupturam (felix eat omnes) Aconti, Iuro quam colimus, numina magna deæ. Postea à patre alteri desponsa, quum periculisissima febri esset correpta, rata perjurium, morti sui causam esse, maluit Acontio nubere, quâm Diana iram ulterius experiri. Extant hac de re duæ Ovidii epistolæ, una Cydippes, Acontii altera.

**Acræ**, Vicus est Panticensis agri ad ostium Mæotidis 70. stadiorum fretò à Corocondame opposita sibi urbe discretus. ἄκρα. q. Est & acra cognomento Iapygia, promontoriū extrellum Salentinorum, quo quâm longissime (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 11.) in mare excurrat Italia: Iapygia cognomentum discriminalis gratia additum est. Nam Græci quilibet promontoria Acras, ἄκρα vocant. Vnde & pleriq; urbes in promontorii sitæ, Acre appellantur. Vide Stephanum, qui decem hujus nominis urbes enumerat.

**Acrabathena**, Vna est ex decem Iudææ toparchiis. ἄκρα βαθηνία. Vide Plin. lib. 5. cap. 14.

**Acradina**, vel potius Achradina Stephano. ἄκρα διάντη, vide supra Achradina, & infra in dictione SYRACVS AE.

**Acræaluno**, ἄκρα λούνα, Dicta fuit à Corinthiis, quod à ἄκρα λούνα: hoc est, in promontorio quodam inter Lechæū & Pagas, non procul à Corintho coleretur: ubi & vetustum ejus extabat oraculum. Strab. lib. 8.

**Acræphia**, ἄκρα φία, Vrbs est Bœotia, quæ ab Homero Arne vocatur: dicta Acræphia, ab Acræpho Apollinis filio, ut Stephanus placet. Hanc Strabo neutro genere effert, Acræphium, ἄκρα φία.

**Acragæs**, penult. correps. Nobilis artificis nōmē est, qui in auro, argentoq; caelando plurimum præstituit: cuius etiam Plinii *estate Rhodi* in templo Liberi patris opera quædam extabant, Bacchæ scilicet & Centauri in scyphis cœlati. ἄκρα γαστ. Vide Plinum lib. 33. cap. 12. q. Est item Acragæs, ἄκρα γαστ Stephanus. Mons Siciliae, non procul à Pachyno promontorio, cum oppido ejusdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 8. Virgil. 3. Aeneid. Arduus inde Acragæs ostentat maxima lōgē Moenia. Stephanus existimat hanc urbem, ut plerasq; in Sicilia, à præterabente fluvio nomen accepte. Alii ab Acragante Iovis & Asteropes filio dictam putant. q. Quatuor præteræ alias hujus nominis urbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit: aleram in Eubœa: tertiam in Cypro: quartam in Aetolia. Scribitur & Agragæs per quintam consonantem in secunda syllaba. Hinc deducitur gentile Agragantinus, ἄκρα γαστ. Lucr. lib. 1: Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Hos Latini vocant Agrigentinos.

**Acratus**, ἄκρα τοῦ Bacchani Genius Athenis spectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Autor Paul. in Attica.

**Acravisci**, ἄκρα γαστ, Populi sunt Pannoniae inferioris, juxta Scordiscos: de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

**Acrense**, ἄκρα τοῦ, Populi sunt Siciliae, stipendiarii Romanorum, non procul ab Acesta oppido: de quibus Plinius libro 3. capite 8.

**Acriæ**, ἄκραι, Oppidum est Hispaniae in cōventu Hispalensi: de quo Plin. lib. 3. cap. 1. Item alterum in Peloponneso, ad ostium Eurota fluvii, in sinu Laconico: de quo Ptolemæus.

**Acridophagi**, [ἀκριδοφάγοι] Ger. *Hauschreden fresser/ein Vogel in Moreland*. Populi sunt inter Aethiopes, veloces cursu: vita verò adeò brevi, ut annosissimum quadragesimum annum non excedat: solis ferè locustis vicitant, à quibus & nomen dixerunt. Nam Acridas, ἄκριδας, Græci dicunt, quas nos

Loculas. Vide plura de his apud Diodorum Siculum, libro 4. cap. 3. Et Matthæus Ioannem Baptistam refert locustis usum, capite 3.

**Acrilla**, ἄκριλλα, Oppidum est Siciliae, non procul à Syracuse: cuius incole dicuntur Acriillæ, ἄκριλλαι. Vide Steph.

**Acrio**, ὄνις, Locrus, Philosophus fuit Pythagorus, cuius mēmoris Cic. lib. 5. de Finib.

**Acriſiūs** penult. correps. [ἄκρισιος] Ger. Ein König der Argivorum und ein Vatter Danaë / welche Jupiter beschaßen hat/ als er sich in ein goldenes Regen vergeßt hat.] Filius fuit Abantis, & pater Danaës, qui Piceto fratri in regnum Argivorum succellit. Hic cū oraculo monitus esset fore ut à nepote vita exueretur. filiam suam unicam magnitudinem turri inclusit, eō consilio, ut ea perpetua virginitate damnata, omni, qui à posteritate impendere videbatur, metu solveretur. At Iupiter Danaës amore captus, in speciem imbris aurei se transformavit, & per impluvium in puerum gremium descendit: votiq; compos factus, ex ea Perseum genuit. Quod ubi Acriſius amadverit, filiam unam cum infantino recens nato in arcam imponitam, in mare abjecit: quæ ad littus Apulum appulsa, & à pescatoribus excepta, ad Pilumnum regem deducta est: qui & forma ejus & genere adductus, eam sibi uxorem delegit. Porro Perseus simulac adolevit, adversus Gorgonas expeditione suscepta, vicit evasit: nec ita multò post Argos venit, fax sicum Medusa caput ferens: in quod quām fortè Acriſius incidisset, in lapidem transmutatus est. Hæc ex Ovid. & aliis. q. Fuit & Acriſius alter, Vlyssis avus paternus: quem alii Arcelium legunt apud Ovid. Metam. 13. Verba Ovidii sunt: Nam mihi Laëtis pater est Acriſius illi, Iupiter huic.

**Acriſiōnēs**, a. um, adjectivum, ἄκρισιον δις Virg. 7. Aen. -hanc dicitur urbem Acriſioneis Danaë fundisse colonis.

**Acriſiōnādēs**, Acriſioniadæ penul. corr. Patronymicum masculin. gener. ἄκρισιον δις, Perseus Acriſius ex Danaë nepos. Ovid. 4. Metamorph. Veritatem in hac Harpen madefactam cæde Medusa Acriſionides adigitq; in pectus.

**Acriſiōnē**, ἄκρισιον, penult. prod. patronymicum femin. ab Acriſio deductum, quo significatur Danaë filia Acriſii, & Persei mater.

**Acriſtas**, Peloponnesi promontorium juxta Maleam & Tænatum. Autor Pompon Mela, lib. 2, & Plin. lib. 4. 5. cap. 13.

**Acroathon**, ἄκρα θάνος, Oppidum est Thracie in vertice montis, qui Athos dicitur, sicutum: unde & nomen habet. Pompon. Mela, lib. 2.

**Acroceraunia**, orum, vel Acroceraunii montes, [ἄκροκεραυνοί]. Ger. Das hoch Gebirg so durch Epurum an das Meer stößt und als viel als ein Meterstein ist, so das Adriatisches Meer vom Ionischen unterscheidet. Montes sunt in fronte Epuri, Ioniorum mare ab Adriatico dirimentes: ita dicti, quod propriæ immensam altitudinem vertices habeant fulminibus maximè obnoxios, ἄκρα enim verticem significat, & κεραυνός fulmen. Horat. lib. 1. Carm. ad Virgil Qui liceis oculis monstra natantia, Qui videt mare turgidum, & infames scopulos Acroceraunia. Plin. lib. 3. cap. 23: Inde initium Epuri, montes Acroceraunii. Idem in processio lib. 4. Item ejusdem libri cap. 1 Non defuerunt quis & juxta Armeniam montes Acroceraunios collocarent: verum illi nominis vicinitate lapsi sunt. Siquidem illi Ceraunii montes appellantur, non Acroceraunii. De quibus vide Plin. lib. 5. cap. 27. & infra suo loco.

**Acroceraunion**, ἄκροκεραυνοί, Est primum Epuri promontorium, eaq; Acroceraunioī montium pars, quæ mari immixtiens secundum Europæ sinum à tertio: hoc est, Adriaticum mare ab Ionio dividit: distatq; à Lacinio, extremo Italæ promontorio 75000. pass. Vide Plin. lib. 3. cap. 11 & 29.

**Acrocimæ**, ἄκροκεμæ, Populi sunt Thracie, à capillorū longitudine dicti, quod antias in fronte, mulierum more demissas gestarent. Autor Homerius in Catalogo navium. Sed apud eum ἄκροκεμæ appellari ιπθενοῖς, Thracæ satis constat: idq; non quod antias in fronte demissas gestarent, sed quod in summo capite capillos alecent: id est, τὸ τρίποδες κεφαλαῖς Vide Eustath. & Herodotum.

**Acrocorinthus**, [ἄκροκερινθοί] Ger. Ein hoher Berg bei Corinthe. Mons Peloponnesi inter duo maria, Aegeum scilicet & Ionium, stadiorum trium & dimidiati altitudine ad perpendicularium: sub cuius radice in plano, instar mensæ, jacet oppidum Corinthus. Strab. lib. 8, autor est montem hunc inveniens ita fusile circundatum, ut arcis usum præberet: quod fit, ut minimè mirum videri debeat. Ancrocorinthū à Plinio arcem appellari, quem Strabo montem vocat. Plin. lib. 4. cap. 4: Medio hoc intervallo, quod Isthmi appellavimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, anteà Ephrya dicta, sexagenis ab utroq; littore stadiis, ē summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons est Pirithene.

**Acrolissūs**, ἄκρολιστος, Arv. est in cōlie supra Lissum Illyrici urbem, cuius meminit Strabo lib. 7.

**Acrolochias.** ἀκρολοχίας. Promontorium est Aegypti ad Pharon, Strabo lib. 17.

**Acrón.** ἄκρων. Fuit Cenensis rex et nomine, quem Romulus singulare certamine vicit, ejusq; arma Iovi Feretrio dedit. q; Acrón præterea medicus Agricentinus fuit, qui Atheneis unā cum Empedocle philosophatus est. Antiquior fuit Hippocrate. Scriptis lingua Dorica de vita salubri librū unū, auctore Suida. Vide Laētum in Empedocle.

**Acronius lacus.** [ἄκρων λίμνη] Ger. Der Eschenbergsee oder Wondensee.] Oium dictus, qui alii nominibus & Podanicus, & Bagantinus nuncupatur. Hodiè à Constantia urbe imminente, Constantiensis dicitur. Pompon. Mela, lib. 3. Rhenus ab Alpibus decidens proprie à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium.

**Acroref.** Verba Triphyliae, Steph.

**Acrotadus.** ἀκρόταδος. Insula est in sinu Persico: de qua Plin. lib. 6. cap. 23.

**Acrothon.** Vide ACROATHON.

**Actæon.** ἀκταιονος cū diphth Aristigi & Antonius filius à Diana in cervum cōversus, & à suis canibus dilaceratus. Vide fabulam apud Ovid. lib. 3. Metam. & Fulgentium, atq; etiam in Comentariis Apolloni lib. 4.

**Actinia** ἀκτίνια. Insula est in mari Germanico, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 13.

**Acte.** es αἰτή. Græciæ regio nobilitissima, quæ postea ab Attide Granai regis filia, Attica nominata est. Dicta Acte, vel ab Attæo quodam rege indigena, ut refer Stephanus: vel potius, quod maxima sui parte littoralis sit, & ad mare extensa. Nam ἀκτὴ Græci littus vocant. Plin. lib. 4. cap. 7. In ea prima Attica, antiquitatem Acte vocata.

**Actæus, a. umidus est.** Atticus ἀκτηνὸς Ovid. 1. Metamorph. Separat loquios Actæi & Phocis ab aivis.

**Actisines** ἀκτινεῖς. Rex Aethiopie, qui Amasim Aegypto depuit, quod nimis immoderata tyrannidem exercet, regnūq; eius occupavit. Vide Diodorum lib. 2. cap. 1.

**Actium** ἀκτηνος, Epiri promontorium. ub. Augustus, devictis navalib; prælio Antonio & Cleopatra, urbem condidit: & Nicipolim à victoria nominavit.

**Actius, a. um. & Actiacus, a. um. ἀκτηνεῖς.** Virgil. 3. Aen. Actiæq; Illyricas celebramus litora ludis. Sappho ad Phaœnum: Cur nō Actiacas miseram memittis ad ora?

**Actius navius.** Inclitus Tarquin. Prisci temporibus Augur fuit, quem inspectante rege, coē novacula discedisse fabulanatur. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe. Alii malunt scribere Accius.

**Actius sive Accius.** Fuit T. Agorælium scriptor, natus libertini parentibus, & inter colonos Pisaurum deductus: à quo & fundus Actianus juxta Pisaurum dictus. In scribendis Triagoribus sententiarum gravitate, verborum pondere, personarum auctoritate clarissimus extitit. V. de supia ACCIVS.

**Actör,** ἀκτηνεῖς. Comes fuit Herculis in expeditione contra Amazones, in quo bello vulneratus, quū domū redire veller, in itinere mortuus est. q; Actonides, ἀκτηνεῖς, Patroclus, nepos Actoris Is enim ex Aegina, quam ei Iup ter à se vitiatam uxorem dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem reliqua Aegina, Opuntium in Locros se cōrulit, & ibi Patroclum genuit. q; Fuit & Actor quidam Auruncus, cujus meminit Virgilius lib. 12. Aeneid. - validam vi corripit hastam Actoris Aurunci spolium, &c.

**Actuariūs.** ἀκτηνεῖς. Medici Græci nomē, qui plurimis scriptis voluminibus, artem suam illustravit: ex quibus etiam hodie sunt in manibus sc̄ptem libri de urinarum ratione.

**Acusilaus.** [ἀκυσίλαος] Ger. Ein Römer zu Athen] Atheniensis Rhetor, qui Galba imperante fuit Romanus contulit, ibiq; lumen aperuit tanto successu, ut moriens Atheniensibus decem myriades exscenore partas reliquerit q; Fuit & Acusilaus quidam Argivus Historicus, qui Genealogias quasdam conscripsit, ex æncis tabulis, quas patrem ejus ferunt inventasse, quia in domo sua nescio quid foderet. Viriusq; meminit Suidas.

**Acutea,** pen prod. ἀκτηνεῖς. Hispania urbs est Stephano: cujus incola dicuntur Acutani ἀκτηνοί.

**Acutia,** P. Vitellii uxor. Tacit. lib. 5.

**Acylas.** ἀκυλας. Philosophi nomen, qui Dialecticos commentarios conscripsit de Syllogismis. Suidas.

**Acyphas,** ἀκύφας. Oppidū est in Doirica tetrapoli, ut ex Theopomo refert Stephanus.

**Acytos.** ἀκυτος Stephanus. Insula est non procul à Creta, è regione Cydoniæ civitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

A ante D.

**Ada** ἀδη. Filia fuit Hecatomni Cari regis, & Artemisiss soror, quæ Hydrie fratri nupluit tradit Strabo lib. 14.

**Adachidæ.** gens Lybica, Steph.

**Adadata.** ἀδαδη. Civitas Psidiarum, ad Taurum montem. Strabo lib. 12.

**Adad,** teste Macrobius Saturnal. libro 1. capite 23, non Adab, quemadmodum hactenus legebatur, Assyriorum summus habebatur Deus. Cui etiam deam Atargatim uxorem alignabant: per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes: quod ex his duobus potissimum cuncta credere possunt.

**Adæ, ἀδη.** Oppidū est Aeolidis, 40 stadiis ab Hydera promontorio distans, nō procul à Cumæ. Autores Strab. lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 30.

**Adam,** ἀδη. Hebraica lingua (sicut lib. 1. Iosephus scribit) id est quod Ruber: quoniam ē iubra tera factus est

**Adamastus,** ἀδαμάστος. Ithacensis fuit, pater Achæmenidis, soñi Vyssis: ut videre est apud Virgil. Aeneid. lib. 3. Latinè interpretari possumus indomitum, ab à privativa particula, & dñm, domo.

**Adamianus,** vel Adamitæ, Hæretici, ab Adam nominati, cujus imitatur nuditatem, qua fuit in Paradiso ante peccatum. Credabant enim quod nuptiæ futuræ non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaq; mares, fœminæq; convenient, nud. lectiores audiunt, nudi celebrant sacramenta. August. lib. de hæcibus ad Quodvultdeum.

**Adana,** orum, ἀδανα. Vtis Ciliciæ: ita dicta ab Adano, qui eō coloniam deduxit unā cum Saro, postquam bello aduersus Tarsenses gesto, inferiores discensissent. Autor Stephanus. Meminit urbis hujus & Plin. lib. 5. cap. 27.

**Adani,** ἀδανοι. Insulæ duæ sunt in sinu Arabico, quas commemorat Ptolemæus.

**Adarupolis.** urbs Persica, Steph.

**Adbelium,** oppidum, Plin. lib. 57. cap. 233.

**Addua,** Fluvius est in Insubribus, qui per medium Larium lacum fertur, ita ut aquæ non commiscantur. Claud. anus. Addua quo scissas spumosior incitat undas. Vide Plin. lib. 2. capite 103.

**Adephiūs,** ἀδεφος. Historicus fuit M. Antonio familiaris, qui ejus in Parthos expeditionem coadspexit, in qua ipse & adiutor, & p̄fuit Strabo lib. 11.

**Ader,** [Ἄδη] hedher. Locus juxta Bethleem, ubi vel angelorum greci oītu Domini cecinat, vel Iacob pecora sua pavit, loco nomen imponens, vel (quod verius est) quodam vaticinio futurum jam tunc mysticum monstrabat.

**Aderco,** ἀδεκον. Hispania urbs est Stephano: cujus cives dicuntur Aderconitæ, ἀδεκονιται.

**Ades,** ἀδη. à Græcis dicitur inferorum deus, quæ nos Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab à privativo, & idem, vide: re: propertea quod in densissimis inferiorum tenebris, nocteque profunda perpetuò agens nihil certare videatur. Nam sine aëris lucidi medio (qui apud inf. ros nullus est) visio fieri non potest. Græci tamen Grammatici dictionis hujus principium contra etymam naturam aspero spiritu scribendum precipuant.

**Ades,** sive Hades, ἀδη, Molossorum rex, cuius filiam nomine Cora apud Acherontem fluviū conatus est rapere Pirithous. Vnde factus est locus fabulae, Pirithous ad inferos descendisse, & uxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora, ἀδη, à Græcis dicitur, rapere voluisse. Vide Cælium Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theseo: qui tamē regem hunc non Adem vocat, sed Aidonem.

**Agāndestrūs,** Cattorum princeps, Tacit. ad fin. libri secundi Annal.

**Adiabaræ,** Populi sunt Aethiopæ. Plin. lib. 6. cap. 30. Deinde contra Metroen Megabari, quos aliqui Adiabaræ nominavere.

**Adiabene,** ἀδιαβηνοι. Est ultra Armeniam regio, quæ Assyria antea dicebatur, ut placet Plinio, libro 5. capite 12: Ptolemæus vero, & Strabo Adiabenam Assyriæ portionem faciunt, camque ad ortum collocant ultra Mesopotamiam. Nomen habet à difficulti transitu, ab à privativo, & ἀδιαβηνοι. Transito: Amnium enim, qui cam rigant, multitudine, iter reddit impedirem.

**Adiatorix,** ἀδιατοριξ. Meclii cuiusdam Galatæ Tetrarchæ filius fuit, qui quum apud Heracleam Ponticam, coloniam Romanorum eō missam nec una jussu Antonii jugulasti, paullò post in prælio Actiaco captus, & in triumpho circundatus, una cum filio jugulatus est, Strabo lib. 12.

**Adilisius,** ἀδη. Mons est Boeotia, de quo Plinius libro 4. capite 7.

**Adimantus,** ἀδημαντος. Nomen viri Atheniensis, fratri Platonis, Laētit. lib. 3. q; Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui quum Thebæstocli xilium obiiceret. Num putas, respondit Thebæstocles, exelem quem: piam esse, qui ducentas habeat tressimes? Ex Suida.

**Admete** hujus Admetes ἀδημη. pen. prod. Oceanus & Teibyos filia teste Hesiodo in Theogonia.

**Admetus.** penultima producta. ἀδημη. Suidæ, Thessalorū rex fuit, cujus armamenta novem annos Apollinem pavisse sunt, quum

runt, quum ob intersectos Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus Aesculapius filius ejus erat necatus, Olympo depulsa humana specie apud mortales exularet: à quo quum per humaniter traharetur, ad referendum patrono beneficium, à Parcis impetravit, ut quum fatalis ejus dies adesset, hac lege mortem effugeret, si quis reperiretur qui illius vice mortem oppetere vellet. Quod amici cū omnes recusaret, una Alcestis uxor vita sua dispendio mariti vitam redemit. Quia defuncta stridulæ quædam & lugubres naniæ decantabantur assidue apud Admetum tanti beneficii memorem, donec mota Proserpina remisit Alcestidem: aut ut quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco hanc ad superos reduxit. Hinc locus factus Proverbio: Admeti nania, ἀδυτον μίλος, quod accommodari poterit ad orationem querularum ac miserabilem, aut ad cantiones faciles & illaboratas, nimisrum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur, & ex tempore. Callimachus tamē contra receptum Poëtarum consensum, ita scribit in Hymno Apollinis: Φεῖδος, καὶ Νέμαιοι κακά πορφύρη τε καὶ Εὔχεται Αὐγεστοῖς θεοῖς πέποντος Ηρίτου ταῦτα οὐαμένοι. Hoc est, Phœbūm & Nomium vocamus, ex quo sub Amphryso jugales pascetab equos, adolescentis Admeti amore accensus.

**A**dōnis, nis, & nidis, penultima producta, ἀδων, Nomē proprium filii Cinyrae Cypriorum regis, & Myrrhæ, quem ob formæ excellentiam Venus in deliciis habuit. Hic apri dente sub inguine percussus, intersectusq; à Venere in florem Anemo-nes herbæ, qui sanguinis colorem imitatur, dicitur conversus, referente Theocrito & Nicandro. Quod etiam latius explicat Ovid. ad finem lib. 10. Metam. his versibus: nec plena longior hora Facta mora est, quum flos de sanguine concolor ortus, Qualem, quæ lento celant sub cortice granum Punica ferre solent: brevis est tamen usus in illo. Nanq; malè hærentem, & nimia levitate caducum Excutiunt iudicem, qui perflant omnia, venui. Hieronymus in Ezechielem sic habet: Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thamus vocat. Vnde quia juxta gentilem fabulam in mense Iulio, amasius Veneris & pulcherrimus juvenis occisus, & deinceps revixisse narratur, cùndem Iulium mensem eodem appellante nomine, & anniversariam ei celebrant solemnitatem in qua plangitur quasi mortuus: & postea reviviscens canitur, atq; laudatur. Vnde apud Ezechielem Prophetæ legitur: Ecce ibi mulieres sedebant, planigentes Adonidem. Vbi intelligi vult, fuisse idolatriam celebratam in honorem Adonis. Macrobius accepit Adonidem pro sole. Moscopulus, ἀδων—nomen ab ἀδων, quod est cano, derivatum putat. De eodem festivissime Theocritus ἀδων, καὶ. qd Adonidis horti, ἀδων, καὶ, Proverbialiter dicuntur res leves & amoenæ quidem, attamen nulli rei utiles. Tractum est proverbium ab hortis quibusdam ad solam voluptatem comparatis, qui Veneti, & ejus amasio Adonidi sacri credebantur. qd Adonis, etiam est piscis nomen, qui reliquo mari somni causa in siccum egreditur litus: ut tradit Plin. lib. 9. cap. 19. Hic & exocetus dicitur. ἡγεμόνης, ἡγεμόνας (ut inquit Oppian. 1. lib. Halieutis.) οὔτε ἀδων πότερον, πούρος διπλανός: hoc est: quia profiliuntur, in littus sicca ponens tellure cubile. qd Piscis est similis mensis jam foetis, aut gobionibus, cui semipedalis magnitudo: forma teres, color subfulvus: linea candida à Branchiis ad caudam distinguitur. Vide Athenæum libro 2. qd Adonis item fluuius est ex Libano mōte profluens, nō procul à Byblio oppido: ut tradit Plin. lib. 5. cap. 20.

**A**dovacris, ἀδωνας, Rex Herulorū fuit, qui anno nostra salutis 475, tanta cum manu in Italiam irrupit, ut terrore percus-sus Augustulus, spora purpuram poneret. Quo tempore sine accepit Occidentis imperium, anno ab urbe condita 1226. Vide Paulum Diac. lib. 16.

**A**dra, ἀδρα, Trium oppidorum nomen est à Ptolemaeo: quod rūnum in Arabia petrofa collocat: alterum in Cava Syria: tertium in Libuaria mediterraneis ad radicem Bebiorum mon-tuum, non procul à Tito fluvi.

**A**dramyteon, pen. prod. ἀδραμύτηνος, sive (ut apud Plinium legitur) Adramytreos, Civitas est littoralis in majore Mylia, sive Aeolide: ita dicta ab Adramytreo conditore, Alyattæ filio, & Cresi fratre, ut tradidit Aristot. in Polit. Alii à Mercurio no-men accepisse ferunt, quam Lydi Phrygia lingua Adramyn, ἀδραμυν vocant. Thucydides libro 5: Atramytteon vocat ἀδραμύτηνος, άργα τοι. quam scripturam etiam Stephanus agnoscit. Quem vide de varia hujus vocis scribendæ ratione.

**A**dramytenus, adjectivum, sive Atramyttenus, penult. prod. ἀδραμυττενος, ή ἀργα τοι: ut sinus Adramytenus, ἀδρα-μytteus ξελαθος, qui & Idæus appellatur: ut est autor Strabo lib. 13.

**A**drana, ἀδρανα. Fluvius est Catthorum in Germania, ut tradit Tacitus Annal. lib. 1. qd Est etiam Adrana, ἀδρανη, teste Steph-

no, oppidum Thracie, quod & ἀδρανη à Theopompo appellatur. Vide ANDRENA.

**A**dranon, ἀδρανος, Sicilia oppidum in Acte montis radicibus, fluvium habens ejusdem nominis. qd Gentile est Adrantes ἀδρανη, quo utitur Apollodorus. Ex Stephano.

**A**dramelech, Idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluere.

**A**drapsa, drum, neut. gen. ἀδραψη, Vrbs Bætrianorum, Strab. libro 15.

**A**drastea, sive Adraستia, ἀδραستη, Oppidum est Troadis inter Priapum & Parium situm, ab Adrasto rege nomē habens, qui primus Nemesi templū erexit, & Adrastam nominavit. Hæc urbs campum habuit subiectum, qui Adrastea campus, ἀδραستæ τοδος appellatur, Apollinis Actæ, & Diana oraculo insig-nis: quo postea diruto, saxa Parium translata sunt, ex quibus edificata est ara, Hermocreonis opus, & magnitudine, & pul-chritudine memorabile. Hanc urbem alii ab Adrastea Nympha quadam montana, nomē accepisse volunt. qd Gentile est Adrastenus, ἀδραستوس.

**A**drastia, [ἀδραستη, Pol. Pomst.] Necessitatis ac Iovis filia, scilicet ultra, cuius vindictā credebant nullo modo posse vitari. Hanc alio nomine Nemesis vocaverūt, ejusq; sedē Aegyptii Theologi supra lanā cōstituēre, ut inde velut regina & arbitra hæc inferiora despectaret. Strabo lib. 13. nominis rationem refert ad Adrastum regem, qui primus Nemesi templum cre-xit, Adrastamq; illam appellavit. Aristot. lib. de Cœlo definit esse αἰνιδραستην αἴνιν, θεαν τοῦ φύσης αἰναν εἰς θεαν: hoc est, inevitabilem causam, existentem secundum naturam, parcamq; semper existentem. Hinc locus factus Adagio: Adraستia Nemesis, ἀδραستη Nemesis. Subaudiendū est, adeit vel aderit. Quo licebit ut vel in eos, quibus ob insolentiam, arrogiantiamq; fortunæ commutationem minatur: vel, qui à rebus florentibus ad calamitosam fortunam redacti sunt.

**A**drastus, ἀδραستη, Nomen regis Argivorum, qui fuit filius Talaonis & Eurymones. Hic quum duas haberet filias, Argiam & Deiphilen, in somnis visus est alteram leoni, alteram apro uxorem dare. Quare quum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos venirent, ille apri, hic leonis pelle testus, in somniū sui memor, utruq; sibi generum, adscivit, Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum utroq; genero Thebas profectus, ut Polynicē ab Eteo cle fratre exclusum, in regnum reduceret, magno accepto detimento, in regnum reversus est. De Adnasti vide Herodotum, Terpsichore.

**A**drīš, pen. corr. ἀδρίς Stephano & Ptolemaeo, Romanorum colonia Piceno, quinta Italæ regione XII. M. pass. à mari distans. A qua ager ipse Adrianus dicebatur, vino generosissimo nobilis, quod & ipsum Adrianū fuit appellatum. Plin. lib. 3. cap. 13. de Picentibus: Tenuere ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus & Adria colonia, à mari VII. M. pass. qd Sunt qui ab hoc oppido, Adriatico mari nomē factum existiment. Verum illi nominis vicinitate decipiuntur. Nam (ut mox suo loco docebimus) Atria oppidum fuit ad Padum amnem à Tusciis conditum, nobili portu in primis clarum: à quo vicinum mare primū Atraticum dictum fuit: & deinde literæ unius mutatione Adriaticum: ut docet Plin. lib. 3. cap. 16, & Cato in Originib. qd Adria, mascul. gener. ἀδρίς Stephano & Suidæ, idem quod mare Adriaticum. Pompon. Mela lib. 2: Hucusq; Adria, hucusq; Italæ latus alterum pertinet. Luc. lib. 5: sonat Ionio vagus Adria ponto.

**A**drīaticum mare, [ἀδρίατικη, πίλαι, τοι.] Ger. Das Adriatische oder Benediger Meer. Vn. Adriatici tengel. Est sinus ille maris, inter Lacinium extremū Italij, & Acroceraunum primū Epiri promontoriū irrumpens, quod & Superum mare appellatur, sive quod Ital. ab Oriente alluat, sive quod ex urbe eō tendētibus Apenninus superandus sit. Hoc primū Atticū dicebatur, ab Atria nobili oppido à Tuscis ad Padum cōditō, quod postea Atrianæ paludes hauserunt: deinde unius literæ mutatione Adriaticū dici cōcepit: ut docent Cato in Orig. & Plin. lib. 3. c. 16. Pro eodem etiam dicimus, Mare Adrianum, & Adriacum. Cicero in Pison. Brundusium vivit, & ultimas Adriani maris oras petivit. Horat. libro 1. Carm. Sive mari libet Adriano. Propert. libro 3: Ergo ego nunc ruditis Adiaci vehar æquoris hospes.

**A**drianopolis, [ἀδριανος πόλις. Ger. Ein Stad in Thrace dēre Tarden underwoffen.] Civitas est Thracie ad Hebrum fluvium, primū Orcita dicta, à nomine Orestis conditoris: postea ab Adriano instaurata fuit, quum ei furore agitato responsum esset, ut se in furiosi domum reciperet. Vide Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 2.

**A**drianus, pen. prod. ἀδριανος, Decimus quintus Romahorum Imperator fuit, & successor Trajanī, qui Hierosolyma à T. Ve-spasiano solo æquata, muro cincta, & à prænomine suo Aeli appellavit.

**A**drianus ager limitibus maritimis & Gallicis, quos nos D. & K.

& K. appellamus, finitur per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel novercarum, quod tegulis constratur: alii vero locis muris, maderis, scorisionibus, cōgeris, carbunculis, terminis Augusteis, fluminum cursibus. Ex libro de limitibus agrorum.

**A**drius, ad. Mons et Dalmatiā per medium secans. Strab. lib. 7.

**A**drobicum, ad. Oppidum est in Artabris Hispaniæ populis, in tractu Celticō, cuius meminit Pomponius Mela libro 3.

**A**drotta, orum, ad. Stephano, locus est in Lydia, mari adjacens: cuius incolæ dicuntur Adrotteni, ad. fluvio.

**A**druemetum, pen. prod. ad. Stephano, Civitas est Lybiæ, non procul à Carthaginè, quæ etiam hodie extat. De hac Plin. lib. 5. cap. 4.

**A**dryx, ad. Civitas est in agro Syracusano, cuius meminit Stephanus. Hinc Adrycinus gentile, ad. sicut ab Eryx, Erycinus.

**A**dwallas, ad. Mons est in Rheticis Alpibus, ex quo in Septentrionē profluit Rhenus, & Addua in Meridiem. Autor Strabo lib. 4.

**A**adulīs, pen. prod. ad. Civitas Aethiopiz, quæ & Panos insula dicitur. Oppidani dicuntur Adulitæ, ad. strati. Vide Steph. **A**aduliton, ad. Ptolemæo, Oppidum est maritimū in Troglodytarum regione, sive ea Aethiopiz parte, quæ sub Aegypto ad mare spectat, commune Aethiopum, & Troglodytarum emporium, à servis, qui à dominis profugerant, conditum. Vnde & nomen habet, ut indicat Plin. lib. 6. cap. 29. Distat à Ptolemaide quinq; dictum navigatione. A Stephano Adulitis appellatur: à Ptolemæo Adulia. Hinc vicino sinu Adulitum cognomen factum est, qui in mare Rubrum excurrit, ad. strati.

**A**dunicatae, ad. Populi in Gallia Narbonensi commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 4.

**A**dyrmachidæ, ad. Populi sunt interioris Libyz, ab ea parte qua Aegyptu spectat. De horum moribus memoriz proditum est, uxores in utroq; crure armillam æream gestare. Vt unq; aut sexum, ex æquo comari esse, quo sit, ut plurimos alant penduculos: quos ubi ceperint, præmorsos abiciunt. Virgines viro maturæ ad Regem convenienti: ex quibus ille una deligit, quam ubi vitiari, statim dimittit. Vide Cæl. Rhod.

### A ante E

**A**ea, Aia, Civitas est Cholcidis, AEæ regis opus (ut scribit Stephan.) quam Hippo & Cyanos fluvii è diversis locis in Phasis influentes, peninsula efficiunt. Fabulatur Poëta Aean nomen accepisse à puerâ ejusdem nominis, quæ quum Phasis amnis vim effugere nō posset, miseratione deorum in peninsula est conversa, quæ etiam nunc, ut veterem illū amore adhuc possis agnoscere, magna sui parte ambit, & veluti amplectitur Phasis. De hac Plin. lib. 6. cap. 4.

**A**eca, Aia, Circe dicta, ab aspernantu voce, propter celebatas illuc corporum mutationes: ut placet Servio in illud Virg. 3. Aen.-Aææq; insula Circes. Verisimilis tamen est Aæam dictam ab Aea Colchorum civitate, quemadmodū & Cyteis, sive Cyra dicta est κυραι, η κυραι, a Cyra ejusdem regionis oppido. Quod etiā ab Apollonii interpres annotatū est. **A**æælūs, ad. Denominativum est ab Aea Colchidis peninsula, & urbe ejusdem nominis, in qua data creditur Circe Solis filia. Vnde peculiari epitheto Aææa appellatur. Vir. 3. Aen. Inferniq; lacus Aææq; insula Circes.

**A**æææ, sive Aææa, aia, insula fuit in mari Tyrrheno, non modo olim frœ ab Italia dirempta, hodie cōtinens: ita tamen ut paludibus circumquaq; cincta insulæ speciem præ se ferat. In hac Homerius Circes sedem collocavit, sic scribens lib. 10. Odyss. Aiajus δ' εις νησον ἀφιεμένος, εἰς δ' εἴας Κίρην οὐ πλάνης, &c. Hujus meminit & Virg. lib. 3. Aen. Inferniq; lacus, Aææq; insula Circes. Tametsi Servius ibi tres diphthongos videtur agnoscere, ut sic Aæææ Circes Latini quoq; locum hunc à Circis domicilio Circæum, vel Circæos appellant: ibidemq; antiqui Latii terminum constituant. Vide Plin. lib. 2. cap. 85. & lib. 3. cap. 5.

**A**ææælūs, aiajus, pen. corr. Iovis filius ex Aegina filia Asopi: qui primus insulam, in qua regnavit, Aeginam à matris suæ nomine appellavit, quum antea Oenone diceretur (ut Plinius, Strabo, & Stephanus tradiderunt) aut certè Oenopia, ut apud Nasonem legitur lib. 7. Metamorph. Oenopiam veteres appellavere: sed ipse Aæacus Aeginam genitricis nomine dixit. Hunc tantæ justæ fuisse dicunt, ut apud inferos animalium creditus fuerit à Platone delectus iudex, cum Minoë, & Rhadamanthro, & peccantiū peccata discutere, & pro meritis pœnas inferre Ovid. in Ibis: tuasq; Aæacus in pœnas ingeniosus erit. **A**ææædæs, aiajus Suidæ, Patronymicum masculinū, quo significatur filius vel nepos vel aliquis ex postoris Aæaci. Virg. 1. Aca. Szvras ubi Aæacide telo jacer. Hector. Hoc est, telo A.

chillis, Aæaci ex Peleo nepotis. q Acacides ite Pyrrhus, Aca- ci ex Achille pronepos. Virg. 3. Aen. Conjugio Acacida Pyr- rhis, sceptriq; potum. q Pyrrhus item Epipotatū rex ab Aca- co trahens originem, Acacides dicitur. Virg 6. Aeneid. Eruct ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenæ, ipsumq; Acacidem, genus armipotentis Athili.

**A**æacidæs, a. um, adjectivum sex syllabarum. Ovid. 7. Metam. Oenopiam Minos petit Aæacide sī regna.

**A**æædæs, dñs, a. um, ab Aæaco Achillis patre. Plaut. in Asinor. Si- quidem hercle Aæacidinis minis, animisq; expletus incedit. Iratus si me tergerit, iratus vapulabit. Non sine proverbio spe- cie dictum fuit, pro atrocibus & superbissimis minis.

**A**æamene, pen. prod. a. um, Regio est Nabathæorum, apud Stephan.

**A**æane, a. um, Macedoniæ oppidum, dictum ab Aæano Helymi filio, qui eò coloniam deduxit.

**A**æaneus, a. um, Nomen gentile, Vide Steph.

**A**æanitis, a. um, Regio Nabathæorum.

**A**æanites, a. um, Gentile.

**A**æantium, a. um, Ptolemæo, Oppidum Troadis, à Rhodiis conditum eodem in loco, in quo sepultus est Ajax, & ubi clas- sis sua habuerat stationem. Vnde & nomen habet. Nam quæ nos Ajacem, Græci a. um vocant. Vide Plin. lib. 5. cap. 30. q Est & nomen promontorii in Magnæcia, ad sinum Pelasgicum: de quo idem Plin. lib. 4. cap. 9.

**A**æas, antis, a. um, Fluvius qui ex Candaviis Macedoniæ mōti- bus ortum dicit, & non procul ab Apollonia Taulantiorum urbe, in mare Ionium illabitus. Lucanus lib. 5: Purus in occa- sum parvi sed gurgitis Aæas, Ionio fluit inde mari. Meminit hujus fluvii etiam Plin. lib. 3. cap. 23.

**A**ebudæ Insulæ quinq; Britannæ, Steph. Vide EBV&A.

**A**eca, a. um, Marsoru civitas: à qua Accani populi, a. um, quo- rum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

**A**ecalum, Oppidum Italiæ, Steph.

**A**edepsus, a. um, Stephano, Oppidum sicut Eubœæ insulæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

**A**eculus, a. um, Nobilis Atheniensis, qui Eretriam Eubœæ ci- vitatem coloniam duxit. Strab. lib. 10: Post res verò Trojanas Aeculus & Cothus ex Athenis profecti, colonias duxerunt: ille quidem Eretriam: Cothus verò Chalcidem.

**A**edès, a. um, Mulier Aegyptia, uxori Hermetæ, & Syriani Philosophi propinquæ, totiusq; castitatis & probitatis exem- plar: cuius vitam latissimè describit Suidas.

**A**edusii, socii Romanorum iuxta Galliam Celticam. Steph.

**A**eetes, vel AEeta, pen. prod. a. um. Rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Perse Oceani filia, & pater Medæz, Abynti, & Calciope: qui quum aureū vellus à Phryxo Athamanis filio in luco Martis suspensus diligissimè afferaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus iusuper liberis spoliatus est. Nam Medea, quum Iasoni in rapiendo velle se adiunctor præbuisset, unā cum illo profugit, siaremq; Absyrtum, quem fugæ comitem assumpserat, ut patrem in sequentem remora- ret, multas in particulas discepserit. Fabula notissima est ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc sit patronymicu AEtias, a. um, quo significatur Medea AEeta filia. Ovid. 7. Metam. Concipit interea validos AEetas ignes.

**A**egæ, a. um, Promontorium est Acalidis, nō procul à Caici flu- minis ostio. Strab. lib. 13.

**A**egææ, a. um, Multorum oppidorum nō mē est: quorum unum est in Macedonia, non procul ab Halyacmone fluvio, in quo receptum erat. Macedonum reges sepelire. De hoc Plin. lib. 4. cap. 10 Alterum in Cilicia, nō procul à Pyramo fluvio, ut tra- didit Plin. lib. 5. cap. 27. Tertium in Aeolide, apud eundem lib. 5. cap. 30. Quartum in Eubœæ, à quo Strabo Mare Aegæum dictum putat. Quintum in Lydia. Sextum in Aetolia, & Septi- mum in Locride commemorantur à Stephano.

**A**egææ, a. um, Nomen duarum urbium, ut scribit Prolego, quarum una in Emathia, alia in Mauritania. Commemoran- tur & à Strabone duo hujus nominis oppida, quorum unum ad Amanum montem, alterum in Agro Laconico colloqat.

**A**egææ, a. um, Insulæ sunt Ioniz adjacentes, quæ cōmemorantur à Plin. lib. 3. cap. 31.

**A**egææon, a. um, Nomen gigantis, quem centum manus, & quinquaginta ventres habuisse fabulantur. Hunc Homer. 1. Iliad. ab hominibus quidem Aegæonem, à diis verò Briarcū vocari tradit. Vide latius in dictione BRIAREVS.

**A**egææum mare, a. um, πιλαις θ., η a. um, Vulgo Ar- chipelago Stephano, & Suidæ. Amplissimum est maius mediter- ranei sinus, à parte Orientali Isthmi Corinthiaci (ut Plinius pla- cet) aut certè à Sunio Atticæ promontorio (ut tradit Prole- mæus) ad ipsum usq; Helleponi extensus, alia-alii in locis à regionibus, quas alluit, nomina fortutus. De ratione nomi- nis varia traduntur à scriptoribus. Nōnulli (in quibus est Sudas) ad

das) ad Aegæum Thesei patrem referunt, quem in hoc mare sese præcipitem dedisse ferunt, quam navim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat nigro cum velo (quod sibi cum nauclero amissi filii signum convenerat) redeuntem videret. Alii ab insula quadam, seu verius scopulo deductum putant, in hoc mari inter Tenedum & Chium sita, quem à capra similitudine, *άγρια*, nauti appellant. In hac sententia est Plinius, sic scribens lib. 4. cap. 11: Aegæo mari nomen dedit seopus int̄ Tenedum & Chium, verius quām insula, Aegæ nomine, à specie capræ (qua ita à Græcis appellatur) repente in medio mari exilientis. Cernunt eum à dextra parte Andrum navigantes, ab Achaia dirum & pestiferum. Idem sentit & Solinus, cuius verba, quod parūm discrepant à Plinianis, super vacuum esse hic adscribere. Strabo autem lib. 8. ab Aegis Ebete oppido, Aegæum appellatum existimat: tametsi idem lib. 13. παρὰ τὸ Αἴγαιον: hoc est, ab Aega Acolidis promontorio dictum velit, quod suo seculo Canam, sive Canas tradit fuisse appellatum. Hæc etyma diversitas facit ut nec de orthographia ratione idem omnes sentiant. Græcorum tamen codicium consensus, in eam me adducit sententiam, ut Aegæum potissimum per æ diphthongum scribendum existimat. ¶ Hoc mari cæteris est periculosis, ob frequentes scopulos. Vnde locus Proverbio apud Aelianum: Aegæum navigat, τὸ Αἴγαιον τλεῖ, ut subaudias κύπετον. Quadrabit in eum, qui in maximis versatibus difficultatibus. In hominem quoq; ob luci Eudium nihil omnino periculi recusantem. ¶ Vtitur & Lukanus in Sectis alio Adagio ab hoc mari traxto, Viminea scaphula Aegæum transmittere, ἵνα πέντε τὸ Αἴγαιον Δέλτας θάλασσαν. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam levī opera conficerent tentant.

Aegaleos, αἴγαλος, Nomē montis apud Strab. lib. 8 sub quo antiqua Pylos Messenia civitas erat.  
Aegemōn, αἴγεμων, Poëta Græci nomen est, qui bellum Leutæcum inter Thebanos & Lacedæmonios gestum, carmine complexus est.  
Aegeria, αἴγερια, Nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & coanubium, & colloquium se habere simulavit super cultu religionum: quod armorum & prædæ studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. Vnde Ovid. in Fast. 3:

Aegeria est quæ præbet aquas, dea grata Camœnisi,  
Illa Numæ conjux, consiliumq; fuit.

Aegestani, αἴγεστανοι, Stephano, Populi sunt Siciliae, quorum urbs Aegesta non procul à Lilybæo promontorio sita est, ab Aegesto Trojano nomen habens. Hi Segestani vocatur à Plinio lib. 3 cap. 8.

Aegests, per duas syllabas, αἴγεστος, filius Pandionis fuit, & rex Athenarum, qui ex Aethra Pitthei Træzeniorum regis filia Theseum suscepit, ex Medea autem ab Iasoni repudiata alterum filium nomine Medum, ut placet Iustino. Hoc jam ad secundum vergente, Minos Cretensem rex Atheniensibus ob Androgei filii necem bellum intulit, vicitusq; durissimas pacis conditions imperavit, ut septem quotannis juvenes Athenienses ex suis in Cretam mitterent, Minotauro monstro obiciendos. Quibus legibus quum triennio paruisserit, evénit ut quarto anno fors inter omnes ex æquo ducta Theseum præderet: qui maximo omnium cum dolore navim cōscendens, à patre in mandatis accepit, ut siqua fatorum benignitate spes remearet, velum navis quod nigrum, præsentiq; fortunæ congruum erat, candido commutaret: idq; eo consilio, ut si quid filio accidisset, veli colore suæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis suæ nuntium morte posset prævenire.

• At Theseus, occiso Minotauro, opeq; Ariadnes è Labyrintho educetus, paternorum monitorum immemor, nigro in patrum velo reveritus est: quod quum eminus è specula intuenteretur Aegeus, filium interisse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athacienses Thesei opera gravissima servitute liberati, divinos honores instituerunt, Deum marinum, & adoptivum Neptuni filium appellantes. Mare quoq; ipsum nonnulli sentiunt ab eo Aegæum esse appellatum.

Aegistē, αἴγιστη, sive αἴγιστη, Vxor fuit Diomedis, quam Venus à viro ejus in bello Trojano vulnerata, tanta adulterio sum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recusat, acceptaq; à Dauno agri portione, urbem considerit in ea parte Italæ, quæ magna Græcia dicitur, quam à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellavit: quæ deinde Argyripa, & postremo Arpi fuit appellata. Vide Servium in illud Aeneid. lib. 11:

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis

Victor Gargani condebat lapygis agris.

Aegistēus, αἴγιστος, filius AEctæ fuit, & frater Medæ, à qua disceptus fuit, ut patri eam persequebiti mora injiceretur. Alio nomine dictus est Absyrtus. Vide supràsq; loco. ¶ Fuit etiā

hoc nomine Phoronei regis Argivorū filius, cui Apis (quæ quidam Phoronei, quidam Iovis filium, ex Niobe Phoronei filia, esse tradunt) postquam Argis regnasset, in Aegyptum transiens, Achaia regnum reliquit.

Aegialia, αἴγιαλη, Insula est adjacens Aetoliæ regioni. Plin. lib. 4. cap. 12.

Aegida, αἴγιδα, Oppidum Istræ. Plin. lib. 3. cap. 19. Quod deinde iustinopolis, hodie Caput Istræ dicitur, à Colchis conditum. Aegides, penult. prod. αἴγιδης, Patronymicum masculinum est, formatum à nomine Aegeus: quo Poëta utitur pro Theseo Aegei filio. Ovid. 3. de Arte: Perfidus Aegides ducentia sua sequutus.

Aegila, αἴγιλα, Insula est in sinu Megarico XXV. M. passuum distans à Phalasarna Cretæ oppido, & à Cythera XV. M. passuum, Plinio teste lib. 3. cap. 12.

Aegilos sinus, αἴγιλας κύλας, Sinus est exiguis inter Messeniacum & Laconicum medium: de quo Plin. lib. 4. cap. 5.

Aegilos [αἴγιλος, Isola di Capri.] Insula est in mari Ligustico, quæ Latinæ Capraria dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 6.

Aegimius, αἴγιμος, Senis ætate proœstissima nomen, quæ Anacreon Poëta (referente Plin. lib. 7. cap. 48.) tradidit ad ducentesimum usq; annum vixisse.

Aegimori, αἴγιμερος, Duæ sunt insulæ in mari Libyco è regione Carthaginis. Autor Plin. lib. 5. cap. 7.

Aegimuros, αἴγιμερος, Insula est in mari Libyco, insidiosæ naufragis. Vide Strab. lib. 6 & 7.

Aeginæ, pen. prod. αἴγινα, fuit Asopi Bœotiae regis filia, & mater Acaci, à qua insula Peloponneso adjacens cōtra Atticam, Aeginæ vocata est, quæ antea Oenone diceretur (ut apud Strabonem, Plinium & Stephanum legitur) aut certè Oenopia, ut placet Ovidio lib. 7. Metam. ubi sic scribit: Oenopiam veteres appellavere, sed ipse Acacus Aeginæ genitificis nomine dixerit. ¶ Ab hujus insulæ nomine ductum proverbium, Primum Aeginæ pueros optimos alit, τὸ μέντον δρίπεις τὸ δέ τος Αἰγαίον εκτείφει. De re quapiam quæ melioribus initius coepit, paulatim ad deterioris delabitur. Vide Eras. in Chiliad.

Aegineta, αἴγινη, Gentile. Vnde Paulus Aegineta medicus clarissimus.

Aegineticus, αἴγινης, ut Aegineticum æs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimæ temperabatur: ut est autor Plin. lib. 34. cap. 2.

Aeginium, αἴγινον, Oppidum Macedoniae, in ea regione, quæ appellatur Pictia. Plin. lib. 4. cap. 10. ¶ Est & Aeginos, Cicuta, apud Dioscor.

Agiochus, αἴγιοχος, Iovis est cognomentum, inde tractu, quod cum Titanibus pugnatus, ægide: hoc est, scuto caprino corio contexto, fuerit armatus. Et sic erit compositum à nomine αἴγιος, & verbo ιχθυς, ut sit Agiochus, quasi ægida tenens. Alii malunt Agiochum dictum esse, τὸ μέντον τὸ αἴγιος ιχθυς: hoc est, à capre alimento, quod lupiter infans caprino lacte in Creta saturatur nutritus.

Aigion, αἴγιον, Suidæ, Oppidum Achæiæ propriæ dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. Aegipanes αἴγιπανες, quos nonnulli Semicapros vocat, Monstra sunt capinos pedes habentia, reliquis partibus humanæ referentia figuram. Plin. lib. 5. cap. 1: Atlantem Africæ monte prodiderunt noctibus micare crebris igaibus, Aegipanum, Satyrorumq; lascivia. Veteres hujusmodi monstra pro semideis, sive pro sylvestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Sylvanosq; Faunos ac Satyros némorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Sylvanos sylvarum.

Aegiræ, pen. prod. αἴγιρα, Oppidum Achæiæ in Peloponneso, de quo Plin. lib. 4. cap. 5.

Aegiroessa, αἴγιρεσσα, Oppidum Acolidis in Asia: cuius meminit Herodot. lib. 1.

Aegisthus, αἴγισθος, Thyestis filius, ex Pelopicia, ejusdem filia; quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendū feris exposuit in sylvis: sed à pastore inventus, ejusq; beneficio nutritus est, & inde αἴγισθος dictus, quod nutritus sit à capris. Hic proœctior ætate Arcum, impellente tamen patre, interfecit, & ejusdem filium Agamemnona in balneis, vel ut alii volunt, in primo egressu, adjuvante uxore Clytemnestra, qua etiam turpissime usus erat, obtrucavit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris morte ulciscente, è medio est sublatus. Ovid. de Remed. amor. lib. 1: Quæritur Aegisthus quare sic factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat.

Aegistus, Beli Prisci filius. Vide AEgyptVS.

Aegium, αἴγιον, Oppidum Achæiæ, quæ est in Peloponneso, quo in loco lovem a capra nutritum ferunt: unde oppido nomen. αἴγια enim capram dicunt.

Aegle, αἴγλη, Vna Hesperidum fuit: hoc est, una filiarū Hesperi, Italæ regis, quæ unâ cum Arethusa, & Hesperethusa, sororibus, amoenissimos in Mauritania hortos habuit juxta Lixum Romanorum coloniam, iussu Claudi Cesaris cō deductam: in quibus

in quibus (ut est in fabulis) aurea mala nascetur, quæ à per-vigili dracone asservabatur, quæ postea abstulit Hercules, dra-cone interempto. Vide infra in dictione Hesperides. q Fuit & nymphæ hoc nomine, una Najadum, Solis (ut volunt) ex Ne-crea filia. Virg. in Sileno: timidisque supervenit Aegle, Aegle Najadum pulcherrima.

Aegles. αγλης, Athletæ Samii nomen, qui quum per omnem ætatem mutus fuisset, in sacro tamen certamine quum in sor-titione fraudem committi videret, nimio loquendi desiderio, lingue vinculum rupit, & distinctè quādiu vixit, loquutus est: quod & Cresi filio contigisse legimus. Vide Gell. lib. 5. cap. 9, & Valer. Max. lib. 1. cap. 8.

Aegon. Nomen pastoris apud Virgilium in Palamedone, & Theo-crit. q Mons præterea Quirinalis, qui antequam in eum Sabini comigrarent, Aegon appellatus est: portaq; ipsa Aegonen-sis dicta est, quæ alio nomine Quirinalis dicitur. Autor Festus. Aegophagos. αιγοφαγος, Iuno apud Spartanos dicta, quodd illi capris præcipue iacuificabant. Cælius Antiq. lect. lib. 26.

Aegos Potamus seu flumen, αιγος ποταμος, Thraciæ fluvius, ad cujus ostia classis Atheniensis, à Lyandro capta fuit. Plin. lib. 2. c. 60: Idq; factū interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Stephanus ad Hellepōtūm collocat oppidū nomine αιγος ποταμος, quod nos Capre flumen interpretari possumus: à quo deducitur gentile Aegopatamites, vel Aegopatamita, αιγοπαταμιτης. Aegosthenia, αιγοσθενια, Civitas est Locridis, quam recenset Ptolemæus in descriptione Achaiæ. Hujus incolæ à Plinio, lib. 4. cap. 7. vocantur Aegosthenenses, Megarensium iurisdi-ctioni attributi.

Aegyla. Vide supra AE G I L A.

Aegypsius, αιγυψιος, Urbs ad ripam Istri fluvii sita, nomen ha-bens ab Aegypto Caspio conditore. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 7: Srat vetus urbs, &c. Caspius Aegypsius, &c.

Aegyptini, pen. prod. Dicuntur Aethiopes: quia Aegyptiis sunt hincim. Autor Festus.

Aegyptiæ, αιγυψιαι. Ciceronis libertus fuit, cuius identidem me-mori Cic. in Epist. ad Tyronem. Tres autem præcipui nume-rantur Ciceronis liberti, Tyro, Aegyptia, & Laurca, cuius extat epigramma de aquis Ciceronianis apud Plin. lib. 31.

Aegyptus. [αιγυψιος]. Ger Das Aegypten. ] Regio ab Aphri-ca (ut Plinius inquit) Canopico distinguitur ostio: ab Asia vero Pelusiaco, quam ob rem quidam inter insulas Aegyptiū computavere. Qui tamen Asiam dimensi sunt, inter Asia regiones Aegyptum quoq; diu numeraverunt. Est Aphriæ pro-xima: ab Aegypto Danai fratre sic appellata, prius Aëlia dicta. Hæc (teste codem Plin. lib. 5.) ab Oriente Rubro mari, Af-syriæq; conjungitur, ab Occidente Cyrenen & Aphriæ residuum habet, à Meridie usq; in Aethiopiam protenditur, à Septen-trione habet mare Aegyptium. Ejus insignes urbes sunt, The-bæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hac (ut Plato inquit) nūquam visum est pluere, sed Nili inundatione fo-cundatur. Ejus figura triquetra est, quam efficit Nilus, ita se dividens, ut à literam facere videatur. Tempore Amasis regis urbus habuit 20000. Natio fuit superstitionissima, adeò, ut nō solùm bruta animalia, ut canem, bovem & similia, verùm etiam res inanimatas: ut allium, & cæpas inter deos colloca-nt. q Dicitur parcas terrarum, ut inquit Crinitus: nam Aegyptii omnium populorum vetustissimi, disciplinarumq; compulrionum inventores, rerumq; divinarum, & siderum peritis-simi dicuntur: primiq; animam esse immortalem dixeré, & de corpore in corpus vagari, ut autor est Diodorus. In hanc Da-dalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, compluresq; alii eruditio-nis causa profecti, dogmata in suam quisq; patriam retulere.

Aegyptiacus. pen. cor. adjективum. Plin. lib. 6. cap. 28: Ad mare nostrum, littusq; Aegyptiacum.

Aegyptius, adjective, αιγυψιος. Syl. Ital. lib. 13: Aegyptia tellus. Cic. in Pison. Nomen ad dignitatem imperii regi Aegy-ptio vendidit. q Admirabiles adeò fuere in necctendis machi-nis Aegyptii, ut hinc tractum fuerit proverbium: Necunt stu-pendas machinas Aegyptii, Δειποι τεκται τε μηχανæ αιγυψιοι. De versutis. &c, ut ait Plautus, consutis dolis dictatum. Tor-queri potest & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogis-morum inexplicabiles labyrinthos. Aut in Sycophatas & de-latores, qui vera falsis permiscendo, necunt calumnias.

Aegyptii præterea quod gestandis oneribus quæstum nō fa-tis honestum factitare conluerint, unde & αιγυψιαι dicti, in jocum proverbialem abierunt, hoc Adagio: Quos non tolle-rent centum Aegyptii, οις εκ αεγυπτιων οις διηρει αιγυψιοι. De molestis dici solitum ac moribus intolerandis seu fastu præ-turgidis. Refertur Adagium ab Euclero, à Suida, & ab Aristophane in Raibis. q Huic affine est, Aegyptius laterifer, αιγυ-ψιος των αεροφορων. Aristophanes in Avibus, quadrate videtur in sordidum atq; infirmæ fortis hominem. Aut in eum qui mo-lestis negotiis premitur.

Aegyptius, mascul. gen. αιγυψιος, Beli Prisci filius fuit, & frater Danai: qui quum quinquaginta haberet filios, totidem eos fratri sui filiabus matrimonio conjunxit: quæ à patre Danao instructæ, prima è nuptiis nocte suæ quæq; maritum interce-reunt, præter unu Hypermnestra, quæ Lynceo marito viro suo pepercit: qui postea, pulso Danao, Argivorum regnum inva-sit. Vide Adagii figura, Aegypti nuptiæ, αιγυψιας γαμος, inau-spicatae & infelices dicebantur. Torqueri poterit in simula-tam amicitiæ, aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum revera queratur pernicies ei cui datur. Vide infra in di-citione B E L I D E S.

Aegys, αιγυς, Oppidum est Laconicæ regionis, apud Steph. Aelianæ, live, ut alii malunt, Læana, αιγανα, η λαιανα, Oppidum est Arabiæ scilicet, juxta sinum, qui ab eo Aelaniticus dicitur, sive Læanicus, λαιανικός ο πολεμος Ptolemæo. Plin. lib. 6. cap. 28. Sinus intimus, in quo Læanicæ, qui nōmē ei dedré. Regiæ eorū Agra, & in sinu Læana, vcl, ut alii, Aclana. Nam & ipsius sinum nostri Aelaniticum scripsere, alii Elanaticum, Artemi-dorus Alaniticum, Iuba Læanicum.

Aeliæ, αιλια, Urbs est Palæstinæ, quæ prius Hierosolyma: ita dicta ab Aelio Adriano. Steph.

Aelianus, αιλιανος, Sophista fuit Prænestinus, tanta lingue Atticae puritate, ut μελιγλωσσος, & μελιφθωσος cognominaretur. Scriptis Historiam de Animalibus: de varia historia: dere militari, quæ omnia ad nos pervenerunt. Clariuit sub Adriano principe. Suid.

Aelius, αιλιος, Nomē proprium, quo plurimi ex Romanis vi-ri illustres fuerunt appellati: ut, Aelius Gallus, vir equestris or-dinis, qui solus Romanorū Arabiam hostiliter est ingressus, ut testatur Plin. lib. 6. cap. 29, & Strabo lib. 2. q Aelius, prie-omine Publius, qui eo anno Romæ Consulatum gerebat cum Cn. Cornelio, quo Annibal in Africa vicitus fuit, teste Plin. lib. & cap. 18. q Aelius Stilo, nobilis scriptor, cuius meminit Plin. lib. 9 cap. 25. q Item Aelius Adrianus, & Aelius verus, Roma-norum imperatores, quorum vitam vide apud Eutropium. Aello, αιλος, Trium syllabarum, una est Harpyiarum sic dicta, quasi αιλος αιλος: hoc est, alienum tollens. Ovid. 13. Metam.. Sto-phaduq; receptos Portibus infidis exterruit ales Aello. q Est etiam nomen unius ex canibus Aethæonis, Apud Ovid. 3. Me-tamor. dictum (ut videtur) Δειποι τεκται τε μηχανæ αιλος: hoc est, à procella, quæ cursus celeritate referebat.

Aemathia, Vide E M A T H I A.

Aemiliæ, Regio Italæ, quæ & Flaminia, & Romandiola etiæ dicitur. In qua sunt urbes, Ariminum, Cesena, Salsina, Faven-tia, Ravenna, Forum Livii, Bononia Ferraria, Imola.

Aemiliæ, αιμιλια, Vxor fuit majoris Africani: de qua vide Suid.

Aemiliæ gens, Familia fuit Romæ in primis illustris: ex qua fuit Paulus ille Aemilius, qui in cōsulatu suo Persen Macedo-num Regem bello vicit, captumq; in triumpho duxit. q Item Q. Aemilius Lepidus, quem Plin. lib. 7. cap. 53 refert, quoniam cubiculo egredi pararet, nihil male sentiens, offendit ad limē poli-ce, repente obiisse. q Item Aemilius Scaurus, homo factio-sus, & subdolus: de quo mira Salust. in Iugurtha. Sunt qui Aemilius scribere malint per y, in antepenultima, nominis e-jus initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philosophi filium, qui ob singularem morum comitatem, sermonisq; le-porem, quem Græci αιμιλιανος dicunt, Aemylös est cognomi-natus. Animadvertisimus tamen à Græcis ipsis, & præcipue in Onomasticis, in quibus literarum series dictiōnum initia non faciliter finit corrumphi, αιμιλιος, αιμιλια, & αιμιλιανος scribi per quartam Græcorum vocalem, non per sextam. Præterea Mo-schopoli in lib. ιεραι χρισται hæc sunt verba: Αιμιλιος, Αιμιλιανος, Αιμιλιανη, Virgo Vestalis fuit ex nobilissima Aemilio-rum familia: de qua sic scribit Valer. lib. 1. cap. 1: Aemiliæ vir-ginis disciplinæ, extincto igne, tutam ab omni reprehensione numen Vestæ præstabilit: qua odorante, quum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset. Subito ignis emicuit.

Aemilianus, αιμιλιανος, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Aemilius filius, cùm ex Aemilia gente in Scipionum familiæ esset adoptatus. Adoptionis enim indicatæ cau-sa nomen naturalis familiæ una aut altera litera producebatur. Postea & alii plerique ejusdem familie viri clarissimi & triumphales, codem cognomine dicti fuerunt. Juvenal. Sat. 8: -piatosq; ostendere vultus Majorum, & stantes in curribus Aemilianos.

Aeminium, αιμινιος Ptolemæo, Oppidum Lusitanæ medi-terraneum.

Aeminius. αιμινιος. Fluvius Hispaniae à Minio Tarraconensis tractus fluvio distans C.C.M. pass, ut ex Varronis sententia tra-dit Plin. lib. 4. cap. 22.

Aemochares, αιμοχαρης, cognomen Martis fuit, quasi sanguine gaudens: αιμος Latinæ sanguis dicitur. Hæmochares potius scribendum.

Aemoniæ,

**Aēmoniā.** pen. cor. *ægrius* Stephano, Regio (quæ postea dicitur est Theſſalia) ab Aēmo mōte, cui propinquæ est, vel ab Aēmoꝝ Deucalionis filio: prius Pyrrhæa dicta, à Pyrrhæa Deucalionis uxore. Quidam cum aspiratione scribunt Hēmonia, *ægrius*: quo paſto etiam apud Suidam legitur.

**Aēmōn, onis, gentile, *ægrius*** Stephano: & ſemineum Aēmonis, id, *ægrius*. Et poſſetivū Aēmonius, a. um. Ovid in Epit. Laodamiae ad Proteſilaum, Aēmonis Aēmonio Laodamia viro. q̄ Aēmonia item Oppidum eſt Norici, apud Plin. lib. 3. cap. 24. **Aēmūs, *ægrius*** Stephano, Mons Thraciæ: ſic dictus ab Aēmo Boreæ & Oiythiꝝ filio. In hoc monte Martis domicilium collocaverunt Poëtæ: Sunt qui per aspirationem ſcribūt Hēmus; *ægrius*: quo paſto & apud Suidam legitur.

**Aēmyliā.** Vide **AEMILIA**.

**Aēnaria, *æneia*,** Insula eſt in ſinu Puteolano, de qua ſic ſcribit Plinius lib. 3. cap. 6: Aēnaria à statione navium Aeneæ, Homero Inarime dicta, Græci Pithæcusa, non à ſimiarum multitudine (ut aliqui exiftimavere) ſed à figlinis doliariorū. Hodie ſchæa dicitur, à figura oppidi quod in monte coenadicis figuram.

**Aēnarius, *æneia*,** Locus in Achaia Peloponēſi regione, juxta Olenuin oppidum, in quo Achæi, de rebus communibus consultaturi, conuentum agebant. Autor Strabo lib. 8.

**Aenea, *æneia*,** Vrbis in Thraciæ, ab Aenea, ut Stephano placet, condita: quam nos eandem eſſe credimus cum ea, quam Plinius Aēnō vocat. Hujus meminit Livius lib. 4: Proficisciuntur (*inquit*) à Thessalonica Aeneam ad ſtatutum ſacrificium. Item Theophrastus de plantis: Circa Aeneam ficus arbor ſacra-biæ non ſentit. q̄ Hinc fit geatile Aeneates, *æneatus* Stephano, & Aeneaticus, *æneatus*, denominativum. Hoc etiam no-ni ne olim dictum fuit oppidulū, urbi Romæ immīnens, quod & Ianiculum dicitur, conditum à Romulo Aeneæ filio, ut tradi. Dionyſius. Ianiculum verò dictū Festus ait: quia per ipsum populus Romanus tranſire cooperat in agrum Hetruscum. Nam & Ianus ab eundo dictus eſt, quād Eanus, ut Cicero de Nat. deor. ait.

**Aēnēas, *æneas*,** penul prod. Veneris & Anchisæ filius, Virgilii carmine notissimus. Dictus Aeneas, ut quidam putat, ab *ænia*, quod eſt laudo: nā Laus à Græcis *ægrius* dicitur. Ab Aenea diſtant Aeneadæ, *æneatus*, Trojani. De hujus genealogia vide Ovid. lib. 4. Faſtorum ibi: Dardanion Electra, &c.

**Aeneſidermus, *æneidemus*, *ægrius*,** Iuſtis Argivorū Imperator fuit, qui quā Argis à Philocle obſideretur, nec urbem tueri poſſet, impetrata militibus abcundiſtate, ipſe honeſtè in præſidio ſibi credito occumbere maluit, quām cū dedecore in patrīam reverti. Vide Liv. lib. 32. ab Vrb. cond.

**Aeni Insula, *ævia* *ægrius*.** Eſt insula in ſinu Arabico, Ptolem.

**Aeniā, *ævia*** Stephano, Oppidum eſt Perihæborum non procul ab Acheloo ſluvio: cuius meminit Strabo lib. 8.

**Aenīens, gentile, quo utitur Plin. lib. 4. cap. 9 & Aenian, anis, *æneans*** Straboni, ſicut Acarnan, anis.

**Aenīanīcūs, denominativum:** ut Aenianicus ſinus, *æneaving* *ægrius*.

**Aeniochi.** Vide **HENIOCHI**.

**Aenobarbus, dictus eſt Domitius:** [Ger. Der Kaiser Domitius von ſeinem roten oder kupferfarbenen bart.] Iuoniam Caſtor & Polux quum victoriā illi nuntiarent, ipſeq; minimè crederet narratibus, malas, barbāq; manibus permulſerūt, & eam ex fuſcia in flavā converterunt: unde à barba rutila, *æneiq;* coloris Aenobarbus dictus: quod poſteā Domitiorū cognomē fuit. **Aenos, *ægrius*** Stephano, Oppidum Thraciæ liberum, cum Polydori tumulo. Plin. lib. 4. cap. 11. Straboni Poltiobria dicitur. Oppidum hoc Virgil. credi vult ab Aenea conditum fuſſe, & ab eo nomen accepiffe, quum ait lib. 3. Aen.. feror huc, & litore curvo Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis, Aenadasq; meo nomen de nomine fingo. Serv.

**Aenīs, *ægrius*,** Germaniꝝ ſluvius eſt, Vindelicos à Noricis diuidens. Ptolemæus.

**Aeoliā, *æolia*** Stephano, Insula eſt Siciliæ adjacens, una earū, quæ à Græciæ Hephaſtiades, à Latinis Vulcaniæ appellatur, & Acolizæ. Putatur eadem eſſe, quæ alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Acolus quānus Vulcaniæ omnibz impe-riat, præcipue domicilium habuisse fertur. Plin. lib. 2. cap. 106: Acolia insula juxta Italiam cum ipso mari arſit per aliquot dies ſociali bello, donec legatio Senatus piauit. Meminit hujus & Hom. lib. 10. Odyſſ. Aioliuꝝ διενῆσον αφικθησα. Et hunc imita-tus Virgil. lib. 1: Ventorum in patriam, loca foeta furentibus Austris, Acoliam venit. q̄ A' quibusdam etiam Acolia dicitur, regio minoris Aſiæ, Hellesponto, & Propontidi adjacens, quæ olim Myſia dicebatur. Verū hanc cū Plinio, Strabone, Melæ, ceterisq; Geographis melius Acolidē appellaveris. Vide paulo pōſt in diſtione AEOLIS. q̄ AEOLIAE INSULAE, quæ & Vulcaniæ, *æpugnād̄s*. Insulæ ſunt numero ſeptem, non procul à Peloro Siciliæ promotorio diſt̄, de quibus ſic ſcri-

bit. Plin. lib. 3. cap. 8: Citra verò Siciliam ex adverſo Metauri amnis XII. millibus fermè paſſuum ab Italia, ſeptem Acolizæ appellatae. Eadem Liparæ, & Hephaſtiades à Græciæ, à noſtris Vulcaniæ. q̄ Dictæ Acolizæ, quod Acolus Iliacis tem-poribus ibi regnabat. Harum iſularum nomina ſunt, Lipara, Hieræ, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, & Evonymus. Plin. eod. lib. cap. 5.

**Aeolēs, pen. corr. *æolæ*,** Populi fuerūt Græci: ita dicti ab Acolo Hellenis filio. Hi relata patria, in Aſiā trajecterūt, ſedibusq; in Myſia minore fixis, Acolidem à ſeſe vocaverunt. Antea Pe-lasgi dicebantur, teste Herodoto lib. 7.

**Aeolīcūs, a, um, *æolus*:** ut Lingua Acolica, una ex quinque Græcorum dialectis.

**Aeolīdēs, *æolidēs*,** dictus eſt Vlyſſes ab avo Acolo, qui filium habuit Sifypum ex quo & Anticlea antè Laertæ nuptias natūs eſt Vlyſſes. Virg. lib. 6.: comes additū unā Hortator ſceleurum Acolides. Hoc etiam nomine vocat Virg. Miſenum Aeneæ tubicinem. Miſenum, *inquit*, Acoliden, quod non præſtan-tior alter Aere ciēre viros.

**Aeolīlūs, *æolilūs*, Ger. Ein Landschaft des minderen Aſie.** Regio eſt in minore Aſie, Leſto promontorio à Troade: Hēmo autem fluvi ab Ionia diviſa: ita dicta ab Aeolibus Græce po-pulis qui duodecim in ea urbes adſiſcarunt, teste Herodoto lib. 1. Antea Myſia dicebatur, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

**Aeolīlūs, pen. corr. *æolilūs*, Ger. Ein Sohn Dovis/ſt ſur ein Gott der Wzden gehalten werden.** Iovis filius ex Acesta live Sergeſta, filia Hippotæ Trojani: à quo Hippotades dicitur. Ovid. 11. Metam. Qid ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Contineat vētos. Hic in hospites benignus fuſſe, & Acolias à ſe nominatas iſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur, & in hiſt Strongylen, ex cujus fumo, quinam flatus futuri eſſent, in triduum prædicet. Vnde ventorū rex putatus eſt. q̄ Acolus Hellenis filius, à quo ventorum rationem primò inventā tra-dit Plin. lib. 7. cap. 56.

**Aēōs *ægrius*,** Typhonis fuit filius, quem quidam ſcribunt Paphon Cyprī civitatem condidisse: quum tamē ſint, qui Paphi Py-gmalionis filiopus eſſe ſcribant.

**Aēpea, *æpea*** Stephano, Agri Laconici oppidum, non procul à Pharis. Strab. lib. 8: Aēpea hoc tempore Thuria dicitur, quam Pharis conterminam commemoravimus: ſita verò eſt in ex-celso colle: unde *æpea* id eſt celsa, nomen ſortita eſt.

**Aepōlūs, pen. corr. *æpōlūs*,** Paſtoris nomen apud Theocritū, per synopen dictum (ut quidam putant) pro *æpōnīlūs*, dicitur *æpōlūs* n̄ *polūs* & *æpōnīlūs* quasi i ſēi m̄ *æpōlūs* *æpōnīlūs*: *æpōlūs*. Latine Caprarium vertere poſſumus. Nam illi *æpōlūs* dicunt, quād nos Caprarium gregem.

**Aepulo,** Iſtia rex fuit, teſte Livio, qui à Romanis rictus, ferre ſe maluit occidere, quād vivus in Romanorum potestatem venire.

**Aepy, *æpy*,** Vrbis fuit ſub ditione Nestoris, quam *æxilis*: hoc eſt, benē munitam dixit Homeruſ lib. Iliad. 2: Et in montibus ſitam eſſe dicit Stat. lib. 4. Theb. quum inquit: Quos Thyrōn & ſummis ingeſtum montibus Aepy. Vnde & nomen accepiffe videtur, quod edito in loco ſitum eſſet. Nam *æpy*, idem eſt quod altus, ſive excelsus. Meminit urbis hujus. & Strabo lib. 8.

**Aēquī.** Populi fuerūt Italicæ, Latinis & Volſci finitimi, à Quinto Cincinnato Dictatore ad interneſionem deleti.

**Aequiculānī,** Italæ populi, Sabinis ad Orientem proximi: quorum oppida ſunt Cliternum, & Calceoli. Horū meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Idem à Virg. 7. Aeneid. Aequicola vocantur. Horrida (*inquit*) præcipue cui gens, affueratq; multo Venatu nemorū, duris Aequicola glebis. Eosdem & Aequicolos dictos invenimus. Ovid. 3. Faſt. Quintum Laurentes, bis quinum Aequiculus aecet.

**Aequimelium,** Locus Romæ, ubi domus Melii ſolo ſequata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionem in ſufpicionem affectatæ dominationis venit: & quum ad populi fidem fugeret, à Setylio Hala magistro equitum comprehensus & occi-fus eſt, domusq; ejus diruta, & area Aequimeliū diſta. Ex Ti-to Liv. 1. decad. lib. 4. Cic. pro Domo ſua: Melii regnum appetentis domus eſt complanata. Et quid aliud equum accediffe Melio Populus Rom. indicavit? Nomine ipſo Aequimelli ſtitu-tiæ poena comprobata eſt.

**Aēræ, *ægrius*,** Oppidum eſt Macedonizæ, cuius incolæ Aēræ, *ægrius*, dicuntur. Alterum ad Hellespontum: à quo gentile Aērates, *ægrius*. Tertium in Ionia. Vide Stephanum de Vrb.

**Aērīa, *ægriæ*,** Olim diſta eſt Aegyptus, teſte Stephano. Aēria, Narbonensis Gallæ oppidum, apud Plin. lib. 3. cap. 4. q̄ Item iſula in maris Aegeo, non procul à Neſſi fluminis oſtio, quæ alio nomine Thassus dicitur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. q̄ Hoc etiam nomine diſta eſt iſula, quæ noſtore nomine Creta ap-pellatur, ut idem Plin. teſtatur loco jam citato.

**Aērōpē,** per quatuor syllabas, & pen. corr. *ægēm*. Vxor Atrei, ex qua Tyetes duos ſuſcepit filios, quos poſteā Atreus fratri comedendos

comedendos posuit. Quorum scelerum turpitudine pollueretur, Solem aversum fabulantur Poëtæ. Ovid. i. Trist. Si non Aerogen frater sceleratus amasset, Aversos Solis non legeremus equos.

**Aes.**, *αἰεῖς*, Thraciæ oppidum est Pallenz proximum, cuius incolæ dicuntur Aesæ, *αἰεῖς*. Ex Stephano.

**Aesicūs**, *αἴσικος*, Priami filius ex Alyxothoë nymphæ, qui quum Hesperies amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, evenit ut serpens à puella calcatus, pedem ejus morðicus apprehenderet: quo ex vulnere quum illa interiisset, Aescus doloris impatientia se se in mare precipitavit. Quæ Thetys miserata (ut lib. 11. Metam. fabulatur Ovidius) in mergum avem convertit.

**Aesarūs**, *αἴσαρος*, Fluvius est in magna Græcia, juxta Crotone oppidum: de quo Strabo lib. 7.

**Aeschinēs**, *αἰσχίνης*, pen. prod. [*αἴχινης*. Ger. Ein Redner zu Athen.] Atheniensis orator, Demosthenis æmulus: cùbū orationes tres existant, & aliquot epistolæ. Præter hunc alii septem hoc nomine claruerunt, teste Diogene Laërtio. Primus, philosophus, Socratis discipulus. Secundus, qui artem oratoriam scripsit. Teritus, hic orator. Quartus, Arcadia profectus. Quintus, Mitylenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus, Neapolitanus, philosophus Academicus, Melæthii Rhodii discipulus. Septimus, Nilesius scriptor. Octavus, statuarius:

**Aeschylītis**, *αἰχυλίτης*, pen. corr. Poëta tragicus Atheniensis. Hor. lib. 2. Epist. Idem in Arte poëtica: Post hunc personæ, pallæ, reperto honesta Aeschylus, & modicis instravit pulpitæ tignis: Et docuit, magnūq; loqui, nitiq; cothurno. Valer. Max. li. 9. cap. 12. cum appellat originem & principiū fortioris tragediarum. Hic Athenensis exceedens in Siciliam venit. Quumq; monitus esset, in fatis esse, ut ex istu supernè proveniente mori eū oportere: testū vitans sub dio manebat aperto capite. Itaque mænibus urbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco recessit: super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atq; lapidi eam illisit, ut fractæ testudinis vesceretur: eoq; istu extiunctus est anno ætatis L V I I I . Ex Valer. & Volater. Vide Plin. lib. 10. cap. 3. Quint. lib. 10. cap. 1. & Cic. 2. Tusc.

**Aeschylūs**, Gnidius, iheret, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere usus est. Cic. in Bruto.

**Aeschylūs**, pen. corr. adject. *αἰχυλίθης*. Propert. lib. 2. Eleg. ult. Decline & Aeschyleo componere verba cothurno.

**Aeschrion**, *αἰσχρίων*, Mitylenæus versificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis. Aristotelis familiaris, maxi meq; ei dilectus, ut tradit Nicâder Alexâdrinus in lib. de discipulis Aristotelis. Fuit & alter, hoc nomine Galen præceptor.

**Aesculaniūs**, Deus, & Argentinus, dicti sunt dii æris, & argenti: id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Bud. lib. 5. de Aſſe.

**Aesculapius**, *αἰσκουλπεῖος*. Ger. Ein Sohn Apollinis ein außbündiger Scherz und erleichter der Argus. Nomen est Apollinis filii, qui medicinam artē, vel laude, vel opere ampliavit, ob eamq; rem in deorum numerum receptus fertur. Cuius duo filii, Podalirius & Machaon, bello Trojano Agamemonem sequuti, non mediocrem operam commilitonibus attulere.

**Aesepūs**, pen. prod. *αἴσηπος*, Fluvius est in Minore Mysia, ex Ida monte profluens: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. ult. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolonis filii Laomedontis, & frater Pedasi, quos ille ex Abarbarea nymphe suscepit, ut resert Homerius in principio lib. 6. Iliad.

**Aeserniā**, *αἰσερνία*, Ptolem. Samnitū urbs in Italia. Strabo. lib. 5: Aesernia, & Allife, Samnitica sunt oppida: alterū bello Marisco deletum: alterum superstes adhuc. Hinc Aesernini, *αἰσερνῖνοι*, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. Quanquam ibi Esernini legatur sine diphthongo.

**Aefis**, *αἴεις*. Umbria fluvius est, inter Anconem & Senogalliam, in mare Adriaticum influens, qui olim Italianam à Gallia dividebat. Fluvii hujus meminuit Ptolemæus in descriptione Italiz. Plinius lib. 3. cap. 14. Strabo lib. 5. Hoc quoque nomine à Ptolemæo appellatur ejusdem regionis oppidum, quod à Strabone Aefium vocatur. Nomen utrumque ab Aefi fluvio ductum videtur, à quo oppidum hoc non longe est distitum. Hinc Aefinates, *αἴειναται*, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

**Aefilum**, *αἴειλος*. Aſſe. Urbs Vmbrorum, Ptolemæo. Aſſe hodie dicta.

**Aefon**, *αἴενος*. Crethei filius, frater Pelæ regis Thessaliz, & pater Iasonis, qui ab eo vocatur Aesonides.

**Aefopūs**, *αἴειπος*. Ger. Der Babesdichter. Philosophus, Phryx genere, conditione servus Xanthi, liber factus ab Idomene cæco, tempore Crœsi Lydori regis, cui fabulas suas dicebat. Quas antiquitus etiæ Vulgus idiotarū tenebat. Has qui nō legiſſet, nihil scire videbatur. Unde locus proverbio apud Aſſophanem & Suidam: Ne Aefopum quidem trivisti, vnde

tos, *αἴεινος*, De vehementer stupidis & imperitis, q; Fertur hunc nihil commeritum interemptum fuſſe à Delphis: qui oborta pestilentia gravissimas pœnas dedere. Vnde ortum Adagium: Aefopicus sanguis, *αἴειπος αἷμα*. Dici solitum, quum quis præter meritum acerba patitur: aut ubi propter læſam innocentiam, irati Superi pœnam sunt immisuri; aut, ut etiā refert Plutarchus, quoties sero pœna datur. q; Ite alius Aefopus anagnokes Mithridatis crudelissimus. Scriptis de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut author est Suidas. q; Præterea Aefopus, Tragediarum auctor amicitia junctus Ciceroni, cum quo sàpè in Curiam ad videndum prouintiantem Hortenium profectus est, teste Valerio. Hic ad tantas opes ex histrioſica pervenit, ut sexcentis H. S. ei patina steterit: filium reliquerit adeò divitem, simul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis apponeret, ut scribit Plin. lib. 10. cap. 51.

**Aefopūs**, vel Aefopeus, *αἴειπος*. Macrob. lib. 1. Comment. in Somnium Scipionis 15. cap. 2: Aefopiz fabulæ elegantia fictionis illustres.

**Aestræum**, *αἴειρος*, Oppidum Macedoniae, & Aestræi populi, sunt ejus urbis incolæ, teste Ptolemæo.

**Aesymna**, *αἴσυμνα*, Stephano, Urbs Thraciæ, patria Castianire, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Trojano ab Ajace fuit interfactus. Author Homer. 8. Iliad.

**Aesymniūs**, *αἴσυμνος*, Vir fuit Megarensis, qui regum tyranidem exosus, consuluit Apollinem, quo potissimum modo Megarenses felicissimè Rempublicam possent administrare: quumq; responsum esset: Si cum pluribus consultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui vivorum numerum longè exuperant, tumulum Heroibus congerit, qui ab ipso Aesymnius dictus est, Curiamq; extruxit, quæ ambitu suo tumulum includeret, arbitratus ita futurum, ut ipsi etiam mortui ipsorum consultationibus interessent.

**Aesymniūs**, *αἴσυμνος*, ab Homero inter principes Græcorum memoratur, qui ab Hectore sunt interficti, Iliad. 12.

**Aesyrmas**, Urbs Thraciæ, teste Homer. Iliad. lib. 8.

**Aeta**, Vide, AE T A.

**Aethæā**, *αἴθαια*, Regionis Laonicæ oppidum, apud Steph.

**Aethalia**, *αἴθαια* Straboni, *αἴθαια* Stephano, *αἴθαια*. Insula est in mari Tyrrenico, distans à continentis stadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quod ferri fodinas habet, quæ à fossoribus exhaustæ, certo tempore succrescant. Author Strabo libro 5. Alio nomine Ilua vocatur, teste Plinio libro 5. capite 6. Quo nomine & à Virgilio appellatur Aenclido libro 10: - ait Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

**Aethalides**, *αἴθαιλιδης*, Mercurii filius creditur, qui à patre impetravit, ut & vivus, & vita defunctus, omnium quæ gererentur, haberet memoriam. Hunc se aliquando suisse, Pythagoras gloriari solet, atq; inde sibi omnium eorum quæ gesserat, quæ Hermotimus esset, aut Euphorbus, memoriam mansisse.

**Aetherii**, *αἴθαιοι*. Ger. Die Moren. Populi subter Aegypti, qui postea ab Aethiope Vulcani filio Aethiopes vocati sunt. Author Plin. lib. 6. cap. 30.

**Aeriches**, *αἴθαιοι* Stephano, Populi Thessaliz, quorum meminit Homerius in Catalogo, & Strabo lib. 9.

**Aethione**, insula maris Oceanii: Macarea anteā appellata, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 51.

**Aethiōpē**, *αἴθαιον*, Insula Asiae adjacens, non procul à Lesbo, quæ olim Macaria appellabatur, teste Plin. lib. 5. cap. ult.

**Aethiōpā**, *αἴθαιον*. Ger. Morenland/ in dem die Leut vor grünen bis der Sonnen gang schwär werden. Vng. Szerefin ország. Ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit: dicta, ut ait Plin. lib. 6. ca. 36. vel à Greco αἴθη, cremo, & ἄψ, aspectus, facies: nā Solis vicinata eis regionis incolae torrentur: est enim ibi jugis æstus. Quicq; ejus fertile est, sub meridianō cardine est. Circa verò Occiduum, montosa est, arenosa in medio. Ad Orientale plagā, deserta. Cuius latus ab Occiduo, Atlantē montē: ad Orientem, usq; in Aegypti fines porrigitur: à Meridie Oceano: à Septentrione, Nilo flumine clauditur. Plurimas habet gentes, diverso vultu & mostroso specie horribiles. Ferarum quoq; & serpentum referta est multitudine. In ea enim rhinoceros, chameleon, pardus, basiliscus, dracones ingentes. q; Straboni lib. 1. Homerum sequito duplex est Aethiopia. Altera ad plагam Africæ Orientalem, primū ab iis cognitam, qui ex Arabia solverunt: Altera ad Occidentē, cuius notitiam primi habuerunt, qui Gadis egressi Occiduum litus lustraverunt.

**Aethiōps**, *αἴθαιψ*. Vn. Szerefin. Vulcani filius fuit, qui Aethiopia à se denominavit, ut placet Plin. lib. 6. c. 30. q; Aethiopæ quoq; dicuntur, qui Aethiopæ incolunt, & mulieres Aethiopæ, αἴθαιδες. q; Sunt qui Aethiopæ dictos putent, à Chus filio Cham. Nam Chus Hebreis, Aethiopæ sonat. Hi olim ad Indum fluviū habitatæ creduntur, reliqisq; sedibus suis, juxta Aegyptū cōſedisse inter Nilum & Oceanū supra Heliopolim,

& paulatum

& paulatim etiam ad interiora Africæ penetrasse. **Aethiops** tam atro sunt colore, atq; adeò immutabili, ut proverbia-  
li figura dictum sit: **Aethiops non albescit, si Solus & lux rapiuntur:**  
deus qui nunquam mutaturi sunt ingenium. Quicquid enim  
nativum, id haud facile mutatur. Fertur in hac rem Epigram-  
ma Luciani nomine: **Eis nū pugnare vix illas ducas inimicos, iugis tixans.**  
**O! duāsque duxi pugnūs vixtra regnūs ducās: id est, Abluis Aethiopem**  
frustra: quin desinis artem? Haud unquam efficies nox sit ut  
stra, dies. **& Eandem vix habent, Aethiopem lavas, cū pugna**  
**equis: &c. Aethiopē dealbas, cū pugna lux rapiens.** Hoc item pec-  
uliariter quadrabit, quum res parùm honesta verborū fucus  
adornatur: aut quū laudatur illaudatus, aut docetur indoci-  
lis. Vide **Aesopi** apologū, de mercatore, qui emplo servo Ae-  
thiopi afflida lotura faciem dixeravit. Nam vestem mutare  
potest **Aethiops**, faciem nō potest. Hinc etiā proverbialiter di-  
cimus, **Aethiopē ex vultu judico.** Tū **Aistionē cū tōψεις γεω-**  
**μν. Præfert quisq; aliquo signo cujusmodi sit moribus.**  
**Aethon, [cū]. Ger.** Eins auf den wagenfördern der Sonnen.]  
**Equus Phœbi** dictus est. Fuere autē (ut in fabulis fertur) qua-  
tuor equi Solis: **Phlegon, Pyrons, Eous & Acton**, quibus si-  
gnificantur quatuor dici horæ. Ovid. 2. Met. Interea volucres  
**Pyrons, Eous, & Acton, Solis equi, quartusque Phlegon,**  
binnitibus aetas Flammiferis implient. Latine **Acton** inter-  
pretatur ardēs: **Phlegon, inflammans: Pyrons, ignitus: Eous,**  
lucifer.

**Aethrā**, *αἴθρη*, Filia Pitthei regis, & uxor Aegei, materq; Thesei, Ovid. in epistol. Adrianus ad Theseum: Nec pater est Aegeus, nec tu Pittheidos Aethræ Filius. Vide in Aeg. 30. Alia fuit Aethra Oceani & Tethyos filia, uxor Atlantis, filia Iapeti, qui ex ea XII. filias, & unum filium, Hyantem videlicet, suscepit: sed Hyas in Libya à serpente occisus est: cuius morte quum quinque sorores nimium deflerent, luctu contabuerunt: sed lovius commiseratione interfuderat sunt trāslatæ, Hyadesq; à fratre nomine dictæ. Reliquæ septē, eò quod plures superstites manassent, Plejades sunt appellatae, ut autor est Timæus Græcus scriptor: sed de his infra paulo aliter.

Aethræa, [εἴθραι. Ger Die Insel Rhodis.] Insulae nomen est in mari Carpatio, quæ hodie Rhodos dicitur. Rodas. Autor Plin.lib.5. cap.33.

Aethria, *affinis*. In Aegaeo mari insula est, quæ & Aeria, & Thasos appellata est. Plin.lib 4. cap. 12.

*Aethruria*, Vide **HETVRIA**.

**Aetius**, *αἴτιος*. Insula est in mari Libyco, quæ à quibusdam  
Aegutia dicatur. Plin. lib. 3. cap. 8.  
**Aetiā, orum, cīna.** Vide in APPELLATIVIS.  
**Aetius**, *αἴτιος*. Medicus fuit insignis, ex Antiochia Syriæ urbe,  
discipulus Eunomii, tēpore Constantini Imperatoris, Atheos  
cognominatus, quod dicitur nullum esse Deum, ut alii quidā  
impii philosophi. Scripsit de Re medica libros sedecim, & Epi-  
stolas quasdam Nomen deductum est **λόγῳ Αἰτίῳ**: hoc est, ab  
aqua. Unde per quatuor syllabas proferti debet.

Aetna. [āt̄n. Mongibello. Ger. Ein berg in Sicilien der sehr auf-  
steigt.] Mons Siciliæ perpetuo clarus incendio, eoq; nomine  
à Pœus celebratus. Incendi autem ejus causas explicat Trogus  
abbreviator. Iustin. lib. 4: Sicilia (inquit) terra est cavernosa, &  
fistulosa, quod sit, ut ventorum flatibus patet: unde ignis con-  
cipitur. Intrinsecus sulphur habet & bitumen, quod ubi vetus  
per spiramenta cavernarum incubuit, diu luctatus concipit  
ignem: sic Aetna durat incendium. Motus ergo ventorum, cau-  
sa incendi est. Aetnam & Athonem montes in molestia, tæ-  
duique proverbiis abiisse testatur Lucil. apud Gellium libro  
16. cap. 9.

Aetnæus, a, um, *aītrāj*®, Deaominativum. Virg. 8. Aen.-Cyclopum excisa caninis Antra Aetnæa tonant. Accipitur interdum pro magno, instar Aetnæ mōtis, ut annotavit Cēlius Ant. leſt. lib. 21. cap. 23. In qua significatione Virgilius quoq; usurpare videtur lib. 3. Aen. Cernimus astantes ne quicquā lumine torvo Aetnaeos fratres. q; Et proverbialiter Aethinæus cantharus, *Aītrāj*® *xātījæ*®. De magnis & foedis. Est enim cantharus si-  
ve scarabæus infecti genus foedum, quod ut è stercore nasci-  
tur, ita pascitur. Aristophanes in Pace.

Aetnā, Oppidū in Sicilia, nō procul à Catana. Hieronis opus, quod olim, testē Stephano, Incessum dicebatur. Hinc Aetenses populi, aītrā si, quorum meminit Plinuis libro 3. capite 8.

Aetoliā, [αἰγαλία. El de portato. Ger. Ein Landstrich in Griechenland.] Græcis regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniz, & Locris finitima: dicta ab Aetolo Martis (ut Plinius placet) sive (ut Stephanus mavult) Endymionis filio: quā antea Hyancius nō rite dicere posse.

Aetolus, a, um, sive Aetolius, αἰτωλός, αἴτωλος. Virg. lib. 11. Aen. Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi. Aetholius heros, Diomedes Tydias Aetolae regis filius. Ovid. 14. Metam. q. Aetolus, αἴτωλος, dicti sunt olim ioco proverbiali, qui iuxta morem

**Actolorum petaces essent & improbi. Allusum est ad vocem:**  
**Actoli nanq; dicti videntur, quod omnia petant, παρεργάτης οὐλος**  
**αιτία. Meminit Stephanus. Dicitur & Actolicus. Liv. 4. Decad.**  
**libro 7. Actolicum magis ad Thermopylas bellum, quām re-**  
**gium fuit. Iterum lib. cod. Actolica vestis. Plaut. in Poenali.**  
**Actolicus ager.**

**A**cetolūs, *αἰτωλός*, ut scribit Plin.lib.6.cap.56. Martis fuit filius: Homeri aut enarrator, de Actolo sic tradidit: *Actolus (inquit)* filius Endymionis fuit: qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Actolia dicta est: ibiq; genuit filium Pleuronem, à quo urbs Actolia dicta. Hujus autem alii duo filii fuerūt, Cures, & Calydon:

à quibus rursus alius urbibus nomina data sunt.  
Aētūs, [āētūs. Ger. Det sius Nilus in Aegypten.] Olim appellatus fuit Aegypti fluvius, qui postea Nilus dictus est: ut ex Lycophrone annotavit Cælius Rhod. Antiq. lect. lib. 20. cap. 13. Quod nomen à cursu velocitate illi impositum fuisse appareret, quòd scilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant ἄετον) propemodum æquare videretur. Commemoratur & in Scythia fluvius nomine Aētūs, qui quòd Promethei agrum ube-rit alioqui, crebris exudationibus infestaret, fecit locum fabulæ, ut Promethei continuè renascens jecur, ab aquila exedi diceretur. Ex ejusdem Cælii lib. 7. cap. 20.

Aex. [αἴξ] Ger. Ein kleine Insel vnd gat nahe nur ein blosses Berg im Egeischen Meer / welcher von ferns vle als Geisf angesehen ist ] Insula scopulosa in mari Aegæo inter Tenedum & Chiū, quæ capra speciem procul aspicientibus præbet. Vnde & nomen accepit. Nam οὐται Græci vocant, quam nos capram. Ab hac insula mari Aegæo nomen factum esse tradit Plin. libro 4. ca. 11. quauquam aliis alias ejus nominis affrant rationes. ¶ Est etiā avis Aex apud Aristot. li. 8. c. 3. de Hist. anim. quæ Latius vertitur Capella, sed nomē à voce. Hęc amnes & lacus incolit; satis pulchra est, & cirrhata (ob id quibusdā Stymphalis Plinii) ac in hortis assuevit, herbis quæ noxia animalia, ut erutas, depascitur.

**Aexonia, urbs Magnesia, & Aexona pars tribus Cecropidis.  
Aezica, pars Thracia, Steph.**

**A ante F.**

A fēr, aut potius Apher, <sup>Nōs</sup>. Vide in AFRICA.  
Afranius, Poëta Lacinus fuit, togatārum fabularū scriptor.  
Cujus comediae, alioqui festivas & elegantes, minūs gratae  
erant, & sordidae. Tamen, si sordidae.

fuerunt, quod fœdis puerorum amoribus essent cōspurcatæ. ¶ Etiam dux fuit Pompeianarum partium, vietus à Cæsare in Hispania ad Sicorum amnem. Vide Lucanum lib. 4.

**Afrania**, Licinii Bructonis uxor prompta ad lites contrahens-  
das, mulieris verecundiaq; obliterata, adeò ut pro crimine impro-  
bis fœminarum moribus C. Afraniæ nomen obsecratur. Va-  
ler. Max. lib. 8. cap. 3.

Africā. [A. 5. Ger. Eine auf den drei grossen Theilen des Erdbe-  
dens] Regio est latissima, una ex tribus praecipuis mundi par-  
tibus, ad Orientem Aegypto & Nilo fluvio: ab Occasu Ocea-  
no Atlantico terminata: à Meridie Oceanum Australēm: ad  
Septentrionem mare Libycum spectans. Nomē habet (si Iose-  
pho credimus) ab uno posteriorum Abrahæ, cui nomen erat  
Aferīvel (quod verisimilius est) ab à privativo, & Grēco nomi-  
ne φέρα, quod horrorem significat. Est enim hæc regio frigo-  
ris, horrorisq; expers, ut quæ maiore sui parte inter Tropicos  
sita sit. Provincias habet ad Mediterraneū mare extensas, du-  
plicem Mauritaniam, Tingitanam, & Cæsariensem: deinde, Nu-  
midiam, post Africam propriè dictam, quæ & Africa minor di-  
citur. Hanc excipit Cyrenensis, sive Pentapolitana regiō. Post  
hanc est Libya Marcotica, Aegypto cōtermina. Interiora Afri-  
ca Aethiopes habent, plurimiq; alii populi monstrosi, quos  
enumerat Plin. li. 5. cap. 8. q Africa minor, olim urbes habuit  
Carthaginem, Uticam, Adrumetum, Zamam, Hipponem re-  
gium, & alias quæsdam. q Africa semper aliquid novi apport-  
at. Proverbium quod quadrat in homines lubrica fide, sem-  
perq; novandarum rerum avidos. Quod quidem idē dicitur,  
quod in Africa siticulosa regione ad unum aliquem ri-  
vum plurimæ ferarum species bibendi gratia convenire co-  
gantur, ibiq; varia mixtura violentæ venoris varias monstrorū  
formas, subindeq; novas nascit. Ex Plin. lib. 8. cap. 16. Arist. de  
Generat. Animal. lib. 2. cap. 5.

Aſer, aſra, uſ, λίγος, Adjectivū, Armentarius Aſer, Virg. 3. Geor. Murce Afro tincet̄ lanę, Horat. 2. Carm. q̄ Aſra avis, Proverbii ſpecie, λιγον γένος. Refertur à Suida de rebus prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aves immani magnitudine. Horatius de prælauta uſurpavit: Non Aſra avis deficendat in ventrem meum, lucundior quam lecta de pinguiflumis Oliva ramis arborum. Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas eafdem Numidicas aves appellant. Acron videtur de ſtruthione ferire, queq; & ipsa avis mira mole corporis effe ferunt. Non ineptè jacetur in hominem peregrino cultu norabilem. Et Plaut. Porrom Penum aven vocat ob manu-

cas' alatum instar utrinq; pensiles. Proverbium extat in Avib. Aristophan. Interpres indicat convenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes ferè timidiq;res. Ter. Hic nebulo magnus est. Ex Adag. Chiliad.

Afer, *λίθιος*, qui est ex Africa. Dirus Afer, Horat. 4. Carm. Sitiētes Afri, Virg. 1. Aeg. Est enim Africa calidissima regio.

Africūs, *α, αὐτός*, ut Africa bella, apud Sil. lib. 16.

Africāns, *α, αὐτός*: ut Gens Africana, Gallinæ Africanae. Varr. de Rer. lib. 3. cap. 4: Gallinæ Africanæ sunt grandes, varieg, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci.

Africāns. Feræ sunt in Africa copiosæ, ex genere pantheratum, quæ & Varizæ appellantur, à maculatum varietate. Plin. lib. 8. cap. 17. Senatus consultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere.

Africūs, substantivum, venti nomē est ab Africa spirantis inter Austrum & Zephyrum, qui & λίθιος à Græcis dicitur. [Ital. Pannone, Lebche. Flandris, Sud/Westen/Bütt. Ger. Der Wind von Nidergang/wiehter über Africam hinc hñdhet.] Virg. 1. Aen. Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis Africis. Horat. lib. 1. Carm. Luctantem Icaris fluctibus Africum.

A ante G.

Agactari, populi, alias Agaturi. Plin. lib. 6. cap. 28. 68.

Agaetus, *άγατος*, Scytharum rex. Vide in Panticapæo.

Agamantæ, Populi sunt circa Maeotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

Agamede, *άγαμεδη*, Oppidum Lesbi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 31.

Agamedes, *άγαμεδης*, Viri ejus nomen fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit: cuius meriti nomine, quum ab Apolline premium postulassent, quod ille homini optimum duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt.

Agamēnōn, *άγαμένων*. Ger. Ein Oberster über den ganzen Heerzug der Griechen vor Troja.] Atre & Acropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quæ Græci ob Helenæ raptum adversus Trojanos suscepérunt, omnium consensu universi exercitusdux est declaratus. Quo in bello, decimo demum anno victoria potius, ubi primū in Græciam redit à Clytemnestra uxore, adjuvante Aegistho (qui cum illa absente viro, adulterii consuetudinem habuerat) est interfictus, relicto filio Oreste, qui postea indignā patris necem ulciscens, matrem unā cum adultero interemit. Vide Se-necam in Agamemnone, & Euripidem in Oreste.

Agamēnōn's hostia, *άγαμένων θυσία*, in duos & persuasus difficultes dicitur. Inde natum, quod Agamemnone rem divinam in Troia factu, bos effugerit, vixq; multo negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiam in eos qui nolentes & adacti quippiam agūt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac volens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infastum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificavit: sed admodum invitus. Recensetur à Zenodoto.

Agamēnōn's, Adiectivū, Virg. lib. 6. Aen. Eruet ille Argos Agamemnoniosq; Mycenæ. Agamēnōn' putci, *άγαμένων θυσία*, proverbialiter de admirandis operibus dicebantur: Ajunt enim & circa Aulidem & passim in Græcia putoeos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Aut. Zenodotus.

Agamēnōn, *άγαμένων*, Nomen est Atheniensium regis.

Agamēnōa, Medæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 14.

Agāndei, Populi circa Maeotim Plin. lib. 6. cap. 7.

Aganis, *άγανης*, Nomen proprium filiæ Cadmii & Hermiones & Echionis uxoris, quæ verba in furiā, Pentheum filiū laniavit.

Aganippē, p. Fons Beotice à Cadmo mōstrans. Musis sacer, quæ poëtae fabulantur factū esse Pegalī equi alati ungula: *στριμοκέλην*. Ger. Ein Brunnen im Land Beotia d. Musi: iugestinet.]

Aganippēs, *άγανιππήσ*, a, um, denominativū, *άγανιππησ*. Propertius: Par Aganippæ ludere docta lyra.

Aganippēs, *άγανιππησ*, patronymicū fœmininum. Ovid. 5. Fast. Dicte, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Medusa signa tenetis equi.

Agapēnōr, pen. prod. *άγαπηνός*, Praef. Etus classis Agamēnōnis, & apud Hom. in Catalog. navium. Latinè amas viros, vel qui ab aliis amat.

Agapeta, pen. prod. Vide in APPELLATIVIS.

Agapetus, pen. prod. *άγαπητός*, Synnadæ, quæ est in Phrygia, Epitopus: de quo vide Eusebium in Histor. Eccles. Latinè interpretatur diligibilis, vel dilectione dignus.

Agapius, *άγαπητός*, Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantii magna celebritate medicinam docuit. Fuit & alter Atheniensis ph. Iosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agar, *άγαρ*, nomen ancillæ Abrahæ, quod interpretatur advena, à quæ Agareni, *άγαρηνοι*. Populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicuntur, à Sara uxore Abrahæ. Hos bello aggressus Trajanus Cæsar, eorum oppidum Agaram mœnibus audavit, eos tamē

nunquam potuit acie superare, tempestate coeli tanquam divinitus perpetuò obstante. Autor Dion.

Agarum, *άγαρος*, Promontorium est Sarmatæ Europæ, ab ea parte, qua Bosphoro Cimmerio proxima est. Autor Pl. c. mæus.

Agarus, *άγαρος*, Fluvius Sarmatæ Europæ, in Bosporum Cimmerium illabens, circa quem radix quædam fungo arboreos adnascentur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluvij hujus meminit Ptolemæus in descriptione Sarmatæ, & Cæl. Annq. lect. 18. cap. 8.

Agastias, *άγαστιας*, Ex Stymphalo Arcadiæ oppido virforis, & bello clarus, de quo Xenophon lib. 6. de expeditiōne Cyri minoris.

Agasicles, *άγασκλης*, Spartanorum rex clarissimus fuit, cujus extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma: Nullum esse firmius stabiliendi regni præsidium, quam à Rex ita civibus imperet, ut parentes liberis.

Agaso, Nomen proprium servi. Horatius: Si patinam pede laplus frangat Agaso.

Agasthenes, *άγασθηνης*, fuit, teste Homer. lib. Iliad. 2. pater foris Polyneni, qui navibus suæ gentis præfuit in expeditione Trojana. Latinè interpretatur insigniter robustus.

Agastrophus, *άγαστροφός*, Peonis fuit filius, & heros inter primos Trojanorū bellatores: sed à Diomedē vulneratus in causa mortem obiit, ut scribit Homer. lib. Iliad. 11.

Agatha, *άγαθη* Stephano, Oppidum provinciæ Narbonensis, quondam Massiliensem. Vide Plin. lib. 3. cap. 4. Fuit preterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano lib. 13.) Cathanellus, & martyr, sub Gallo mammillis torta.

Agatharchides, *άγαθαρχηδης*, Historicus Samius, de quo Platarchus in historia Persica, & Diodorus Siculus. Extat hodie que nonnulla ex ejus scriptis exempla.

Agathea, pen. prod. *άγαθεα*, Oppidum est Phocidis. Steph.

Agathias, *άγαθιας*, Smyrnæ fuit historicus nobilissimus, qui Iustiniani Cæsaris gesta conscripsit.

Agathyrnum, Vide AGATHYR SVM.

Agathio, pen. cor. *άγαθιος*, Philosophi Pythagorici nomen fuit. Hic quum annorum esset octoginta, ab Archelaos rege interrogatus, num quas adhuc servaret pri sti ni roboris reliquias. Quid nesciuit. nam non modò Vesi, verùm etiam Autumnus confuevit bonos fructus proferre. Fuit etiam hoc nomine Atheniensis vir, portiō se proceritate & fortitudinis: de quo Philostratus in vita Herodis Attici. Fuit & nomen filii Patriti: qui cū patre Hectoris corpus redempturo, ad Achiliē profectus est, ut habet Homer. Iliad. lib. ult. Alius fuit Agathon tibicen quispiam, cantilenau suavitate majorē in modum aures deliniens. Nec hujus mores dissimiles musicæ peribentur: laboravit enim infamia mollitiae. Vnde Adagium: Agathonia cantio, *άγαθηρν οὐληνης*. Rechè dicetur de oratione blanda magis quam frugifera. Autor & Suidas & Zenodorus.

Agathopolis, *άγαθοπολης*, Gallæ Narbonensis civitas est, quæ hodie Montpellier dicitur. Vulgo Môtpellier, vel potius Agde.]

Agathocles, *άγαθοκλῆς*, Ger. Eines Hofsens Sohn ward König in Sizilla.] Sizilus tyrannus fuit, qui ex sordido generatus, patre scilicet figulo, quum libidini, latrocinoq; operā dedisset, gregariam militiam exercuit. In qua quod manu strenuus esset, & in concionibus perspicundus, brevi ex centurione tribunus militum evulit: & primo quidem bello cōtra hostes pugnans, magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeò ut in demortui regis locum fuerit suscepitus. Nec multò post interfecit Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensis belum gessit. Deinde spe ampliandi regni in Italiam trajecit: ubi quum deceptus sussit, ex indignatione morbi contraxit: ex quo etiam vita functus est. Hic quū figuli (ut modò diximus) esset filius, generis humilitatem non modò non dissimulavit, velū etiam eo veluti firmissimo arguento usus est, ad inflammados suos ad capessendam virtutem. Vnde vasis aureis frequenter figurina solebat admiscecie, ut ostenderet solidissimæ eriam conditionis hominibus per virtutem ad homines iter parere.

Agathusa, *άγαθος*, Callimacho dicta est insula unguento nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur. Plin. lib. 4. cap. 12.

Agathyrsum, sive Agathysa, *άγαθυζη* Stephano, Verba est Sicilia, quæ recensetur à Plin. lib. 3. cap. 8.

Agathysa, *άγαθυζη*, Ger. Wölker in Asia an die Scythisches fess sind / welche viel Golds haben / das doch bei ihnen in fener achtung ist.] Populi Scythis vicini, qui multū habent auri, sine avaritia, aut invidia. Hos Plin. lib. 4. cap. 12. scribit habere capillos capitulo. Poëtae pictos vocat: quoniam versicoloribus vestibus induuntur. Virg. lib. 4: Cretesq; Dryopesq; tremunt, picti q; Agathysa: Dicti Agathysa, ab Agathyso Herculis filio.

Agave, pen. prod. *άγαβης*, Filia Cadmi & Hermiones, & uxor Echionis, quæ in furorem versa, Pentheum filium, regem Thebanorum,

- banorum, in Orgiis Bacchi suis manibus dilaniavit.
- Agavi**, ἀγανή, populi sunt Septentrionales; quos Homerus circa initium lib. 13. Iliad. dicit esse gentem innocentissimam, ut quae sine ullis divitiis equino vivit lacete. Verba Homeri sunt, Μυστὴ τὸν ἀγανάκτην πεπολύθη: ubi tamen plerique putant vocem αγανάκτην esse epithetum, non proprium gentis nomen.
- Agavus**, pen. prod. ἀγανάκτης, Vnus ē Priami filii, apud Homerum, lib. Iliad. ult. qui patrem Hectoris corpus ab Achille redemptum comitabatur.
- Agbarus**, ἀγβάρος, Rex fuit Edessa, cuius ad Christum Servatorem austrum epistolam, Christiq; itidem responsum, vide apud Eusebium.
- Agbatana**, orum, ἀγβάτανα Stephano. Oppidum Phoenices, quod Plin. lib. 5. cap. 19. Ecbatana appellat. Item oppidum Mediæ, totius regionis caput, à Seleuco conditum: quod & ipsum Plinius Ecbatana appellat, lib. 6. cap. 14. [Ger. Die gewaltig hauptstadt in Media].
- Aggedeum**, pen. prod. ἀγδέης, Ptolemæo Gallorum Senorum oppidum est, quod idem esse existimatur cum eo, quod Galli sua lingua Sens vocant. Scribitur apud quosdam Agentium. Vide Vigenerium in Cæstrem.
- Agelades**, ἀγλαδης, Nomen insignis statuarii, & magistri Polycliti: cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.
- Agelastus**, Vide in APPELATIVE.
- Agenor**, pen. prod. [ἀγέλως, Ger. Ein König der Phœnizier etiwa Datter Cadmi und Europa.] Nomen regis Phœnicum, & Beli filii. Hic genuit Taygetam & Europam filias: filios vero Cilicem, Cadmum & Phœnicem. Virg. 1. Aeneid. Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem. Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Trojani.
- Agerochus**, filius fuit Nelei ex Chlori uxore, ut est apud Homer. lib. 11. Iliad.
- Aggesimba**, Aethiopum regio in Africa.
- Agestis**, Apollinis filius, ut habet Iustinus, ex Cyrene virgine, Pelio monte Thessaliam rapta frater Aristæi. Hunc alii nunc Argeum vocant.
- Agora**, oppidum in Chersoneso. Steph.
- Agerona**, Deæ cuiusdam nomen erat apud Romanos, ab aendo dicta, quod industria præsidere putabatur. Sicut contra Murcea, socordia Deæ credebatur.
- Agelander**, [ἀγελάνδης, Ger. Ein berümppter Bildhauer aus der Insel Rhodos hörig.] Insignis statuarius fuit ex Rhodo insula, qui una cum Polydoro & Athenodoro, Laocoonte marmoreum fecit in domo Titi Vespasiani Imperatoris, omnium artificum opera longo intervallo superantem. Vide Plin. libro 36. cap. 5.
- Agelias**, ἀγελίας, Cyrenaicus philosophus, cui à Ptolemæo Philosophia profecione fuit interdictum, quod animæ immortalitatem docens multos ad spontaneam mortem compellere, ut Cleombroto Ambraciote accidit. Cic. in Tusc. lib. 1. Hic ab aliis Hegesius appellatur.
- Agessidamōs**, ἀγεσιδάμης, Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionites, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinuit.
- Agessilaus**, ἀγεσίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius, qui post mortem Agidis fratris sui rex constitutus, Tissaphernem in Asia, qui principatum tenebat inter Persas, vicit, & Atheniensis & Bœotios apud Coroneam urbem Peloponnesi. Brevi statuta corporis, & altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. Vitam ejus vide apud Plutarch.
- Agessinates**, Galliæ populi sunt, Pictonibus vicini. Plin. libro 4. cap. 19.
- Agessipolis**, ἀγεσίπολις, Lacedæmoniorū dux, qui speciosam sepius victoriam ab Argivis retulit. Vide Xenopontem rerum Graecarum lib. 4.
- Agessus**, Urbs Thraciæ, Steph.
- Agetus**, Apollinis filius, ut habet Iustinianus, ex Cyrene virginie, Pelio monte Thessaliam rapta, frater Aristæi. Hunc alii nunc Argeum vocant.
- Agilius**, Propriū viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pùbe in bello Thebano suisse commemorant.
- Aginum**, Urbs Galliæ, Ptolemæo. Vulgo Angoleme.
- Agis**, ἀγις, Lacedæmoniorū rex, qui cum Atheniæbus cruentissima bella gessit: à suis tandem civibus in carcere necatus, quod Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plut. in Vita ejus, & Cic. Offic. 2.
- Agisimba**, Aethiopum regio in Africa.
- Agla**, ἀγλα, Hispaniæ oppidum in tractu Bætico, apud Plin. lib. 3. cap. 1.
- Aglaia**, ἀγλαία, Vna est ex Gratiis seu Charitibus. Latinè interpretatur Letitia.
- Aglaïs**, idis, ἀγλαῖς, Megæclis filia, mira gulositate & voracitate mulier, ut pote quæ carnium libras decem, panis chœnicas
- quatuor, & vini choam: hoc est, Romanū congium, sive sextarios sex, unica coena absumeret. Cæl Rhod. lib. 15. cap. 19.
- Aglaonice**, ἀγλαονίκη, Hegemonis filia fuit, astrologiæ perita, quæ quod eclipses Lunæ prædicere posset, jactabat se Lunam de cœlo detrahere: propter quam insolentiam punita, locum fecit proverbio: τὸν αἰλινὸν καταπλάκα: quo utimur, quoties aliquis sua jactantia in calamitatem incidit.
- Aglaope**, ἀγλαόπη, Vna Syrenæ, quasi splendida aspectu. Nam ἀγλαοψή apud Græcos, nobis sonat aspectu splendidum.
- Aglaophon**, ἀγλαοφῶν, Pictor nobilissimus. Plin. lib. 35. cap. 9. & Cic. 3. de Orat. Floruit nonagestima Olympiade.
- Aglauros**, ἀγλαοῦρος, Cecropis regis Atheniensium filia, quæ quum Mercurio Hersen foroem suam adamanti accepta pecunia operam suam effet pollicita, posteaq; invidia correpra, liten ingredienti pertinaciter obstatet, in faxum cōversa est. Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 2. Metam.
- Aglaus**, ἀγλαύς, Senex fuit Psophidius, qui ab Apolline Gyge scilicet judicatus, quod agelli sui limites nunquam cōscit egressus. Plin. lib. 7. cap. 46. Valer. 7. cap. 1.
- Agnicoru**, Promontoriū est Bolbiticum Nili ostium. Strab. libro 17.
- Agnicis**, Fluvius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 27.
- Agnitas**, tæ, vel Agnita, tæ, ἀγνίτæ, Aesculapii cognomentum apud Spartanos, apud quos ejus dei simulacrum ex agno, quæ planta est, erat excultum. Cælius Lect. antiqu. lib. 18. cap. 5.
- Agno**, [ἀγνός, Ger. Ein Herrenbrunn in Arcadia.] Fons Arcadiæ esse traditur, cuius aqua cérémoniis quibusdam commota, nebula in morem in aërem ascendens, largissimos demittit imbreces: ita dictus ab Agno, una ex Iovis nutritiis. Cæl. Rhod. Lect. antiqu. lib. 13. cap. 17.
- Agnon**, Nomen autoris apud Quint. lib. 2. cap. 17.
- Agoce**, ces, Nomen, urbis Aethiopiz, quæ est sub Aegypto. Plin. lib. 6. cap. 29.
- Agónalía, ium, vel iorum, ἀγώνα. Festa erant apud Romanos, quocannis celebrari solita in honorem Iani (ut est apud Ovid. 1. Fastorum) aut certè in honoré Agonii Dei (ut Festus tradit) qui rebus agendis præesse putabatur. Hoc die rex facrorum arietem immolabat, ut tradit Varr. lib. 5. de Ling. Lat. Nominis rationes multæ affertuntur. Nam Varro loco jam citato, ex ritu sacrorum ductum existimat, in quibus minister strictum ad arietum jugulandum tenens cultrum, identidem rogare solet, Agón? Quam opinionem Ovidius quoq; attigit his versibus: Nominis esse potest succinctus causa minister, Hostia cœlitib. quo feriente cadit. Qui calido strictos tinturos sanguine cultros, Semper agátne rogat, nec, nisi jussus, agit. Festus (ut diximus) ad Agonium, rerum agendarum Deum, dictioñis hujus etymon refert. Alii ad Agonem montem, in quo die illa sacra fieri solebāt, qui postea Quirinalis dictus est, ex quo in eo comeduntur Sabini, in urbis portionem recepti. Alii à certamine curuli dictum putant, quod hisce fieriis antiquitus solet celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγώνας appellant. In quā opinionem Ovidius quoq; descendit, quum sic scribit: Fas etiam fieri solitis ætate priorum Nomina de ludis Græca tulisse diem. Et prius antiquus dicebat Agonia sermo, Veraq; iudicio est ultima causa meo.**
- Agonia**, Vide in APPAL.
- Agonax**, Zoroastris fuit præceptor in arte Magica: apud Plin. tamen lib. 30. cap. 1: Azonacem hunc, non Agonacem appellatum invenimus.
- Agonensis porta**, Romæ fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.
- Agonis**, idis, Libera Veneris Erycinæ. Apud Cic. 1. Verr.
- Agora**, Oppidum in Chersoneso. Steph.
- Agoracritus**, [ἀγοράκριτος, Ger. Ein aufbündiger Bildhauer. Pol. Syncr. 1.] Insignis statuarius fuit, Phidie discipulus, cuius opus esse creditur Veneris Rhamnusie signū, quæ Nemesis appellavit. Nam quum de facienda Venere cum Alcamene condiscipulo suo contendere, suffragio imperiti populi, non arte superatus, usq; ad eum rei indignitate commotus est, ut signum illud Nemesis appellaverit, eaq; legi veadiderit, ne Athenis esset. Autor Plin. lib. 36. cap. 5.
- Agorofus**, Oppidum Cariæ, Steph.
- Agra**, ἄγρα, Regia Læanitarum, Arabiæ populorum. Plin. lib. 6. cap. 28.
- Agradatus**, ἀγράδατος, Rex Persiarum, postea Cyrus dictus, à Cyro Perfidis fluvio. Strab. lib. 15.
- Agræ, arum, ἄγραι**, Oppidum est mediterraneū Arcadiæ, apud Plin. lib. 4. cap. 6 Item Atticæ regiuncula, Diana ἄγροτις templa insignis. Vide Cæl Rhod. lib. 20. cap. 7.
- Agræi**, ἄγραι, Stephano, Populi sunt Arabiæ in sinu Læanitico, quorum oppidum est Agra, ἄγρα, Læanitarum regio: cuius meminit & Plin. lib. 6. cap. 28.
- Agragæs**, Qui & Agragæs, ἄγραγες, Siciliae mons est, & in eo oppidum ejusdem nominis, quod hodie Agrigentum vocant.

Vulgò *Gergento*. Virgil. 3 Aeneid. Arduus inde *Agragatas* ostendat maxima longè Moenia.

*Agragantius*, idem quod *Agrigentinus*. Lucr. lib. 1: Quorum *Agragantius* cum primis Empedocles est. Vide *AGRAGAS*.

*Agre*, Civitas est 1. Lydiæ, apud Stephanum.

*Agrigentum*, *ἀγρίγεντος*, Vrbs Siciliæ, quæ & *Aragas*, sive *Aragas* dicitur, ex qua Empedocles philosophus, & Phalaris tyranus sive originem duxerunt.

*Agrigentius*, *ἀγρίγεντος*, sum, possedit. pen. prod. *ἀγρίγεντον*. *Po.* *Kolomeika*. Ut Tyrannus Agrigentinus, & Sal Agrigentinus, qui igni fluit, & in aqua vel liquore alio crepitat, quasi torreatur. Plin. l. 31. c. 7: *Agrigentinus* sal ignium patiens, ex aqua exilit.

*Agriodus*, pen. cor. Numeratur ab Ovidio inter canes Acteonis, 3. *Metamorphoseos*.

*Agrionia*, Festa erat apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebabantur.

*Agriophagi*, *ἀγριόφαγοι*, Aethiopum populi sunt, Solis serum carnis vescentes. Solinus & Plin. lib. 6 cap. 30.

*Agriophagæ*, Cyclopes dicuntur, vel monoculi: quia unū habent oculum in media fronte ad modum cycli. Hos India gignit.

*Agrippa*, *ἀγρίππης*, *Sylvius* Tyberini Latinorum regis filius, qui submersio patri successit in regnum, & quū quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hæc dem. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe.

*Agrippæ*, quasi *Aegrippæ*, qui, & cur sic appellati, Vide in *APPELATIVEIS*.

*Agrippina*, penult. prod. *ἀγρίππην*, M. Agrippæ filia, & nepris Augusti, & uxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata est: ubi quum ille misso à Cn. Pisone veneno interiisset, cines res ejus in Italiam reportavit, & Iulie familiæ monumento intulit, Pisone mē; iudicio persequuta ad spontaneam necem ad egit. Postrem apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in invidiam adducta, inedia sibi morte consecvit. q. Iulia Agrippina, Germanici, & superioris Agrippinæ filia fuit, quæ primum C. Domitio Aenobarbo nupluit, cui Neronem peperit, mortuoq; Domitio, novo quodam exemplo cum Claudio Cæsare patruo suo secundas nuptias contraxit: quem, ut Neroni filio suo expeditam ad imperium viam ferueret, vagenato boleto sustulit. Tandem infinitis nobilissimorum virorum cædibus grastata, immisis Neronis iussu percussoribus, multis vulneribus confessi est, illud identidem clamitans: Ferit ventrem, qui mōstrum tam ferum tulit. Vtiusq; vitam vide latius apud Tacitum.

*Agrippinâ*, sive *Agrippinæ* Colonia. [Ger. *Die Stadt Köln am Rhein*.] Vrbs est celeberrima ad Rhenum fluviun, Vbi orum metropolis: nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ ut patriam (ibi enim nata erat) splendidiorem reddebat, sociisque etiam nationibus potentiam suam ostentaret, Veteranorum coloniam eò deduci imperavit. Vide Tacitum Annal. lib. 12.

*Agris*, oppidum Carmanæ, Steph.

*Agritius*, *ἀγρίτιος*, Martis ex Parthaone filio nepos, & Thersites pater, teste Homer. cuius nihil præter nudum nomen ad nos pervenit. q. Fuit & Agrius Ulyssis ex Circe filius, ut autor est Hesiod. in Theog.

*Agron*, *ἀγρόν*, Primus qui & Heradidis Sardibus regnavit. Herod. lib. 1. q. Agron Illyricorum rex, qui quum Aerolos superbissimos populos bello domusset, tanta fæse præ gaudio vini copia obruit, ut plauside correptus, subito fuerit extensus. Autor Polybius. q. Agron præterea apud Cæl. Rhod. li. 4. cap. 22. medius summè laudans, quod Athenas magna pectentiaz vi senvius infestante, affectionum plenisq; salutarem tulisset opem, accensis in proximo igaibus. q. Agron Nini filius à Græcis dictus, quod in agris natus esset, apud eundem Cæl. lib. 23. cap. 5.

*Agrōspī*, *ἀγρόσπιος*, Populi Arabie, apud Plin. lib. 6. cap. 30.

*Agrosus*, Mons est, ubi nunc Roma, quem Faunus rex, Evaristo ex Arcadia pulso concessit, quem ille postmodum Palatinum appellavit.

*Aguntum*, *ἀγύντον*, Ptolemy, Oppidum est Norici, quod & à Plinio recensetur lib. 3. cap. 24.

*Agyia*, *ἀγύια* Stephano. Vide *AGYIEVS*.

*Agyfeus*, *ἀγύφεος*, per tres syllabas. Proprium est Apollinis epitheton: dictum à viis urbanis, quas Græci *ἀγύες* vocant, quib. Apollo præesse creditur: unde & *ἀλεξίας*: hoc est, malorum depulsa vocatus est. Ex Stephano.

*Agylla*, *ἀγύλλα*, Vrbs Thuscæ, alias Cæte vocata, & Agyllina, à nomine conditoris, quem Virg. lib. 8. ex Lydia venisse ostendit, quum ait: Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto Vrbis Agyllina sedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclaræ jugis infedit Hætuscis. Vide Stephanum.

*Agyrum*, sive *Agyrena*, *ἀγύρην*, Dionysio, *ἀγύρην* Stephano, Oppidum Siciliæ: Vnde Agyriani populi, quos recenset Plin.

nus in descriptione Siciliæ, li. 3. cap. 8. Stephanus Agyrenos vocat, *ἀγύρων*. Vulgò *Los de S. Philippe*, de Agire.

A ante H & I.

Aharna, Oppidum Heruriæ, apud Livium Decad. 1. bel. 20.

Ajax. [άχαιος Ger. Ein dapferer Held im Griechischen Herkrieg vor Troja.] Duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit: quoniam alter à patre Telamone Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est, & visu evatisset, nisi noctis advenit pugna fuisset direpta. Quia necessitate adactus, re infecta ad suos tecum, gladio ab Hectore donatus, quem ipse vicissim baltheo donavit: quæ dona (ut exitus declaravit) utiq; fuerū existitia. Nam Hectore corpus hoc ipsi baltheo circa Patrocli tumulum tractu est ab Achille. Ajax verò Achille interempto, quum de armis illius cum Vlysse judicium instituerit, aduersariq; eloquæ superata, inferior discessisset, rei indigentia in furorem versus, in muta pecora seviri, Atridas sece & Vlyssem credens interire.

Verum ubi ad mentis sanitatem rediit, seq; delusum cognovit, acri dolore compulsus, gladio, quem ab Hectore dono acceptat, in loco deserto se confudit: cruxq; ejus in Hyacinthæ floræ est permutatus. q. Ajax alter fuit, qui ab Oine patris sui nomine Oilus dictus est. Hic Locrensem rex fuit, velox pedibus, & peritus hastæ vibræ, multaq; fortitudinis exempla in obsidione Trojana edidit. Capto autem, Cassandram virginem in Miervæ templo (eius illa sacerdos erat) violavit.

Quam ob causam indignata Minerva, tempestate Græcis rediuntibus circa Caphareum promontorium innisi, in qua

quum alii pleriq; tūm ipse etiam Ajax periit. Virg. 1. Aeneid.

- Pallásne exurere classem Argivum, atq; ipsos poruit demergere ponto, Vnius obnoxiam & furias Ajacis Oilis?

Aidonius. *Ἄιδων οὐρανος*; Rex inferorum, quem nos Ditem & Platonem appellamus. Fuit præterea codem nomine rex Molosorum, cuius filiam nomine Persephoneum Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluvio. Vnde factus est locus fabulæ Theseum ad inferos descendisse, & Persephone Ditis uxorem rapere voluisse. Vide Plut. in vita Thesei, & quæ suprà annotavimus in dictione ADE.

Alaniites, *ἀλανῖτες*, sinus juxta Aegram Arabiam civitatem. Steph. in Egra.

A jūs. Deus à Romanis dictus est, ab eo quod ajebat: id est, lo-

quebatur. Nam olim Romæ audita vox est silentio noctis, clari-

or humana voce, quæ judebat magistratibus nuntiari, Gallo-

los advetare, & ut prövideret ne Roma ab iis caperetur: Pro-

ppter quod beneficium templum ædificatum est Deo illi ita

monenti: quem cum nome ejus ignorarent, Ajus auctor appella-

rant. Cic. lib. 2. de Divin. Quid ergo? Ajus auctor loquens, qua-

do cum nemo norat, ajebat, & loquebatur: unde & nomē aq;

invénit. Livius hunc eadem ratione vocat I. locutum.

A ante L.

Alaba, *ἀλαβά* Ptolemy, Oppidum est Celtiberorum.

Alabandæ, *ἀλαβανδæ* Stephano, Caræ civitas est, non procul

à Mæandro fluvio, scorpionum copia affluens, duobus mo-

tibus ita subiecta, ut cistæ inversæ aspectum exhibeat. Ex hac

originem traxerunt tres clarissimi oratores, Menecles, & His-

toles fratres, & Apollonius Molo. Nomē accepit ab Alabando Evippi filio, ut Stephano placet. Apud Latinos frequen-

tius legimus Alabandæ, atq; plurali numero. Iuven. Sat. 3; Hie

Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Plin. li. 37. cap.

7: Adiuncti Aethiopicos, & Alabandicos in Orthosia caue-

nascentes, sed qui perficiantur Alabandis. Stephanus quoq;

admonet, olim Alabandam inter Cariz civitates opulentissi-

mam ac florentissimam fuisse, ut huic proverbio locum fecerit

Alabanda Carū fortunatissima, *Αλαβανδα μέγες*, *Διατριπτεριδι*

telligi fornam ampliæ, & vitæ genus voluptuarium, à literis

& virtutis studio alienū. Veluti si dicat aulicus, aut negotia-

tor quispiā, Alii se in literis macegent, alii cum paupertate phæ-

losophentur: Alabanda Carum fortunatissima. Poterit & per

irritationem usurpari, veluti si jocerie in quempiam patu egre-

gium, qui tamen in gente vehementer barbaræ & crassa piza-

cellere videatur.

A labandū, *ἀλαβανδος*, gentile. Cic. 2. de Nat. deor. Alabandi

Alabandum consecravunt.

A labandū & Alabandiacus, *ἀλαβανδος*, & *ἀλαβανδος*,

possessiva: ut Rosa Alabandica, apud Plin. lib. 21. cap. 4: Que

folia habet albanticia, & inter viliora rosarum genera conu-

meratur.

A labāstrū, *ἀλαβαστρο*, Fluvius est in Aetolide minoris Asia

regione. Plin. lib. 5. cap. 30. q. Est & alabastrū oppidum Agy-

rii. Plin. lib. 5. cap. 9.

A labātrion, *ἀλαβατριον*, Sytæ oppidum, Steph.

Alabiroæ, *ἀλαβιρο*, Fluvius in Orientali parte Siciliæ, Ptolemy.

Alachiroæ, populi Asticæ juxta Aras Philenorum, qui etiam

Lotophagi appellantur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Alalcomenæ,

**Alalcomenæ**, sive **Alalcomenium**, à λαλκομένιον Straboni, οὐδέποτε Stephano, Oppidū Boeotiae, ab Alalcomenio cōditore appellatum, qui & Minervę simulacrum ibidem consteravit; quā à suo nomine ἀλαλκομένιον appellavit: cuius meminuit & Hom. Iliad. 4.

**Alalia**, ἀλάλια, Vrbs insulæ Cyri, Phocensium colonia. Herod. lib. 1.

**Alana**, Vrbs Aethiopis. Plin. lib. 6. cap. 29.

**Alaniā**, Regio est Scythia Europæ, quæ ad Maeotidas paludes pertinet: ejus incolebant Alanii: de quibus Plin. lib. 9. cap. 12.

**Alaniūs**, penul. prod. [Ger. Ein flus in Scythia.] Scythia fluvius: à quo Alanii populi dicti sunt juxta Roxanenses: de quibus Plin. lib. 4. cap. 12. Ammianus scribit Alanos dici, quos prisci Massagetas dixerunt. Hi carnibus vescuntur, & panem non manducant. Mart. lib. 7: Nec te Sarmatico transit Alanus equo. Julius. Capit. Alanos in parte Dacie collocat: Ptolemaeus verò in ea Scythia parte, quæ est intra Imaum.

**Alanoīs**, Populi Scythici ad Septentrionem ultimi, Ptolemaeo.

**Alapēnīs**, ἀλαπήνιον, populi in Arabia felici, Ptolemaeo.

**Alaricus**, [ἀλαρίκος. Ger. Ein König der Gothen.] Nomen Regis Gothorum, qui Romanam aliquādiu obsecram tandem expugnauit, & solo æquavit. q Fuit & alter Alaricus, quartus Gothorū rex, qui & ipse Romā cepit anno nostri salutis octagesimo quinquagesimo quarto: qua tamē nō diu est potitus. Nā in ipso Pasce festo insidiis Italorū circuventus, unā cum suis omnibus est trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

**Alarodīs**, ἀλαρόδης. Stephano, populi sunt circa Pontū, de quibus Herodotus lib. 3.

**Alata**, ἀλάτη, Civitas in Arabia felici, apud Ptolem. lib. 6. cap. 7. Item altera eiusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem lib. 5. cap. 10.

**Alatacastra**, ἀλατακάστρα Ptolemaeo, Oppidum Britanniæ insulæ, quod alii castræ puellarum vocant. Credunt eruditæ nostri seculi urbem esse Scotiæ, quæ illorū lingua Edimburg vocatur.

**Alatrium**, Vrbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt saxo Campaniæ loca incolebentes, Volaterranus. Vulgo Alatre.

**Alatrinate** Hernicorum populi, Liv. 1. Decad. lib. 9.

**Alauna**, ἀλαύνη, Oppidum est Britanniæ insulæ, apud Ptolemaeum.

**Alaūnīs**, populi sunt Scythia regionis, Ptolemaeo teste.

**Alaūnūs**, ἀλαύνη, Duorum fluviorum nomen est in Britannia, quorum alter est in Orientali ejus insulæ plaga: alter in Meridionali. Ptolemaeus.

**Alazon**, ἀλαζῶν, Fluvius ex Caucaseis montibus in Cyrum amnum desfluens, Albanosq; ab Iberibus dividens. Plin. lib. 6. cap. 10.

**Albā**, ἀλάση, Nomen est duarum urbium, quarū una est in Latino, à qua Albani populi, ἀλασοι, & Albanus mons, sub quo Ascanius civitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Livius scribit lib. 1. ab Urbe) à situ porrectæ in dorso urbis, Alba longa vocata est. Vulgatio fama est ab omnino porcæ albæ ibidem inventæ. Albam esse dictam. q Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, ἀλαση: quanvis etiam Albani quandoque vocentur. q Hoc addere placuit esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taururum, & Belgradum appellatam: nūc Albam Græcā. [Ger. Griechisch Wettsteinburg. Vng. Lándor füter vár.] q Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quod Pannoni reges in ea inaugurarunt soleant & inungi. [Ger. Stutwettsteinburg. Vnl. Székely füter vár.] q Item tertiam in Transsylvania, quæ Alba Julia dicitur, Principum Transsylvaniae sedes, & habitatione perpetua. [Vng. Gyula füter vár.]

**Albā**, ἀλάση, Flumen est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. Plin. lib. 3. cap. 3.

**Albā**, ἀλάση, Ptolemaeo, Vrbs felicis Arabiæ.

**Albānīs**, ἀλαση, Regio in Oriente à colore populi vocata, cō quod albo crine nascantur. Hæc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per Oram Occani septentrionalis usq; ad Maeotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albana civitas, & Albanus fluvius. Apud hanc habentur canes ferociissimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima est, inter Hiberiam & mare Caspium, ab Ortu Solis mari conjuncta, ab Occasu Hiberiæ finitima, à qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus munitur Caucaseis montibus, Australi Armeniam contingit. Strabo sex & viginti linguas Albaniæ fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & sub imperio Persarum: postea Macedonum: deinde Romanorū. Sed Trajanus Imperator his Regem dedit. Nunc sub Magno Came degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, juxta Dyrrachium, & in Epirro, quæ hodie vulgo Albaniæ dicitur.

**Albānūs**, ἀλάση, Nomen est montis, & lacus non procul ab urbe unde vaticinium fuit, namquam Romapros Vejos

capturos, nū primò ex Albano lacu emitteretur aqua. q Item Albanus nomen est duarum urbium, quarum una est in Macedonia mediterranea: altera in majori Armenia; ubi divus Bartholomæus fuit decoratus. Hoc etiam nomine dictus est fluvius Albaniæ.

**Albānūs**, a. ut, ἀλαση, Possessivum ab Alba, Latii urbe: ut, Albani patres, Apud Virg. 1. Aen.

**Albatenius**, Medici nomen, quæ Galeni libros primus in Arabicum cōvertit idioma, teste Ioanne Scapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

**Albiā**, ἀλαση, Regiuncula est montana, Carais finitima. Strabo. lib. 7.

**Albīi**, [ἀλεῖον. Ger. Das Alpegebirg.] Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus, Athenæus. Albii etiā dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. lib. 4. cap. 18.

**Albimilium**, Ptolemaeo, Liguriæ urbs, quam alio nominé Vintimilium, sive corrupta voce Vintimiam vocant. Vulgo Vintimiglia.

**Albignā**, Oppidum, Ligurum colonia ad mare deducta; cūjus incolebant Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monaci portum stadia sunt septuaginta. q Dicitur & Albingaunū.

**Albīngauñū**, [ἀλεῖον. Ger. Das Alpegebirg.] Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus, Athenæus. Albii etiā dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. lib. 4. cap. 18.

**Albīngauñū**, Oppidum, Ligurum colonia ad mare deducta: cūjus incolebant Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monaci portum stadia sunt septuaginta. q Dicitur & Albingaunū.

**Albīngauñū**, [ἀλεῖον. Ger. Das Alpegebirg.] Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus, Athenæus. Albii etiā dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgo Albenga.

**Albīgerius**, Magus fuit Carthaginensis, qui quid quisq; egisset, aut omnino cogitavisset, függerentibus dæmonibus, respondebat: cujus vaticiniis se sapienter tradit Augustinus.

**Albīnōvānū**, cognomē Celsi cujusdā ex familiaribus Horati, ad quem extat epistola, cujus initium est: Celso gaudere, & bene rem gerere Albinovano Musa rogato refert.

**Albīnūs**, [ἀλεῖον. Ger. Das Alpegebirg.] Nomē imperatoris Romani, ita dicti quod exceptus sit utero candidissimus, cōtra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, quum involuti secundis, erumpente menstruo, perliti esse soleant profluvio sanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poëta: modò primos incipient Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem. Vide Cælium Rhod. lib. 1. cap. 23. q Fuerunt & ante hunc pleriq; apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus commorantur à Salustio Spurius, & Aulus, Albini fratres, qui rem in felicitate gesserunt aduersus lugurham.

**Albīon**, [ἀλεῖον. Stephano. Ger. Engestorh.] insula est (hodie Britannia à doctis, à vulgo Anglia dicta) ab albis rupibus, quas mare abluit. Vide ANGLIA.

**Albīon**, & **Bergion**, [ἀλεῖον. Ger. Bergsteinsb. dñe Jupiter den Herculem zu errichten mit steinen hat zu tödt geworffen.] Gigantes fuerunt, & filii Neptuni in Herculis gratiam à love intefecti. Hercules enim quum Rhodani oslia transiret, ei obviā facti hi duo fratres, transiitum ejus impeditiverunt: quapropter Hercules cum eis pugnavit: & quum sibi tela deficerent, lovem patrem in auxilium vocavit, qui lapidum imbre demittens, inimicos ejus interfecit. Autores Pomponius Mele, & Diodorus Siculus.

**Albīs**, [ἀλεῖον. Ger. Wettsteinburg. Vng. Gyula füter vár.] q Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quod Pannoni reges in ea inaugurarunt soleant & inungi. [Ger. Stutwettsteinburg. Vnl. Székely füter vár.] q Item tertiam in Transsylvania, quæ Alba Julia dicitur, Principum Transsylvaniae sedes, & habitatione perpetua. [Vng. Gyula füter vár.]

**Albīnūs**, [ἀλεῖον. Ger. Wettsteinburg. Vng. Gyula füter vár.] q Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quod Pannoni reges in ea inaugurarunt soleant & inungi. [Ger. Stutwettsteinburg. Vnl. Székely füter vár.] q Item tertiam in Transsylvania, quæ Alba Julia dicitur, Principum Transsylvaniae sedes, & habitatione perpetua. [Vng. Gyula füter vár.]

**Albīum Internelsum**, Oppidum Ligusticum, Plin. li. 5. cap. 5. Vide supra in dictione ALBINGAVNVM.

**Albiūs**, Proprium nomen viri. Hor. 1. Serm. Sat. 4: Stupet Albius ære. q Albius Tibullus poëta elegiographus, Horatio & Ovidio familiaris. Horat. lib. 1. Epist. Albi nostro sum sermone candidate judecet. Hic Messalam Corviaum in Provinciam sequens, in Corcyra insulâ morbo corruptus, extremum vitæ diem clausit. Vide Crinitum de poëtis Latinis.

**Albonenses**, Liburæ populi in conventu Scardonitano. Plin. lib. 3. cap. 21.

**Albucilla**, Apud Tacitum mulieris nobilis nomen est, sed admodum impudicæ, & multis adulteriis infamis.

**Albūlla**, Fluvii nomen, Vide in APPEL LATIVIS.

**Albulates**, Fluvius est in quinta regione Italæ. Plin. li. 5. cap. 13. **Album**, Promontorium Africæ, V.M. pass. fratre à Mellaria Hispaniæ vico diremptum. Plin. in Procœlio lib. 3. q Est & alterum ejusdem nominis Promontorium, in Phœnicie, non procul ab Tyro: de quo Plin. lib. 3. cap. 19.

B 3 Albuna,

**A**lbuna, Dex nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A' Græcis dicitur λαύρια, putaturq; fuisse Ino Athamantis uxor, quæ viti furorim metuens, una cum Melicerta filio se in mare præcipitavit. Alii Sibyllam Tiburtinæ fuisse existimant, quæ ob admirabilem sapientiam, humanaq; majorem, à vicinis populis dea credita est.

**A**lbuneā, Fons & nensus iuxta Anienem, sive ab albore aquæ sulphuræ, sive quod Albuna Latinè sit, quæ Græcè λαύρια dicitur. Virg. Aen. 6.: lucosq; sub alta Consulit Albunea, memorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

**A**lburnus, Lucania mons à candore verticis dictus, & portus ejusdem nominis. Virg. 3. Georg. Est lucos Silari circum, illicibusq; virentem Plurimum Alburnum volitans, cui nomen Asilo Romanum est.

**A**lbutius Silus, Novariensis orator, Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ Novariam redit, convoca cataq; plebe, causis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo, si biq; inedia necem consecivit. Ex Tranquillo. q T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicitq; scripsisse Satyras Luciano stylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miscentes verba, notat his verbis: Græcum te Albuti, quam Romanum, atque Sabinum, &c. Vide reliqua apud Ciceronem in principio de Finibus.

**A**lcæus, ἀλκαῖος, cum diphthongo, Nomen poëtæ Lyrici Mytilenæ. Hic magnificus, brevis, diligens & plurimum Homo- ro similis.

**A**lcamenes, [ἀλκαμῆνης. Ger. Ein auständiger Hudhauer] Nobilis statuarius fuit, Phidias discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Atheniensis suffragius superavit. Plin. lib. 36. cap. 5.

**A**lcander, dri, ἀλκανδρός. Vnus è comitibus Sarpedonis Lycia regis, ab Ulyssè ad Trojam occisus. Ovidius 13. Metamorph.

**A**lcantor, ἀλκαντός. Viri proprium, cuius mentionem facit Virgil. lib. Aeneid. 10. Huic frater subit Alcanor, &c.

**A**lchiathoē, ἀλκαθοή, Urbs eadem esse putatur, quæ alio nomine Megaram vocant. Ovid. 9. Metamorph. Alcathoe quam Nisus habet.

**A**lcathoēs, ἀλκαθοή, Pelopis filius, qui cædis Ch. yslippi fratris suspectus, Megaram venit, occisoq; leone, qui Cithæronius à loco dicebatur, adscitus à Megareo gener, in regnum illi successit, & urbem Megaram Alcathoēn appellavit. q Alcathous, alias fuit Trojanus, qui Hippodamiam Anchise filiam in uxorem habuit, & in pugna apud Trojam ab Idomeeno Cretensi occisus est.

**A**lcē, ἀλκή, Canis nomen, apud Xenophontem de Venatione. Alce, Nomen meretricis. Vide Gel. lib. 4. cap. 11.

**A**lcenor, ἀλκενός. Vir Argivus fuit, qui ea in pugna, qua trecenti Argivi cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt solus, cum Chromio ex suis supersuit, hostibus quoq; omnibus, uno Othryade excepto, ad internectionem delctis. Herod. lib. 1.

**A**lces Bithyniæ fluvius. Plin. lib. 5. cap. ult.

**A**lceste, es, sive Alcestis, idis, ἀλέστης, Fuit Pelia filia, Admeti Pheræorum regis conjunx, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recusaverit. Nam quum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parciis impetrasset, ut fatale diem proferte posset, si quis aut coagulationis, aut amicitia vinculo adductus, spontanea pro eo mortem obire vellet, cæteris id abuentibus, sola Alcestis inventa est, quæ mariti vitam sua morte redimere non recusaret. Juvenalis. spectant subiectum fata mariti Alcesten. Plura apud Euripedem in Alceste.

**A**lcetas, ἀλκίτης, Molosorum rex fuit, longa generationum serie, genus suum ad Pyrrhum Achillis filium referens. q Fuit & alter hoc nomine, unus eorum qui sub Alexandro Macedone ordines duxerunt: utriusq; meminit Suidas.

**A**lcæus, dicitio dissyllaba, ἀλκέος. Pater Amphitryonis, & avus Herculis, à quo & Alcides, ἀλκαῖος, appellatur.

**A**lchidas, ἀλκιδᾶς, Rhodius Cupidinè nudum Praxitelis manu factum adamavit, atq; in eo amores vestigii reliquit. Plin. lib. 36. cap. 5.

**A**lchionē, ἀλκιονή, Mons Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

**A**lcippes, Marsorum oppidum est, lacu Fucino absumpsum, extrudum à Marsya Lydorum duce. Plin. lib. 3. cap. 12. Alii tamen Archippe scribunt.

**A**lcibiades, pe. corr. [ἀλκιβιάδης. Ger. Ein fahrendlicher Hauptmann der Athenienser.] Nomen Atheniensis Imperatoris summi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus aptus fuit: dives præterea, affabilis, patiens: deniq; summis naturæ, ingeniiq; dotibus egregie exornatus: cæterum tanto rursus virtutum agmine deformatus, ut si virtutibus p̄ses, metit addubites, laudem, an vituperio dignior videatur. Hic

quæ est proclivis ad luxum & ad cæteras voluptates, ad bonam disciplinam traditus est à Socrate. Nam descendisti studio, & sapientia amore pellectus, exempli cunctis amatoriis, adulatoriisq; repulsi, ad Socraticam disciplinam animum vertit, nunquam recedens à latere philosophi sapientissimi. Reliqua vide in vita ejus apud Plutarchum.

**A**lcidämās, ἀλκιδαῖας, Luctator insignis. Stat. 10. Thib. - tuque o spectare palæstris Omnibus, & nuper Nemæo in pulvere fecit Alcidama. q Aleidamas Eleates, philosophus, scriptor de musica, discipulus Gorgia Leontini. Suidas huc inter scriptores Rheticæ anumerat. Quint. lib. 3. cap. 1. meminisse jesus & Laertius in Protagora.

**A**lcidamus, Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. Cic. lib. 1. Tusc.

**A**lcidēs, pen. prod. [ἀλκαῖδης. Ger. Der überaus starke und mächtige Hercules.] Hercules Græca significatio à virtute appellatur: nam ἀλκὴ virtus, robur, fortitudo dicuntur. Vel virtus Alcides (ut Herodotus ait) a nomi est patronymicum ab Alceo, a patre suo: hoc est, Amphitryonis pater.

**A**lcimachus, [ἀλκιμάχος. Ger. Ein berüchteter Meister.] Pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11.

**A**lcimedē, pen. corr. ἀλκιμέδη, Vxor Aesonis fuit, mater Jasonis. Valer. Flac. Argon. 1.: dunc gravis Aeson Et pariter vigil Alcimedē spectantq; tenentq;.

**A**lcimedon, ontis, ἀλκιμέδων, Sculptor nobilis, apud Virgil. 3. Aeglog.

**A**lcimenes, ἀλκιμένη, Poëta tragicus, Megarensis. Suidas.

**A**lcimus ἀλκιμός, Orator omnium, qui in Græcia tum florebat, eminentissimus. Diog. Laert. Flor. 2. in vita Stilponis. q Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate insignis, ingenioq; mitissimo. Cælius Lectionum antiquarum lib. 19. cap. 2.

**A**lcinōüs, penult. correp. ἀλκινόος. Nausthoi filius, teste Homer. Odyss. 7. Rex Phæcum in Corcyra insula justiñimus, dcente Ophæo in Argonaut. οὐρανὸς δικαιοτεχνός. Beatus. Fuitq; dilsgens hororum cultor. Quamobrem dixit Virg. lib. 2. Georg. Romaq; & Alcinoi sylva: id est, arboreos pomiferæ. Hujus meminist Ovid. 2. Metam. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, ut maturis fructibus novi succederent. q Alcinoi apolodus. De longis & anilabibus fabulamentis. Refertur à Diogeniano, & Iulio Polluce lib. 6. Sumptum ex Homer. Odyss. ubi Ulysses in convivio Alcinoi Phæcum regis prodigiosas ac deridiculas fabulas & portentosa miracula commemorat, de Lotophagis, Lazrygonibus, Cyclopus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæcum inscrita: ut sit Alcinoi Apolodus facta narratio apud Alcinoi habita. Hoc proverbio usus est Plato de Rep. lib. 2. Haud tibi sum narratus Alcinoi apolodus. q Fuit etiā Alcinous philosophus Platonicus, qui Epitomen cōpositum decretorum Platonicis.

**A**lcion Medicus, de quo Joseph. Antiq. Ind. lib. 19. cap. 1.

**A**lciphron, ἀλκιφρών, Magnesius, Alexandri temporibus philosophus. Suidas.

**A**lcippes, ἀλκιππη, Vna ex Halcyonæ gigantis filiabus, que Halcyonides, ἀλκυονῖδες, dictæ sunt. Suidas. Est præterea Alcippes nomine rusticæ mulieris proprii, cuius sæpè meminist Theocritus, & Virg. Aeglog. 7: Quid facarem? neq; ego Alcippes, ne Phyllida habebam.

**A**lcippus, [ἀλκιππος. Ger. Ein fahrender Burger zu Athen, welcher aus seinem Wasserland vertrieben ward.] Lacedæmonius civis fuit, inter suos maximæ autoritatis, patriæq; studiosissimus, qui ab inimicis contrarias in Republica partes sovientes, in exilium actus fuit. Huic uxor fuit nomine Damocrita: que quum virum in exilium euntem prosequi prohiberetur, filiaq; jam viro maturæ publico edito matrimonio atceretur, ne quis ex illis injuriaæ avo illatae ultor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem malicie audaciam. Nam quum ex more sceminae urbis primariae ad nocturnum sacrum in andronem quandam convenientem, Damocrita à filiabus adjuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congregatis, ignemq; injecit, ut omnes intè exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris illa filias primum: deinde scipsam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

**A**lcisthene, ἀλκισθένη, Nobilis pictoris nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

**A**lcithe, ἀλκιθέη, Thebana mulier fuit, quæ quum Bacchum, ejusq; Orgia contemneret, cæterisq; mulieribus sacra celebrantibus cum sororibus & ancillis lanifico operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem mutata est: telæ autem in vitæ & hederam. Vide Ovid. 4. Metam.

**A**lcæon, ἀλκηστή, Amphiaraï vatis, & Euriphyles filius fuit, qui matiæ suam in ultionē parris, quem illa dolo occiderat, interemit. q Item Alcæon, Philosophus Crotoniates, Pythagore

Pythagore auditor, qui teste Laertio, primus de naturæ ratione scriptis lingua Dorica.

Aleman, ἀλεμανός, E' Lydia, Messenius, poëta Lyricus, filius Damantis. Claruit XXVII. Olympiade, quū apud Lydos regnaret Ardis, pater Aliattæ. Hic quum nimio amore puerilā quādam deperiret, amatorios catus primus invenit. Fertur phthirias Morbo interisse. Suidas.

Alemania, ἀλεμανία, Civitas Cariæ mediterranea: alias Heraclæa dicta. Steph.

Alcmena, pen. prod. [ἀλκυλίνη, Ger. Die Mutter Herculis.] Nomen proprium fuit matris Herculis: Electronis filia, Amphytrionis Thebani uxor, quæ lovi Herculem peperit. Dicitur, ἀλεμανή: id est, à robore: quoniam hæc mulier multum præstulerit animi constantiæ, ad viros proximè accedens. Aliquando post c ponitur u, Alcumena, prout versus exigit. Vide Hesiodum in Aspid.

Alcmenæ, ἀλεμανία, Ithacæ insulæ civitas est, à qua Ulysses Alcomeneus, ἀλεμανός, à poëtis appellatur. Steph.

Alcón, ἀλέων, Nomen proprium Cretensis sagittarii, cuius filium quum draco invassisset, taata arte direxit sagittam, ut ea in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Fuit hic Alcon Erichthei Atheniensium regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit. Virg. s. Aegl. siquos aut Phyllidis ignes, Aut Alonis habes laudes, aut jurgia Cœdri.

Alcorhus. Lege, AL & ATH OVS.

Alcyōnē, pen. corr. [ἀλκυόνη, Ger. Die Frau des Winden Königs / welche zu ein Seevogel ist verwandelt worden.] Acoli regis ventorū filia fuisse creditur, & uxor Ceycis: quæ desiderio mariti, qui naufragio perierat, in mare se dejecit, versaq; est, ut poëtæ fabulantur, in avē sui nominis. Vide Ovid. 11. Metam. q Altera fuit Alcyone Eveni fluminis filia, uxor Idæi, antè Marpessa appellata: quam Apollo quum rapuisset, non dubitavit maritus sumpto arcu & sagittis uxorem vi ab eo repeteret. Quod quū frustrâ conatus esset, parentes filiæ casum lugētes, cōmutato nomine Alcyone tam appellari, quod satu superiori Alcyone non dissimile sortita videretur. Hæc Homer. 9. Iliad. Alii scribunt Halcyone, prima vocali aspirata: quia de re vide ea, quæ suprà annotavimus in dictione ALCEDO.

Alcyōneus, ἀλεύονός, Gigas fuisse traditur, Porphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cuius & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones, ut quorundam opinio est, sunt mutata. Hærum nomina sunt, Phostonia, Anthe, Methone, Alcippe, Palenne, Drymo, & Asterie. Ex Suida. Alii scribunt Halcyoneus. Vide ALCEDO.

Aleæ, ἀλεά, Stephanus, Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. q Item Minervæ cognomē, quæ circa hanc urbē celebatur, ut est videre apud Herod. li. 1. Verum in duabus hisce postremis significationibus primam corripit, quam alioqui producit. Papinianus in Sylvis: Aut Aleæ lucis vidit Tegeæ sacerdos.

Alebas, pen. prod. ἀλεβας, Larissorum in Thessalia crudelissimus tyrannus fuit, ab ipsis tandem satellitibus, quos ad corporis custodiā adhibebat, interfectus.

Albecerij, Galliae Narbonensis populi. Plin. lib. 3. cap. 4.

Alepto, [ἀλεπτός, Ger. Eine aus den unzähligen Hellenischen Wörtern.] Una ex furiis infernalibus, & Latinè incessans interpretatur, ab è priyativa, & λεπτός, desino: quia cupiditas nunquam satiatur.

Alector, ἀλέκτης, Filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit unus e septem ducibus Argivorum apud Thebas. Volaterr.

Alectryon, [ἀλεκτρύων, Ger. Der geheimt Rämmerting Mars.] Adolescens fuit (ut fabulatur Lucianus) Marti adeò familiaris, ut adulterii, quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhibetur, foribusq; custos apponetur, ne Solis intervenienti deprehendetur adulteri. Verum quum ille somno oppressus negligenter excubias ageret, amantes ejus fiducia in utræq; auræ dormientes, à Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis multò ante eum in usum paratis, sunt impliciti. Qua de causa indignatus Mars, Alectryonem in avem sui nominis transformavit, quem gallum Latini appellat: qui etiam hodie veteris negligenter tremor, Solis adventum cantu suo prænuntiat.

Alegenor, Vnus fuit filiorum Boëthii: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electron, Archilycus, Alegenor, teste Diodor. libro 5.

Aleïi campi, ἀλεῖα πόλις, Locus est Lycia, in quem cecidit Bellerophontes, quum à Pegaso ab ostro agitato excutieretur: sic dictus, quod in eo cæsus errari Bellerophontes, do- nec periret.

Alele, Phazaniorum urbs in Africa. Plin. lib. 5. cap. 5.

Alemani, [ἀλεμανοί, Stephano. Ger. Die Teufelsen. Pol. Niem. vng. Nîmer. Ang. Germanes, Almawes.] Populi Septentrio-

nales, qui & Germani dicuntur: Rheno fluvio à Gallis; Alpibus ab Italib; discreti: ita dicti patrio vocabulo, quasi protinus viri. Quū enim Germani illi Septentrionales, præsertim Transalbiani mutare sedes cogitarent, imitati priores Germanos, qui trajecto Rheno, quō se totos viros ostenderent, sibi hoc nominis, quasi Gar ein Mann imposuissent: & ipsi se, quod fortissimi bellatores & viri omnes esse & vellent, & deberet, Germanos, quasi alle Männer appellaveré. Hæc Beatus Rhenanus in Tacitum.

Alemanus, Spartanus in Caracalla, Cùm Almani nomen ascriberet. XXXXVII

Alemanus, Fluvius apud Rysios originē à rubro castro Notenburg trahēs: hic ad Rehheim oppidū jungitur Danubio, Vulgo Altola, vel Altmühl appellatur. Vide Althamerū in Tacitū. Alemusii, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ, & Proserpinæ templum. Pausanias in Attic.

Aleanticus, Sinus. Plin. lib. 6. cap. 87.

Aleopetra, Insula in Maetide.

Aleria, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plinius lib. 3. cap. 6.

Alesa, Civitas est Siciliæ, Ptolemæo. q Hinc Alesinus, na, num. Cic. in Epist. Famil. In Alesina civitate, &c.

Aleſius, ἀλεσίος, Oppidum Elidis Stephano. q Item mons Arcadiæ, non procul à Mantinea: sic dictus ab errore Rheæ. Autor Pausanias.

Aleſium, ἀλεσίος, Oppidum Peloponnesi apud Strab. lib. 8.

Alethes, ἀλεθής, Nomen proprium viri Trojani, de quo Virg. lib. Aeneid. 1.: & qua grandævus Alethes. Latinè sonat veræ.

Aletium, ἀλετίος, Oppidum Salentinorum in Italia, authore Ptolem. & Plin. lib. 3. cap. 11. q Hinc Aletini populi, apud Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgo Lex in terra di Otranto.

Aletrinates, Italæ populi, in tractu Campaniæ. Plin. li. 3. cap. 5. Aletrini apud eundem lib. 3. cap. 11.

Aleus, Fluvius Siciliæ & tribus quædam sive locus in Chronico. Ita dictus ab Aliento quodam rege: interpres Theocriti in septimum Idylium.

Alex, Alecis, Fluvius Reginum agrum à Locrensi disternit, Strab. lib. 6. Apud Theocritum verò scribitur Ales, alitis. Hic fluvius Plinio Cárcinas appellatur, Pausanias & Aeliano Cecinus. Volaterranus.

Alexamenus, Aetolus, Nabidis tyranni Lacedæmonii intersector, mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatus. Liv. Decad. 4. lib. 5.

Alexandrè, [ἀλεξανδρός, Ger. Der groß Alexander / König in Makedonen.] Nomen proprium regis Makedonici, cuius clarissima gesta & ab historicis & in Sacris literis traduntur. Hic longè omnium excellentissimus fuit, cui ex rebus actis & auctis, Magni inditum est nomen, ne vir unicam gloriæ adeptus, sine laude unquam nominaretur. Nam solus, à condito aeo, quantum hominū memoria est, inexuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua major fuit, successusq; ejus amplissimos & provocavit ut strenuus, & æquiparavit ut meritus, & supèravit ut melior, solusq; sine æmulo clarus, adeò ut nemo audiat virtutē ejus sperare, vel optare fortunam. Hæc Apuleius. q Fuere & alii Alexandri: quorum unus Aphrodites, interpres Aristotelis, sed tali ingenio, ut Aristotalem identidem carpat. De hoc Suidas & Stephanus meminerunt. q Alius fuit Alexander Grammaticus, ex oppido quod Goticon dicitur, qui de varia historia sive materia XXIII. volumina scripsit, péritissimus ætatis sua vir. q Alius Alexander Asia rex, & Syriae, dictus Balam. q Alius Iudæorum rex, qui Aneus dictus fuit, & regnavit annis vigintiseptem. q Alius Alexander Epitota, qui quum Italæ bellum inferret, à Lucano milite interemptus est.

Alexandra, Quæ & Cassandra, Priami filia, ac vates. Hoc etiā nomine Lycophronis inscribitur poëma de Alexandro Paride. Volaterr. q Est & Alexandra, Alexandri Iudæorum regis uxor, Egesippo lib. 1. cap. 12.

Alexandrīa, [ἀλεξανδρεία, Ger. Ein stadt in Egyptenland mit weit von einem austauß des Nili, am Meer gelegē.] Vulgo à Turcis Scandaria dicitur: Vrbs Aegypti, non longè à Nili ostio: ab Alexander Makedoniæ condita: urbs fertilissima: quam Dinocrates architectus metatus est mirabilis ingenio, quindecim millium passuum laxitate ad eisigem Makedonice chlamydis orbe gyrato laciniosam, anguloso dextra, lœvaq; procurſu. Mareottis lacus ad meridiā: am urbis partē Europo Canopico ostio immittitur. Habuit olim scholas omnium disciplinarum liberalium: fuitq; ob commoditatē maximum totius orbis emporium. Constructum autem fuit ante Salvatoris adventum, anno vigesimo supra trecentesimum, intra spaciū septendecim dierum (ut testatur Iustinus lib. 11.) cum sex millibus murorum passibus.

Alexandrīum, ἀλεξανδρεία, Iudeæ oppidum Iosepho & Strabon. lib. 16.

Alexandropolis, ἀλεξανδρόπολις, Parthorum civitas, sic ab Alexandro Magno conditore nuncupata. Plinius libro 6. capite 25.

Alexia, Sequanorum urbs est, quam Ptolemæus Regiacū vocat. Diodorus autor est, hanc urbem ab Hercule conditam esse, semperq; liberam mansisse, donec à Cæsare longa obsidione capta, Romano accessit imperio. Creditur eadē esse, quam Galli hodie Africis vocant.

Alexis, ἀλέξης, Asinii Pollionis puer fuit, quem Virgilius ejus amore captus, ab illo dono accepit. In hujus gratiam (ut Servius putat) Virgilius scriptis secundam Aeglogam.

Alexis Thurius, ἀλέξης θύριος, Qui prius Sybaris dicebatur, poëta comicus ante Ménandrum, veliqui plures fabulas. Habet filium Stephanum, poëtam & ipsum comicum. Suidas.

Algidus, pen. cor. Mons ab urbe duodecim passuum milibus distans, ab assiduo frigore sic dictus. Horatius: Quæq; Aventinum tenet, Algidumq;. Ab hoc quoq; sylva Algida dita est, huic monti subjacens, in cuius ingressu Regillus lacus est.

Algidum, ἀλγίδης Stephano, Italiz oppidum non procul à Tusculo in alto monte situm, ex aëris algore propterea dictū, nunc Rosa de Pape ex veteris situs descriptione existimat, sylvaq; proxima adhuc Algidū sylva cognominatur. Volater.

Algidensis, adjективum, ut Raphanus Algidensis, qui circa Algidum nascetur longus & translucidus. Plin. lib. 19. cap. 4.

Alicariæ, Meretrices in Cappania appellant, quod solitè essent circa pistrina alicitorum versari. Festus.

Aligurius, Proprium nomen. Cic. Tironi, lib. 16. Epist. 18. ad finem: Aligurius Cæsarialis familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus.

Alimala, ἀλιμάλα Stephano, Locus est in Lycia.

Alinda, ἀλίνδα. Vrbs Cariæ, in qua regnavit Ada, filia Hecatomni regis Cariæ, auxilio Alexandri Magni. Strabo lib. 14.

Alindora, ἀλίνδρα, Civitas Macedoniz, Steph.

Aliphæ, pen. prod. ἀλιφή, Olm oppidū erat in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula apud Hor. lib. 2. Scrm. Aliphiræ, ἀλιφίραι, Arcadiæ populi. Plin. lib. 4. cap 6 ab oppido Aliphira. Cic. ad Att. lib. 6. Epist. 113: Arcadiæ censebat esse Leprecon quoddam maritimum. Tene autem, & Aliphira, & Tritia, nō sunt ei videbantur.

Alisarna, ἀλισάρνα, Oppidum est Troadis, apud Stephanum: à quo fit genitile Alisarnæus, ἀλισαρναῖος.

Alistus, ἀλίστος, Ptolemæo, Oppidum Germaniz, in tractu maritimo Saxoniz.

Allium, pen. prod. ἀλίου, Ptolemæo, Oppidum in Septentriionali plaga Germaniz, non procul à Sicambris.

Allista, ἀλίστα, Insulæ Corsicæ urbs in latere Meridionali, Ptol.

Allones, pen. prod. ἀλίζοις, Asiz minoris populi, inter Myos, Caras, & Lydos siti, Autor Stephanus.

Allia, ἀλλια, Corsicæ insulæ oppidum, Phœninium opus, teste Herodoto. Gentile est Allia, ἀλλιαῖος, Steph.

Allante, es, ἀλλάντε Stephano, duorum oppidorū nomen est, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Inde Allantæ, ἀλλάντοι, qui & Allantenses dicuntur à Plin. lib. 4. cap. 10.

Allia, ἀλλια, Nomen fluvii, qui à Crustuminiis montibus præalto defluens alveo Tyberino amni miscetur, quadragesimo ab Vrbe lapide, ubi magna strage Romani à Gallis profligati sunt. Hinc Alliensis dies dictus est, tanquam infastus. Sunt qui arbitrentur hoc nomen esse fœmininum, decepti auctoritate Lucani: Et damnata diu Romanis Allia fastis: quod ramen ita non est. Nam id licenter à Lucano factum est, per subauditionem nominis generalioris Aqua. Hujus nominis prima semper productur. Silius: Major & horrificis sese excusat Allia ripis. Hæc erat in fastis cui dat gravis Allia nomen. Virgil. libro 7: Quosque secans infastum interluit Allia nomen. Vbi Servius male putavit alterum l, metri causa esse interpositionum. Nam quod Lucan. libro 7. dicit: Non istas habuit pugna Phœniciæ parte, Quas aliae clades: Aliae, non fluminis nomen, sed diversitatis relativum est, ab Alius, alia, aliud.

Allienus, ni, Proprium viri, qui fuit Praetor Sicilie sub Cæsare. Hæc in Comment. de bello Afric. in princ.

Allobrogæs, pe. cor. [ἀλλοβρογες, ἐλλοβρογες, Stephano. Ger. die Gaphover.] Populus Galliæ juxta Rhodanum, nunc Sabaudientes, & Delphinate, victoria Fabii, & Catilinæ conjuratione noti, ad tractum Lugdunensem siti, Ptolemæo. Hor. Epod. 16: Novisq; rebus infidelis Allobrox.

Allobrogicæs, a, um, adject. ἀλλοβρογεῖσ, ut apud Cels. li. 4. cap. 5: Vinum Allobrogicum.

Alloria, ἀλλορια, Vrbs Cretæ, ut ex Polyhistore refert Stephanus. Gentile est Alloriates, ἀλλοριάτες.

Allotriges, ἀλλοτριγες, Populi in tractu Septentrionali Hispanæ, Strabo lib. 3.

Almedessos, ἀλμέδεσσος, Oppidum in ora Thraciæ, non pro-

cul à Bosphero. Recensetur à Plin. libro 4. capite 11. Ptolemæus vocat ἀλμιδαστερ, Halmidassum. Aut potius ἀλμιδαστερ, his aspiratione.

Almenæ, pen. prod. ἀλμηνα; Oppidum est ad Pontum Euxinum: à quo sunt gentilia, Alminius ἀλμηνιος, & Almenites ἀλμηνῖτες, Steph.

Almōn, ἀλμων, Oppidum Thessaliz, quod à nonnullis Elmo appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 8. Est etiam Almoa apud Virgil. 7. Aeneid. Pastoris nomen, filii Tyrthæi, regi pecoris magistri.

Almopis, ἀλμωπια, Macedonia pars est, quæ ab almope gigante, Helles ex Neptuno filio, nomine accepit: à qua etiam incole Almopes dicti sunt. & Almopii. Stephan.

Almōs, ἀλμως, Sisyphi filius, ut inquit Apollonius, frater Porphyrion, ex cuius si ia Chrysogone, & Neptuno, natus est Minyas rex Orchomeni. Idem tamen Minyæ matrem Hermippem Boeoti filiam appellat.

Aīσcus, ἀλισκος, Nomen Gigantis, Titanis & Terræ filii; cujas uxor Iphimedæ à Neptuno violata, duos peperit filios, Otum & Ephialtem, quos Aloeus pro suis educavit: unde & Aloides, ἀλωδης appellati sunt. H: quum Gigantibus superis bellum inferentibus, opem ferrent, Apollinis & Dianaæ telis confixi sunt. Virgil. 6. Aeneid. Hic & Aloides geminos, immania vi corpora, qui manibus magnum rescindere coeum aggressi.

Alogianæ, [ἀλογιαναι. Ger. Reiter/ welche Christum das Wort des ewigen Vaters: das ist / wahrer Gottes Sohn / verleugneten.] Hæretici fuerunt, sic vocati tanquam sine verbo: propterea quod εὐ τῷ λόγῳ hoc est, De filio, qui Patris verbum appellatur, divinitatem non agnoscere, Ioannis Evangelium recessuerunt.

Alone, es, (ut apud Melam legitur) sive Alona, ε, ἀλόνη Ptolemæo, Fluvius est Hispanæ in sinu Illicitano. Est & Alone, ἀλόνη, insula inter Lebedum & Theon repente crata. Plin. lib. 2. cap. 89.

Aloni, Populi Mesopotamia Gordyæis juncti, per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit. Plin. lib. 6. cap. 26.

Alontigicei, Hispanæ populi in conventu Hispalensi. Plin. lib. 3. cap. 1.

Alontium, Vide ALVNTIVM.

Alope, es, ἀλόπη, Thessaliz civitas est apud Plin lib. 4. cap. 7. dicta ab Alope Cercionis, sive (ut aliis placet) Actoris filia. Emigrantur & aliae quinq; ejusdem nominis civitates, quas vide apud Stephanum.

Alopece, ἀλόπεια, Insula est Bosphori Cimmerii apud Plin lib. 4. cap. 12. Est & altera ejusdem nominis insula, è regione Smyrnæ sita, in mari Aegao: quæ recensetur à Plinio lib. 5. cap. 31.

Alopæconnelis, ἀλοπεκονης, Oppidū est, teste Stephano, in Hellepoliaca Chersoneso, ex oraculo nomen adeptum, quo jubeatur Athenienses ibi urbem condere, ubi vulpinos catulos reperiunt. Circa hanc urbem præstantissima tubera nasci: autor est Plin. lib. 19. cap. 3. Est præterea ejusdem nominis insula, ante Thraciæ Chersonenum, non procul à Cæsa, ejusdem Chersoneti portu, de qua Plin. lib. 4. cap. 12.

Aloros, ἀλορος, Ptolemæo, Macedonia urbs, auctore Pomp. libro 2.

Alostici, Hispanæ populi in conventu Hispalensi. Plinius lib. 3. cap. 1.

Alpes, [ἀλπις, τὰ ἀλπια ἔχει. Ital. Alpi. Ger. Alpgebirg/Gebirge so Italiæ von Frankreich vnd dem Schweizerland absundet. Vng. Hausr.] A candore nivis dictæ sunt: quia perpetuis frigore nivibus albescunt, Sabini enim Alpū dixerunt, quod postea Latini albū: unde Alpiū nōmē. Silius: -clausas nivibus rupes, suppostaq; celo, Saxa vocat. Sunt autē montes altissimi, qui Galliam Transalpinam à Cisalpina dividebant: nūc verò promotis finibus termini sunt Italiæ. In longitudine centum millia passuum patet, à supero mari ad inferum, ut Celsus tradit: Livius verò tria millia stadiorum. Hinc sit Alpinus, na, num, pen, prod. ἀλπις, Plin. Gentes Alpæ, & venti Alpini, qui ab Alpibus flant. Vnde & Cisalpinus, na, num, & Transalpinus, cōposita.

Alpæsa, Oppidum est Celticæ regionis in Hispania ulteriori, apud Plin. lib. 9. cap. 1.

Alpheias, ἀλφεια, Dicitur Arethusa apud Ovid. lib. 5. Metam. Tum caput eleis Alpheias extulit undis. Vbi alludit ad fabulam, qua ferunt Arethusam Alphei amatoris vim fugientem, in fontem sui nominis esse conversam.

Alphænūs, Nomen est tutoris apud Hor. lib. 1. Scrm. ut Alphenus vafer in omni Abiecto instrumento artis, clausaq; tabernæ Tutor erat, &c.

Alphæsibæ, ἀλφεσσα, Phlegæ fluminis filia, quam Alphonson donato illo monili, quod Eryphilæ matri detraherat, in uxorem duxit.

Alphæsi.

**A**lphēslbœus, ἀλφεστοῖς, Nomen pastoris, apud Virgil. Aeglog. 5. παρὰ τὸ ἄλφειον πόντον, quasi inveniens boves, Alpheus. Per tres syllabas, & pen. prod. ἀλφεῖς. Vulgō Rofea. Fluvius est in Elide Peloponnesi regione, quem Pausanias lib. 3. tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Sicilie fontem desinere. Qua in re sequutus est Poëtarum fabulas, qui Arethusam venatricem fuisse tradunt, ab Alpheo adamata: cui quum ille vim adhibere pararet, Diana miseratione in fontem sui nominis esse cōversam, occultisq; meatibus, ne amatoris undis pollueretur, in Siciliam usq; fugisse: tandemq; in ea parte Syracusanæ urbis, quæ Oitygia dicitur, magno aquarum vi erupisse: Alpheumq; amatæ Nymphæ desiderio cōdem esse insecum. Virgil. 3. Aen. - Alpheum fama est hūc Elydis annem Occultas egisse vias subter mare, qui nunc Orc Arethusa tuo Siculis confunditur undis. Verūm hæc fabulosa esse constat: quum Alphei aqua nusquam absorbantur, ut docet Strab. lib. 6. ejusq; ostium manifestè videatur inter Ichthyam promontorium, & Haliartum oppidum. Alpheonis Diana Templum, Locus est ad Alphei fluminis ostium, ab Olympia stadiis octoginta distans. Strabo libro 8.

**A**lphiōn, ἀλφέων, Lacus in Pyrrhea, vitiligines tollens. Plin. lib. 31. cap. 2.

**A**lphius, Fœneratoris nomen, à quo primū profecta esse dicitur celebris illa sententia: Vel optima nomina, non appellando mala fieri. Hujus meminit Horat. in Epop. Ode 2.

**A**lpīnūs, Malus quidam Poëta fuit, qui Memnonis Autorum filii bella descripsit, sed tam malè, ut ab Horatio dicatur, Memnona suis carminibus jugulare. Turgidus Alpinus jugulatum Memnona. &c.

**A**lsā, Fluvius est Venetiæ, Aquileiam præterfluens. Plin. lib. 3. cap. 18.

**A**lsfeldia. Vrbs Hassia.

**A**lsā, Villæ nomen est, ditionis Mediolanensis, in Varisiensi præfectura. Vide annotationes Alciati in Cornelium Tacitū.

**A**lsīum, ἄλσος, Ptolemæo, Vrbs est Tuscæ litoralis, quam hodie Sanctam Severinam vocant. Plin. lib. 3. cap. 5.

**A**lfīs, Nomen est pastoris apud Virg. lib. 12. Aen. - Podalirius Alsum Pastorem, priuag; acie per tela ruentem Ense sequens nudo supereminet.

**A**ltellus, Romulus dictus est, sive quod in tellure altus fuerit à lupa: sive quod rebus gestis excelsus ac glorioſus esset: seu quod à Tatio Sabinorum rege in colloquium postulatus, alternis vicibus audierit ac loquitus fuerit. Nam sicut à Macro Marcellus, à vafro Vafellus: ita ab altero Altellus fit. Hæc Festus.

**A**lthæa proprium Meleagridi matris nomen: quæ ut fratum suoru cædem ulcisceretur à Meleagro filio suo perpetrata fatalem illius stipitem igni imposuit, filiumq; unum cum illo exussit. Vide infra in dictione MELAEGER.

**A**ltinūm, penult. prod. ἀλτην. Vulgō Altino. Vrbs olim in litore Venetiæ florentissima fuit: à qua Altinates populi diſiunt. Plinius lib. 3. Epistol. Arrianus Maturius Altinatum est princeps.

**A**luntiūm, sive Alontium, ἀλέντος Ptolemæo, Oppidum Siciliæ non procul à Lilybæo promontorio. q; Inde Alunti, sive Alontini, quorum meminat Plin. lib. 3. cap. 8.

**A**luona, ἀλουόνα Ptolemæo, quæ & Albion vulgō S. Angelo. Oppidum Liburniæ. Inde Aluonenses, sive Albichenses, populi, quorum meminat Plinius in descriptione Liburniæ.

**A**lusig, specus sacer in Thalamo Thuriæ mōte, ab Allusio proximo amne cognominatus, ut scribit Lucius Ianus Parthianus in Claudianum.

**A**lutæ, Populi Illyrici, in conventu Scardonitano. Plinius libro 4. capite 21.

**A**lurenſes, Istræ populi. Plin. lib. 3. cap. 19.

**A**lyacmōn, Fluvius Macedoniæ. Claudianus: Et frustra rapido damnant Alyacmona Bessi. q; Legitur & Haliacmon pro codem.

**A**lyatæ, ἀλυάται; Regiuncula Bithyniæ ita appellata ab Alyate rege. Stephanus.

**A**lyates, ἀλυάτης, Lydorum rex fuit, Crœsi Pater, cujus memoria exterritum est monumētum apud Sardos, maxima impense parte ab ancillis, quæ omnes apud Lydos corpore quæsum faciunt, in hoc opus collocata.

**A**lyba, ἀλύβη, Regio non longè à Mysia: ubi argentifodine esse ab Homero traduntur.

**A**lybes, ἀλύβης, Græcorū nonnulli eos putant esse, qui & Chalybes. Strab. lib. 12.

**A**lycus, Civitas Peloponnesi. Steph.

**A**lysius, ἀλύσιος, Bacchus dicitur, δέ τις λύσιος: id est, solvo. Cz. lib. 7. cap. 15.

**A**lysoni, ἀλυσινής, Populi sunt Scythæ Asiaticæ, ut docet Herod. lib. 4.

**A**lyssos, Arcadiæ fons est, cuius aqua canis rabidi morsui medetur.

**A**lyxothœ, ἀλυξθόη, Nymphæ nomen, ex qua Priamus Aescacum suscepit. Ovid. lib. 11. Metam. Aescacum umbrosa furtim peperisse sub Ida fertur Alyxothœ.

**A**lyzia, penultima producta, ἀλυζία Stephano, Acarnaniæ civitas est, non procul à littore. Strab. lib. 10. Cic. Tironi: Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus: is locus est circa Leucadæm stadia CXX.

A ante M.

**A**madoca, orum, ἀμαδόκη, n. sive Amadoci, Mothes sunt in Sarmatia Europæ: à quibus & accolæ, Amadoci dicuntur. Ptolemæus.

**A**madrīdēs, Vide HAMADRYADES.

**A**mæa, ææ. Apud Træsenios Ceres dicta: Proserpina verò Azezia, autore Didymo. Vnde proverbium Amæa Azeiam reperit. Dici consuevit de diu, multumque quæsita, desiderataque. Nota est fabula de Cerere quærente Proserpinam, referatur à Plutarcho.

**A**malchium, à Scythis appellatur Oceani Septentrionalis portio, quam nos Mare congelatum dicimus. Plinius libro 4. cap. 13.

**A**malecitez, ἀμαλκίται, Gens Hebræorum. Steph.

**A**malthea, penult. prod. ἀμαλθία, Fuit nutrita lovis infantis.

Nam Melissus rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Melissam, quæ lovem capriño lacte & melle nutriverunt, teste Laft. lib. 11. Institut.

Alii dicunt capram illam appellatam esse Amaltheam: ut Parmenios Poëta Græcus, quæ propterea in cœlum sublata, inter sydera cum geminis hæcdis fuit colloqua-ta. In ejus autem ortu & occasu maximè fuit pluvia. Hinc & illud Ovid. 5. Fast. Nascitur Oleniæ signum pluviale capellæ.

Et 3. Metam. & Oleniæ sydus pluviale capellæ. Porò Olenia dicitur: quia in Oleno urbe Bœotia, vel Achæa, ut alii volunt, nutrita est. Sunt qui tradant ex altero Amaltheæ cornu fluere, Ambrosium, altero nectar, cibum & potum deorum. q; Est & nomen Sibyllæ apud Tibullum.

**A**mana, ἀμάνα, Civitas Mediaæ Ptolemæo.

**A**mândrâ, Regio ad Indum fluvium, in quatuor divisa populos, Peucolaitas, Asfagalitas, Geretas, & Asoos. Autor Plin. lib. 6. cap. 20.

**A**manides portæ, ἀμανίδες πύλαι, Dicuntur angustæ Amanni montis, in quas ille definit à Tauro discedens. Vide Strabo lib. 4.

**A**manoides, ἀμανοίδης, Cilicia promontoriū, Pomponio sic dictum: quod formam, effigiemq; Amanni circunavigantibus exhibet. Hermolaus.

**A**manthes, Populi sunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tunc salis, tunc carbuncularum, gemmarumque copia est, adeò ut ex sale domos sibi extructe dicantur. Autot Solinus.

**A**mantia, ἀμαντία, Civitas Macedoniæ, Ptolemæo. Cic. 11. Philipp. C Antonius qui tenet Apolloniam, magnam urbem, & gravem: teneat opinor Bulidem, teneat Amantiam, &c.

**A**mantini, ἀμαντῖνοι, Ptol. mæo. Amates Plinio, Populi sunt Pannoniæ inferio 1, quæ hodie Vngaria dicitur.

**A**manus, pen. prod. ἀμανος Stephanus, Pars Tauri montis, quæ Syria à Cilicia dividitur. Strabo lib. 11.

**A**mâracus, pen. corr. [Pol. Maieren, Vng. Majorana.] Cyanæ regis Cypræ puer, qui catu lapsus, dum ferret unguenta, tre-git alabastrum. Deinde quum nimis dolore contabuisset, versus est in Samplichum, quæ ex ejus nomine Amaracus cepera et appellari, ἀμαράκος, μαράκυρος. Virgil. 1. Aeneidos:

ubi molis amaracus illum Floribus & dulci aspirans complexitur umbra. Plin. lib. 21. cap. 22: Samplichum, sive amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, scorpiibus aduersatur, ex aceto & sale illitum. Herbam hanc vulgō Majoranam vocamus.

**A**maramis, ut refert Josephus, fuit nomen patris Mosis.

**A**maranthi, ἀμαράνθοι, populi inter Colchos, apud quos Phasis fluvius oritur: unde & Amaranthus à quibusdam appellatur Steph.

**A**marbi, populi Scythæ, Hircaniæ proximi: quorum meminat Plin. lib. 6. cap. 13. Strab. lib. 11. Amardos vocat.

**A**marthus, Medæ fluvius, Ptolemæo.

**A**marusia, ἀμαρουσία, Diana cognomen est: træsum (ut Pausanias videtur) ab Amarintheo Eubœæ vico, ubi summa cū veneratione colebatur Diana.

**A**marynthus, ἀμαράνθος, Vicus est Eubœæ insulæ juxta Eretriam, in quo Diana colebatur, quæ inde Amarusia dicta est. Strab. lib. 10.

**A**mâseniūs, pen. prod. Fluvius Volscorū. q; Est & alias in Sicilia eodem nomine, de quo Ovid. lib. 15. Metam. Necon Sicanius volvens Amasenus arenas.

**A**masia, penult. prod. ἀμάσια, Oppidum Cappadocie, quod

B 5 Iris flu-

Iris fluvius præterfluit, Strabonis Geographi patria, ut idem Strabo testatur lib. 12.

**Amaſias**, ἀμαſίας Straboni, Fluvius est Germaniæ inter Rhenū & Albim, iuxta Emdam Phrysiæ orientalis metropolim, in Oceanum illabens. Germani sua lingua Dī Em̄s vocant. Plin. & Pomp. Melz Amasis dicitur.

**A'masīs**, pen. prod. ἀμαſίας, Nomen proprium regis Aegypti, cuius tumulus fuit una pyramidum, dicēte Lucan. lib. 9. Non mihi pyramidum tumulis evalsus Amasis. Hic legem coadiuit, ut quisq; quotannis apud præsidem rationem vitę redderet, demōnūraretq; unde viveret, aut quo quæstu sustentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Aegyptiis transfluit ad Atheniensis. Regnavit eodem tempore in Aegypto, quo septem sapientes in Græcia floruerunt. Multa de hoc Plutarchus in Symposio septem Sapientum, & Diogenes Laertius in vita Periandri.

**Amasīs**, Plin. lib. 6. cap. 7, populi circa Mæotim.

**Amaſtris**, ἀμαſτρίς, Metropolis Paphlagoniæ, quæ antea Cromna dicebatur: postea Amastris appellata ab Amastris, muliere Persica, filia Oxyathre, fratri Darii: aut (ut alius placet) ab Amastris quadam Amazona. q; Est & urbs Bithyniæ, Ptolemaeo.

**Amath**, Nomen filii Chanaau, qui (autore Iosepho) Amathones instituit, qui & Amatheci dicuntur.

**Amata**, à Pontifice appellabatur Virgo Vestalis, quæ ad ministerium Vestæ capiebatur: quod prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcirco dicebatur, quod veluti bello capta à parente, vel ab eo, in cujus potestate erat, manu à Pontifice maximo apprehensa abducebatur. Vide Gellium lib. 1. cap. 12.

**Amatæ**, populi Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 20.

**Amatha**, orum, ἀμαθεῖ, n. Regio Arabiæ. Vnde Amathei, ἀμαθεῖοι, Arabia populi. Plin. lib. 6. cap. 22. Horum meminit Ioseph. lib. 1. Antiq. cap. 12. & Stephan.

**Amathei**, es, ἀμαθεῖ Stephano, Oppidum est Phœnicæ, & alterum Siciliae. Ab utroque deducitur gentile Amathæus, ἀμαθεῖ.

**Amathūs**, pen. corr. thuntis, ἀμαθūs, Cypri civitas est Veneri sacra, in qua & Adonis colebatur. Virgil. lib. 10: Est Amathus, et celsa mibi Paphos, atq; Cythera. Ovid. Piscosamque Guidon, gravidamq; Amathunta metallis.

**Amathūtēs**, te, teum, pen. prod. Idem lib. 10: Laetanteis vitulos, Amathunteasq; bidentes.

**Amathūtēs**, tia, tiuim. Virgil. in Cyri: Quod si animo quovis alio jaſtaris amore: Nam te jaſtar, non est amathuntia nostri Tam rudis, ut nullo possum cognoscere ſigno. Vbi tamen in caſtigatoriis exemplaribus non Amathuntia legitur, ſed Amathusia.

**Amathūſſī**, ἀμαθεῖ, Cyprii ſunt ab Amathunte urbe. Strab. libro 8.

**Amathūſſī**, amathi, ἀμαθεῖ, Fluvius Pylon urbē, Nestoris patram præterlabens : à cuius nomine Pylos ipfa Amathoëſſa videtur appellata. Hic etiam Pamifus vocatur. Strabo lib. 8. & Mamaus, & Arcadicus. Autor Strabo lib. 8.

**Amathūſſā**, ἀμαθεῖ, Insula in mari Cilicio, ab Amathunte factissima urbe ſic appellata. Nunc Cyprus dicitur. Plinius lib. 5. cap. 31.

**Amathūſſācūs**, a, um, adjectivum. Ovid. Metam. 10: Laetanteis vitulos Amathuniasq; bidentes.

**Amāxā**, ἀμαξā Stephano, Bithyniæ locus: à quo gentilia Amaxzes, ἀμαξεῖ, & Amaxites, ἀμαξῖ.

**Amāxīa**, ἀμαξīa, Ciliciae urbs est, materia ad fabricandas naues maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strab. lib. 14.

**Amaxobit**, populi inter Sarmatas. Vide HAMAXOBII.

**Amaxitus**, ἀμαξīs Stephano, Trojadis locus, ara duodecim decorum infigatis, quam Agamemnon conſtruxit. q; Hinc Amaxiani dicuntur, Amaxiti incolæ, quos Apollodorus Amaxitenos, ἀμαξītēs appellat. Meminit bujus loci Plin. lib. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13. q; Est præterea Amaxitus, oppidum in ſinu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

**A'mazōnēs**, pen. corr. [ἀμαζόνες]. German. Streitbare Wep̄ber in Scythien.] Fœminæ bellissimæ, Scythiam juxta Tannaim primū, dcinde ad Thermodoonta incolentes, quæ magnam Asia partē occupavere. Dictæ Amazones, cò quod mammis carent: ab ē, ſine, μαξīs, mamma. Mos enim fuit Amazonibus, interfectis maribus, quos genuiſſent, ſervare fœminas, carumq; infantium mammas dextras inurere, ne impedimento effert ad pugnam, conſerendam, & ne sagittarum jaſtuſ impeditur. Vel Amazones & ē, & μαξīs: id eſt, pulte, ſeu pane, quāli ſine pane, cò quod aon pane vescerentur, ſed carnibus. Alii ab ē & ζλω, cum aspiratione in principio, tanquam in commune viventes, dictas putant. Stephanus dictas putat à nympha Amazonide, filia Samornæ. Fuere & in Libya Amazones, unde Silius Ital. libro 2: Hasbitæ Har-

## A M A A M B A M E A M I

bæ filiam Amazonica pelta insignem facit. Alii ab Amazonæ puella, Diana sacerdote, & regina Ephesi, Amazones volunt appellatas.

**A'mazōnīz**, ἀμαζόνις, Illarum regio dicitur. q; Amazonum cātilena, ἀμαζόνες, in delicatos & parū viros. Philoſrat. in Apollonii vita lib. 4. q; Amazones pro pauperioribus, & tenuiori, promiscuoq; vieti utentibus, apud Græcorum scientissimos reperiuntur, veluti qui mazam: id est, panem, non habebant. Vide Cæl. libro 5. cap. 31. & Hermolaum in Plin. libro 6. capite 7.

**A'mazōnīcūs**, idem quod Amazonius: apud Sueton. in Nero: pete Amazonicæ.

**A'mazōnītūs**, Mons Cappadocia, præter cujus radices labitur Thermodoon fluvius. Plin. lib. 6. cap. 3.

**A'mbarri**, à Cæſare inter Galliæ Lugduacensis populos numerantur.

**Ambastæ**, populi ſunt Asiæ. Et Ambastum, fluminis nomen in Asia, autore Ptolemæo.

**A'mbe**, ἀμβη, Civitas eft Arabiæ ſeſclicis, Ptolemæo.

**Ambifānī**, ſive Ambianenses, ἀμβιανοί, Populi ſunt Galliæ Belgicæ, quos Plin. lib. 4. Bellovaciſ conjungit. Gal. Amians.

**Amberga**, Palatin ducatus urbs in Germania non longè à Bavaria. [Germ. Amberg.]

**Ambigatus**, Celeratum rex fuit, qui ubi majorem vidit ſuorū multitudinem, quām ut commode ab ea regione ali possent, Bellovacis & Sigovacis ſororis ſuæ filios cū magna ſeno-num parte ad quærendas novas ſedes, alterum in Italiā, alterum ad saltus Hercinios misit. Vide Liv. ab Vrb. cond. lib. 5.

**A'mbraciā**, ἀμβρακία, Vulgo Arta, Urbs in Epiro, Pyrrhi regia ab Ambrace rege, Thesproti filio, à quo proximus ſinus Ambracius dictus eſt.

**A'mbraciēnsīs**, & Ambraciotes: ſive Ambraciota, ἀμβρακιώτες. Ex hac urbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota di-ctus: qui quum Platonis librum de æternitate animarum per-legiſſet, præcipitem ſe dedit in mare.

**A'mbrōnēs**, ἀμβρονης, Gentes quædam Gallicæ, quæ ſubita inundatione mari, quum ſedes suas amißiſſent, rapinis ſe ale-re cooperunt. Hos cum Cimbris, Teutonicis q; Marius delevit. Hinc tractum eſt, ut turpis vitę homines Ambrones dicantur. Vide de hoc latius in Epitom. lib. 68. & Plutarch. in vita Marii.

**Ambroſius**, ἀμβροſιος, Proprium nomē, divinus ſeu immor-talis dicitur.

**A'mbrysūs**, penul. prod. ἀμβρυσος, Nomē eft duarū urbium, quarum unam Strabo locat in Phocide, alteram in Boeotia. q; Est & hoc nomine fluvius Magnesiæ, juxta quem Apollonē Admeti regis pecus paviff Poëtae fabulantur. Alii ſcribunt Amphryſus. Vide inſta.

**Ambulatī**, A' Plinio lib. 4. cap. 19, referuntur inter populos Galliæ Aquitanice.

**Amelas**, Lyciæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 27.

**Amelius**, Philoſophus Apamiensis, diſcipulus Plotini, Porphyrii magiſter, Ammonii & Origenis coetaneus. Suidas.

**A'merīſā**, ἀμερίſā Stephano, Vulgo Amerīa, Civitas in Umbria, ante Perſicum bellum annis noningentis septuaginta qua-tuor condita: unde Salix Amerina apud Plin. libro 24. cap. 9. q; Et, Amerina retinacula, pro viminibus. Virgil. 1. Georg. Arg; Amerina parant lentę retinacula viti. Vbi Servius Amerina re-tinacula, virgas de quibus vites religantur: quæ virgæ abun-dant circa Ameriam oppidum Italiæ, cujus crebram in Ro-sciana fecit Cicero mentionem.

**A'merīſālā**, Oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5.

**A'mestratūs**, ἀμεſtratūs, Siciliæ oppidum: cujus incole di-cuntur Amestratini, ἀμεſtratī. Autor Stephanus. Horum meminit Cicer. 5. action. in Verrem: Quid Amestratini miseri, im-pofitū ſita magnis decumis?

**A'mestrīſā**, ἀμεſtrīſā, Regina fuit Perſarum, uxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

**A'milcār**, aris, penult. genitivi correp. ἀμιλχαρ. Punicum no-men eft, quo diſti ſunt aliquot illiſtres Carthaginienſiſ duces, quo rum præcipuus fuit Anobalis pater, qui filium irreconciliabilis illo erga Romanos odio primus imbuuit. q; Fuit & alter Alexandri magni tempore, qui quum cives ſui cre-ſtes Alexandri vites extimescerent, exulem ſe fingeſas, ad ejus caſtra tranſ fugit. Receptus itaque ab Alexander in militiam, & consiliis adhibitus, ſuis omnia civibus in tabellis ligacis, cera ſuperinducta perſcribebat.

**Amilius**, Urbs Arcadiæ. Steph. & ſluvii nomen. Vide Anulus.

**A'mipsiās**, ἀμιփſιաς, Poëta comicus Atheniensis, Suidas. Hu-jus meminit Laertius in Vezeate.

**Amiſius**, Fluvius eft Germaniæ, q; Amasiām à Strabone vocari ſuprà diximus. Hic in Frisia Orientali juxta Emdam ci-vitatem in Oceanum influit. Germani hunc ſluvium ſua lingua Dī Em̄s vocant, quāli Emyſium dicas. Meminit ejus Plinius lib. 4. cap. 14.

Aminatiæ.

**Aminatiz.** Genus Nabathaeorum Arabum, teste Iosepho. Dicitur autem sunt ab Ammano filio Lobi, Steph. in Aman monitis mentione. In veteri Testamento Ammonites vocantur, quorum metropolis erat Rabbath Philadelphia dicta.

**Amisum.** *ἀμισος*, sive Amisus, *ἀμισος*. Stephano, Oppidum est insigne in confinio Paphlagonie & Cappadociae, distans a Sinope CXXX. M. passus. De hoc Plin. lib. 6 cap. 2.

**Amiternum.** *ἀμιτερνος*, Vrbs Campaniae, ex qua Crispus Salust natus perhibetur. Hodie Aquila dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5. **Amiternus**, *ἀμιτερνος*, adjectivum: ut, Amiterna cohors apud Sil. Ital. lib. 8. Item Amiternus ager. Martial. lib. 13: Nos Amiternus ager scelibus educat hortis.

**Amithaon.** *ἀμιθαον*, Pater Melapi vatis. Stat. Theb. 3: - solers tibi cura futuri Amphiarae datur, juxtaq; Amithaone cretus iam senior, sed mente vires, Phoeboq; Melampus. *q* Amithaonia domus. Propert. Mox Amithaonia nupta futura domo.

**Amithoscuta.** Regio Arabie. Plin. lib. 6. cap. 28.

**Amithinenses.** Italiæ populi in tractu Hetruria. Plinius libro 3. cap. 5.

**Ammon.** *αμμων*, Suidæ, sive (ut alii malunt) Hammoh, Iupiter appellatus fuit, qui in deserti Libyæ sub arietis forma colebatur. [Germ. Ein junan lovis.] Cujus appellationis ratio haec fuisse traditur: Quum Liber pater per desertum Libyæ exercitum duceret, universa jam Asia devicta, & siti admodum laboraret, implorasse à patre auxilium dicitur. Quo facto, apparuisse ei extempò aritem: quæ dum fugientem persecuitur, pervenisse illo duce ad fontem amoenissimum. Quapropter defuderio potum, existimasse aritem illū fuisse Iovem, eiq; templum miræ magnitudinis in arena constituisse, & Deum vocasse Ammonem: hoc est, Iovem arenarium. Sunt qui dicat lingua Aegyptia Ammon Iovem dici: hinc corrupto nomine Ammonem vocitatum. Alii tradunt Ammonem dictum ab Amone quo dam pastore, qui primus illuc templum edificavit. Hujus meminere Suidas, & Aristophanes, *q* ogores.

**Ammonethus.** Insula Arabie. Plin. lib. 6. cap. 28.

**Ammoniā.** *αμμωνια*. Germ. Ein sandige Landschaft in Libyen. Regio mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur: ita dicta ab arenæ copia, quæ *αμμων* Græcis dicitur.

**Ammonius.** *αμμωνιος*. Alexandrinus philosophus fuit. Originis & Porphyrii coetancus: de quo vide Euseb. in Histor. Eccles.

**Ammotheæ.** *αμμοθεæ*, Nympha nomen est: ita dictum *αμμοθεæ*, quasi per archam currens.

**Amnis.** Insula Dolica in Arabia fluvius. Plin. lib. 6. cap. 28. **Amata.** omnis virgo, quæ à Pontifice max. capitulatur ad sacerdotium. Vestæ appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine traditur. Gell. lib. 1. cap. 12.

**Amometus.** *αμομετος*, de Seribus privatim condidit volumen, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 6. cap. 17.

**Ainorgæs.** *αινοργης*, Fuit ex Darii ducibus unus, qui *αινοργης* Caribus insidiis circumveniens, unâ cum Daurise, & Sisamace, & Myrse Gygis filio fuit obtruncatus. Herodot. lib. 5.

**Ainorgos.** *αινοργης*, Insula una ex Sporadicis. Strabo lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 12.

**Amorrhæi.** *αιμορραι*, populi dicti sunt ab Amor patre Sichæ, vel ab Amorrhæo filio Canaan.

**Ampæ.** *αμπη*, Oppidum Arabie non procul à Mari rubro: cuius meminuit Herod. lib. 6. Gentile est Ampæus, *αμπεως*. Steph.

**Ampela.** Civitas est Cretæ insulæ agud Plin. lib. 4. cap. 12.

**Ampelos.** *αμπελος*, nomen civitatis Macedoniæ, apud Plin. lib. 4. cap. 10. *q* Proloemæ quoque Ampelon urbem in Crete collocat. Stephanus aliam in Cyrenaica regione. *q* Est præterea Ampelos, promontorium Sami insulæ, è regione Drepani Icarie insulæ. Autor Strabo lib. 14.

**Ampelœstæ.** *αμπελοειστæ*, Oppidum est in Decapolitana regeione, quæ Syriæ proxima est. Autor Plin. lib. 5. cap. 18.

**Ampelusia.** *αμπελεια*, Nomen est promontorii in ea Africæ parte, quæ Atlantem alludit Oceanus, à vitium copia impositum. Plin. lib. 5. cap. 1.

**Amphalia.** Locus est Cretæ, apud Strabonem, in ipsius insulæ descriptione.

**Amphæ.** *αμφη*, Vna Cycladum. Vide CASOS.

**Amphæa.** *αμφηα*, Vrbs Messenæ. Steph.

**Amphiala.** Oppidum est Atticæ. Strab. lib. 9.

**Amphiarau.** pen. prod. *αμφιαρε*. Argivus Oeclai, aut (ut alii malunt) Lini & Hypermnestra filius, yates & Augur fuit, futurorum peritissimus: qui quum prævideret fore, ut in bello Thebanæ interiret, domi latitavit. Tandem tamen ab uxore proditus, invitus à Polinycæ ad bellum est pertractus: ubi, quum fortiter pugnaret, unâ cum curru terræ hiatu absumpsus est. Vide hæc latius apud Statium.

**Amphiæs.** *αμφιασ*, Tarsius fuit, qui ex infima sorte ad summas opes evectus, quum amicum, tanquam degenerem, multis probris affecisset, tandem, velut resipiens, subjecit: Sed &

nos ex hisdem seminibus sumus. Quæ vox ab astantibus summa laetitia excepta est.

**Amphyctyonæ.** *αμφικτυονε*. German. Die ganze versammlung der Thatsachen oder Landesrathen in Griechenland. Poloni. Ziesid seyn. Vngar. Országgyűlés. Publicum Græcæ concilium, ut scribit Cicero de Invent. lib. 2. Vnde decreta Amphictyonum citat Demosthenes in oratione pro Cresiphonte. Constatbat autem Amphictyonum conventus ex septem Græcæ civitatibus, ut docet Strabo lib. 9. Vnde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Dionysius lib. 14: Amphictyonem Heleni filium commentum esse Amphictyonicæ concilium; cui ab ipsius nomine nomen indiderunt. *q* Hinc Amphictyonicus, ca. cum: ut, Leges Amphictyonice, quibus ad concordiam colonam invitabantur. [Germ. Thatsachen oder Landesrathen bey der ganzen versammlung Griechenlands waren.] *q* Amphictyonum concessus, *αμφικτυονικὴ συνέδρια*. De frequenti gravium virorum conuento. Vel venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui sibi tamen Solones esse videantur.

**Amphidamas.** *αμφιδαμας*, Busiris fuit filius, quem Hercules unâ cum patre holopites immolare, interfecit.

**Amphigenia.** *αμφιγενια*, Oppidum Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cujus meminit Statius 4. Theb. Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia, Planæq; Messene, montanaq; nutrit Ithome. Meminat ejusdem & Homerus.

**Amphilochi.** *αμφιλοχη*, Acarnania populi, Argio Amphiliocch. cum incolentes.

**Amphilochus.** *αμφιλοχη*, Atheniensis philosophus, & agriculturæ scriptor, ut tellis est M. Varro lib. 1. de Rust. *q* Fuit & Amphilochus filius Amphiaraï vatis ex Eriphyle suscepitus, ut in Odyssea restatur Homerus.

**Amphiliytus.** *αμφιλιτος*, Aciolus ex Acarnania, qui Pisistrato tereti Atenarum tyrannidem repetenter autor fuit, ut noctu Athenienses invaderet. Herodot. lib. 1: Hic divina pompa fungens Amphiliytus Acarnam, vir ariolus, Pisistratum cui assistebat, adiit, atq; hæc hexametro carmine vaticinatus est, inquit: Est nummus projectus, item sunt retia testa; Nocte macta thynni claro sub sydere lunæ.

**Ampliñmachiūs.** *αμφιλιχη*, Creati filius, unus ex quatuor ducibus Epcorum: de quo Homerus in Catalogo.

**Amphimalis.** *αμφιλιχη*, Sinus est Cretæ insulæ, ut testis est Ptolem. Hodie S. Nicolaus vocatur. Stephano Amphimallum, vel Amphimalla civitas est Cretæ. Meminat etiam Plin. lib. 4. cap. 12.

**Amphimedon.** Nomen Libyæ cuiusdam, qui in Aula Celsi regis aduersus Persæ pugnans, occisus est. Ovid. 5. Met. Ecce Syenites genitus Methione Phorbias.

Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam.

**Amphinome.** *αμφινομη*, Nympha, à circumpascendo, quod proprium est aquarum, quæ ripas & litora circunquaque de-pascuntur.

**Amphion.** pen. prod. *αμφιαν*. Ger. Ein färtrefflicher Muscus auf der Leyen oder Harfen. Iovis & Antiope, vel secundum aliquos, Mercurii filius, à quo accepta lyra adeo suaviter canebat, ut saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur. Horatius: Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis, Saxa mouere sono testudinis. Quod id est fictum: quia eloqui fuavitate homines rudes, & incultis moribus ad obsequii civilis pellexit disciplinam. Quod idem Horatius exposuit: nam quæ dixisset: Sono testudinis, addidit: Et prece blanda. Ferunt huc Invenisse Musicam. De Amphione lib. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis. *q* Hinc Amphionius Rhodius in Argonauticis.

**Amphipolis.** *αμφιπολη*, Civitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quod eam Strymon annis circunfluat.

**Amphirrhoe.** *αμφιρρη*, Nympha, ab undecunq; fluendo.

**Amphisbæna.** *αμφισβηνη*, sive (ut alii placet) Amphisbæna, *αμφισβηνη*, *αμφισβηνη*, Serpæs est in Libyæ desertis, duo habens capita: unde & circulatis tractibus creditur incedere. Lucan. lib. 9: Et gravis in geminum surgens caput amphisbæna.

**Amphischi.** *αμφισκη*. Ger. Die Cyanobacter des Erbodens/so in eines jars frisch schatten gegen östlichen um sich haben.] Appellantur iti, qui sub equinoctiali habitant circulo, eò quod quadruplici verberentur umbra. Nam Sole existere in alterutro punctorum æquinoctialium: hoc est, in principio Arietis aut Librae, umbra eorum matutina jacit versus Occidentem, vesperina versus Orientem. Sole autem Cancrum, aliquod yde ex cæteris signis Septentrionalibus perambulante, umbram habent Australiem: contraria vero Septentrionalem, sole sub Capricorno, aliquod yde alio Australium signorum iter faciente.

**Amphisæ.** *αμφισση*, Tarsius fuit, qui ex infima sorte ad summas opes evectus, quum amicum, tanquam degenerem, multis probris affecisset, tandem, velut resipiens, subjecit: Sed &

plum diripuerunt, apud Demosthenem in oratione pro Cephonte.

**A**mphistratūs, pen. corr. *ἀμφίστρατος*, Statuarii nomen apud Plin. lib. 36. cap. 5.

**A**mphithoe, *ἀμφιθοή*, Nymphæ nomen est, à circu cursitando dictum, ab *ἀμφι-* circum, undequaq; & *θεός*, curro.

**A**mphitrite, *ἀμφιτρίτη*, pen. prod. [ *ἀμφιτρίτην* ]. Germ. *Des Neptuni*. Web. *das ist das Meer.* Oceanus & Doridos filia, quæ singitur à Poëtis esse uxor Neptuni: & per metonymiā ponitur pro mari. Nomen deductū est ab *ἀμφιτρίτην*: hoc est, à circu terēdo, quod mare terram undiq; terat, & lancinget. Ovid. Metam. 1.: *nec brachia longo Margine terrarū porrexerat Amphitrite.*

**A**mphitus, *ἀμφίτη*, Alter ex Castoris & Pollucis aurigis. Plin. lib. 6. cap. 5.

**A**mphitryōn. [ *ἀμφιτρύων*. Ger. *Der Hirsch in Theben* / ein Stieff vater Hercules. ] Princeps Thebanus Alcei filius, & Alcmenæ Herculis matris conjux, à *τρύπῃ* gemo, vel *τρύπῃ* vexo. Plaut. tamen Amphitruo scribit, aut quod vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant: aut quod v. Græcū idem sonat ac u. exile Latinum: unde & Phruges dicebant, quos nos phryges, & Sullam, quem nos Syllam. q. Hinc deducitur Amphitryonides patronymicum, & per epenthesim Amphitryonades, quo Poëta utuntur pro Hercule, Amphitryonis revera filio, quanvis ob serum gestarum magnitudinem nonnulli originem ejus ad Iovem retulerint. Virg. 8. Aen. Intercā quū iam fabulis saturata moveret Amphitryoniades armenta.

**A**mphryīus, penult. prod. *ἀμφρύων*, ē *ἀμφρύων* Stephano, Fluvius Thessaliz: juxta quem armenta regis Admeti Apollo pavisse traditur. Lucan. lib. 6: Irrigat Amphryīus famulantis pascua Phœbi.

**A**mphryīs, a, um, *ἀμφρύων*. Virg. 6. Aen. Quæ cōtrā breviter fata est Amphryīs vates. q. Item, Amphryīacus, ca, cum. Papius: Aut Amphryīaco pastor de gramine carpsi. q. Est & nō nō dūarum urbium. Vide suprà A M B R Y S V S.

**A**mpīaga, *ἀμψάγη* Ptolemæo, Fluvius est Mauritaniae Cæsariensis: cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 2.

**A**mpīalis, *ἀμψαλίς*, Civitas Sarmatiae in Asia, Ptolemæo.

**A**mpycīs, *ἀμψυκή*, Titanoris filius, qui ex Chlone, ut a Apollonii Commentator, Mopsum augurem suscepit, à quo Ampycides appellatur. Ovid. lib. 12. Metam. Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura Ampyciden Mopsum. &c.

**A**msanctūs, Locus est in medio Italiz apud Hirpinos, sulphureas habens aquas quæ quodd undiq; sylvis, angustiisque clausæ sint, tam peilitentem emitunt odore, ut proprii accedentes eō, enēcentur. q. Hinc factus est locus fabulae, in Amsancti vallibus, inferorū spiraculum esse. Cic. 1. de Divin. Quid enim non vidimus, quām sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, ut & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. Virg. 7. Aen. Et locus Italiz in medio sub montibus altis Nobilis, & fama multis memoratus in oris Amsancti valles: densis hinc frondibus atrum. Servius ex omni parte sanctus interpretatur, sed male, cum non sit nomen adjectivum, sed proprium.

**A**msterdām. [ German. *Amsterdam*. ] Holandiæ Vrb.

**A**mulīus, *ἀμύλιος*, Porcæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratris abstulit, atq; omnem ejus stirpem virilem necavit. Fratris quoq; filiæ, Rheæ Sylviæ, per speciem honoris, quū Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus admittit. Liv. 1. ab Urbe.

**A**mycla, *ἀμύλα*, Vna è filiabus Niobes, quam tradit Pausanias cū Melibœa forore servatā, implorata Latonæ venia. Homer. tamen omnes interisse tradit. Hermol. in Plin. lib. 36. c. 5.

**A**myclæ, *ἀμύκλαι*, Pluraliter nomen est urbis Laconia, Tynndari regia, in qua nati sunt Castor & Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus, à Laconibus condita, juxta Servium: cuius cives, quum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstinerent cede animalium, nec vicinæ paludis serpentes interimerent, ab illis deleti sunt. Alii non à serpentibus, sed hostium repentina adventu hanc urbem deleterunt. Nam quum aliquoties falsò nuntiatus esset adventus hostium, postea cautum est, ne quis amplius nūtiaret. Inde ex improviso captæ sunt Amyclæ. Hinc proverbium, Loqui volo: nam scio Amyclas tacendo periisse. Hinc Virgil, tacita Amicla, dicta sunt.

**A**myclæs, a, um, adjectivum, *ἀμυκλαῖος*.

**A**myclas, *ἀμύκλας*, Lacedæmonis filius, ut est autor Dictys Cretensis in libro, quem de expeditione Græcorum in Trojanos compositum.

**A**mycūs, *ἀμύκη*, Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam consuetudinē habuit, ut advenas in Bebrycium nemus ad cæstum certamen provocaret, & insidiis circumventos ibidem interficeret. Quum itaq; Argonautæ in Bebrycium venissent, Pollux ab eodem ad certamē provocatus, cognitus insidiis, socios conyocavit, & ab iis adjutus A-

mycum interfecit. Virg. 5. Aen. - qui se Bebrycia veniens Amycide gente ferebat. q. Amycus item unus è Centauris fuit, Ixionis & Nubis filius. q. Alius fuit Aeneas comes. Virg. 9. Aen. inde ferarum Vastatorem Amycum, &c.

**A**mydōn, penult. corr. *ἀμυδῶν*, Civitas Pæoniz, quæ auxilia misit Trojanis. Iuvenal. Satyr. 3: Hic alta Sycione, althic Amydone relicta.

**A**mymone, *ἀμυμώνη*, Vna ex quinquaginta filiabus Danai regis, quæ dum se in sylvis jaculando exerceret, Satyrum percussit imprudens, qui in impetu in eam facto, vim ei voluit infire. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo passa est, quod a Satyro formidarat. Itaque prægnans facta, Nauplium peperit. Vide Strabonem libro 8. q. Est & Amymone apud eundem, fons juxta Lernam, cuius meminat & Plinias libro 4. capite 5.

**A**myntas, *ἀμυντᾶς*, Pater fuit Philippi Macedonis. q. Est item pastoris nomen apud Theocritum, & Virg. 3. Aegl. At mihi se offert ultrò meus ignis Amyntas.

**A**myntor, *ἀμυντῆρ*, Dolopum rector. Ovid. 12. Metamorph. Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor. Hic, Homero teste Iliad. 2, pater fuit Phœnicis. Ovid. 8. Metam. Amyntore cretus Phœnix.

**A**myrgium, Campus Sacarum. Steph.

**A**myrum, *ἀμύρον*, Thessaliz oppidum. Steph.

**A**mysum, Oppidum Paphlagoniz. Plin. lib. 6. cap. 9.

**A**mythaōniā, *ἀμυθαονία*, Eridis pars est, telle Stephano: ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

**A**mythaōn, *ἀμυθαόν*, Melampodis insignis auguris & medi ci pater fuit, quem ab illo Amythaoniu vocat. Virg. 3. Georg. Phillyrides Chiron, Amythaonius q; Melampus.

**A**myzon, *ἀμύζων* Ptolemæo, Cariz oppidum est, cuius meminat Plin. lib. 5. cap. 29.

A ante N.

**A**na, sive ut apud Melam legitur) Anas, *ἀνά* Ptolemæo, Fluvii nomen est apud Hispanos, Bæticam: hoc est, Granatam, à Læsitania, quam hodie vocant Portugaliam, dividit. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. & 22. Vulgo *Guadiana*. q. Est quoque nomen animalis cuiusdam Orientis.

**A**nabis, *ἀνάβης*, Oppidū Hispaniæ, in trætu Tarracenæ. Ptol.

**A**nabura, *ἀναύρα*, Pisidiæ oppidum apud Strab. lib. 12.

**A**nace, *ἀνάκη*, Oppidum Achaïæ apud Steph.

**A**nacharsis, *ἀναχαρσίς*, Philosopher ex Scytharum genere, sapientia admirante, ut scribit Cicero libro 5. Tuscul. qui studi cognoscendi ritus & mores Græcorum in Græciam se cœtulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebant. Hujus imaginibus inscriptum erat: Lingua, ventre, pudendis abstinentum esse. Plin. tradit Anacharsim inventisse rotam figuli, cuius circuitu vase formantur. Sed si (ut inquit Seneca) apud Homerum longè antiquior inveniatur figuli rota, non video quomodo Anacharsis esse autor hujus sci potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quām simillimas esse dicebat, quod muscas quidem, & cætera ejus generis infirmiora animalcula irretirent: à fortioribus autem pertumpescerent. Interrogatus autem quo pacto abstemius fieret, respondit: Si ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. De genere mortis ejus tradit Laertius, quod quum in patriam recessisset, Græcoque ritu sacrificaret, à fratre suo Seytharum rege, fuerit interemptus.

**A**nacréon, *ἀνακρέων*, Nomē proprium poëtæ lyriæ, à quo metra Anacreontica dicta sunt. Ortus fuit ex Teo Ioniz civitate: ex qua etiam Hecateus historicus. Amavit puerū nomine Battylum visenda pulchritudine spectabilem. Horat. Non aliter Samio dicunt arsissæ Battyllo Anacreonta Teum. Perit acino uvæ passæ strangulatus, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 7.

**A**nactoria, *ἀνακτορία* Stephano, Oppidum est Acatanæ, colonia olim Corinthiorum, ad sinum Ambracium. Plin. lib. 4. cap. 1. q. Est item hoc nomine Ioniz urbs in minore Asia, postea Milesius appellata, ut testatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

**A**naæ, *ἀνάαι* Stephano, Vrbs Cariæ contra Samum: à qua sicut gentilis, Anæus, *ἀνάαις*, & Anaïtes, *ἀνάαιτες*. Hinc ortus sicut Menelaus Anæus, Peripateticæ familiz philosophus, & historiarum scriptor egregius.

**A**naætia, *ἀνάαιτια*, Oppidū majoris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24.

**A**nagniā, *ἀναγνία* Ptolemæo, Civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius forore Augusti cōtempsa, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam feciri justis. Virg. lib. 7: *Quos dives Anagniæ pascit, &c.*

**A**natagyrus, *ἀναγύρος*, populus Atheniensis, tribus Erechtheidis. Vide Steph.

**A**naherath, Civitas est terra Canaan, quæ per sortē missam tribui Isacharis obvenit.

**A**naitis, *ἀναῖτις*, Deus cuiusdam nomen, quæ in Sacasena Armeniæ

Anemis regione præcipue colebatur. Hujus dæz ministerio motis erat optimatum filias forma præstantissimas dedicare: quæ ubi aliquandiu omibus corporis sui copiam fecissent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps viris tradebantur. Dies festus huic numini dicatus, Sacca vocabatur, quo se viri, mulieribusq; permisisti ad stuporem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam victoriarum, quam Cyrus de Saccarum gente retulit, esse instituta. Ferunt enim Saccas Cyri castra ingressos, quæ ille simulata fuga, epulis, vinoque diffusa reliquerat, ita se vino obruisse, ut à Cyro omnes ad interacionem penè deleti fuerint prius, quam possent expergisci. Strabo lib. 11.

Analitæ, *αναλίται*, populi Arabiæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anapavomenos. [ *αναπαύμενος*. German. Ein Brunn in Dodone/so in Mittag ersiget ] Fons est in Dodone, Iovi sacer: ita dictus nomen in *αναπαύσις*, eò quod sub sperdiem quotidie definit fluere. De hoc sic scribit Plinius libro secundo, capite 10: In Dodone, Iovis fons quem sit gelidus, & immersas faces extinguat: si extinctæ admoveantur, accedit. Idem medie semper deficit: qua de causa Anapavomenon vocant: mox increscent ad medium noctis exhuberat: ab eo rursus sensim deficit.

Anaphe, *ανάφη*, Insula est una Sporadum, inter Therasiam & Astypalæam, quam Plin. lib. 2. cap. 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis rectæ, tandem emerserunt. Nominis ratio à Stephano hæc traditur, quod Argonautis inter mestri luna tempesta tejastris, opportune apparuerit.

Anapis, *ανάψις*, pen. prod. *ανάψις*, Siciliæ fluvius leniter decurrens, decem stadiis procul à Syracusis in mare defluens. Ovid. 5. Metam. Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapis.

Anarface Scaboni, Anariaci Plinio, *αναράκη* Stephano, populi sunt ad mare Caspium ad Ortum incolentes: quo iū opidum Anariace, *αναράκη* commemoratur à Stephano.

Anas, *ανα*, Fluvius ulterioris Hispaniæ, Beticam dividens à Lusitania: de quo Pompi Melæ lib. 2. q. Antiqui præterea Anatem vocabant annum morbum, scilicet veterularum. Festus.

Anasa, *ανασα*, Oppidum Germaniæ, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Anava, *αναβα*, Vrbs Phrygiæ, Steph.

Anautros, *αναύτρως*, Fluvius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absque aura dictus. Lucanus lib. 6: Quique nec humenteis nebulas, nec rore madente Aera, nec tenues ventos aspirat Anautros. De hoc fluvio, vel potius torrente, vide plura apud Apollonium Argonaut. lib. 6.

Anautis, apud Flaccum in Argonaut. Proclus est Medeç, Alenorum & Heniochorum rex, postea à Stylo rivali interfectus. Anax, *ανάξ*, Proprium virtutis nomen, qui fuit Cœli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anaatoria. Cœl. Rhod. lib. 5. cap. 1.

Anaxagôrás, penul. corr. *αναξαγόρας*, Clazomenius philosophus fuit, in Physicis præcellens, qui non modò generis gloria & divitiis, verù animi quoque magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sparsè reliquit. Et quū ab eis negligentia insimulatur: Quid ergo, inquit, nonne vos ista curatis? Mox abscedetas, ad speculaudum rerū naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei & private, & publicæ omnino negligens, & incuriosus, adeò ut cuidam ipsum ita cibellant. Null' autem tibi patriæ cura est dixerit: Mihi verò patriæ cura & quidem summa est: digitum in celum intendens. Hic quum post diutinam peregrinationem in patriâ rediuerit, possessionesq; desertas vidisset: Non essem, inquit, ego salvus, nisi iste perirent. Digna profectò vox philosopho, qui pluris faceret culturaq; ingenii, quam prædiorum. Vide plura de hoc apud Laërtium.

Anaxandrides, *αναξανδρίδης*, Poëta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui tēpore Philippi Macedonis fuit. Docuit fabulas 65. vicit una, ut scribit Suidas.

Anaxantini, populi Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 12.

Anaxarbanî, populi Ciciliae, ab eadem urbe sic dicti, apud Plinius.

Anaxarchus. [ *αναξαρχός*. German. Der Name eines Griechischen Philosophen/ welcher der König in Cypern mit eisinen Stämpfen hat lassen zerstampfen.] Nomen proprium philosophi Abderitæ, sacerdotisq; Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypti tyrannum, à quo cōprehensus, conjectusq; in pilam faxam, quam Græci òλυρο vocant, ibiq; ferreis malis cōtufus, adeò toleranter pertulit aspermos illos cruciatu, ut verbum illud memorabile cōduplicaverit: Tundis, tunde. Anaxarchi follem. Anaxarchum enim nō tundis. Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abscissam & cōmanducatam linguā in os ejus ita patulum dicitur expunisse. Vide Laërtium, Valerium, Ciceronem. floruit Anaxarchus Olymp. C.X. ut scribit Suidas.

Anaxarctæ, *αναξαρκήται*, Puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, formæ insignis, & regia stirpe superba, quam quum Iphis

infimæ sortis juvenis perditissimæ amaret, & ab ea ludibriæ haberetur, doloris impatiens se ad fores ejus suspendit: cuius funus quū Anaxarctæ siccis, immotisq; oculis inturetur, in sarcum est conversa, ut fabulatur Ovid. lib. 14. Metam.

Anaxarus, civitas mediterranea Ciciliæ, ut scribit Plin.

Anaxenor, *αναξενός*, Citharœdus fuit, quem Magnesia civitas valde extulit: sed magis M. Antonius, qui quatuor civitatibus ei tributa legenda tribuit, ut scribit Strabo lib. 14.

Anaxilas, *αναξίλας*, Poëta comici nomē, cuius meminit Suid. Anaxilaus, *αναξίλαος*, Reginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Mellana in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Mycithi servi sui tutelæ commendavit. Mycithus autem provinciam sibi impositam, tantæ fide, moderationeq; administravit, ut Regini servi imperium non detrectarent. Pueris deinde ad legitimam ætatem proiectis bona fide & imperiū, & paternam hæreditatem restituit, sibiq; exiguo servato via-tico, reliquum vitæ privatus peregit. q. Fuit præterea Anaxilas quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui unâ cum Lycuro in vincula conjectus fuit, & paulò post cum eodem absolitus. Vide Plutarchum in Alcibiade.

Anaxylides, *αναξυλίδης*, Nomen philosophi, de quo Hieronymus cōtra levi. scribit, quod in lib. 2. Philosophi afferat Potoniam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quodq; sapientiæ principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

Anaximandér, *αναξιμανδέρ*, Milesius philosophus, Thalestis auditor, primus terræ, marisq; circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit, ut inquit Laërtius. Hic dixit infinitum rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse: & partes quidem universi corrupti: totum autem esse immutabile. q. Præterea cylindri formæ esse terram afferuit, tantæ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas tertia inveniatur.

Anaximénēs, *αναξιμένης*, Philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius. Anaximadri discipulus, successorq; q. eo die obiit, quo Sardis à Cyro captiæ fuit. Hic principium rerum aera opinatus est, quem genere infinitū, qualitatibus finitum ajet, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni putavit. Motum verò ab æterno esse dixit: Terram ex aere consipato, primum omnium factam latam, magnam: idcirco non absque ratione super ærem contineri, Solē, Lunam, cæterasq; stellas à terra ortum habere.

Anaxini, populi in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 72.

Anaxius, fluvius qui fluit per Feltrensem agrum.

Anaxo, *αναξός*, Ancæ cujusdam filia fuit, quā quidam Alcmenes matrem faciunt, nō Lysidicen sororem Pithei ex Pelepe & Hippodamia, ut habet Plutarchus.

Anazarba, *αναζαρβα* Stephano, Oppidum est Ciliciæ, Diocordis illustrissimi medici patria.

Ançæus, *ανακαιος*, Samiorum rex, qui strenuissimus agricultor habitus fuit. Huic, quum servos nimio labore premeret, prædictum fuit à servo, nullum illum ejus vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis post annis, coacta ejus vineæ vendemia, justis sibi ex lacu vinum haerit, increpans eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Iamque calicem ori admodum nuantat quidam, aprum mira-magnitudinis vineam vastare. Abjecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Huc alludit Horatius, quum ait: inter calicem supremaq; labra Multa cadunt. Vide Erasmi Adagia. q. Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Anchæaces, Nomen ducis in exercitu Persæ contra Aæterent Colchorum regem, fratrem Persæ. Valerius 6. Argonaut. Dotus, & Anchaces, patulo vaga vincula gyro Spargere, & extreas laqueas adducere turmas.

Anchémoliß, *αναχέμολης*, Rhœti regis Marrubiotum filius fuit, qui quū Caspia noverca stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Tornū in militiâ profugit. Hec Servius in illud Virg. 10. Aca. Hinc Stelenū perit, & Rhœti de gente ve-tusta Anchemolum, thalamos aulam incestare noverca.

Anchiale, *αναχαίλη*, Civitas Ciliciæ, de qua Strabo: Post Zephyrium, inquit, Anchiale supra mare, Saidanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui nō à Saidanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult Cydmi matre, à quo nomen vicino flumin. Ex Stephano.

Anchialos, *αναχαίλος*, Vrbs Thraciæ sita in intimo sinu, atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, nō procul à magna Apollonia. Hæc Pomponius. q. Est & Anchialos, astrologi nomen, cuius meminit Cœl. lib. 2. de Divin.

Anchiles, *αναχελης*, Ger. Der Vater Aeneas. Capyos filius, ante bellum Trojanum; nemorum latebras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armis intentus: quibus quū vacaret, à Venere adamati cœpit, & cum ea cōcubuit, unde natus est Aeneas apud Simotetha Troiæ fluvium; ut scribit Servius. Portor

Porrò quum se Veneris concubitu usum fuisse jactasset, à Iove fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Trojanorum consiliis non interfuisse. Ardeate Troia, quum nulla salutis spes appareret, senio confectū Aeneas humeris imposuit, secumq; Drepanum usq; Siciliæ urbem vexit, ubi fatis concessit. Virgil. 1. Aen. Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygiæ genuit Simoëntis ad undam.

**Ancoræ.** Vrbs Bithyniæ, Antigonia postea dicta. **Anchurus.** Midæ regis filius fuit: de quo hęc tradit Plutarchus in Parallel. Circa Celænon Phrygiæ oppidum, terra ingenti hiatu divisa, quum Midæ responsum esset, futurum ut terra coiret, si res in hiatu pretiosissimas dejeccisset, Anchurus regis filius nihil hominis anima pretiosius existimans, cōscensu equo, se in specum præcipitavit. Nec ita multò pōst terra in pristinam coit figuram.

**Ancón.** Onis, sive Ancona, & pen. prod. [άγκων. Ger. Ein Staat in Italien am Venetischen Meer gelegen.] Vulgo Ancona. Vrbs est totius Piceni celeberrima, portu habens insigni opere à Trajano Cesare extructum. Nomen habet à situ qui cubiti flexu ram refert. Græci enim cubitum, & locum cubiti modo sinuum, ἄγκυρα appellant. Plin.lib. 3. cap. 13: Ab insdem colonia Ancon, apposita promontorio Cumero in ipso flecentis se oræ cubito. Fuit item Ancon, apud Carthaginenses obscurum domicilium, in quod detrucebantur, quibus iratior erat tyrannus. Ancones item vasa sunt cubitalia, ut origo vocabuli declarat, quorum meminit Paulus in L. 13. D. de instruct. vel instrum. leg.

**Ancus.** [άγκη. Germ. Der vierter König der Römer.] cognomento Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pomplii ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum ponte subilio Vrbi cōjunxit, Romanorumq; limites ad mare usq; promovit, ubi & Ostiam condidit. Reliqua vide apud Liv. lib. 1. ab Urbe condita. Dictum autem volunt Ancum ἄντες: hoc est, à cubito, quem incurvum habebar, nec poterat exporriger. Vide Stephanum in illud Virgil. 6. Aeneid. Quem juxtā sequitur jaestantior Ancus.

**Ancyra.** άγκυρα. Nomen duarum urbiuum, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyritana, in jure Pontificio sèpè nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris navium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Aegypti rex suppetias Gallogræcis miserat. Vide Stephanum & Plin.lib. 5. capite ultim.

**Andania.** άγδανια Stephano, Oppidū est Peloponnesi in traetu Messeniano, cuius meminit & Strabo lib. 8.

**Andanis.** άγδανις, Fluvius est Carmanie regionis, cuius meminit Plin.lib. 6. cap. 23.

**Andarum.** Vrbs Caria. Vide Stephanum in Bargylla.

**Andegavi.** Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. Cornel. Tacitus lib. 3: Erupētē primi Andegavi ac Turonii, quorū Andegavos Acibius Aviola legatus excita cohorte, quæ Lugduni Præsidium agitabat, coēcuit. Horum meminit & Plin. lib. 4. cap. 18 Vulgo Angerins.

**Andēliūs.** άγδελος. Civitas est Hispaniæ in Vasconia non procul à Pompejopoli, quæ vulgo Pamplona appellatur: metropolis regni Navarræ.

**Andēs.** Ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricensi, Oceanoque proximi, quos Liguris flumen alluit. Plin. Andegavos appellat: Cæsat Andes. Vulgo Angiers.

**Andes.** Vicus non procul à Mantua, Virgili patria. [Germ. Ein Dorf bei Mantua in Italien / Virgili's Batterland.]

**Andīnus,** adjективum: ut Andinus vates: cantus Andinus. Sil. lib. 8: Mantua musarum domus, atq; ad sydera cantu Evecta Andino: id est, Virgiliano.

**Andocides.** άγδοκης, Vnus ex decem præcipuis Atheniensium Rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaæ posteris, ut ex Heleni sententia tradit Suidas.

**Andriā.** άγδρια. Phrygiæ oppidū, apud Plinum lib. 5. cap. ult. Stephanus præterea Andiam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

**Andriaca.** άγδρια Ptolemæo, Oppidum est in Media: & alterum in Lycia, Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

**Andrīcūs.** άγδρικος, pen. corr. Ciliciæ mons, ut inquit Strabo lib. 14. Quo etiam nomine dictū est flumē quoddam ejusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5.

**Androbius.** άγδρος. Nobilis pictoris nōmē, qui Scyllin pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Plin.lib. 35. cap. 11.

**Androcleus.** άγδρικλεος. Fuit philosophus, Porphyrii discipulus, cuius ipse Porphyrius mentionem facit, ut refert Volaterranus.

**Androdamus.** άγδριδαμος. Reginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

**Androdotus.** Nomen proprium filii Codri Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit.

Fuit & alter Androdus servus, hospes, & medicus Leonis: de quo vide historiam cognitum dignissimam apud Aulum Gellium.

**Andrēgēōs.** άγδρογέως, Præclaræ indolis adolescens, Minois Cretenium regis filius fuit, qui ab Atheniensibus & Megarensibus per invidiam occisus est, quod palæstra cæteros superaret. Quapropter suscepit à Minoë adversus hos populos bellum, primò Megarensis subegit: deinde Atheniensis sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Atheniensis Minotauro cœpit obficere.

**Androgyni.** άγδρογυνοι. Sunt populi in Africa supra Nasamenas, ut lib. 7. cap. 2. Plin. scribit, utriusq; naturę, inter se vicibus coēentes. Dextera mamma his virilis, læva muliebris.

**Androlitia.** Oppidum. Plin.lib. 5. cap. 29 41.

**Andromachē.** άγδρομαχη, penultima correpta, άγδρομαχη, Actionis regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, & Hectoris Trojanæ uxor, & mater Astyanactis, quæ à virili pugna nomen sortita est: fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago. Hanc, mortuo Hectori, Pyrrhus in Græciā adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteaque Heleno vati Priami filio eam uxorem tradidit, regniq; portionem eidem assignavit.

**Andromachus.** άγδρομαχη, Adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Author Plutarchus. Fuit & Andromachus sophista è Neapoli Syriæ, filius Zong, qui Græmaticam docuit Nicomedis, Diocletiani principis tempore, ut autor est Suidas.

**Andromatunum.** Liagonum civitas in Gallia. Ptolem.

**Andrōmēdē.** penult. corrept. άγδρομεδη, Cephæ & Cassiopes filia, quæ ob matris superbiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphe scopolu fuit alligata, & ceto devorāda exposita, sed Persei virtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, & cetum interemuit, & Andromedam uxori duxit. Postremò Minervæ beneficio inter astra collocata dicitur. Oritur in parte piscium duo decima.

**Andromon.** Nomen est ejus, qui Colophonem edificavit. Andron, (sicut scribit Ptolemæus) est oppidum inferioris regionis Nili.

**Andronicus.** Rhodius, Philosophus Peripateticus, cuius meminit Strabo. Fuit & alius Andronicus grammaticus delösior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam, ut refert Tranquillus. Andronicus item alius fuit historicus, qui res Alexandri scriptis, ut scribit Volaterianus. Fuit item Andronicus Livii cognomen, poëtarum Latinorum vetustissimi: cujus vitam vide apud Crisatum.

**Andros.** sive Andrus άγδρος. Insula est una Cycladum, Euboë adjacent, de qua Plin.lib. 4. cap. 12. Est item Andrus, insula Oceani Septentrionalis, inter Hybernam & Britanniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

**Anemo.** Fluvius est in octava Italæ regione, apud Plinum lib. 3. capite 15.

**Anemorea.** άγδρομερεα Homero, Oppidū Phocidis, quod postea Anemolacum appellarat.

**Anemurium.** Oppidum in Cilicia. Plin.lib. 5. cap. 31. Anemurii, lib. 1. cap. 27.

**Aneria.** Oppidum. Plin.lib. 5. cap. 25.

**Aneticus.** Asie locus est, arundinibus abundans.

**Anetussa.** άγδροσσα, Vrbs Libyæ. Steph.

**Angarîs.** Mons est Idumææ, apud Plin.lib. 5. cap. 13.

**Anger,** nomē fluvii in Illyrico. Est & genus serpentis, de quo in APPELLAT.

**Angerona.** άγδρον. Germ. Die Göttin des Wollusts. Vocata est voluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui sacra à Romanis instituta sunt, quum Angina civitas vexaretur, ab angore tollendo sic dicta. Ejus festa Angeronalia sunt votata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo promisso yoto fuisse liberatum. Huic Pontifices in facello Volupis sacrum faciebant.

**Angilæ.** άγδηλαι, Populi in Africa ad Garamantes. Fertur coti feminas nocte qua nubunt, omnium stupro patere, reliquæ pudicas esse.

**Angitia.** AEtæ filia, & soror Medææ, quæ prima Marsis remota contra venena fertur ostendisse Silus libro 8: AEtæ problem Angitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt, tamenq; domare venena.

**Anglæ.** [Angloravia. Gall. Angleterre. Ital. Inghilterra. German. Engeland. Hisp. Inglaterra. Pol. Angielska gemia. Vngar. Anglia ország. Ang. England.] quæ Britannia à veteribus dicta: Insula insignis in Oceano, quæ undique à circunfuso mari complexa est, nusquam juncta continenti, sed ab omni orbe nostro divisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare undique abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troës incoluerunt: qui Troia disjecta fugerunt excisam patriam. Palladiisque oracula claspe in hanc insulam migraverunt: atque gigantes, tunc insulam tenentes, multis viis præliis expugnaverunt. Hanc

# ANGANIAN

Hanc postmodum longo temporum tractu Saxonem, qui sunt illustres Alemanniæ populi, oppressere, agrosque & opes inter legatos Saxonum regina Angela divisit. Atque ut linguae pariter & gentis memoria indevenita insula sempiterna foret, ab Angela, cuius ducta vieta est, Angliam tellurem illam vocavit. Quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis angulum praedicent dictam. Sita est (ut inquit Plin. lib. 4. cap. 16) ex adverso Galliae, Germaniae, atque etiam Hispaniae, licet longior intervallo. Agrippa longitudinem ejus probabit esse DCCC. M. passuum: latitudinem vero CCC. M.

**Angolus**, Ptolemae Angula, Plinio Vesterorum urbs in Italia: vulgo Angelus.

**Anguitia**, tiz. Vide ANGITA.

**Angrus**, εγρος. Fluvius est ex Illyricis, versus Boream flucus. Herod. libro 4: Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, planicie Triballiam interfluens, Brongum intrat, Brongus iste, Istrum.

**Ania**. [German. Ein ehrlich verstandig Römisch Weib.] Romana mulier, quam quum propinquus moneret, ut alteri viro auferret: ecce enim ei & aetatem integrum, & faciem bonam: Ne quaquam hoc faciam, inquit. Si enim virum bonum invenero, ut autem habui, nolo timere ac perdam: si malum, quid accesse est post bonum pessimum sustinere.

**Anchia**, Oppidum. Plin. lib. 4. cap. 7.

**Anigrus**, ανιγρος, penult. prod. Fluvius est Thessaliae, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt sua vulnera. Vnde quum anteā haberet aquas purissimas, Centaurorum sanguine sordida reddita sunt & impuræ. Autor est Ovid. Metam. lib. ultim. Ante bibeatur, nunc quas contingere nolis, Fundit Anigrus aquas, &c.

**Anio**, Anienis, pen. prod. ανιος, Nomen fluvii in agro Tiburtino, qui est sublimi in vallem subjectam præcepserit. Horat. Et præcepserit Anio, & Tiburti lucus. Vulgo Teverone.

**Aniēus**, na, num, Propertius: Sive Anieni tuos tinxerit unda pedes. Anicius nomen indidit Anius rex Hetrusciorum, qui insequens Cethegum filium raptorem, quū cum assequi nō posset, in fluvium insiliit, ibiq; extinctus, ut Anio vocaretur, efficit.

**Anitius**, Viri Prenestini nomen, qui una cum Cn. Flavio, Appii Cæci scriba, Aedilis curulis fuit eo anno, quo usus annularum

etiam plebi permisus est, quum anteā soli Senatores, & Equites annulos gestarent. Vide Plin. lib. 33. cap. 1.

**Aniūs**, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andru filium. Virgilii lib. 3. Aeneid. Rex Anius, rex idem hominū, Phœbiisque sacerdos.

**Anna**, αννα, per duplex n. Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit, & Carthaginem ab larva Getaulorum rege occuparam, relata sede patria, ad Batrum regem, qui Melita insulæ imperabat, cursu attulit. A quo juventeris hospitii benignè suscepta, duos & ultrâ annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem jam cuius armis adventare didicisset, Bartus veritus potentiam illius, Annam ut inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Cameram navigare contendenter, vi tempestatis acta, in Laurentem oram pervenit, ubi jam Aeneas pacatis rebus, & ducta uxore Lavinia, imperabat. Hic tum fortè solo Achate coinitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posse tam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principiò, sororis casum ante oculos ponens: posca vero ab illo benignè invitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lavinia, amorem conjugis suspectum habens, tendere infidias cœpit. Sed Anna in somnis à Didone monita, ut infaustam dominum relinquere, statim per fenestram exiliit. Quumq; citato cursu ad Numicium amnum pervenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore tam quætitantes per Laurentem agrum proficiscuntur. Apparent vestigia pedum usq; ad Numicium annam, ultrâ nihil videtur. Quod dum admirantes secum animis volant, ipsa loqui visa est: - placidum Nympha Numici, Anne perennè latens, Anna perenna vocor. Quapropter lati convivia celebrarunt, eam pro dea venerantes, quem ritu postea longissimo tempore servarunt.

**Anna**, civitas Iudææ supra Hierichuntem, Steph.

**Annibâl**, αννιβαλ. Germ. Ein dapserer Hauptmann der Carthaginier. Amilcaris filius fuit, quem adhuc impuberem jurejurando ante aras pater astrinxisse fertur, ut quum pñmum per aetatem liceret, arma contra Romanos sumeret. Quapropter jam adultus in Hispaniam trajecit, ibiique quibusdam ciuitatibus subactis, per Galliam in Italiam trajecit, Alpibus, quod expeditius iter faceret, igni & acero patefactis. Ibi occurrentem sibi Ticum Sempronium Consulem apud Trebiam profligavit: Flaminium fudit ad Trasimenum lacum cœsis 15000. Romanorum. Postea tamen vires ejus à Fabio Maximo multum sunt irminuta. Sed rufus collectis viribus, tertio Paulum Aemilium & Terontium novos Cōfules crea-

# ANN ANO ANS ANT 31

tos apud Cannas vicit: in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duo millia, supra sepingentes equites, cæta dicuntur, adeo ut tres modios & dimidium annulo, unum Carthaginem m̄scrit. Quam urbem capere facilissime posset, in Campaniam revertitur, & Caput voluptate detentus, omnē animi vigore remisit, ita ut apud Cumas à Sempronio Graccho magna suorum cæde repulsa, obsidionem reliquerit. Postea etiam apud Nolam non mediocre damnum à Marcello accepit. Deinde à Carthaginensisibus, qui à P. Scipione acerit in bello premebantur, ex Italia revocatus, cum eodem apud Zama Africæ oppidum congressus est: in quo confl. etiæ viginti millia Poenorum cæsa sunt, & totidem capta. Dux ad Antiochum profugit, cuius auxilio bellum redintegravit: sed Antiocho quoq; debellato, Romani Annibalem sibi captivū dedi petierunt: quod Poenus sentiens, ad Prusiam Bithyniæ regem consiguit: à quo quum iterum depositeretur, Poenus Prusia levitatem suspectam habens, hausto veneno, quod sub gemma in annulo gesserat, voluntaria morte obivit. qd Annibale latius scripsere Livius & Plutarchus. qd Annibales multi fuere: primus Senior appellatus, Asdrubalis filius, quem Orosius libro 4. dicit ob rem male gestam à Carthaginensisibus lapidibus obtutum. Livius autem cruci adfixum tradit. qd Fuit item Annibal bujus filius, qui missus est ab Amilco ne ducē in Lilybæum quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos, ut autor est Polybius. qd Fuit præterea Annibal alias Rhodius, dux item Carthaginensis in eodem bello, qui tandem à Romanis interceptus est, ut scribit Polybius. qd Fuit postrem Annibal Amilcaris filius, qui omnes hos fama, virtuteq; superavit. Is sep̄iū Romanos vicit, fuditq;. Vide Livium, Plutarchum, & Polybius.

**Annichori**, vel Annichores, ανηχοροι, Populi Persis vicini, Steph. qui & ανηχοροι nominat, tanquam civitatis aut regionis nomen.

**Anolus**, ανολος, Vrbs Lydix, Steph.

**Anopolis**, ανωπολις, Vrbs Cretæ, Vide ARADEN.

**Ansancetus**, Vide AMSANCUS.

**Añſer**, nomen poëtæ, quem Ovidius procacem vocat lib. 2:

Trist. Cinnæ quoque hic comes est, Cinnaque procacior Ansor.

**Anspachium**, Franconiae urbs.

**Antæopolis**, ανταιοπολις, Aegypti oppidum, cuius incole dicuntur Antæopolites. Steph.

**Antæus**, cum diphthongo, & sine h, ανταιος, Gigantis Libyci nomea, Neptuni ex Terra filii, magno ac procerio corpore: quippe qui in quadraginta cubitos excreverit. Hic cum Hercule congressus, quoties membra labore defessa essent, tactu terræ recreabatur. Quæ re animadversus Hercules, alte sublatum terre contactu prohibuit, peitorique suo arctius astriatum enecuit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum decem, apud Tygænam oppidum in sepulchro Antæi, cadaver inventus. Eusebius in Chronicis scribit, Antæum, palæstricæ artis funde dicitur, & quorumcunq; certamiam, & ob id se arbitrii fictum, quod fuerit filius Terra, & quod viribus restauraretur ab ea.

**Antalcides**, Fuit nomen proprium viri Lacedæmonii, quæ præ cæteris visus est honore præstutissime. Plutarchus in vita Peleopidae.

**Antandros**, αντανδρος, Phrygiae urbs, ad Meridiem posita, quam habitavere Leleges, finitimi Cilicibus. Virgilii 3. Aeneidos: - Classemq; suo ipsa Antandro, & Phrygia molimur montibus idæ.

**Antemæ**, αντεμæ, cum m, ante n, Vrbs Sabinorū, quasi ante amnem dicta, quod eam amnis præterfluat, de qua Virgil. lib. 7: Antemæ Tegmina tuta cavant capitum.

**Antemus**, untis, αντεμος, Fluvius est Colchidis, Coraxos urbem præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

**Antenor**, αντενορ, Trojanus fuit, patria prodiisse existimat: quia & legatos, qui ad repetendam Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlyssem intra moenia dissimulato habuit cognitum nō indicavit. Capta Troia, adjunctis sibi Henetis & Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici sinum se se cœtuit, ibiq; urbem condidit non procul à mari, quam de nomine suo Antenorium appellavit. Postea Patavium dictum est, & hodie Padua. De hoc Virg. 1. Aen. Antenor portuit mediis clavis Achivis, Illyricos penetrare sinu. Et paulò pôli: Hic tam ille urbem Patavi, sedesq; locavit Teucrorum. Et Livius meminit in principio primi libri.

**Anteros**, ôtis, αντερος. Veneris est & Martis filius: cuius meminit Cic. lib. 3. de Nat. deor.

**Antes**, αντες, Mons est Achaiz, non procul ab Argia. Plin. lib. 4. capite 5.

**Antevorta**, Dea est Romanorum, quod futura prospiceret. Vide POSTVORTA.

**Anthana**, ανθανος Stephano, Vrbs est Laconica: ita dicta ab Antha

Anthe Neptuni filia, ut ex Philostephani sententia tradit Stephanus.

**A**nthrās, Rex Longobardorum; Theolindæ maritus, quum sex regnasset annos, insidiis domesticorum apud Ticinum extinctus est venenato poculo. Autor Paulus Diaconus de eius gestis Longobardorum.

**A**nthedon, *ανθέδων*, Urbs est Bœotiae, habitata quondam à Thracibus, de qua Pomp. & Strabo lib. 9. Nomē haberet (ut Stephanus existimat) ab Anthedone Neptuni pronepote, aut certe, *λέγεται τοῦ πατρὸς αὐτῆς οὐρανοῦ ἀνθεῖ*: hoc est, quod omnium floridissima sit. Sita est in extremo litore Bœotiae, è regione Eubœæ insulae. Vnde Homerus *αἴγαδηρα ιχετοταύ*: hoc est, ultimam vel extremam Anthedonem appellat.

**A**ntheion, *αίγαδηρον*, Vir Trojanus, Simoisii pater. Autor Homer. lib. 11. ad. 4. D. Simoisio, vide suo loco.

**A**nthemis, *αίγαδηρον*. Insula est Thracie adjacēs, quæ & Imbrasus aliquādō vocata fuit, & Parthenia, à Parthenio fluvio: nomine nomine Samothrae appellatur. Strabo lib. 10.

**A**nthemus, *αίγαδηρον*, Oppidum est Mesopotamiae, ad Aborrām flumen sīnum. Strabo lib. 16.

**A**nthicus, *αίγαδηρος*; cum h. Antenoris filius fuit, quæ Paris amavit, & impudens interfecit. Quo nomine etiam dictus est unus ex Acaæ ducibus: de quo Virgilius: *Aenea Sergeatumque vocat*.

**A**nthia, *αίγαδηρα*, Urbs fuit propinquua Pylo, sub ditione Agamenonis, una carum quas ille Achilli obtulit, ut secum in gratiam rediret: ut scribit Hom. lib. Iliad. 9.

**A**nthum, *αίγαδηρον*, Oppidum Thraciz, de quo sic Plinius in Thracie descriptione: *A tice regio, inquit, oppidum habuit Anthum, nunc est Apollonia*.

**A**ntho, *αίγαδηρα*. Fuit Amuli Albanorum regis filia.

**A**nthoës, Nomē est proprium viri, de quo Virgilius lib. 10. Aeneid. Egreditum Autorem latus inter & illa sit, Herculis Autorem comitem.

**A**nthoës, *αίγαδηρος*; Vnus ex filiis Nestoris est: & Latinè flos interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur, quod flore pascatur. Vide ANTHVS.

**A**nthropophagi, *αἰγαδηροφάγοι*. Germani Menschensesser, sive graueant Böder in Scythia, populi Scythæ, qui humana carne vescuntur. Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Massagetus vicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thibin vocant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 30. & Geleg.

**A**nthylla, *αίγαδηρα*, Aegypti urbs est, auctore Herod. lib. 2. quæ regina in calceamenta dabatur.

**A**ncla, *αίγαδηρα*, Vxor fuit Piæti Argivorum regis, Abantis filii.

**A**ntiatæ, *αίγαδηραι*. Dicti sunt populi Italie, qui Antium urbem Latii maritimam incolebant. Apud hos fuit insigne Fortunæ templum, quam Antiatem Fortunam vocavere Horat. libro 1. Carm. O' diva, gratum quæ regis Antium. *¶* Antiates plurimum classe valebant, cuius rei indicio id esse potest, quod delecto à Romanis Antio, rostra navium in foro affixa nomen fecerunt loco, unde ad populum cōcio haberis soleat. Vide Titum Livium, 1. Dec. lib. 6.

**A**ntibacchii, Insulae sunt in sinu Aethiopico, Bacchis oppositæ, quarum meminuit Plin. lib. 6. cap. 29.

**A**nticalus. Mons Seleucia, ut author est Strabo.

**A**ntichristus, ti. [ *αίγαδηρος*. Vng. Antichristus.] Vox Theologicis scriptoribus nouissima, significans Christi adversariū, Pseudochristus. Licet different Antichristus & Pseudochristus. Vox enim Antichristi latius patet quæ nomen Pseudochristi: quis Christo adversari potest, qui tamen scel. pro Christo non vendit: Hunc Apostolus nomine sceleratissimi hominis designavit.

**A**ntichthonēs, [ *αίγαδηρος*. Ger. Die Lent auf Erdtrech so vns entgegenstehn vnd wohnen] populi qui habitant in Zona hernali. Hos Martianus se Jungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis adversam & contra pedes nostros habitant. Pomponius tamen videtur Antichthones pro Antipodibus accipere.

**A**nticites, *αίγαδηραι*, penult. cor. Amnis Sarmatiae Asiaticæ, non procul à Rombite minore in Mæotim influens. Strabo libro 11.

**A**nticlea, pen. prod. *αίγαδηρα*. Fuit mater Vlyssis, quæ quum duceretur ad Laertæ nuptias, ab Sifyphe latrone, Acolis filio, capitut & adulteratur. Alii dicunt quum Laertæ jam nupsisset, & ad oraculum perigeret consulta, captam à Sifyphe latrone, & ut multi putant, ex eo Vlyssim conceperit. Quod Ajax apud Ovid. 13. Metam. vitio verit Vlyssi: - & sanguine crevit Sifyphe.

**A**nticragus, *αίγαδηρος*, Mons Lycia, Crago oppositus, teste Strabone lib. 14.

**A**nticyrā, *αίγαδηρα*, pen. cor. Insula ad sinum adjacens Malecum, & Octem montem, cuius meminuit Strabo lib. 9. ubi, au-

tore Plinio, helleborum tutissimè sumitur. Ovid. libro 4. & Pont. 1. bibe, dixissim, purgantes pectora succos, Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Vnde quoties insanum hominem significare volumus, Anticyra egere: aut Naviget Anticyras, *πλόεται ης Αἰγαδηρας*, Proverbialiter dicimus. Horatius eleganter novavit ad agri quasi faciem, quæ ait in Serm. Naviget Anticyras. *Τούτος βερβίς Στοίκου ινσανον σημαίνει*. Idem: Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam Tsonori Licino commiserit. *¶* Est & Anticyra civitas iuxta Cyrrham in Phœcide regione, in Corinthium conversa sinum, ab Anticyras quodam, Herculis ætate: Capparis ab Homero dicta. Hanc alii Anticyrham, appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomē accepisse, quod sita sit in promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrha.

**A**ntigénēs, pen. corr. *αίγαδηρον*, Nomē pueri rustici, apud Vigilium in Daphnidē: At tu sume pedum, quod me quum se-rogaret. Non tulit Antigenes.

**A**ntigénidēs, *αίγαδηρον*, Autore Suida, Thebanus musicus, tibicen, Philoxeni discipulus, qui primus calceamentis Milesiis lascivioribus usus fuisse dicitur. Hujus meminuit Plin. lib. 16. cap. 36. Hic etiam, ut autor est Cic. in Bruto, discipulo frumenti ad populum ait: Mihi cane & Musis. De eo vide Gell. lib. 15. cap. 17. & Valer. lib. 3. cap. 7.

**A**ntigónē, *αίγαδηρα*, Oedipodus Thebanorum regis filia, quæ patri caco à Creonte in exilium acto, se viæ ducem præbuit: fratibusq; suis Polynici & Eteocli mutua cæde interemptis, contra Creontis edictum, funebre officium præstiterit: ob quam pietatē postea unà cum Argia Polynicis conjugé jussu tyranii est interficita. Hæmon quoq; nobilis adolescentis, qui multo ejus amore tenebatur, sua scæ manu ad tumulū ejus jugulavit. *¶* Fuit etiam hoc nomine una filiarum Priami, quam quum formæ suæ fiducia nimis arrogantem reddidisset, à Iulione in ciconiam mutata est. Vide Ovid. lib. 6. Metam.

**A**ntigónia, *αίγαδηρα*, Oppidum Trooad, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33. & Strabo lib. 13. *¶* Est præterea ejusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

**A**ntigónus, *αίγαδηρος*, pen. cor. Nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Evergetes est dictus. Nam quum Cleomenem Lacedæmoniorū regem prælio viceret, Spartamq; cepisset, militem victorem ab omnijuria continuo, pristinamq; civitati libertatem restituit.

**A**ntigragus. Vide ANTICRAGUS.

**A**ntilbānūs, *αίγαδηρος*, Mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad Montes Arabie desinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strab. lib. 16.

**A**ntilochus, *αίγαδηρος*, pen. cor. Nestoris filius major natu, quem in bello Trojano Memnon Aurora filius interemit. Unde patris prece motus Achilles Memnona occidit. Ovid. autem vult ab Hestate tu. sse occisum Antilocum. Ita enim ait in Epistola Penelopes: Sive quis Antilocum narrabat ab Hestate cæsum, Antilocus nostri causa timoris quat.

**A**ntimachus, *αίγαδηρος*, Colophonius poëta Græcus. Is quum poëma quondam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes, præter Platонem, quod minimè illud intelligerent, discessissent. Plato: Mihi, inquit, pro omnibus. Hæc Cicero. De codem Piurarch. in Lysandro: Hic aggressus belli Thebani materiam, vigesimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas usque perduceret. *¶* Antimachos quoque alios duos Suidas ponit: alterum Aegyptium, patria Hieropolitanum, qui Cosinopœiam heroico carmine cōscriptis alterum poëtam Melicum cognomento Psecam. *¶* Fuit item præterhos etiam alius Antimachus Trojanus, qui donis Alexandri, auroq; corruptus, impedimento fuit, quod minus Helena redderetur: quin pro cōcione Trojanos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in urbem venisset, cū Vlyssē redire ad suos sinerent: sed in urbe asservarent, trucidarentq; Homero auctore lib. Iliad. 11.

**A**ntinœā, *αίγαδηρα*, Stephano, Urbs Aegyptiota dicta ab Antinoo Adriani amatissimo, ut scribit Hieronymus in Iovinianum.

**A**ntinōis, *αίγαδηρος*, Nomen unius ex procis Penelopes, apud Ovid. in Epistol. Penelopes. *¶* Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynicus, tanta formæ elegantiæ, ut Adrianus Caesar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantiniam constituerit & urbem quandam Aegypti Antinocam à nomine ejus appellârit. Hæc Panantas.

**A**ntiochia. [ *αίγαδηρος*. *αίγαδηρα*. Germ. Die hauptstadt in Syrien.] Syriæ urbs est, ad Orontem fluvium sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicatore condita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, ut tradit Strabo libro 15. Stephanus Byzantius duodecim alias enumerat ejusdem nominis urbes, quarum unam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphaneia nomina tam exstmat. *¶* Alteram in Mesopotamia, quæ & Mygdonia, & Aside appellatur: in qua Apollophanes Stoicus,

**Stoicus**, & Pharnuchus Persicæ historiæ scriptor, nati dicuntur: Vulgo, **Aleppo**. q̄ Tertiam in Pildia cōstituit, cuius meminit & Strabo libro 12. q̄ Quartam inter cavam Syriam, & Arabiam, Semiramidi: opus. q̄ Quintam in Cilicia, ad Pyramum fluvium. q̄ Sextam in Pieria, quæ & Arados à Syris appellatur. q̄ Septimam ad Cailuhoem lacum. q̄ Octavam ad Taurum mōtem, in Comagenæ regione. q̄ Nonam in Scythia. q̄ Decimam in Caria, quæ & Psychopolis fuit appellata. q̄ Undecimam in Mægiana, ab Antiocho Sotere conditam. q̄ Duodecimam cādem facit cum Tarso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochenis, *αντιοχεύς, ἡ αντιοχεία*.

**Antiochus**, *αντιοχεύς*, Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filii, hujus nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnavit annis xx. q̄ Secundus Antiochus, hujus filius, dictus Achios, regnavit annis xx. veneno ab uxore Laodicea extensus. q̄ Tertius Antiochus Galerius. q̄ Antiochus quartus, Rex, cognomēto Magnus, regnavit annis xxv. dictus est etiam Hierax, quid accipitris more in rapiendo alienis vitam duceret. Hic Ptolemaeum Philometorem prælio superavit. q̄ Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis sive illustris, qui regnavit annis x. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala iustitiae ludæis. q̄ Sextus Antiochus Syriæ & Asiae rex, dictus est Eupator. q̄ Fuit & alius Antiochus Ascalonita, philosopheus, Ciceronis, Brutiq; præceptor.

**Antiochæ**, *αντιοχεία*, Nyctæ filia fuit, & uxori Lyci Thebanorum regis. Hanc quum Iupiter in Saryrum mutatus compresisteret, Lycus repudiavit, uxoremq; Dirceū superinducit, quæ Antiocham in carcere conjectit. Verum instantे partus tempore, illa ruptis vinculis, in Cithæronem montem se recepit, ubi & Amphionem & Zetum peperit: qui à pastoribus inventi & educati, maternæ injuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecto. Vnde locus factus Proverbio: Antiochæ luctus. *Ἄνθοντος θλῦμα*. Dici consuevit ubi quis immensum calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Alii paulo aliter tradant hanc fabulam, Lycum non maritum Antiochæ, sed fratrem Nyctæ.

**Antipat̄cr**, pen. corr. *αντιπάτρος*, Nomen proprium poëtae Sidoni, seu ex Tyro Phœnicæ, Stoicæ sectæ, qui post Panætium de officiis scripsit. Hie quo die natus fuit, eodem quotannis febre laboravit. Et quoniam diu vixisset, postquam ætatis suæ tempus declinatum appropinquasset, eo die & eodem morbi genere consumptus est. Hic antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter musas eam cooptat. Ex tempore innumerabiles penè versus faciebat, ut testantur Cicero & Quintilianus. q̄ Antipater alius, Iolai filius fuit, è Paliura civitate Macedonicæ, miles Philippi: deinde inter Alexandri dices, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris literatissimus, ut tradit Suidas. De hoc Antipatro sic scribit Plutarchus: Antipater successor Alexandri in regno Macedonicæ, post bellum Atheniensibus illatum, legatis ad eum de pæc venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit se in amicitia permansum, si sibi Demosthenes, & Hyperides dederent: si ejus præsidium in Munichiam: id est, Athenarum arcem recepissent: si deniq; absuntam in eo bello pecuniam, acceptaq; damna resarcirent. Quibus illi conditionibus consenserunt. q̄ Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Caronis Vicensis præceptor, ut autor est Plutarch. in Cat. q̄ Alius item Tarsetus philosophus, ut idem autor est. q̄ Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus & potentia præditus, de quo Volaterranus in historia Hierosolymitanæ. q̄ Fuit & Antipater Hieropolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorum Severi principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac eidem magister epistolarum fuit, ut est autor Philostratus. q̄ Fuere & alii hujus nominis, inter quos fuit Cassandri Macedonum regis filius.

**Antiphates**, pen. corr. *αντιφάτης*, Rex fuit Læstrygonum, Melampodis, seu ut alii volunt, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum cæteris Læstrygonibus humana carne vesceretur. Politianus: Et Lantium Antiphaten, & virginem, & pocula Circæs. Dicitur & Antiphatus. q̄ Antiphates alius filius nothus Sarpedonis, ut est apud Virgil. lib. 9: Et primum Antiphates, is enim se primus agbat Thæbana de gente nothon Sarpedonis alti. Hic Aenean in Italiam secutus, à Turro Rurulorum rege occisus est.

**Antiphellus**, *αντιφέλλος*, oppidum Lyciæ apud Plinium libro 5. capite 27.

**Antiphon**, *αντιφόνος*, Rhamnusius orator antiquus, Athenis & præcepta dicendi tradidit, teste Quintiliano: quo neminem melius oravisse causam capit, quem seipse defenderet, locuples est autor Thucydides libro octavo. Hujus meminit Cicerio in Bruto.

**Antiphilus**, *αντιφίλος*, Priami filius ex Hecuba, quæ Agamemnon uia cù Ilo fratre, sed illegitimo thoro nato, in bello Trojano

interfecit. q̄ Antiphus, filius Theffali & nepos Herculis, qui cum fratre Phidippo dux triginta navium cum aliis Græcis ad Troiam navigavit, ut est apud Homer. lib. Iliad. 2.

**Antiphra**, *αντίφρα*, Oppidum prope Alexandriam, non procul a mari.

**Antipodæ**, pen. corr. *[αντιπόδες]*, Ger. Die Einwohner des Erdtrichts so jhre füß unsrer entgegen wenden.] Dicuntur terræ incolæ, qui contra nos positi sunt contraria vestigiis, vel qui adverba nobis, ut Cicero loquitur, urgent vestigia. Cicero 4. Acad. Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent cōtra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? q̄ Declinatur Antipus, tipodis, vel antipodos. De his copiosè loachimus Vadianus in Melam.

**Antipolis**, *αντίπολις*, apud Ptolem. urbis nomen est in Gallia Narbonensi: Galli pauculis literis immutatis, etiā hodie *Antiblam* vocant.

**Antipyrus**, *αντίπυρος*, Vrbs Lybiæ est Marmaricæ, quæ eadem esse creditur, quam vulgo *Lugo* vocant.

**Antirrhium**, *αντίρριον*, Promontorium est Aetoliæ, situm ad ipsum sinus Corinthiaci ostium, è regione Rhii, quod est Achaicæ promontorium, ab Antirrho septem tantum stadiorū fretu divisum. Thucydides utrumque Rhium appellat, cognominibus tantum ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat: alterum Molycricum, à vicina urbe Molycria.

**Antislæ**, *αντίσλαι*, Stephano, Lesbi insulæ oppidum est, ex quo Terpander nobilis Cithareodus originē traxit. Gentile est Antissæus, *αντίσσαιος*.

**Antisthenes**, *αντισθένης*, pen. corr. Socraticus philosophus, acutus magis quam eruditus, præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorum concursu docuisset Rhetoricam, audito Socrate, dixisse fertur ad discipulos: Abite, & magistrum querite: ego enim jam reperi: statimq; quæ habebat, publicè distributibus, nihil tibi præter palliolum reservavit. Patientiam, & duritiam in Socratico sermone adamavit, ut scribit Cic. lib. 3. de Orat. ad Qu. Frat. q̄ Fuere item alii tres eodem nomine: unus è schola Heracliti, alias Ephesi: tercius Rhodius historicus, ut tradit Diogenes Laertius.

**Antitaurus**, *αντίταυρος*, Tauri montis pars est, reliquis Tauri partibus opposita: insignis olim Comana civitate, & Bellone fano. Strabo lib. 11. & 12.

**Antivestrum**, promontorium in Britannia, quod etiam dicitur Bolerium apud Ptolemæū. Diodoro Bolerium in cornibus Cornualia.

**Antium**, *αντίον*, Vulgo *Nettuno*. ] Vrbs Latii, Volscorum caput, Romanorum colonia: dictum, quid autem alias urbes in ipso labore sita sit, ad otium, resumq; urbanarum variationem accommodata. Habebat hec: urbs celeberrimū Fortune Tempulum. Horat. 1. Carm. O' diva, gratum quæ regis Antium. q̄ Hinc Antiates dicti sunt urbis hujus incolæ: de quibus vide supra lato loco.

**Antucti**, *αντίτυποι*, Germ. Die gegenwohner des Erdtrichts/ doch nicht also daß jhre füß genüchlich gegen unsrer gewendet sind.] populi trans æquinoctialem habitates circulum, totq; graduum latitudine ab eodem Austrum versus distantes, quod nos versus Septentrionem. Ita dicti, quid zonam nobis, nō contrariam, ut Antipodes, sed diversam incolant.

**Antoninus**, cognomēto Pius, Romanorum Imperator, qui Aelio Adriano successit. Hic quum filium non haberet. M. Antonius Philosphum adoptavit, eumque mortiens imperii successorem reliquit. q̄ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Severum, Romanum tenuit imperium. q̄ Alius præterea cognomento Heligabatus, qui Opilio Macrino successit.

**Antonius**, *αντώνιος*, Nomen viri proprium. Antoniorum familia Romæ nobilissima, vetustissimaq; fuit, utpote quæ ab Antone Herculeis filio & nominata & oriunda proditur.

**Antonius Gnypho**, Ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo mauumissus: Romæ docuit Rheticam & poëmatu, in domo Iulii Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam scholam Ciceró, & alii nonnulli clari adolescentuli frequenter dicebant. Fuit alioquin miti, facilij, natura: nec unquam aliquid de mercedibus paetus, eoque plura ex discentium liberalitate consequutus est. Vixit annos quinquaginta. Ex Tranquillo.

**Antonius Musa**, Medicus fuit Augusti tēpōribus, qui Cæsarem periculosissime ægrotantem, potu, balneisq; frigidis sanitati restituit. De hoc Plin. libro 29 capite 1. & Horat. libro 1. Epistol.

**Mar. Antonius Orator**, Triumviri avus, de quo sic scribit Cic. in Bruto: Nunc ad Antonium, Crassumq; pervenimus. Nam ego sic existimo, hos Oratores fuisse maximos, & in his primis cum Græcorum gloria Latinæ dicendi copiam equatam. Omnia veniebant Antonio in mentem: eaque suo quoque

loco, ubi plurimum proficere & valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maximè opportunitate orationis partib. collocabatur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, ut judices illo dicente nonnunquam viderentur nō satis parati ad cavendum fuisse. Verba ipsa non illa quidem elegantissimo fuerunt sermone: itaq; diligenter loquendi laude caruit: neq; tamen est admodum inquinatè loquutus: interfectus est à Marianæ factio-  
ne in Senatu curationem rei trumentariæ & totius oræ mari-  
timæ nactus, Siciliam & provincias omnes depopulatus est. Et ad postremum inferens Cretensibus bellum, ibi morbo in-  
terit. Hunc Salustius ait perdēde pecunie genitum, & vacuū  
à curis, nissi instantibus. Autor Pæd. q. C. Antonius, alter Ora-  
toris filius, multos in Achæia spoliavit, nactus de exercitu Syl-  
lano equitum turmas: quo nomine à Græcis tractus est in jus  
ad M Lucullum p̄torem, qui jus inter peregrinos dicebat.  
Egit pro Græcis Cæsar, etiam tum adolescentulus: & quum  
Lucu lus id, quod Græci postulabant, decrevisset, appellavit  
Tribunos: juravitq; se idē ejurare, quod æquo jure uti non  
posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexen-  
nio post petitionem Consulatus, senatu moverunt: cauſaq;  
subscripterunt, quod socios diripiueret, quod judicium recu-  
sasset, quod propter æris alieni magnitudinem prædia māci-  
passe, bonaque sua in potestate nō haberet. Pædianus. Hunc  
item Cicer. in Verr. vocat in exercitu Syllano p̄dōnē, in in-  
troitu gladiatorem, in viatoria quadrigarium. Nam inter eos  
fuit, qui jussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriā  
fecit, quadrigas agitaverunt. Hic cum Cicerone Consul fuit:  
eiq; maximè est adversatus, ut qui Catilinæ conjurationi fa-  
veret. Placatus ab eo demum p̄tione provinciæ, rectaq; de  
Republiça sentire persuasus est. q. M. Antonio, Oratori filio,  
tres filii fuerunt, M. L. & C. quorū M. Antonius postea Trium-  
vir, causa & fax totius bell. civilis extitit. Nam quum esset Tribu-  
nus plebis, Cæsar isq; partibus in civitate uitandis fese im-  
patem videret, unā cum C. Curione (qui & ipse Tribunus ple-  
bis erat) conducto vehiculo, habituq; maximè miserabilis, in  
Galliam ad Cæsarem profugit, cumque adhuc hærentem, ad  
bellum sine mora suscipiendum inflammavit. Cæsarem quo-  
que occisum laudavit pro rostris: vestrīq; ejus sanguinole-  
tam ostendens, & testamentum recitans, quo ille Pop. Romano  
drach. 73, vitim legaverat, perfecit ut percussores ob  
metum ab urbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Mutinæ  
obsideret, hoītante Cicerone, à Senatu hostis judicatus est: &  
ab Hirio & Pausa Consulibus, & Octavio adhuc adolescentulo,  
ingenti p̄lō superatus. Post hæc Triumviratus fecere  
inter eum & Lepidum ac Cæsarem initio, Brutum & Cassium  
in Macedonia apud Philippo supercravit. Quo bello confecto,  
Octavius valetudinis causa Romam rediit: Antonius in Græ-  
ciam, Asiamq; profectus, honore quaquierus proficisci-  
tut, ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidēs,  
Lepido Afr. ea obtigisset, multos per Oriētem reges & tetra-  
archas debellavit. Inter quos Antigonus Iudæorum regem se-  
curi percussit: quod antea Regum nulli cōtigit. Captus amo-  
re Cleopatæ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eiq; regna  
multa cōcessit in Syria: Fulviam uxorem statim initio Trium-  
viratu repudiavit, ac Octaviam Augusti sororem duxit: quam  
& ipsam deinde ob Cleopatram contempnit. Ad bellum Par-  
thicum Vētidium legatum nāsis, qui imperfecto Pacoro, regis  
filio, ab Antiochō missus Romanum, triumphavit. Inde Cleopatra  
in Aegyptum remissa, per Armeniā, Arabiamq; profectus,  
copias undiq; contraxit. Cum Phraates Medorum rege p̄alio  
congressus, ac victor eum usq; ad Araxam fluvium perseque-  
tus est. Dein in Armeniā in reversus, ejus regem in triumphum  
Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octavia, causa fuit inter  
eum & Octavianum dissensionis. Quo quum postremo ad A-  
etiū navali p̄lō congregiens, superatus est: Alexandriāq;  
confugiens, atq; ibidem ab eodem obsessus, gladio spōtē oc-  
cubuit, anno ætatis LV. Hujus viri illud in primis admirabile  
dicitur, quod in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissi-  
mus fuit. Nec ob res malè gestas quicquā de solita voluptate  
remisit. Hæc ex Plutarcho. q. L. Antonius Triumvir frater,  
apud Perusiam ab Octavio obfessus, fameq; adactus, venit in  
deditonem cum CCC. aliis: quibus, ut ait Florus in Epitome  
Livii, Octavius pepercit. at verò Tranquillus, omnes ad aram  
Cæsaris necari crudeliter iussit. q. C. Antonius, Lucii & Mar-  
ci frater in Macedonia à Bruto cōpitus, Ciceronis & Hortensii  
Mānibus inferias missus est. Autor Plutarchus in Antonio, &  
Bruto. q. Antonius Julianus iheror Romæ, per quam fuit ho-  
nesti atq; humani ingenii: doctrina quoq; ista utiliore ac de-  
lectabili, veterumq; elegiarum cura & memoria multa fuit.

## ANT ANX AONAORI

Adhæc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut  
virtutes penitabat, aut virtus rimabatur, ut judicium ab eo fa-  
ctum ex amissim diceret.

**A**ntronīā, [Ger. En Stat in Thessalien bey deren man viele mal  
stein graben hat.] Pompōnīo Melœnitas est Magnesia, regio-  
nis Thessalæ, quæ à Stephano, & Strabone Antron, auctor, di-  
citur: ab antris nimis quoque nomine deducto, quorum  
magnum circa hanc urbem copiam fecerant molarius lapi-  
dum fodine. Circa hanc urbem procerissimi gignebantura-  
sini: unde factum est, ut Antonius asinus, proverbio dicatur  
de homine corpulento & robusto: in quo tamen ingenium  
& animi vigor desiderentur.

**A**ntwerpia, [Vulgus Germanorum Antwerpia appellat. Gall.  
Anvers. Ital. Anversa. Vng. Antwerpia.] Vrbis est Brabantia &  
Belgicæ totius emporium celeberrimum.

**A**nubis, [Ger. Ein Gott der Ägyptier so sie in einer hundte ge-  
statt verehret.] Genitivū facit Anubis, vel bidis, aubis, Lingua  
Ägyptiaca dicitur canis, sub cuius forma colebatur Mercurius,  
ut inquit Servius. Virg. 8. Aen. Omnipotensq; deum mon-  
stra, & latrator Anubis. Ovidius in Elegis: Per tua sacra pre-  
cor, per Anubidis ora veneri. Diodorus scribit, Anubis si-  
hunc fuisse Osiris, qui canem gestabat, tanquam arborum  
insignia. Ex quo Ägypti canem veneratur, & Anubim deum  
canino capite effingunt.

**A**nulus, fluvius Mauritaniae. Vide ANVLVS in APPELLAT.

**A**nulus, Nomen fluvii cuiusdam.

**A**nxia, Oppidum, Plin. lib. 3. cap. 11. 14.

**A**nxani, populi, Plin. lib. 3. cap. 12. 4.

**A**nxius, fluvius ex Armenio monte oriens, per Caucasum in  
Meopotamiam defuit, & Pæstolo flumini ex Caucaso cadet  
occurredit: unumq; salti, Euphratem demerguntur.

**A**nxur, rām masculini, quam neutri generis, Vrbis est Italiæ,  
quam nunc Tarracinam dicunt. Mart. Sive salutiferis candides  
Anxur aquis. Horat. 1. Serm. Sat. 5: Millia tū p̄stria t̄ ipsim,  
atq; subimus Impositum saxis latè candenitibus Anxur. q. Di-  
citur autē Anxur (ut Servius docet) quia illi colebatur lupi-  
ter Imerberis, quem idcirco Anxurū, quasi ανάχρης vocabat,  
quasi ανάχρης: hoc est, sine novacula. Virgilius Aeneidos 7:  
Cicācumque jugum, quis luppiter Anxuris artis Præsidet.  
Anyger, sive Anygrus, vide supra ANIGROS.

**A**nylis, Ägypti rex est, autor Herod. lib. 2. Stephano urbs est  
aīus Ägypti.

**A**nytūs, aīus, Rhetor Atheniensis fuit, acerrimus Socratis  
inimicus: à quo & reus peractus est. Horat. 1. Serm. Saty. 4:  
- qualia vincunt Pythagoram, Anytiq; reum, doctumq; Pato-  
na. De hoc vide Plutarchum in vita Socratis.

**A**ntī ante O.

**A**oni, aīus, Neptuni filius, ut dicit Laſtārius, qui factione suo-  
rum ex Apulia pulsus, navigio ad Euboēam venit, & inde se  
in Bœotiam contulit, ubi populis montes habitantibus impe-  
rat, eosq; Aones, ex suo nomine appellavit: à quibus Neptu-  
ni filius est habitus, quum Onchesti ditissimi cujusdam Ap-  
puli filius fuerit, ex Parichia conjugi: filium Dyamantem re-  
liquit, qui ei in regno successit. Perotrus.

**A**oniā, aīus, Regio Bœotia, ab Aone rege Neptuni filio di-  
cta, quem factio, ex Appulia pulsū, in Bœotiam tradunt  
venisse, ac de suo nomine mōtanam regionem Bœotij voca-  
tasse Aoniam, & incolas ipso Aonas.

**A**oniūs, aīus, adjectivum. Ovid. 1. Metamor. Separat Aonios  
Acta Phocis ab artis.

**A**oni's, idis, aīis, Patronymicum fœmininum: quo Poëcif-  
quentissime utuntur pro ipsis Musis. Iuven. Sat. 7: - aptu: q; bi-  
bendis Fontibus Aonidum.

**A**oris, aīis, Aratis filius, venator & bellicosus, &c. Steph.

**A**ornos, aīis, Fuit petra apud Indos p̄ceptis & invia,  
monumenti: historicorum celebrata: ita dicta ob admirandā  
altitudinem, quasi ipsis etiā avibus inaccessa. Sérabit Plutar-  
chus: Alexandriū, quum intellexisset hanc petram tenet ab  
homine meticulo, dixisse: Nunc locus iste facillimus est ca-  
ptu. q. Est & Aornos locus in Epiro, ita dictus à pestifera avi-  
bus exhalatione, teste Plinio in Procemi. lib. 4. q. Hoc etiam  
nomine dictus fuit lacus inter Puteolos & Bajas, qui postea  
Avernus est appellatus. Vide infra.

**A**oros, aīis, Cretæ civitas, ab Aora Nympha ita appellata:  
quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, uno ex Cu-  
ribus. Ex Steph.

**A**orsi, aīis, Ger. Wölk in Scythia innethab dem gebetg Im-  
geleg. populi Scythia intra lmaū, quos Ptolemaeus collocat  
non procul ab laxarte fluvio, qui in mare Hyrcanum defuit.  
Strabo lib. 11. duplices facit Aorsi, quorum alteros manus  
Caspii oram maxima ex parte tradit tenuisse: alteros juxta  
Tanai habitasse, quos superiorum exiles esse opinatur.  
Plin. verò lib. 4. cap. 12, Aorsi quosdam in Europa collocat  
juxta Hamaxobios.

Aoti

Aotis, pen. prod. *αὐτη*, populi sunt in finibus Thraciae, Getis finium, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4. ca. 11. Aous, pen. prod. *αὖς*. Fluvius est in ea parte Macedonie, quæ mari Adriatico adjacet: non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Acanthem appellant, teste Plin. lib. 3. cap. 23.

A ante P.

Apæti, *ἀπαιτη*, populi in Aethiopia, sub Aegypto, Memnonibus ad Austrum proximi: de quibus Ptolem. lib. 4. cap. 8.

Apamia, sive Apamea, *ἀπάμεια*, Vrbs celeberrima in Tetrapi Syria, à Seleuco Nicaore codita, & à nomine uxoris ejus ita appellata, ut testatur Strabo lib. 15. q̄ Est & Apamia, Parthorum civitas, Heracleæ, & Rhagis finitima: de qua apud eadem lib. 11. q̄ Tertia est in ora maris Bithyniae, inter Rhindaci & Ascanii ostia, Antiochi Epiphanis opus: cuius meminit Stephanus, & Ptolemaeus lib. 5. ca. 1. q̄ Quartam collocat Plin. lib. 5. cap. 29, in ipso Marsyas fluminis ostio, ubi scilicet Marsyas in Maeandru influit quam antea Celænas: deinde & Ciboton ait appellatum. Hanc Strabo ab Antiocho Soter conditam scribit, & à nomine Apamiae matris ejus (quæ Artabazi filia fuit, & uxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuisse appellata. Fuit hæc urbs olim clarissima, toriusq; Asiae emprium post Ephesum celeberrimum.

Apameste, Oppidū in ea Italiz parte, quæ olim Magna Graecia dicta est. Hujus incolæ dicuntur Apamestini: quorum meminat Plin. lib. 3. cap. 11.

Apavortene, *ἀπανορτεῖν*, Regio est Scythia, in qua est Hyrcania provincia.

Apellæ, Apellis, *ἀπέλλαι*, Nomen pictoris eximii, patria Coi, qui omnes prius genitos, futurosq; postea artificio superavit, & picturæ plura solus propè cōtulit, quam ceteri omnes. Fertur Alexâdrum Mædonem à nullo pingi voluisse, quam ab Apelle. De hoc Ovidius: Si nunquam Veneris Coi pinxisset Apelles, Merfa sub æquoreis illa lateret aquis. De hoc vide multa apud Plin. lib. 36. cap. 10.

Apelleus, a, um, adjectivum, Stat. lib. 5. Syl. Ut vel Apellico vultu signata colore.

Apeneoste, Legc APAMESTE.

Apenninus, *ἀπεννίνος*, *ἀπεννίνης*. Vulgo il monte Apennino. Ger. Das Gebirg so sich mitz durch Italiæ wie ein rußgrätz geübt. Pol. Alpi mydy wlochia i swaicarmi. Vng. Apenninus hegy.] per duplex n, vel Apenninus cum et, diphthongo, ut scribit Servius, quasi alpes Poenæ, quod eas Annibal primus superavit. Mōs est, qui Italianam medium dividit, incipitque à Genua & supra Carnos incedit. Ejus descriptionem vide apud Lucanum.

Apenninigæ, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino versatur: ut Apenninigenæ pastores. Claud. Apenninigenis cultas pastoribus aras.

Apenninicolæ, Idem Virg. 11. Aeneid. Apenninicolæ bellator filii Auni.

Aperantia, *ἀπεραντα*, Vrbs Thessaliz, Steph.

Apelus, suntis, pen. cor. *ἀπελλεῖς*, Montis nomen est, qui Nemeæ superjacet, ubi Theseus Iovi primum operatus creditur. Dicto ab herœ, cui Apelas nomen erat. Papinius: Mons erat audaci seductus in æthera dorso, Nomine Lernæ dicunt Apesunta coloni, Gentibus Argolicis olim sacer. In castigatoribus tamen exemplaribus hoc loco apud Statuum Aphesanta legitur à nominativo Aphelas. Apud Plin. auctæ lib. 4. ca. 5, Apes absque aspiratione.

Aphace, *ἀφάκη*, Vrbs Libyz. Steph.

Aphannæ, regio Siciliæ ignobilis: unde proverbium: Ad Aphannæ, de obscuris & relegatis. Steph. *ἀφάνης*.

Aphareus, per tres syllabas, pen. corr. *ἀφαρεύς*, Parris Lyncei nomen est: a quo Ovid. Lynceum prolem Apharejam vocat lib. 8. Metam.

Apharus, Locus in Euxino, Absyreus anteà dictus.

Aphedas, nomen regis Atheniensium: vel, ut Stephanus, Molossorum, *ἀφέδας*.

Aphesas, antos, Montis nomen est supra Nemacam. Vide APESVS.

Apherae, *ἀφέραι*, Vrbs Magnesia in Paganetico finu: causam nominis lege apud Steph.

Aphidantes, *ἀφίδαντες*, populi sunt ex Molassis (ut inquit Stephanus) ita dicti ab Aphidanæ rege.

Aphidnæ, arum, *ἀφίδνα* Stephano, Locus celebris in Attica. Seneca in Hippol. --parvas alias Calcer Aphidnas. Est etiam Civitas Laconiz.

Aphneum, *ἀφνεῦ*, civitas Phrygiae, & alia Lydiæ, Steph.

Aphnites, palus circa Cyzicum, Artynia prius, *ἀφνίτης*, Steph. Aphormium, *ἀφρόμιον*, locus Thespisium, Steph.

Aphrica, *ἀφρίκη*. Ger. Eine an den drei teils des Erbboden ob der Welt. tercia orbis pars, ab Asia Nilo fluvio, ab Europa mari mediterraneo discreta: ita dicta quasi Aprica, q̄ Solis æstibus maximè sit exposita. Alii à Græcis sumptum putant nominis hujus etymon, ut Africa dicta sit, quasi *ἀφρίξεις*:

hoc est, sine horrore aut frigore. Est enim hæc regio calidissima, ut quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plura suprà in dictione AFRICA.

Aphrodisiæ, *ἀφροδίσια*, Insula est in mari Persico, ubi Persis à Carmania separatur: sic dicta, q̄ in ea Venus quæ religiosissime coleretur: alio nomine *Ἄφλατα* dicta. Insula hujus meminit Plin. libro 6. cap. 25. q̄ Est præterea Aphrodisiæ Ciliciæ oppidum, teste Stephano. q̄ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus: de qua Plin. lib. 4. cap. 22.

Aphrodisiū, *ἀφροδίσιον*, Oppidum fuit in Latio maritimū, quod pōstea mutato nomine Antiū dictum est. De hoc Plin. lib. 3. cap. 5. q̄ Apud Græcos hoc nomine significatur statua Veneris, atq; adeò res ipsa venerata. Vnde & *ἀφροδισάζειν* dicunt, pro eo quod est Rem veneram exercere.

Aphrodisium, *ἀφροδίσιον*, Cariæ promontoriū est Pōponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. q̄ Est & Aphrodisium Prolemæ urbs Africæ. q̄ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem autore.

Aphrodisiū, *ἀφροδίσιον*, Præsul Bituricensis, Petri discipulus, genere Aegyptius, qui diem suum obiit apud Bituriges, teste Volateri.

Aphroditæ, [ἀφροδίτη]. Ger. Ein juwæth Veneris. ] Veneris cognomen est, dictum àn θεόφραστo hoc est, à spuma. Veneræ enim ex spuma mari ortam esse Poëtæ fabulantur.

Aphthides, pars Aegypti, Steph.

Aphthonius, *ἀφθωνός*, Sophistæ cuiusdam nomen, qui in Rhetorica Hermogenis *αγωγμάτων μηχανή* hoc est, præexcitationes conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphydna. Vide APHIDNA.

Aphyte, es, *ἀφύτη*, vel Aphytis, *ἀφύτης*, Oppidū est Thraciæ non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. Hujus incolæ dicuntur Aphytæ, *ἀφυταῖς*. Stephano.

Apidanōs, *ἀπιδανός*, Fluvius est Thessaliz, cui Enipeus, Melas, & Phoenix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert, ut habet Lucanus, li. 1: it gurgite vasto Apidanus, nunquam celer, nisi mistus Enipeus.

Apiennæ, populi, Plin. lib. 3. cap. 14.

Apina, & Trica, Duo oppida Apuliae fuerunt, quæ Diomedes evexit tanta ignominia, ut in proverbii ludibrium trāsierint. Quoties enim rem nullius preci ostendere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Mart. li. 13: Sunt Apinæ, Tricæ, & si quid vilius istis.

Apisia, civitas Italiz.

Apis, *ἀπίς*. Ger. Ein Drüs/ welch die Ägyptier für ein Gott verehren. ] Bovis nomen apud Aegyptios, quem pro deo colebant, alio nomine Serapis dictus. Corpore erat niger, cädida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicitibus pilis in cauda, & lingua cætharo notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Huc in lacum demersum Aegyptii, indicto justitio, teste scissa, & laceratis crinibus defunctum plaogebant: invento verò alio mirificè latabantur. Responsa autem dare nō ut reliqua oracula solitus: sed si manu oblatum pabulum sumpsisset è cōsulentibus, secundos eventus, atque omnia prospera decernebat: si verò abnueret, omnia sinistra portebat. Ideo quem à Germanico Cæsare pabulum oblatum renuisset, fuenit omnes & indubiam necem, quæ paulò pōst sequuta est, prænuntiavit. Hæc Alexander ab Alexandro libro 6. cap. 2. & eadem ferè Marcellinus lib. 22.

Apis, Argivoū rex fuit, ex Iove & Niobe Phoronei filia progenitus, sicutem habuit in uxorem. Hic quum Aegialeum fratrem regem præfecisset Achæi, in Aegyptu, suum imperium transtulit, & quum ibi multa, præcipue vini usum homines rudes docuisset, post mortem factus est Serapis, & Maximus Aegyptiorum deus, qui in forma Bovis adhuc viventis colebatur, quem post certos vitæ annos mersum in sacerdotē fonte eneocabat, alium cum luctu querentes, quem sustulerunt, micerbantq; perrasis tantisper etiam capitibus, donec alium reperissent. Est autem Apis lingua Aegyptiaca Bos. Macrob. per Apim Solem intelligi purat. lib. 1. Satyr. Ovid. Et comes in pompa corniger Apis erat. Vide OSIRIS alibi, ut priora ex Perotto, & aliis paulò aliter tractantur. Vide Strab. lib. ult. & Pita. lib. 8. cap. 46.

A pisces, Nomen viri Trojani proprium.

Apiranæ, populi, Plin. lib. 6. cap. 20. 36.

A piciūs, *ἀπίκιος*, Omnium nepotum fuit princeps, cui parvulum est & principum cōgiania, & Capitolio vestigal comesationibus devorasse, nisi suæ etiam gulæ monumentum posteri relinquisset, conscriptis de gulæ irriamentis aliquot libris. Hunc vixisse suo seculo testatur Seneca in lib. de Consolat. ad Albinam.

Apobæoti, *ἀποβαιῶται*, populi Actoliz, Steph.

A pœninus, Vide APENNINVS.

A polesti, Vide in APPELLATIVIS.

C 2 Apsl.

**Apollo**, inis, Απόλλων, Creditus fuit Deus: quem Graeci etiam prius: hoc est, Solem appellant. Cui, ut Macrobius inquit, variæ fuerunt potestates. Nam fuit autor carminis, p̄f̄ses vaticinii, sagittandi peritiam habuit, arti in medicina percalluit, & citharam adinvenit. **Vnde Adagium:** Quid tibi Apollo cecinit? Hoc est, quid tibi respondit? Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poëtæ. Vsus est Aeschyl. in Ajace Locrensi. Refertur à Zenodoto. Convenit, ubi quis à principe redeuntem percunctabitur quid responsi tulerit, τι τοι δέδοται κακής κακος. q̄ldem dicitur Liber, quod liberè vagetur per ærem. **Nomius** etiam id est, pastor, dictus est ab eo, quod Admeti regis paverit armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuisse constat trium pedum, à Vulcano fabretum, ac pro munere Pelopis datum, quum uxorem duceret. Porphyrius ait eūdem esse Solem apud superos: Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos. **Vnde** etiam tria insignia circa ejus simulachrum videmus: Lyram, quæ nobis cœlestis harmoniz imaginem monstrat: Gynæum, quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus indicatur & noxius. **Vnde** & Apollo dictus est, ut quidam existimat, Απόλλων, quod perdere significat, sive destruere, quod nō paucos nimio æstu crederetur extingue. **Vnde** etiam spicula ei assignavit vetustas: quæ tamen non dextera gestat, sed sinistra, quod ad juvādum promptior fit, quam ad nocēndū. **Vnde** etiam nonnulli πάρθενος ἀπόλλων: hoc est, ab abigendis morbis, Apollinem dictum existimant. **Apollines** quatuor Cicero ponit, Primum, antiquum custodem Athenarum: alterum Corybantis filium, natum in Creta: tertium ex Iove & Latone natum, qui ex Hyperboreis Delphos venerit: quamvis Eusebius antiquorum illum describat: quartum in Arcadia, quem Arcades, quod illis leges dederit, Nomios vocant. Deinde ob nimiam severitatem regno pulsus, ad Admetum Thessaliam regem confugit, & juxta Amphrysum amanum ejus armenta pavit. Quare à posterioribus pro deo colitur, & ab Homero variis nominib. appellatur. αργυρόπεπλος, εὐστολος, ab ejus scilicet artibus & inventis.

Apollinis insula, in Libya est. Steph.

Apollinis civitas, Minor in Aegypto est, Libyam versus: major in Aegypto: tertia in Aethiopia juxta rubrum mare. Steph. Apollo, [Germ Ein Gott der den Griechen/welchen sie fär ein erfunder der Arthen/ des Gesangs und der Reimen hießen.] Iovis & Latonis filius, natus ex Dolo eodem partu cum Diana, quæ & ipsa Phœbe dicitur. Adultus Python ē serpente sagitta occidit: deinde Cyclopes, ob fabricati fulmen, quo filius ejus Aesculapius fuit, ad inferos detrusus: unde aliquādiu divinitate privatus, Admeti Thessaliam regis armenta apud Amphrysum ejusdem regionis fluvium pavit. Fertur accepisse citharam à Mercurio, & postea Musis præfuisse. Amavit Cyrenam pueriliter: item Daphnem, Bœni fluminis filiam, quæ fugiens illius amorem, in laurum conversa est, arborem huic sacram. Item Hyacinthum, liberali forma parvulum, quem mortuum in florem sui nominis commutasse fertur. Branchum item Thessalum, cui in suo templo sacra fieri jussit. Vicit Marsyam tibicinem, à quo lacesitus fuerat tibia cantu, vietū excoriat. Illi muros, adiuvante Neptuno Laomedonti regi adificavit. Medicinæ usum primus intulisse & propterea deitatem meruisse dicitur. Author est Carminis & Musices: quapropter poëtæ præcipuū sibi nomen faciunt. In Rhodo insula Colossum habuit tantæ magnitudinis, ut inter septem mundi miracula sit connumerat. Triplex ejus potestas, ut sit sol in celo: liber pater in terris: Apollo apud inferos. Ejus simulachra tria ad pingebatur, lyra, clypeus & sagitta. Eidem ut Baccho perpetua juventus adscribitur, propterea semper imberbis à Poëtis singitur. Multa habet nomina, quæ à locis, in quibus potissimum colebatur, ei sunt indita.

**Apollonius**, a, um, adjективum, [φοίβες. Pol. Liekars.] ut Apollinea ars, pro arte medica. Ovid.lib.3. Trist. Nullus, Apollinea qui levet arte malum est. Est ars Apollinea, pro arte vaticinandi. Ovidius in lib: Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam intelligit.

**Apollonius** Ludi, qui in honorem Apollinis siebant: de quorum institutione vide Livium. Διηγήσα. Cic ad Att. Ludis Apollinaribus Diphilus tragedus in nostrum Pompeium pertulante inventus est.

**Apollinarès** Ludi quum in unum annum voveretur, incertoq; die fieret, senatus P. Licinium Varum, prætorem urb. ferre ad populum jussit, ut in perpetuum in statum diem voveretur: hi ludi, quum Annibal esset in Italia, ex Martii, clari variis carmine primum instituti, cuius in libris hæc inventa Livius recitat li. 15. eademq; feret & Macrobius lib. Sat. 1. Hostes, Romani, si expellere vultis, Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: quum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se, suisq; iis ludis faciendis præcerit prætor is, qui jus populo, plebiq; dabit sum-

mum, x viri Græco ritu sacra faciant. Hoc invento carmine, cœsuerunt patres Apollini ludos vovendos, faciēdosq; voveri autem, & fieri à prætore urb. quod is esse videretur, qui jus populo, plebiq; summum daret: quum facti essent, duodecim millia æris prætori ad rem divinam, & duas hostias maiores dandas: & ut x viri sacra ritu Græco facerent, hisq; hostiis Apollini bove aurato, & capris duab. albis auratis: Latonæ bove femina aurata: ludos prætor quū facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodū esset, conserret: populus eos coronatus spectavit: matronæ supplicavere, vulgoq; apertis januis in p̄patulo epulati sunt: celeberq; dies omni ceremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætore, decrevit Seatus, ut il ludi in perpetuum voverentur: triennio p̄st, ut in perpetuum in statum diem voveretur. P. Varus, ut diximus, prætor urb. à senatu iussus, legem tulit, & ex lege ipse primus vovit, fecitq; ante diem II. nonas Quint. cumq; diem solennē deinde servatum Livius tradidit: ego tamen M. Brutus, qui Cæsarem interfici, prætoris urbani absens nomine, neq; uno die tantum, neque II. nonas Quint. factos invenio, sed quū nonis Qu. essent confirmisi, usq; ad III. idus datos fuisse: quod ex duob. locis episk ad Attic. lib. XVI. colligitur: atq; hoc ipsum de pluribus ludorum Apollinarium diebus, confirmat satis planè, ut videatur, Livius lib. XXXVII, his verbis: Ludis Apollinaribus ad VII. idus Quint. cœlo sereno, interdiu obscurata lux est. Ex libro nostro de legibus Romanis.

**Apollodorus**, Απολλωδόρος, Nomen p̄storis excellentis, & nomen oratoris Pergameni, Apollodori sex memorantur. Primus Athenensis Comicus. Secundus Celeus, cuius comedie fuerunt Philadelphi, & Sylphis. Tertius Tarvensis Tragicus. Quartus item Athenensis grammaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamenus rhetor, præceptor Calidii, qui docuit Augustum. Sextus Alexandrinus Comicus, Menandri emulus.

**Apollonius**, Απολλωνία, Oppidum in ea parte Macedonie, que Adriatico mari adjacet, Corinthiorum colonia, optimis olim instituta legibus. Vulgo his temporib. Valora nominatur. De hac Strabo: Condidere Apolloniam Corinthii, Corcyriq; ab Aeante fluvio stadiis decem, à mari sexaginta. **Est** & Apollonia inter insulas Thraciae, cis Istrum amnum locata. **Est** & Apollonia civitas in Crete, & alia in Syria. Vide Stephanus.

**Apollonius**, Απολλωνία, populi Apollonii. Valer. Max. li. 1: Apolloniatæ quidam p̄sentientiam egerunt.

**Apollonias**, Απολλωνία, Vrbs in Parnassio juxta Delphos, alias Cyparissus dicta, Stephanus. Vide in Cypariso. Troæ etiam Peloponnesi olim Apollonias dicebatur, Stephanus.

**Apollonius**, Απολλωνία, Nomen philosophi Alexadrini, qui Rhodi vixit: unde & Rhodius appellatus est. **Fuit** etiam hoc nomine Alabandensis Philosophus, dictus à Suetonio clarissimus dicendi magister, sub quo (ut Plutarchus scribit) Cic. & Cæsar condiscipuli fuere. Præter hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus Philosophus, & magus, cuius vitam scripsit Philostratus, Græcorum omnium mendacissimus. Fuit hic dum Ephesi vitam ageret, & forte in multitudine disputeret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis letisse, atq; ubi primū soqui potuit, exclamasse: Euge Stephane, pulchre, Stephane percutie sceleratum: pulsisti, vulnerasti, & interfecisti.

Apoliopolitis, præfectura, Plin.lib.5.cap. 9 11.70.

**Aponus**, penultima correpta, Απόνος, Fluvius seu fons calidis aquis, haud lögè à Patavio, vel vicus ipse, in quo Balæz sunt. Lucan.lib.6: Colle sedes, Aponus terris ubi sumi exiit, Atque Antenorei dispergitur unda Timavi. Aponus autem dicitur nō tam quod morbis medeatur, quām quod sine dolore remedium afferat.

**Appianus**, Αππιανός, Alexadrinus nobilis historicus, qui Adriani imperatoris temporibus caruit. Scriptor Romanæ historiæ libros XII, quorum novem tantum ad nos pervenire.

**Appion**, Αππιόν, Nomē fuit Grammatici Aegyptii, Platonici filii, qui à laboris magnitudine cognominatus est Mochthus. Hunc Tiberius Cæsar per contemptum Cymbalum mundi appellabat, quū publice famæ tympanū posse videri posset. Autor Plin.in præfatione. Immortalitate à se donari scripsit, ad quos aliqua cōponebat. De hoc etiā Iosephus scribit, quod esset malus & indoctus, totiusq; vite tēporibus importunus calumniator omnium, cor asini habens. Tu vide Iosephum. Floruit temporibus Dionysii Halicarnassei & Iosephi.

**Appius** Claudius. Qui postea Cæcus cognominatus fuit, inter oratores numeratur à Cicerone in Bruto. Hic cum Cajo Fabio Censor creatus, viam ex lapide quadrato stravit, quæ ab illo Appia dicta est, in urbem duxit. Idem postea cæcus factus, quum audisset Romanos de Pyrrhi pace consultare, in Curiam

Curiam sese deferri jussit, gravissimaq; oratione obtinuit, ne cum Pyrrho, nisi prius Italia decessisset, pax iniretur.

**A**ppiā via, à dōs à pīa, Via erat Roīg sāxō quadrato strata per portam Capenam, Capuā : vel, ut alii volunt, Brundusium usq; dūtēns, ab Appio Claudio Cæco strata. Cic. pro Cælio: Appius, Cladius Cæcū pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, viam munivit.

**A**ppiā poma, à pīa mīa, ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus est, fēcē cotoneorum, magnitudo non multò inferior. Plin.lib. 15. cap. 14.

Appote, Oppidum. Plin.lib. 6. cap. 28. 55.

Aprīs, à pīa, Psammis Aegypti regis filius, cui in regno succedit. Hic, ut testatur Herod. lib. 2. ab Aegyptiis, qui sā se ad Amasim defecerant, strangulatus est, & sepultus in paternis monumentis.

Aprus, à pīa, Vrbs Thraciæ. Steph.

Apros, colonia. Plin.lib. 4. cap. 11. 36.

Aprusis, fluvius. Plin.lib. 3. cap. 15.

Aprustini, populi. Plin.lib. 3. cap. 11. 15.

Aprutium, Italæ regio inter Apuliam & Picenum. Hæc etiā Samnium dicebatur, ubi multi populi erant. In ea civitates, Aquila, Adria, Sulmo, Otrona, Arpium, Aquinū, & multæ aliae.

Apharus locus in Euxino, absyrtus ante dictus.

Apsilæ, à pīa, Gens Scytica, Lazis vicina. Steph.

Apsorus, Vrbs Ponti Cappadociæ. Prol.

Apsorus, à pīa, Insula in mari Adriatico, adjacens Liburniæ, in qua civitas eodem nomine, ut Ptol.lib. 1. scribit.

Apus, à pīa, Fluvius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit non procul à Dyrrachio: de quo Strab.lib. 7. Lucan.lib. 5: Tellus quam volueret Genusus, quam molior. Apsus Circumemtrips.

Apsynthūs, à pīa, civitas Thraciæ, & regio Apsynthis dicitur.

Aptera, à pīa, neutri generis, Vrbs in Lycia & altera in Creta à Sireibus vocatur, quod vix tibi canto à Musis, præ merore, exuta pennis in mare desiliunt. Autor Steph.

Apuani, Vulgò Genesii, Ligures sunt, teste Liv.lib. 10: Sempronius (inquit) è Pisibus in Apuanos Ligures vastando, aperuit saltus, &c.

A'pūlia, [Puglia. Germ. Ein Landeschaft Italiæ, wird gemeint] Italiæ regio, mari Adriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædalifilio, qui eam regionem retinuit, dicta est. iuxta. Corripit autem hoc nomen primam syllabam, & unico p scribendum est: assumit tamen interdum alterum p, ut candem producat. Secundam autem syllabam semper producit: Contrà Apulus semper primam producit, & corripit medianam. Hor.li. 3. Carm. Nutricis extra limen Appulia. Iuven. Vendit agros, sed majoris Appulia vendit: ubi & prima producitur. q Hinc Apulus, a'um, sive Appullus; adject. Lucan.lib. 5: Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

### A ante Q.

Aquæburgum, Vrbs Bavariæ, vulgò Wasserburg.

A'quæ A'ugustæ, üdām a'gūstæ, Vrbs in Gallia Aquitanica, Ptolemæus.

A'quæ c'aldæ, üdām h'z'mæ, Vrbs Britannia insulæ, Ptol.

A'quæ m'rtuæ, Hodie vocatur oppidum Narbonensis provinciæ, ad alterum ex Rhodani ostiis situm. Ptolemæus Maria nas fossas appellat, à propinquâ fossâ, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ostreis (ut scribit Strabo) abundantem. De hac fossâ vide Plin.lib. 3. cap. 4. & Melam, lib. 2. & Strab.lib. 4. Vulgò Argues mortes.

A'quæ S'extiæ, üdām s'xtæ, Ptolemæo, Vrbs Galliæ Narbonensis, juxta quā sunt aquæ calidæ, quæ g̃ros curare solent: ita appellata à S'extio quodam Romanorū duce, qui perdomitis Salybus oppidum hoc extruxit. Autor est Strabo lib. 4.

Aquila, Vn̄is nomen est in Brutis, ex ruinis Furconis antiquissimi oppidi à Longobardis edificatae. Volatent.

A'quileiæ, à pīa, Vulgò Aquilia, Carnorū metropolis, juxta quam declinet Timavus: a legendis aquis dicta. Maitialis: Et tu Ledo felix Aquileia Timavo. Plinius Aquileiam collocat in decima regio ne Italie. Fuit autem Romanorū colonia duodecim milles p assib. à mari sita. Ad eam flumine adverso orientalis navigat ut navibus per Natisonem flumum. Ex hac orti sunt Chroma etius, ad quem Hieronymus s'p̃e scriptit: & Rufinus Græcæ, Latineq; eruditus, qui Iosephum convertit in Latinum, cuius archetypū est Mediolani in sancti Ambrosii fano, Longobardis characteribus cariosissimis.

A'quilius, à pīa, Cognomen Iurisconsulti, factum à colore subnigro.

A'quilo, pen- corr. Ventus Septentrionalis, frigidus & siccus: ita dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. [ ] plin.lib. 7. cap. 56, quem medicinæ artis quidam voluerū extitisse reportor. q Est & Arabus lapis, teste Plin.lib. 36. c. 21, ebatur ei cadoris, qui in pulv're redactus, aptissimus est d'cificiis.

Mitnacht. Hisp. Reganon, viento entre Norte y Solano. Pol. Biator spol nosci. Vn. Eskiszel. Ang. The northwind. ] De hoc scribit Ovid.lib. 6. Metam.

Apta mibi vis est, qua tristia nubila pello,  
Et freta concutio, no dosaq; robora verto,  
Induroq; nives, & terras grandine pulso.  
Idem ego quum fratres cœlo sum noctis aperto,  
(Nam in hi campus is est) tanto molinine luctor,  
Ut medius nostris concutibus infonet æther.  
Exiliantq; cavis elisi nubibus ignes.

Idem ego quum subtil convexa foramina terræ,  
Supposuiq; ferox imis mea terga cavernis,  
Solicito manes, totumq; tremoribus orbem.

Flat autem hic ventus, teste Plin.lib. 2. ca. 47. inter Septentriōnem & ortum solstitiale, è regione Cauri.

A'quilonaris, re adject. [ ] Aquilonis tephoni. Béger. Ang. Toward the north. ] Cic. de Nat. deor. Sed etiā regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

A'quilonis, a'um, ut loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin.lib. 27. cap. 13: Omnes verò herbæ vehementiores effectu, viribusq; sunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis.

Aquinum, à pīa, Ptolemæo, Vulgò Acquino, Oppidum est Latii, aut (ut aliis placet) Campaniæ. Cic. 2. Phil. Quum Româ proficisciens ad Aquinum accederet, obviam processit magna sanè multitudo.

Aquisgranum, Germaniæ nobilissima civitas, prius Vegerra dicta, Caroli Magni sepulchro nobilitata. [Vulgò Aquigrano. Ger. Ger. ]

Aquitania. [æquiteria. Vulgò Guienne vel Gascongne. Ger. Gæs] sostenit in Landschaft in Frankreich. ] Regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Hæc à Circlo Oceanū habet, qui Aquitanicus sinus dicitur: à Meridie Hispaniam: à Septentrione Lugdunensem provinciam: ab ortu Narbonensem. In ea Tholofa, & Burdigala civitates. q Hinc Aquitanus, na, nū: unde Aquitani populi, à uig'.

A'quites, pen. corr. Sacerdotis nomen apud Phasidē. Valer. Flac. libro 6: magnique sacerdos Phasidis arctois Aquites errabat in agris.

Aquula, Ptolemæo Oppidum Hetruriæ: unde Aquulenses, quos Aquenses vocat Plin.lib. 3. cap. 5.

A ante R.

Ara, civitas Arabiæ regia, nec non & insula Arabiæ adjacens, ut scribit Ptolemæus. Habet autem hoc nomē priorē syllabā productam.

A'rabiæ, [ægysia. Ger. Ein Landeschaft in Asia zwischen dem Jiddi schen land und Egypte gelegen. ] Regio inter Iudeam & Aegyptū, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus Arabiæ interpretatur, sacram. q Est autem triplex Arabia, secundum Plin.lib. 2: Vna felix, à pīa ap'ph'os, Αδάμων, λιγοφ'os: altera Petra, πετρα: tertia deserta ξεμ'os, de quibus plura in dictione sequenti. In Arabia estmons Sina, qui & Oreb, in quo Moses legem accepit. In eadē & Phoenix avis nascitur & Sardonix gema. q Arabia Petra, à pīa πετρ'os. Sic dicta à Petra vetutissimo oppido, pars illa Arabiæ, quæ est Aegypto, Iudea, & confinis. Autor Ptolemæus. Straboni ac Plinio alio nomine Nabathæa dicitur. q Post Petras, sequitur alia Arabiæ pars. Arabia deserta Ptolemæo vocata: Straboni autē Scenitis, Αράβης, οὐλῶs, quod g̃s vaga & sine ædificiis in tētoris habet. Hæc à Meridie montibus Arabiæ Fœlicis cincta est: à Septentrione Mesopotamiam habet: ab Occidente Petram. q Cavam Arabiam serere, τὸ καὶ λίθον Αράβης ωρέα, Pro frusta sudare, aut in re perdifficili, nec admodū frugifer operam sumere. Lucian. in Apologia. q Arabia Fœlicis Meridiē versus, inter duos sinus Arabicum, & Persicum, veluti peninsula excurrit, fluminibus scatens: quæ, ut Strabo scribit, bis quotannis, ut India, servit ut secunditudinem. Vide Plin.lib. 6. cap. 28.

A'rabs, bis, à pīa, Gentile nomen est, quo is significatur, qui ex Arabia ortu traxit. Virg. 8. Aen. - omnis eo terrore Aegyptus, & Indi Omnis Arabs, omnes vertebari terga Sabæi.

A'rabiæ & Arabicus, à pīa, adjectiva, ut Arabicus odor. Plaut. Mercat. Virg. lib. 7. Hæcānise, Arabisve parant. Propert. Nec si qua Arabio lucet bombyce puella. Vbi metri causa legendum est Arrabio. q Arabius tibicen, A'g̃os, αὐλαῖς: aut, Arabius nuntius, A'g̃os, αὐλαῖ. In eos dici solitum, qui à semel copris nunquam desistunt. Adagiū hinc natum existimant, quod olim sola mancipia musicam exercerent, quæ pleruntq; ex Arabia producebatur. Citatur ex Menandro: illasq; meminit Iul. Pollux.

A'rabiæ, adverb. ut Arabiæ olere: id est, beare olere, & odorib. Arabicis, à pīa, οὐλῶs.

Arabus, à pīa, Apollinis fuit filius ex Babylone, ut inquit Plin.lib. 7. cap. 56, quem medicinæ artis quidam voluerū extitisse reportor. q Est & Arabus lapis, teste Plin.lib. 36. c. 21, ebatur ei cadoris, qui in pulv're redactus, aptissimus est d'cificiis.

C. 1. Arachne

**A**rachnē, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanifico causa fuisse cum Pallade certare, vi trice dea percussa radio in aranem est commutata. Verum hoc à poëta fictum est. Cōstat enim, autore Plinio, Arachnem linū & retia invenisse: Closterem autem filium ejus fusos in loto. Suidas scribit ἀράχνη, filum esse & licium tenuissimum: ἀράχνη, sceminiæ generis, telam seu texturâ: masculino genere, ἀράχνη, pusillu animali: ita dictum, quod rara moliaq; habeat veltigia.

**A**rchofia, ἀρχοφία, Regio est Scythæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedrosiis finitima: cuius præcipue civitates sunt Alexandria, & Arachotus, ἀράχωτος, quæ regioni nomen dedit. Vide Strab. lib. 11. & Ptolem. lib. 6. cap. 20.

**A**rachotus, ἀράχωτος, Fluvius est Epri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambraciū influens. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolem. lib. 3. cap. 14.

**A**racynthūs, ἀράκυνθος, Mons est Acarnaniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 2. Est & alter in Attica mons ejusdem nominis: de quo Virg. 2. Eclog. Amphion Diæcūs in Acto Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilum personæ pastoriæ rationem habuisse: ideoq; in Attica montem collocaſſe, qui re vera est in Acarnania: cuius generis pleraq; etiam apud Theocritum animadvertisimus. Stephanus præterea Aracynthū in Boeotia collocat: à quo Muceram Aracynthiam dictam scribit.

**A**raduca, ἀράδου, Vrbs Lusitanæ, quæ vulgo ab Hispanis Arada dicitur. De hac Ptolem. lib. 2. cap. 5.

**A**radus, ἀράδος, Insula est, sive portus urbs in petra sita, habens in ambitu septem circiter stadiæ, distans à Phœnicæ, cui adiacet, viginti stadii. Estq; ut tradit Strabo lib. 16, una ex Phœnicæ urbibus, quæ Tripolim efficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Hujus etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 31: In Phœnicæ, inquit, mari est ante loppen Paria, tota oppidum, in qua objectam Andromedam belluæ ferunt, jam dicta Arados: inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (ut auctor est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto usq; à vado trahitur. E' regione ejus insulæ, ad Meridiem, urbs est huic opposita, quæ olim Antarodes: hodie Tortosa vocatur.

**A**ra Flavæ, Vrbs Germaniæ, non procul à Danubio fluvio, quam Germani sua lingua Nôdisingen vocant: alii putant Hegdenheim.

**A**rae, ἀραι, Tres insulæ Ionizæ, sic dictæ propter execrationes, quibus Dorieuses devoverunt Pentapolitas. Steph.

**A**raethyrea, ἀραιθύρεια, Regiuncula est Ahaïæ propriæ dictæ, polita Asophis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homerius Catalogo ab amoenitate commendat, ἀραιθύρειον, ἰππετεῖον, eam appellans. De hac Plin. libro 4. capite 5, & Strabo libro 8.

**A**ragus, ἀράγος, Fluvius Massagetarum agrum irrigans, cuius meminit Strabo lib. 11.

**A**ram, Syria est, quæ à Semi filio hoc nomen accepit. Cujus Joseph. lib. 1. Iud. antiquæ in hunc modum meminit: Aram vero Armenos instituit, quos Graeci Syros appellant. Strabo lib. 13. Arimorum recordatur his verbis: Quidam Syros pro Arimis accipiunt, quos nunc Aramos vocant.

**A**ramei, Teste Plin. lib. 6. cap. 17, ab antiquis dicti sunt Scythæ: alio nomine Sacæ à Persis appellati.

**A**rantia, ἀράντια, Vrbs Philus postea dicta, Steph. Qui etiam in Aretyreæ de eadem scribit.

**A**raphæa, ἀράφαια, Insula Cariæ, Steph.

**A**raphen, ἀράφην, pars tribus Aegidis, Steph.

**A**rraris, penult. corr. & per apocopen Arar, ἀρέα, Fluvius Gallie Lugdunensis, à monte Vogeso per finis Heruorum & Sequanorium in Rhodaum fluens. Lucan. libro 6. Rhodanumq; fluentem Præcipitavit Arar. Hodie Saona dicitur. Alius est ab eo qui per Helvetios lapsus, hodie Arola, vulgo Ar, dicitur.

**A**rarus, ri, ἀράρα, Fluvius Scythæ Europæ, in Istru influens, cuius meminit Herod. lib. 4.

**A**rath, ἀράθ, Regio Armeniæ campestris, per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis ad radices Tauri montis, qui usq; illuc extendorit.

**A**ratör, Poëta Christianus, Romanus Subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta, hexametro versu conscripsit, ut notat Veneranus.

**A**ratores, populi sunt Scythæ in ea parte Aemæ montis habitantes, ubi Polydori tumulus ostenditur, ut ait Solinus.

**A**ratius, ἀράτιος, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cuius Phænomena extant Græcæ, & Latinæ à Cicerone adhuc adolescentiæ versa. Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberavit: de quo Cicero 3. Offic.

**A**raurius, ἀραύριος, Ptolemæo, vel (ut Straboni placet) Raurarius. Fluvius est Gallie Narbonensis, non procul à Massilia.

**A**rausio, Civitas est Gallæ Narbonensis, prope Avenio-

nem, principatu nobilissimo insignis: vulgo Aurange. Hujus oppidi meminit Plin. libro 3. cap. 4. & Strabo lib. 4.

**A**raxa, ἀράξη, Vrbs Lyciæ. Steph.

**A**raxæ, vel Araxi, populi Illyriæ. Steph.

**A**raxes, [ἀράξης. Ger Ein flüs Armenia.] Fluvius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniamq; ab Atropatia dividens. De hoc scribit Pomp. lib. 3: Araxes Tauri latere demissus, quo ad campos Armeniæ secat, labitur placidus, neq; in utram partem lat, quanquam intucari, manifestum. Quum in asperiora devenit, hinc atq; illic rupibus pressus: & quanto angustior, tanto magis pernix. Frangit se subinde ad apposita cauam. atque ob id ingenti cum murmure, sonansq; devolvitur, adeò citus, ut quæ ex precipiti casurus est, in subjectam non declinet statim undam, sed ultrà quam canalem haberet, evanescat plus jugeris spatio, sublimis, & aquis pendebus semetipsum sine alveo serens. Deinde ubi incurvo, arcuatoq; amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus & vix fluens, in littus elabitur Hæc ille. Meminat hujus fluvii & Plin. lib. 9. cap. 9.

**A**rxum, Plinio, ἀράξη Ptolemæo, Promontorium in occidenta parte Peloponnesi, non procul à Patis. Vide Plin. lib. 4. cap. 4 & Ptol. lib. 3. cap. 6.

**A**razus, ἀράζη, urbs juxta Pontum, ab Arazo duce. Steph.

**A**rbæ, ἀρβæ, Plin. lib. 3. cap. 21: Insula est ante Illyricum. Ptolemæus verò lib. 2. cap. ult. Arbam civitatem esse tradit Scardona, quæ est insula Illyrico adjacens.

**A**rbace, civitas Celuberitæ, Steph. ἀρβαῖνη.

**A**rbanum, ἀρβαῖνη, civitas juxta Pontum, Steph.

**A**rbaxani, ἀρβαξανοί, Populi Liguriæ, Steph.

**A**rbela, ἀρβελη, Vrbs Siciliæ, Steph. ἀρβελη, pen. prod. ἀρβελη, civitas Persica ab Arbelo Athmoni filio dicta, Steph.

**A**rebea, civitas Iudeæ dicta: quia ibi tres Patriarchæ sepulti fueræ, & quartus Adam.

**A**rbli, ἀρβλη, ἀρβλη Stephano, Populi sunt Indiæ finitimi, non procul ab Arianiis, & Gedrosiis: ita dicti ab Arbi vicino fluvio. Recensentur à Plin. lib. 6. cap. 23.

**A**rbli, ἀρβλη, Fluvius est in finibus Carmaniae, non procul ab Arianiis & Gedrosiis: à quo vicini populi Arbil, ἀρβλη, dicuntur. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

**A**rbli, ἀρβλη, Mons Cretæ, & mōtis incola similiter, Steph.

**A**rbucule, ἀρβυκλη, civitas maxima inter Iberum, quam Annibal ἀρβη obtinuit.

**A**arbon, ἀρβων, civitas Illyriæ, Steph.

**A**rborflex, Vrbs in Helvetia. [Vulgò Arbon.]

**A**rbuscula, meretrix floruit cum Origine & Cythoride metuicibus.

**A**ra, Vrbs Coësylonia antiquum adhuc retinens nomen inter Baibaros, teste Steph. 5. antiquit.

**A**rbör, Pisces nomen, Vide in APPELLATIVIS.

**A**rcadīa, ἀρκαδία, Peloponnesi regio intima, à mari undiq; remota: ab Arcade Lyvis filio ex Calisto Lycaonis Arcadæ regis filia, sic appellata. Hæc, ut Eustathius docet, aliquando dicta est Pelasgia à Pelasgo rege magno, sapiente viro, qui vita cultoris autor ejus fuit, & victimæ ex stirpibus herbarum, arborumq; frondibus transpluit ad glandem, maximeq; ad fagineam. Aliquando eriam Lycaonia, aliquando Gigantis, & aliquando Parrhasia dicta est, teste Stephano. Aetas autem quæ Pelasgas in deditioinem redigisset, eorum regionem Arcadiam nominavit. Scribit Plinius haec universam, veluti pensante equorum incus natura in montes 76. attollit. Habet hæc regio asinos processissimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abiectunt. Habet & lapidem asbeston: hoc est, inextinguibilem Oppida ejus præcipua sunt, Matinæ, Tegea, & Styrophalus Montes Pholoë, Cyllene, Lycæus, Menalus, & Nonacris. Fluvii Ladon, & Etymanthus. Arcadiam me postulas, ἀρκαδίου μὲν αὐτæ. Diogenianus Proverbii duplicitem ostendit usum: convenient vel in magna: vel inutilia pertinentem. Herodotus libro primo, innuere videtur natum ex Oraculo.

**A**rcadīcus, ca. cum, ἀρκαδίκης. Quod est ex Arcadia: ut Arcadicæ mores, Arcadicum pecus, Arcadicum germen, ἀρκαδίκης βασιλεὺς. De grandibus & ignavis dici solitū. Arcades enim olim male audierunt ob stuporem ingenii.

**A**rcæ, eadis, ἀρκæ, Nomè lovis filii ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. Est & gentile ab Arcadia. Ovidius 5. Fastor. Arcadis Evandri nomæ tibi sacerdotem refertur. Arcadas imitantes, ἀρκæs μηνύδης. Zenodotus indicat dictum in eos qui alii, non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comedias à se conscriptas alii edendas tradieret ob inopiam. Adagium hinc ductum, quod Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suoque titulo nunquam hostem ullum superarunt: verum aliis suppetas ferentes perspè. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.

**A**rcadīus, *Digitized by Google*

**Arcadiūs**, a, um: ut, Arcadius deus, pro Pane, apud Propertiū. Arcadium sydus, Vrsā, vel Arctos, Scenec in Oeipido.

**Arcadiūs**, ~~θεοδότης~~, Theodosii filius, Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam cuperunt. q Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui liberum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conscripsit. Suidas.

**Arce**, Ἀρέα, civitas Phœnitiae, quæ nunc Arre, Ἀρέα vocatur. Stephan.

**Arcesilās**, Sive (ut apud Laertium legitur) Arcesilaus, ἀρχιστάλιος, ἀρχιστάλης, Philosophus fuit, ex Pitane Acolica civitate ortus, qui relicto natali solo, Sardis se primū: deinde & Athenas contulit, ubi initio Crantorem: deinde & Polemonem audivit. Post hæc eximius & ipse philosophus effectus, mediā primus Academiam invexit. Fuisse autem traditur miro ingenii acumine, sed nimia in disputatione pertinacitate. Fuit enim afferens ἀπόταλψις: unde & Ignorantia magister à Lactatio appellatur. Hic est ille, quem Cic. lib. 5, de Finib. ait evertisse omnem philosophiam, quemadmodum Gracchi everterūt Rempub. Induxit enim philosophia quoddā genus ἀσύντορ: hoc est, quod subsistere nō potest, afferens nihil omnino sciri posse: quod certè absq; repugnantia intelligi nō potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quum jam aliquid sciamus.

**Arcesilius**, pen. prod. Vnus è quinq; ducibus Boeotorum, qui ad Trojam cum quinquaginta navibus advenerunt. Homer. lib. Iliad. 2.

**Arcesilius**, ἀρχιστάλης, Iovis fuit filius, pater Laertis, ut testatur Vlysses apud Ovid. 13. Matamor. Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi, Jupiter huic, &c. scilicet Arcesio.

**Arcente**, Vrbis nomen, Vide in D O R B E.

**Arcesine**, civitas in Amorgo una ex Cyclabus. Stephan. in Amorgo.

**Archadius**, Grammaticus, lege A R C ADIVS.

**Archagathos**, ~~ἀρχαγαθός~~, Medicus in Peloponneso, Lysanias filius, qui primus è medicis Romā venit, L. Aemilio, & M. Livo Coss. anno urbis D XXV. cui & jus Quiritium datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primò Vulnerarius cognominatus est: mireq; gratus adventus ejus initio fuit: mox à sevita secādi, urendiq; Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.

**Archander**, ~~ἀρχανδρός~~, Phthii Achēi filius, & Danai gener: de quo Herod. lib. 2.

**Archandrupolis**, ~~ἀρχανδρύπολις~~, civitas Aegypti, Stephan. ex Herodot.

**Archedicus**, ~~ἀρχέδικος~~, Poëta comicus, scripsit contra Democharem Demothenis propinquū. Fabulæ ipsius, Thesaurus & Diamantanom. Autor Athenæus in Dipnosophistis.

**Archelaus**, ~~ἀρχέλαος~~, Philosophus Atheniensis, seu Milesius qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor, successorq; Anaxagoræ, à quo Socrates Philosophiā audivit. Hic Physicam philosophiam ex Ionia Athenas invenit: estq; Physicus appellatus, quod in eo defecit philosophia naturalis, Socra te Ethicen introducente. Quāquam ne hic quidem Ethicę rudit fuit, qui de legibus, de honesto, & de equo philosophatus est. q Fuit & alter Archelaus, Antenoris Tiojani filius, quem Homerus scribit rei militari peritissimum fuisse. q Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam descripsit. q Alius de rerum naturis carmine scriptus. Alius Orationis docuit. Autor Diogenes Laertius.

**Archémolus**, Vide ANCHEMOLVS.

**Archémorūs**, ~~ἀρχέμορος~~, Lycurgi Thraci regis filius, & Hippolytes Thoantis filiæ alumnus: quæ quam iſtientibus, qui ad Thebarum expeditionem proficisciabantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorum puerum super viridi herba depositum, qui à serpente vulneratus periit. Vnde fons ille Archemorus vocatus est, & annuus agon in pueri illius memoria celebrari coepit, quem Nemēos ludos appellantur. Vide Statu lib. 6. Theb. q Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Nobe filius, quem Ovidius Antegoratum nominat.

**Archeptolemus**, ~~ἀρχεπτόλεμος~~, Filius Iphyti, auriga Hectonis, Enipeo interfecto à Diomedē suffecitus.

**Archias**, ~~ἀρχίας~~, Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum Oratorum, præsertim Lucullorum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum civitatibus donatus. Ciceroni in primis familiaris. Hic cùm discederet è Sicilia, curu L. Lucullo Heracleam venit, & adscribi in eadem voluit: quod & sua virtute, & Luculli amicitia facile impetravit. Postea verò mota ei de civitate cōtroversia, quum eo nomine in judicium vocatus esset, defensus est à Cicerone, brevi quidem: sed tamen ornatissima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, atq; ipsius Archias laudibus obiter admiscerunt. q Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, ut scribit Volaterranus. q Rursum alias Hyblæus quidam Præco celeberrimus, qui ter vicit Olympia & Pythia: ubi

icon ipsius & epigramma Græcum. Pollux. q Alius item fuit Mitylenæus, musicus.

**Archibius**, ~~ἀρχίβιος~~, Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ sub Trojano principe. q Fuit etiam alter ejusdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conscripsit in Callimachi Epigrammat. Vtriusq; meminit Suidas.

**Archidamus**, pen. corr. ~~ἀρχιδάμης~~, princeps Lacedemoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienses deficitem recepit: in bello contra Pylum primus è navis pro-siliens, nec vulneratus est, nec scutum amisit. Deniq; adversus Amphipolim strenue decertavit. Insimulatus postremò, quod d Agnonis Thraciæ regis amicitia studeret, dānatus est, ut scribit Suidas. q Archidamicum bellum, ~~ἀρχιδάμην~~ πόλεμος, de bello sive, crudeliq; dicebatur.

**Archigallus**, Iulius Firmicus Mathes. li. 3. Archigallos faciēt, & qui virilis propriis sibi amputant manibus. Alibi abscissi archigalli.

**Archigenes**, pen. corr. ~~ἀρχιγένης~~, Medicus fuit ex Apamia Syria civitate, Agathini discipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Trajanī temporibus. Hæc Suidas. In huc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, sēpissimè invehitur Galenus. Meminit ejusdem & Iuven. Satyr. 7: -tunc corpore sano Advocat Archigenem.

**Archilochus**, pen. corr. ~~ἀρχιλόχος~~, Nōmē poëtē Lacedemonii. Hic fuit inventor carminis labici, quod ab eo Archilochiū vocatur: quo Lycaen quendam, φιλια sibi pačā alteri locavisset, ad suspedium creditur adegitse. Horat. in Arte poēt. Archilochū proprio rabies armavit Iambo. q Archilochia edita Ciceroni sunt cōtumeliosa & virulēta, ad Atticū, li. 2: Itaq; Archilochia in illum edita Bibuli populo ita sunt juēda, ut eum locū in quo proponuntur, p̄a multitudine eorum qui legunt, trāfīre nequeamus: ipsi ita acerba, ut tabescat dolore. Sic ad finem epistol præcedentis. q Archilochi patriam, ~~ἀρχιλόχη πατρίδη~~; Diogenianus testatur dici solere de mordaci b. ac maledicti. Archilochi poëtæ mordacitas vulgo celebratissima fuit. q Alius fuit Archilochus Nestoris filius, qui patrem in expeditione Trojana secutus, à Memnone interfectus est. q Alius fuit Siculus qui Africam urbem condidit.

**Archimedēs**, ~~ἀρχιμήδης~~, Ger. Ein fürtrefflicher Mathematiscus zu Syracus in Sicilien. } Nomen propriu viii Syracusii, qui Geometricq; ac machinalis, syderalisq; scientiæ cōsultissimus fuit, & celeberrimus, testimonio Livii, Plinii, & Plutarchi. Unde quia rem mira arte factam, atque ita summo studio elaboratam, perfectamq; significare volumus, proverbii specie nobis vulgare est dicere: Archimedes non posset melius describere. Vsus est Cic. in Orat. pro A. Cluentio: Hic velut deus terrenus mechanico artificio sphærā vitream fecit, in qua mira arte dissimiles motus circulorum visebantur. De qua sic scribit Claudianus: - jura poli, regnumq; deorum Ecce Syracusius transtulit arte senex. Percurrit proprium mēitus signifet annum; Et simulata novo Cythria mense redit. Marcellus in expugnatione Syracusarum interdixit, ne Archimedes unus violaretur: verū quum Syracusæ caperentur, & ipse animo ac oculis in terra diffixis formas geometricas describeret, à milite ignaro quis esset, interfectus est.

**Archippus**, ~~ἀρχίππος~~, Nomē philosophi qui Thebis scholas habuit (ut scribit Hieronymus) & Pythagore auditor fuit.

**Archytas**, pen. cor. ~~ἀρχύτας~~, Heftizi, sive (ut alii malunt) Mæsarchi filius, Philosophus fuit Pythagoricus, Patria Tarētinum, qui Platōne adversus Dionysii insidias præstitit incolumem. Hic in Mathematicis majorem humano captu progressum fecisse traditut, adeo ut & cubum primus invenerit, & columbā ligneam tam affabré effinxerit, libraverit, & inflaverit, ut vivæ volatū imitaretur. Primus etiam platagen: hoc est, crepitaculum puerorum traditur invenisse, quo pueros nūquam interquicētes, & à periculosioribus ludis advocaret. Hinc factus est locus proverbio: Archytæ crepitaculum. Α'χυτρες ωλατημ: quo garrulos, disponentes, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicimus recidisse.

**Arcilalis**, ~~ἀρκιλαῖς~~, Oppidum est Hispanæ in tractu Bætico, Prolemæus.

**Arcinnæ**, ~~ἀρκιννα~~, Oppidum est Daciz, Ptolemæo.

**Arciroes**, ~~ἀρκιρεῖς~~, Civitas in Ponto Heracleæ subdita. Stephan.

**Arctanēs**, ~~ἀρκτανῆς~~, Gens Epirotica. Steph.

**Arctax**, Mons est Propontis apud Strabonem.

**Arctonēsūs**, pen. pro. ~~ἀρκτονῆς~~, Oppidum est Milesiōru, ad Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur Plin. lib. 5. cap. ult.

**Arctōn**, ~~ἀρκτῶν~~, Mons, qui imminet Cyzico: ita dictus à Iovis nutritibus, quas illic in ~~ἀρκτῶν~~: id est, in ursas migrasse tradūt. Arctophylax, Arctos, Arctous, & teliqua siderum nomina, require in APPENDIX.

**Ardalides**, vel Ardabotides, Musæ coluntur in Trozeæ, ab

C 4 Ardalo

**Ardalo** quodam conditore, aut à loco dictæ. **Stephanus.**  
**Ardæa**, apdæa, Nomen urbis in Latio, Turni & Rutulorum regia, à Danae Persei matre: vel, ut alii malunt, à Dauno Pilumini filio cōdita, & à fervore regionis sic dicta, quæ decem & octo millaria ab Urbe est posita. **Martialis**: Ardæa, l'stitio, Pæstana-que rura petantur. Quiq; Cleonæ sydere, et ager. **Servius** Ardeam dictam ait, quali arduam: id est, magnam & nobilem. Higinus veò ab augurio avis Ardeam dictam vult. Hanc urbem post Turni moitem igne consumptam, & in avem sui nominis commutatam esse fabulatur Ovid. 14. Metam.  
**Ardæates**, pen. prod. apdæa, Populi sunt Ardeæ incolæ.  
**Ardæas**, atis, adjest. Cic. 3. de Nat. deor. Cui in agro Ardeati rem divinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.  
**Ardia**, Civitas Illyriæ. Steph. cives Ardæi dicuntur.  
**Ardiscos**, apdæos, Teste Aristarcho, fluvius Scythæ, cuius meminit & Herod. lib. 4.  
**Arduenna**, Sylva est miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Trevirorum finibus, ad Nervios usq; pertigit, & in longitudinem, teste Cæsare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgo **Ardona**.  
**Ardys**, apdæs, Filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno succedit, ut scribit Herod. lib. 1.  
**Area**, apdæa, sive ariæ, media producta, Insula est in Pôto versus Cholchos, Marti consecrata. Item Area, apdæa, fons & lacus in Thebis, incolæ Arii dicuntur. Steph.  
**Arecornici**, orum, populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versi, quorum metropolis est Nemausum. Vulgo **Nimes**. De his Plinius libro 3. capite 4, & Pompon. libro 2. Strabo Aricomicos vocat, Ptolemæus Arcamios.  
**Arelate**, apdæam, Civitas est in Mediterraneano Naibonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum: quoniam ex sexta legione coloni eò deducti sunt. Vulgo **Arle**. q; Est & Germaniæ civitas in Norico, Ptolemæo, quæ vulgo Ling appellatur.  
**Aremorica**, Galliæ comitatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluvio divisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Plin. lib. 4 ca. 17. Vulgo **Gienne**.  
**Arenæa**, apdæa, Peloponnesi civitas est juxta Pyrum, quæ flumen Minycio abluitur. Vrbis hujus meminit Hom. li. 2. Iliad. & Strabo lib. 8.  
**Areopagus**, pen. prod. [apdæos] Stephano. Germ. Ein platz zu Athen genannt vom tempel Martis, in welchem man über das blut und andere wichtige sachen richtet.] Vicus erat Athenis à templo Martis sic cognominatus, ubi primum judicium capitum actum fuisse scribit Plin. lib. 7. Nam quum Mars Halirrhothiū, Neptuni filium, qui vim Alcippe filiæ suæ intulerat, occidisset, à Neptuno homicidii reus factus est, causaq; à duodecim diis in Areopago cognita, sex sententiis est absolitus. Meminit hujus judicij Hellanicus 1. Historiar. Libanius quoq; per eleganti declamatione Martis causam tueretur.  
**Areopagitæ**, pen. prod. [apdæos] Stephano. Ger. Die ernsthaften Richter zu Athen im tempel Martis, ] Illi dicebantur, qui in templo Martis judicabant: quod judicium exquisitissimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur Ἀρης, homicidii crimen reus factus esset à Neptuno, judicantibus duodecim diis, in eo pago sex sententiis absolutus est, ut Stephanus Byzantius docet, & multi alii Græci. De his vide copiosius apud Alexandrum ab Alexandro, lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 11, & lib. 6. cap. 11. Apud Cælium Rhodig. Antiq. lext. lib. 7. cap. 19. Budæum in Pandectis, & Eraf in Chiladi, qui duas ab hac voce ortas parcerias recenset. Vna est, Areopagita, Αρεοπαγίτης. De tristi, severoq; dicebatur: aut etiam de judge vchementer incorrupto. Invenitur & Συνθρωπός Αρεοπαγίτης: id est, Tristior Areopagita. Allusio ad hoc proverbium Cice. ad Att. libro 1. & 4. Altera est, Areopagita taciturnior, Αρεοπαγίτης στρατηγός. Dicebatur de eo qui commissum arcum optime contineret.  
**Areopolite**, pen. prod. apdæos, Qui habitant Areopolim. Areopolis autem civitas est Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. De qua in dictione M. O. A. B.  
**Ares**, Aretis, apdæs, Regio Eubœæ, Stephano: hinc Aresq; gætile. **Arestor**, apdæs, Pater Pelasgi. Vide in P. A. R. H. A. S. I. A.  
**Areta**, apdæm, Fuit Aristippi philosophi filia, quæ ei successit in schola iuumnum bonum in voluptate, quæ maximè sensum moveret, posuit. Hujus filius fuit Aristippus, qui quod à matre philosophiam hauserit, apdæos, cognominatus est. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis uxor: de qua Homerus in Odysseia.  
**Arctheous**, apdæs, Rex fuit in Arna Bœotia.  
**A'rethusa**, apdæa, Virgo venatrix, Diana comes, ab Alpheo amata, cuius vim quam effugere non posset, Diana miseratione in fontem sui nominis dicitur commutata: qui ne amatoris aquis pollueretur, per subterraneos cuniculos in Sicily

liam aufugit, & juxta Syracusas uberrimo aquarum gurgite emergit: Vnde & Syracusæ Arethusides dictæ sunt, forma patronymici feminini. Ovid lib. 4. Fast. Viq; Syracusæ Arethusidas abstulit armis Claudius. q; Fuit & Arethusius fons Smyrnæ: tertius in Calcide: quartus in Ithaca: quintus in Eubœa: sextus in Bœotia prope Thebas. Didimus octo ejus nominis fontes commemorat: adeò ut epitheton esse putetur cujus- cunque fontis, ab irrigando. q; Est præterea Arethusa, lacus Armeniæ majoris, pondera omnia sustinens, & nitrum nebulae exhalaens: per quem Tigris fluvius tanto fertur impetu, ut aquæ non commisceantur. Vnum ei piscium genus est, & hoc currentis fluvii alveo non miscentur, sicut nec è Tigri pescis in lacum transflantur. Autor Plinius libro 6. capite 27. q; Est & Arethusalocus Syriæ munitus juxta Emesam sexdecim millibus passuum: qua Arethusei, ut inquit Strabo. q; Est item Arethusa urbs una Eubœæ: altera Syriæ, autore Vo- laterrano.

**A'retium**, apdæa, Arezzo, Civitas Tuscæ, à Græcis condita e tempore quo populus Irael sub judicibus regebatur: à qua incolæ dicti sunt Aretini. q; Vasa quoq; fictilia quæ in ea fiebant, Aretina appellabantur. Mart. li. 4: Aretina nimis spernas ne vala monemus: Lautus erat Tuscis Porsona fictilibus.

**A'regæus**, apdæa, Pelopis fuit filius, & Alektoris pater. q; Alius fuit Lycimni, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregre periit, cuius crematos cineres Hercules retulit, ut jusjurandū, quod dederat se illum reductum, servaret. Hunc dicunt pri- mum fuisse qui crematus sit, & ab eo deinde morem servatū. q; Est item Argæus, Cappadociæ mons arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Mazaca civitas Cappadocum metropolis subiacet. apdæa. Autor Strabo lib. 12.

**A'regante**, apdæa, Civitas Indiæ. Steph.

**A'reganthoñiūs**, apdæa, Rex fuit, ut testatur Herod. lib. 1, in Arna civitate Bœotia. q; Fuit item Arganthonus, Tar- tessiorum rex in Hispania, quæ Plinius ait vixisse CXX annos: Silius autem CCC. qui ejus meminit li. 3: Arganthonus armat Carteia nepotes. Rex proavus fuit humani ditissimus ævi, Ter denos decies emensus belliger annos.

**Argathon**, apdæa, Mons in Mysia, ubi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rhesi cōjuge, cui & Argathon, ut monti quoq; nomen fuit.

**A'regæa**, pen. prod. Loca quædam Romæ appellantur, quod in iis sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. Hæc Festus. Livius Argeo vocat masculino genere. Sic enim scribit lib. 1. ab Urbe: Multa alia sacrificia, locaq; sacris faciendis, quæ Argeo Pontifices vocant, dedicavit. A' Varrone libr. 4. de ling. Lat. Argeorū sacraria appellantur. Reliqua (inquit) urbis loca olim discreta, quum Argeorum sacraria in septem & viginti partes urbis sint disposita.

**Argenus**, apdæa, Stephano, Insula est Lesbo adjacens, juxta Argemon promontorium: in qua Alcibiades extinctus est. Plin. lib. 5. cap. 31. Arginusam vocat.

**Argentina vel Argentoratum**, [apdæos] Ptolem. Vulgo Straßburg dicitur. ] Vrbs Galliæ ad Rhenum fluviū: quænam tamen Germani habitant, sicut pleraque alia cis Rhenum oppida.

**A'regæus**, pen. prod. apdæa, Denominativum deductum ab Argis Peloponnesi urbe, rēm significans quod Argivus. Horat. lib. 4. Carminum: Tybur Argeo positum colono. q; Argei quoque, teste Varrone, dicebantur scirpeæ effigies, quæ per virginis Vestales jaciebantur singulis aenis in Tyberim per pontem Sublicitum.

**A'regia**, pen. prod. apdæa, Adrasti regis Argivorū filia, & uxor Polynicis: de cuius in defunctum maritum pietate, vide Statu. lib. 12. Theb.

**A'regia**, pen. prod. apdæa, Insulæ sunt numero viginti. Cariæ jacentes: ut scribit Plin. lib. 5. cap. 31.

**Argila**, apdæa, Vrbs Cariæ. Steph.

**A'regileum**, Locus erat Romæ juxta Palatium: ita dictus (ut quia volunt) ab Argo Argivorū duce, qui ab Evandro hospitio exceptus, quem in affectati regni suspicionem venissebat, ab Arcadibus, inscio (ut volunt) Evandro, est occisus. Cui postea Evander tumulum erexit, quem de nomine ejus Argiletum appellavit. Huc alludit Virg. 8. Aen. & letū docet hospitis Argi. Alii, Argiletum dictum putant, quasi argiletum, ab argilla: hoc est creta, cuius eo in loco erat magna copia. Vtq; opionem refert Varro lib. 4. de ling. Lat.

**A'regilus**, pen. corr. apdæa, Herodoto, libro 7. hift teste, Vrbs fuit Aemathia, non procul ab ostiis Syrmonis fluviū versus Occidentem.

**Arginusa**, x, apdæa, Insula est exigua, Lesbo adjacens inter Mechymnam & Mitylenen, juxta Argennum promontorium: unde & nomen habet. Meminit hujus insule Plin. li. 5. ca. 31. Stephanus apdæa vocat. Strabo autem lib. 13. tres facit insulas Argineras modico intervallo discretas.

Argiphontes.

**A**rgiphontes, [ἀργιφόντες. Germ. Ein junam Mercurii, welchen er bekommen hat / das er den Argum umbringt hat.] Cognomen est Mercurii, tractum ab Argo centoculo, lus custode, quem Iovis iussu interfecit. Mythologici interpretantur Argū sphēram esse stellatam, quod illi insit species quædam cœlestium oculorum. Io autem terrā esse volunt, quam Aegyptii in hieroglyphicis literis bovis imagine exprimit. Hanc Argus: hoc est, cœlum stellarum nocturno tempore desuper videtur observare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earumq; conspectum mortalibus eripit. Vide Macrob. Satur. lib. 1. cap. 19.

**A**rgippæ, orum, ἀργιππῶν, Populi sunt Scythiae, juxta Sar. matas & Thussagetas, ab ipsa nativitate calvi, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodā oris sono, ex arboribus vivitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur injuria: propterea quod sacri putentur. Idem finitorum controversias dirimunt, & ad se cōfugientes tuerunt ab injuria. Plura de his Herod. lib. 4.

**A**rgilla, ἀργιλλα, Thessalia civitas est prope Peneum, condita à filiis Larissæ: deinde Argusa vocata, ut scribit Strab. lib. 9.

**A**rgo, signum cœleste, itē prima navi, qua Iason cum flore juvētutis Græciæ, Colchida navigavit. Vide in APP E L. L A T I V I S.

**A**rgōnautæ, Vide in APPELLATIVIS.

**A**rgopelagos, Homerus vocat Thessalos.

**A**rgos, eos, & in plurali numero Argi, orum, [ἄργος, m. Ger. Ein berümpft Statt der Griechen in Morea gelegen] Clarissima civitas Peloponnesi, non procul à Mycenis, quæ ad discriben aliarum ejusdē nominis urbium Argos Hippium dicebatur, quod agrum haberet pascēdis equis in primis idoneum. Dicitur & Diphion, ab aquæ penuria: quod sit ut plures eodem uteretur puto: quod genus est apud illos aristissimæ societatis. Aliquando & Phoronicum dictum est, teste Stephano, à Phoronco primo rege. Est autem hoc nomen in singulari numero neut. gener. quod apud Græcos declinatur, ἄργος, r̄s ἄργα. Apud Latinos autem tantum in usu habet nominativum, accusativum & vocativum. In plurali vero masculinum est secundæ nominum inflexionis. Horatius: Aptum dicere quis Argos, ditesq; Mycenæ. Virg. 7. Aeneid. Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis Clara Iovis conjux. Idem lib. 10. Herculis Antorē comitem, qui missus ab Argis. q; Est item Argos oppidum Thessalæ, quod & Pelasgicon dicunt, à Pelasgis. Lucanus: ubi nobile quondam Nunc super Argos arat. q; Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatum, quod Alcmeon, ejusq; liberi condidere, ut inquit Strab. lib. 7. q; Fuit & Argos Apulæ oppidum, à Diomedē conditū, & pri mū à nomine relicta patriæ Argos Hippium appellatum: quod deinde Argyrippam, & postrem Arpos vocitarunt.

q; Thessalam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, autor est Plin. lib. 4. cap. 7. q; Ipsam præterea Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellavére: ut scribit Strabo lib. 8. q; Est item Argos, sive Argus, canis non apud Homer. lib. 17. Odys. qui solus Ulysses vigesimo demum anno in patriam redeuntem agnovit.

**A**rgivus, pen. pro. adjectivum, ἄργεῖος: id est, Græcus. Virg. 2. Aen. Argiva phalanx. Cic. 2. de Orat. Argivus orator. q; Argiva calumnia, ἄργεια φάση. De calumniolis & delatoribus di cī solitum. Nam Argivos olim notavit antiquitas, tanquā sy cophantas & liui avidos. Eustathius ex Pausania, & Diogenianus in collectaneis. q; Argivi fures, Αργεῖοι φάσεις. De palam improbia. Nam Argivi in furacitatis infamia laborabant antiquitus. Extat & hoc apud Suidam. q; Argivos vides, Αργεῖοι οὐαῖς: id est, stupenter & attonitis oculis.

**A**rgolicus, ca, cum, ἀργολίδης, Idem quod Argivus: ut Virg. 1. Aen. - Argolicis exciadi Pergama telis. Cicer. in Arat. Argolica navis.

**A**rgolis, idis, foeminini generis, ἀργαλίς: Id est, Argiva. Ovid. 9. Metam. - at longis anxia curis Argolis Alemene.

**A**rgoūs, a, um, ἀργούς, Idem quod Argolicus. Horat. in Epod. Non luc Argoo contendit remige pinus.

**A**rgulus, Filius fuit Amyclatis, quem primum apud Achæos quadrigam juxisse dicunt, quū alii Argilo illud adscribāt.

**A**rgula, Civitas Thessalæ, quæ prius Argissa dicebatur. Vide ARGISSA. Est & locus Eubœæ. Vide Steph. qui loci illius incolas etiam Argivos, & Leontines vocari scribit.

**A**rguis, ἄργος. Nomen proprium regis Argivorum, filii Apis, à cuius nomine Argivi appellati sunt. Hoc regnate cœpit uti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Et post obitum Deus haberi cœpit, templo & sacrificiis honoratus. q; Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transvectus est. q; Fuit & aliis Argus, πανίστης à Græcis cognominatus, quod totus oculis scateret, quem Poëta fabulantur à lunone constitutum

fuisse custodem lus Inachi filiae, quam Iupiter in juvenæ formam cōmutaverat. [Ger. Einer dieses namens / der nach Poëtischem gedicht hundert Augen gehabt hat.] Hunc postea Mercurius Iovis iussu interfecit: unde & ἀργαφόντες cognominatus est. Iuno autem oculos ejus, avis suæ: hoc est: pavonis caudæ inseruit. q; Hinc, Argum fallere proverbialiter dicimus de vehementer astuto. Hanc fabulam latissimè describit Ovid. lib. 1. Metamorph. Mythologici Argum interpretantur sphæram esse stelliferam, innumeris oculis: hoc est, stellis resurgentem: Mercurium autem Solem esse volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellarum lucem obsecurat. Vide Macrob. 1. Saturn. cap. 19. unde & ἀργαφόντες cognominatus est, quod Argum peremerit. Mysticè autem Argus est cœlum stellarum, luce distinctum, quibus inesse quædam species cœlestium videtur oculorum. q; Argus quoque vocatus fuit navis illius architectus, quæ ab illo Argos dicta est, qua Iason, unâ cum Minyis in Colchidem vectus est.

**A**rgyra, ἄργυρα, Civitas Siciliæ, unde se Diodorus Siculus oriundum facit: à qua Argyrini. q; Est & Argyra, Taprobana insulæ metropolis, cujus incole dicuntur Argyritæ, ἄργυραι, Stephano.

**A**rgyrippa, ἄργυρεππα Stephano, Apulia civitas est, à Diomedē condita: quam primū à nomine relictæ patriæ Argos Hypium appellavit. Postea corrupto vocabulo Argyrippa dicta est, & Arpi. Virg. lib. 11. alterum p abjecit metri causa: Ille (inquit) urbem Argyriam patriæ cognomine gentis, Victor Gargani condebat Iapygis agris.

**A**rgyrini, ἄργυροι, populi Epirotici, Steph.

**A**rgyrondas, ἄργυρον, Aetolæ fluvius: ita dictus ab argenteaque candore.

**A**rgyrotoxos, ἄργυρονξ, Apollinis epicheton, quasi argenteum arcum gerens.

**A**rgyrus, ἄργυρος, Civitas quædam apud Philistium, Steph.

**A**rgyrus, ἄργυρος, Mons. Vide TARTESSVS.

**A**ria, ἄρια, Regio est inter Indos & Parthos sita, juxta Gedrosios, & Drangianos: quam recētores Geographi Turquestan vocant. q; Est etiā Aria, insula in Ponto, versus Colchos, Marti sacra, alias Chalceritis dicta. Plin. lib. 6. cap. 12.

**A**riabignes, ἄριαβιγνης, Fuit Darii filius ex filia Gobryæ, qui unâ cum Præxaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herod. lib. 7.

**A**riadna, ἄριαδνη, Filia Minois regis Cretæ ex Pasiphae uxore, cuius industria Theseus ab Atheniensibus Cretam missus à Minotauro devoraandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, evasit, occiso prius Minotauro. Theseus autē ejus amore captus, quum in patriam reverteretur, eam abduxit: sed prioris beneficii immemor, abduxit in Insula Chio, seu Naxo perjuris deseruit, quam Bacchus postea in uxore duxit, ejusque coronam novem stellis ornatam, quam à Venere accepit, astris intulit, vocaturque corona Gnosia. Postremò à Diana sagitta dicitur occisa, eō quod virginitatem non servasset.

**A**riamines. Fuit nobilissima Armeniæ civitas. Tortellius.

**A**rianthiæ, Civitas Oenothrotum, ἄριαν Steph. Vide in A RINTHE.

**A**rianus. Poëta, ejus carminibus Tiberium principem delestatum fuisse, Tranquillus scribit. Ejus autem opera Suidas cōmemorat Metaphrasim Georgicorū Virgilii, Alexandria, Poëma videlicet de rebus gestis Alexandri Magni,

**A**riapyres, Scytharum rex, Tortellius.

**A**riaria, Αριαρία, Gens Gadusis finitima, Steph.

**A**riarathes, ἄριαραθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Roma no in societate acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariarathem civitatē condidit in finib. Cappadociæ: de qua Steph.

**A**ricandus, Fluvius est Niladis (quæ est minoris Asie regiūcula, in confinio Pamphyliæ, Caria, & Lycaonia sita) qui in Lymirum amnem influit. q; A' fluvii hujus nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Vtriusque meminit Plin. libr. 5. cap. 27.

**Aśpasius**, *ασπασίος*. Sophista fuit Raveanas, Demetriani filius, auditor Paulanæ & Hippodromi: qui Romæ docuit sub Alexandro Severo. Scriptis contra Aristonem & maledicos diversas orationes. De hoc multa Philostratus. ¶ Fuit item Aśpasius cognomento Byblius, qui de Byblo patria sua librū condidit, ac artem rhetorican scriptis, & Panegyricum in Attianum principem, cuius temporibus floruit. Autor Suidas. ¶ Præterea Aśpasius quidam fuit Tytius historicus, qui de Epiro variam historiam scriptis: ut idem autor Suidas.

**Aśpathines**, *ασπαθίνες*. Ex Persis unus, qui cū Dario in Somerdim Magum conjurarunt. Herod.lib.hist.3.

**Aspellæ**, Vnum ex Cypti insulæ nominibus, apud Plin. libro 5.cap.31.

**Aśpendiūs**, cithareodus, *ασπενδίου κιθαρεύς*. Germ. Eigentige Laut / die in allen Dingen jhren nach und vortheil suchen.] proverbio dic. Solet in eos, qui rei nullius, quam privati sui comprehendit rationem habent. Tractum ab artifice quodam Aśpendio, qui tā leviter sinistra manu cithara siue chordas movebat, ut sonus ad ipsum tantum cithareodum, aut certè ad proximè astantes perveniret. Cic.in 3. Verr. Atque etiam illum Aśpendium citharistam, de quo sēpè audistis id, quod est Graecis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant; sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. In quo Cicetonis exemplo, Intus canere proverbialiter dictū est, pro eo quod

est, omnia privata metiri emolumento.

**Aśpendiūs**, *ασπένδιος*; Stephano, Pamphyliæ urbs, Argivorum ædificium, teste Pomp.lib.1. Hic Veneri suibus sacrificabant: cō quod autor ejus generis Mopsus ex Argis hue proficessus, primum obvium sacrificare voverat: occurrit autem sus. Asphaltites, *ασφαλήτης*. Germ. Das tote Meer / ist ein wüst stér und bös dampfender See im Jüdischen Lande. ] Lacus est ludeæ, bitumen gigantes: unde & nomen habet. *ασφαλής* enim bitumen significat. Nullum corpus vivum in eo submergitur: unde & Mare mortuum dicitur. Autor est Plinius libr.5. cap.15. & 16. & Iust.lib.36.

**Aśplēdon**, pen.prod. *ασπληδόν*, Phocensiæ urbs, ut tradit Pausanias. Hanc Eustathius vocatā Apricam dicit, tūn quod bybernationi locus amoenus sit, tūn ad differentiam alterius cuius meminit Homerus in catalogo lib.2.Iliad.3.

**Aśporenus**, *ασπορένος*, Mons est prope Pergamum Aśia utram: ab asperitate & sterilitate dictus. Habet celebre Cybæles templum, quod ab eo etiam Aśporenū, & dea ipsa asperena dicitur.

**Aśpurgiani**, *ασπρυγιανοί*, circa Moerotim paludem, Steph.

**Aśsacani**, Indiæ regio est, in qua est Magosa civitas regionis totius caput. Strabo lib.15.

**Aśsarakus**, *ασσάρακος*. Trois filius fuit, avus Anchise, & parter Cappyos. Virg.3.Georg. Assarakci proles.

**Aśsardon**, ultimus Assyrorum rex & Semnacherib filius.

**Aſſedones**, Vide ESSEDONES.

**Aſſera**, *ασσῆρα*, urbs Chalcidensium. Steph.

**Aſſefus**, *ασσῆφος*, Urbs est Milesiae. Steph.

**Aſſilia**, apud Milesios Pallas vocatur.

**Aſſilium**, Umbriæ urbs est, quam Ptolemæus Aſſilium vocat. Aſſilia. Vide ASSVS.

**Aſſorum**, *ασσοροί*, Mös Sami, à quo fluit Amphilysus. Steph.

**Aſſorium**, vel aſſorū, *ασσορού*, *ασσορού*, Civitas Siciliæ. Steph.

**Aſſos**, *ασσός* per duplex II, Civitas Cretæ ubi vetustissimum locis templum fuit. Apud Steph. Aſſos per simplex & legitur.

**Aſſuerus**, sicut testatur Iosephus, fuit Cyrius, Xerxes filius, qui post Darium patrum Pertidis rexit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Artaxerxes apud Graecos vocatum fuisse, cognomento Longimanum, qui regnavit quadraginta annis.

**Aſſus**, si, geminato II. *ασσός*, Urbs est Troadas, teste Strab.libro 13. & natura, & arte munita, ab ea parte qua māre spectat, arduum & erectum ascesum habens. Vnde factus est locus vulgarissimum illi Stratonici sententia: Qui celeri passu Aſſumit, magnum vitæ periculum adit. Circa hanc urbem sarcophagus effodiebatur, a quo cadavera omnia in eo cōdita intra quadragesimum diem solis dentibus exceptis, absumebantur. Autor Plin.lib.36.ca.17. Ex hac urbe ortum traxit Cleanthes Stoicus philosophus, qui Zenoni in schola successit, quā ipse Chrysippus tradidit. ¶ Aſſus autem unico sive (ut apud Pliniū legitur) Alum, Crete oppidum est: de quo infra suo loco.

**Aſſus**, a, um, *ασσός*, adjectivum est ab ea urbe deductū: unde Aſſius lapis, quoddam sarcophagi genus, in quo cōdita cadavera, intra dies quadriginta, unā cū ossibus, solis dentib. excensis, cōsumuntur, ut iam dictū est. Vide Plin.lib.36. cap.17.

**Aſſur**, Assyria est, qua ab Assure Semi filio suū accepit nōmē. Hunc Xenophoa in οὐρανοῖς Ninū: id est, lovē cognominatum esse scribit. Assyri Netyron bovem Deum appellaverūt.

**Aſſyriā**, *αſſύρια* aschschur, αſſurēja. Germ. Ein Landeschaft im grössten Asia gelegen. ] Regio est majoris Aśia; quam Ptolemæus ab ortu media parte terminat, ab Occasu Mesopotamia, à Septentrione parte minoris Armeniæ, juxta Niphatem montem, à Meridie Sulsiana. Plin.lib.5.ca.11. Assyriam docet Syriæ partem esse, quę postea vocata est Adiabene. Strabo autem longè latiores Assyriæ fines assignat, eo nomine cōprehendens Babyloniam, & maximam circumiacentium regionum partem. Eadem & Syria à Græcis vocata est, teste Iustino lib.1. & Herod.lib.7. quanquam multè latiores Syriæ fines fuerunt, quam Assyriæ. ¶ Dicta est autem Assyria, teste August.lib.15. de Civit.Dcl., ab Allur filio Semi.

**Aſſta**, *αſſτα*, Civitas est Bæticæ, inter sacrum promontorium, & Herculeas Columnas, de qua Plin.lib.2.cap.1. ¶ Est & Aſſta, Insubriæ urbs, non longē à Novaria distans. De hac Claudianus: nec plus Pollentia rebus Contulit Aufonis, aut moenia vindicis Aſſta. Meminit & Plinius lib.35.cap.12.

**Aſſaboras**, vel Aſſaboris, teste Plin.lib.5.ca.9. Alter est ex aliis Nili, qui Meroēn insulam à sinistra alluit: ille vero, qui à dextra parte est, Aſſufapes appellatur. Strabo vero Aſſaboris fluvium esse docet diversum à Nilo, circa Meroēn insulam in Nilum influentem. ¶ Aſſaces, *αſſακες*, Fluvius est in Poto, Aśia regione, cuius aquis irrigati campi oves pascunt, nigro lacte accolas alentes. Autor Plin.lib.2.cap.103.

Aſtacum;

Astacum, Plinio, sive Astacus, à Stephano & Straboni, Bithynia oppidum fuit: ita dictum ab Astaco quodam Neptuni & Olbia Nymphae filio. A quo vicinus sinus Astacenus appellatus est, testibus Plin.lib. 5.ca.ult. & Strab.lib. 12. q. Fuit & altera eiusdem nominis urbs in Acaania, quæ & ipsa propinquum sinu Astaceno nomen fecit, teste Strab.lib. 10.

Astachia, (quod hic hactenus corruptè lectum est) Vide ASTYCHIA.

Astapæi, Lybiæ populi, Steph. à Stephanis.

Astapus, Straboni fluvius est circa Merœa, in Nilum influens, qua in re à Plinio non nihil videtur dissentire. Plinius enim Nilum ipsum supra Merœam Astapum asserti vocari, quod sepe terra receptus, velut è tenebris in lucem erumpat (sic enim vocant Aegyptii aquas è tenebris emergentes) Nili autem nomen ante non assumere, quam se concordibus aquis junxit. Vide Strab.lib. 17. & Plin.lib. 4.cap.9.

Astaroth, [אַשְׁתָּרָתְּ] Antiqua civitas Oregis Basan, in qua habitaverunt gigantes, & postea cecidit in fortē tribus Manasses, regionis Bethaniae. Sunt autem duo castella in Bethania hoc vocabulo, novem inter se millibus separata, inter Aderam & Abellam urbis.

Astarte, [אַשְׁתָּרָתְּ] Germ. Ein Abgott der Syrier. Syiorum Dea erat, quam alio nomine Atergatim aut Derceto nominata volunt. Cic. de Nat. deor. vult suis se Venerem quæ Adonidi nupfit. Hanc sacræ literæ Astartem Sidoniorum deam vocant: cui Salomon rex uni pallacarum suarum obsequi volens, altaria condidit.

Aster, nomen urbis, Calepinus. q. Aster, puer, Platonis carminebus celebratus, in quem extant epigrammata libr. 3. Epigram. Græc.

Asteria, æ, vel Asterie, es, à Stephanis, Nomen Latonæ sororis proprium. q. Est & Asteria Deli, & Rhodi insularum nomen, teste Plin.libr. 4.cap. 12. & lib. 5.cap. 31. q. Significat & grec. mā, inclusam quandam lucē pupillæ modo continentē, quæ opposita Soli, radios regerit candicanteis. Plin. lib. 37. c. 9. Asteria, filia fuit Cei, Titanis filii, ut Theodosio placet. Hæc autem, ut ait Fulgentius, post vitiatam Latonam à love dilecta est, quo in aquilam versa, oppresa fuit: eiq; ex eo concubita Herculem peperit. Quæ tandem, ut quibusdam placet, aduersus lovem sentiens, & ejus fugiens iras, decorū miseratio- ne in coturnicem versa est, quæ Græcè vocatur ἔρηξ: nomenq; dedit insula, in quam aufug erat, ubi à love in lapidem mutata est, undiq; demersa, & ab eisdem huc illuc agitata, quæ tandem ob suscepitam Latonam firmata est. Ex Bocatio. Hæc insula ob suscepitam Latonam supernavit, & primò Neptuno ac Doridi consecrata est: postea Delos dicta, in qua insula Latina Apollinem & Dianaam peperit.

Asterion, à Stephanis, Civitas Theffaliæ: sic dicta, quod in alto sita monte velut astrum quoddam procul aspiciens fulgere videatur, ut tradit Stephanus, qui eam sua etate Pyram vocatam assertit. q. Est & altera urbs eius nominis in Syria. q. Est & fluvius Achaicæ, in Nemea sylva leniter fluens, & fructuum juxta ripam abundantissimus, ut testis est Lactantius. q. Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Plin.libr. 4. cap. 5. q. Est & herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argivo nascentis ad ripam fluvii ejusdem nominis, cuius folia lunoni sacra accolite in coronas necuntur. [Germ. Schattenblum/ oder Sterntraut. q. Asterion item, à Stephanis. Comætæ filius, qui Iasonem Colchos navigantem secutus est: ut habet Apollonius. Valer.lib. 1. Argon.-celer Asterion, quem matre carente Clenæus gemino fovi pater amne Cometes. Asteris, pen. corr. à Stephanis, Insula est in medio Sami, & Ithacæ sita, Strab.lib. 1. q. Est & Asteris civitas Hispania, Ptolem. Asterusia, à Stephanis, Mons Cretæ ad meridiem, mare aspiciens: à quo & Asterusia Iadicæ urbs nomen habet, quod illic Creteres colonias collocavit. Hujus incolæ Asterusiani vocantur, & Asteriæ, à Stephanis. Stephano.

Astice. [æs̄t̄s̄.] Germ. Ein Landeshaft in Thracien so an das Eurtzisch Meer stossen. ] Regio est Thracia, supra Bosphorus, Ponto Euxino imminens, cuius urbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Develtoe, & Phinopolis. De hac Plin.libr. 4.ca. 11.

Astigi, Civitas Beticæ, à qua Astigitanus ager. Plin.libr. 3.ca. 1. Astochia, Vide ASTYCHIA.

Astomæ, [æs̄t̄m̄s̄]. Germ. Wohnt in India die kein Mund haben, und nur vom gesäumten leben. ] Indiæ populi sine ore, anhelitu tantum viventes, & odore: ab æ, privativa, & s̄i quod Latinæ os significat. Plin.libr. 7.cap.1.

Astræa, à Stephanis, Astræi & Aurora, sive (ut ali malunt) Iovis & Themidos filia, Iustitia auctorita, quam Poëtae fabulantur aureo illo seculo è cœlo in terram migrasse, & tandem, mortalium sceleribus offensam, cœlum repetivisse. Ovid. 1. Metam. Ultima coelestum terras Astræa reliquit.

Astræus, à Stephanis, unus fuit ex Titanibus, qui contra deos armata sumpserunt. Hic cum aurora fertur concubuisse, & ex ea

ventos generasse: qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ovid. 14. Metam. Aeriaq; & turridum subitis concutibus æquor Astræi turbant, & eunt in prælia fratres.

Astrapæus, à Stephanis. Dictus est Jupiter, ab Astræo, quæ est coruclatio. q. Item Astrapæus ventus, qui fulgetras excitat. Astræus, ei, Dictio dissyllaba, à Stephanis. Nomen unius ex iis, qui à Perseo in aula Cephei regis sunt occisi. Ovid. 5. Metam. Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astræus.

Astrophe, (Quod hic pro una ex Plejadibus corruptè legebatur) Vide ASTEROPE.

Astu, generis neutri, ut cornu, Pro civitate Athenensi, quam à Stephanis vocabant: sed à Latinis mutatur in u, & fit astu, ut inque Priscianus. Teret. in Eynuchi. An in Astu venit? Probus Acmylius in Alcibiade: Postquam in astu venit, concioe advocata verba sic fecit. q. Apud Latinos vero Astu, sive Astus, idem est quod calliditas, περιέργεια, quæ & Astutia dicuntur. Festus Pompeius: Astu apud Poëtas astutia significat: cuius origo à Greco à Stephanis: hoc est, ab oppido deducit, in quo qui versati assidue sint, cauti & acuti esse videbuntur. Vide infra in dictione ASTVS.

Astura, à Stephanis, Flumen Latii, & insula in fluvio ostio. Plin.libr. 3. cap. 5: Antium colonia, flumen Astura, & insula. Et libr. 33:

Tenuit & nostra memoria navem Caii principis ab Astura

Antium navigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Va-

de Festus: Stura, flumen in agro Laurenti est, quod quidam

Asturam vocant.

Asturiæ, à Stephanis, Regio Hispaniæ in tractu Tarragonensis, Artabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutatis nobilitata, qui ab ea Asturones vocatis sunt.

Astur, ris, à Stephanis. Gentile nomen est, eum significans, qui ortus est ex Asturia Tarragonensis Hispaniæ regione. Marialis pro possessivo usurpat, Asturem eum equum dicens, pro Asturico, sive Asturicensi. Ita enim habet in Distichis: Hic brevis ad numerū rapidos qui colligit ungues, Venit ab armis etiæ genibus Astur equus. q. Est item Astur, Hetrusci cuiusdam proprium nomen, qui Aeææ suppetias tulit adversus Turnunc de quo Virg.libr. 10 Aen. q. Astur item, Aristot. Ἀστρος, à Stephanis, Gallis Astur, avis est. Asturum & Falconum meminit lulius Firmicus lib. 5. Mathefeso. Vide TRIOCHES.

Asturæ, à Stephanis, Sunt Hispania populi memoratis Sili, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, aurifoditis & equis quondam tolutatis nobilitati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est: ut tradit Plinii libro 8. cap. 42. Silius libr. 3: His parvus sonipes neq; matritus: at id Aut in concusso glomerat vestigia dorso. Aut molli pacata celer trahit esseda collo. Talem gressum Græci. q. vobis cant, à bonitate cursus, Latini dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tollutum g. omerandis.

Astyages, à Stephanis, Cyaxaris filius, Persarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambysis mediocris dignitatis Persepsa nupta, Cyrus peperit: quem avus, in somniis quibusdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiariis necandum tradidit. Qui quoniam tam crudeliter ministerium per seipsum nolle exequi, Mitradiati regio bubulco onus illud injuxit. Erat Mitradiati uxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canes sonat. Hæcum fortè mostuum ediderat partum, quem pro Cyro magnificè curat sepeliri: Cyrum autem ipsum, tanquam filium suum, domi educat. Qui postea ab avo agnitus, & in Persidem ad parentes remissus, simulatq; adolevit, Harpagi instinctu avo bellum intulit, eumq; in prælio captum, quoad vixit, penes se habuit. Ex Herod.lib. 1.

Astyalus. Vide ASTYLUS.

Astyana, à Stephanis, Helenæ Menelai uxoris ancilla lascivissima, dominamq; protus se dignam nacta, quæ prima de variis cōcubitus modis librum conscripsit: cuius exemplum postea imitata Philænis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Autor Suidas.

Astyana, [æs̄t̄næs̄]. Germ. Ein Sohn Hectoris ] Unicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Trojanos & Græcos, quem Ulysses, antequam na- ves è Siego solverent, è turri mira inhumanitate dedit in preceps, nequid reliquiarum superesset, quod excidium Troi, & populi ruinam ulcisceretur. Hector ut plurimum vocabat Scamandrium. Virg. lib. 2. Aen. Parvumq; manu Astyanacta trahebat. Latinæ principem civitatis sonat, quasi αἴστης εἰπό-

Astycratia,

Astycratia, filia Acoli, teste Homero, Odyss. lib. 19.

Astydamas, ἀστυδάμας, Atheniensis, filius ejusdem nominis, ambo Tragici poëtae fuerunt: pater etiam summus philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

Astydamia, ἀστυδάμη, Ormeni filia, quam Hercules, patre pñis occiso, rapuit. Ovid. Nec referam partus Ormeni Nymphaeos.

Astylius, ἀστύλος, Vnus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prenoscens, fratres monuerat, ne bellum adversus Lapithas affincerent: sed exerto in nuptiis bello, ipse sibi timens, unam cum Nessō Centauro fugam artipuit. De hoc ita Ovid. 12. Metam. Astylus ille etiam metuenti vulnera Nessō, Nessuge, ad Herculeos, inquit, servaberis arcus.

Astylus, ἀστύλος, Crotoniata cursor tribus Olympicis cõtinuis vici, stadio, diaulo & dolicho. Quid autem in ultimo se Hieron magistrum ac Syracusanum à præcone declarari fecerit, Crotoniatē irati, statuam ejus frergerunt, bona insuper publicaverunt. Autor Pausanias. Meminit ejus Plato in legibus, qui cum nō tam cursu, quām perpetua virginitate clarum prædicat. q Fuit præterea Astylus quidam Trojanus, à Menepolemo occisus, teste Homero in princ. 6. Iliad.

Astymedusa, ἀστυμέδουσα, Oedipi fuit uxor (hanc enim repudiata matre, quā prius matrimonio sibi cõjunxerat, sed incognitam, ē uxorem duxit) quæ ut libertis prioris conjugis intensam parentem faceret (ut ferè omnium novercarum mos est) apud patrem eos accusavit, tanquam qui se de stupro appellaissent: quapropter Oedipus iratus regum cruentum reliquit.

Astynome, ἀστυνόμη, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia: unde &

Chrysa dicta est) quæ, Chrysa oppido à Græcis expugnato, in prædicta divisione Agamemnoni cessit. Quam tamen postea perfidentia ab Apolline immissa adactus, patri restituit. Autor Homer. 1. Iliad.

Astynous, ἀστύνος, Princeps quidam Trojanus, quæ Diomedes in bello Trojano interfecit, ut scribit Homer. libro quinto Iliad.

Astyochis, pen. prod. ἀστυχία, Actoris filia fuit: quæ quum sola in summum paternæ domus cœnaculum ascendisset, à matre compressa creditur. q Fuit & altera ejusdem nominis, quæ Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit: de qua Homer. in Catal. navium.

Astyphæa, ἀστυφαια, Insula est in mari Carpathio aut certè Icaro, ē regione Cnidi, oppidum habens ejusdem nominis. De hac Plin. lib. 4. cap. 12. q Est item Astyphæa oppidum in Cœnula, cuius meminit Strabo lib. 14.

Astyra, ἀστυρα, vel Astyrum in singulari, Civitas Mysia, juxta Trôadem. Est & vicus prope Adramyttium, item civitas Phœnicia, ubi Minerva colebatur, & Bæotia juxta Potrias: Item Italæ regio. Stephanus.

Astula, per simplex l. oppidum in agro Brixiano.

Asturus, Vide ASORVS.

Alys, sive ἄσης Stephano, sive (ut apud Plinium legitur) Asum, Oppidum est Cretæ insulæ mediterraneum: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Alychis, ἀσυχίς, Aegyptiorum rex, post Mycerinum, cuius opus fuit lateritia pyramis apud Memphis, ut testatur Herodot. lib. 2.

A. ante T.

Atabulus, [ἀταβολής] Pol. Wiatr prækryj ziemne wisszajac. Vng. Apuliasz. ] Ventus Apuliae peculiaris: unde etiam Apulus peculiariter epitheto appellatur. Horat. 2. Serm. Satyr. 5: Incipit ex illo monte Appulia notos ostendere mihi quos torret Atabulus. Quem locum explicans Porphyrius, Atabulum dicitum ait, οὐδὲ τὸ τοῦ αὐτοῦ βάθεα: hoc est, à noxa, detimentoq; inferendo. Est enim frigidissimus, teste Plin. lib. 17. cap. 24. & si flaverit circa brumam, omnia exurit, frigore atrafaciens, ut nullis postea possint solibus recreari.

Atabyria, [ἀταβυρία] Ger. Ein alter nam 8 Insel Rhobis. ] Vnū est ex veteribus Rhodi insulæ nominibus, ductum ab Atabyro, rege, ut Plinio placet lib. 5. cap. 31. sive (ut alii malunt) ab Atabyri, editissimo totius insulæ monte.

Atabyro, [ἀταβυρός] Mons est editissimus totius Rhodi insulg, Iovi Atabyro sacer: cuius meminit Strabo lib. 14.

Atacinorū, orum, ἀτακίνοις, Populi Narbonensis provincie, Atacis annis accolæ, qui circa Narbonem Martium fluit: à quo & nomine accepertant. Meminit horū Pompon. lib. 2. & Hermolaus in Plinium: qui etiam Atacinorū familiam Romæ illustrem, nomen hinc traxisse existimat.

Ateon, (quod hic perperam legebatur) vide ACTAEON.

A'talāntā, [ἀταλάντη] Schonei, vel ut alii malū, Iasii Argivorum regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præstant, quæ prima aprum Calydonium sagitta vulneravit. Hęc quum milita corporis velocitate præstaret, & à nuptiis omnino abhorseret, tylvis tantum & venatu sese oblectabat, precisq; suis

cursus certamen proposuit, in quo vixit, mortis poena: viatorum, conjugii sui præsumum sequeretur. Multis itaq; superratis, tandem ab Hippomene, Veneris consilio vieta, nupsit vixori: quumq; in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reverentia, cū illo cõcubuisse, in legnam conv. isla est, & Hippomenes in leone. Vide fabulā apud Ovid. lib. 10. Met. & Muretū ad Catul. q Fuit & Atalanta, uxor Acalti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta quā ab eo repulsam tulisset, amore in odiū cōmutato, Peleū apud virum detulit, quod vim sibi inferte coatus esset. Quamobrem Acastus uxoris delatione temerè fidē habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorū in Colchica navigatione socius fuerat) in auxiliū vocatis, Acastum prælio superavit: captaq; Iolco, Atalantam supplicio affectit. Ex Suida. q Est & Atalanta, fons in portu Cyphantarum: dictus quod ibi venatrix foemina sita & estu languida consederit, & petra venabulo ejus percussa, laticem præbuerit, sicut scribit Pausanias.

A'talāntē, [ἀταλάντη] Germ. Ein Insel nahe bey Rigropont getragen. ] Exigua est insula Eubœæ adjacens, ē regione Opuntiorum: cuius meminit Thucyd. lib. 2.

Atarbicis, ἀταρβίκης, ciyitas in Propontide insula. Steph.

Atargata, apud Strab. lib. 16, deq; cuiusdam nomen est, quæ apud Assyrios colebatur. Ab aliis Atergatis dicitur. Vide infra.

Atarna, ἀταρνη, Stephano, Vrbs fuit in ora Mysia, ē regione Lesbi.

Atarnes, ἀταρνης, Darii Persatum regis frater, filius Hydaspis, cuius filiam unicam nomine Phratagunam Darius uxorem duxit: ut testatur Herod. lib. 7.

Atarphyni, ἀταρφυνοι, Gens magna Arabiæ, Steph.

A'tax, ἀταξ, Fluvius est Gallæ Naibonensis, ortum habens ex Pyrenæo monte, qui infunditur in mare Tyrrenum. Lucan. lib. 1: Mitis Atax gaudet Latias non ferre catinas.

A'te, [ἀτη] Pol. Nedja. Vrig. Vétek, artalom Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fngitur, quæ homines malis implicat, mentesq; seducit, & perturbat: cui repelienda & placanda Lita lovis filiæ oppositæ sunt, quæ tanto sunt tardiores, quanto noxa est gravior. Vide Erasmus in Adagio: Ira omnium tardissime fngescit.

Atelos, (quod hic pro insulæ nominae depravatè legebatur) vide TELOS.

Aterium, ἀτεριο, Civitas Sicilæ, Steph.

Athacus, ci. Genus volucris gradiēs super quatuor pedes, longioraq; retro crura habens, de quo fit mēto apud Leviticū.

Athamania, Regio Illyriæ, secundum alios Thessaliæ. Steph.

Athanae, Oppidum. Plin. lib. 6. cap. 28.

Athanae, Fluvius est Scythæ Thraciæ in Istrum desluens.

Atharabis, Vrbs Aegypti, Stephano.

Atiscoti, Populi Britannici.

Atergatis, [ἀτεργάτης] German. Ein Abgötter der Astartoniter in Syrien war obenau ein weiblicher undenau ein fish. ] quam & Atergatam & Derceto Strabo lib. 16. appellat. Deo cuiusdam nomen, quæ apud Ascalonem Syriae civitatē colebatur. Hanc Plinius prodigiosam Atergatim vocat, quod simulachrum ejus mōstro simile effingatur, superiore parte mulierem, ieliqua pisces referens. Hanc ferunt fuisse matrem Semiramidis, quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem concepit, ut sese in lacum præcipitem dederit: quumq; cadaver ejus ab uitinoribus inveniri non posset, creditum est eam in piscem fuisse transformatam. Quo factum est, ut deinceps à piscium eis vicini populi religiosissime abstinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quasi ἀπεραντος, quod Syriae sine piscibus sonat. Macrob. 1. Satur. duo fuisse Assyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabātur: per Adad nimurum Solem, per Atergatim terram intelligentes. Vide Cœlium Rhod. lib. 23. cap. 5.

Aternus, Fluvius est Italæ, in ora Ferentiorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticū illabens. Plin. lib. 3. cap. 12. & 13.

Areste, Civitas regionis Veneta, Vide Plin. lib. 3. cap. 19.

A'thāmās, ἀταμης, Suidæ, Acolitæ filius & Thebarum rex, qui Nephelæ in uxore duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed quum Nephelæ, furore Liberi patris concitata, in sylvas abiisse, Athamas liberis suis Ino Cadmi filiam superinduxit novicam: quæ privignos identidem apud Patrem accusans, eò illos compulit, ut confesso aureo ariete (quem quidam ex Neptuno & Theophane genitum tradunt, & ejus velles à Phryxo mari consecratum, postremq; inter sydera relati) fuga sibi consulerent. Quapropter Ino irata Furias in Athamanem immisit, quæ in tantam rabiem cum duxerunt, ut quum Ino ad se cunctem videter, hanc leznam, & filios suos ejusdem catulos arbitratus, raptum Learchum ex filius alterū saxo illiferit. Quod Ino videns cum Melicerta altera prole fugiens, se ex rupe in mare præcipitem dedit, & deorum miseratione in deam marinam mutata est: quam Græci quidē Leucothean: Latini autem Matutā appellant. Vide infra in dictio-

D ac INO.

**A**thamantis: id est, Helle ejusdem filia.  
**A**thamantis filius: Id est, Phryxus, Melicertes, vel Learchus  
Athamantis filius. Athamas etiam est Thessalia mons, ut  
habet Plin.lib.4 cap.8. Est etiam fluvii nomen, qui decre-  
scente Luna ligna sibi admotis incendit, ut autor est Ovid.15.  
Meram. Admotis Athamatis aquis incendere lignum Narra-  
tur, minimos quum Luna recessit in orbem.  
**A**thamanes, <sup>adspersis</sup> Populi sunt Aetoliæ: de quibus Plinius  
lib.4 cap.3.

**Athanasius.** [Αθανασίος] Ger. Ein frommer Bischof zu Alexandria. Präf. Alexandrinus, educatus ab Alexandro ejus civitatis presule, olim Diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perppersus insidias, ad Constantem Gallium principem aufugit. De quo plura Volaterranus.

A<sup>th</sup>ēnæ, arum. [s<sup>a</sup>d<sup>l</sup>o<sup>m</sup>]. German. Die St<sup>a</sup>c<sup>h</sup> A<sup>th</sup>en in Griechenland / so vor ihret Hohenstuhl an<sup>s</sup> deren so viele furbündiger Gelehrte kommen seind/ trefflich berümpf gewesen ist ] C<sup>i</sup>vitas Græcæ to-  
tius celeberrima disciplinarum omnium altrix, & amplissima-  
rum coloniarum s<sup>e</sup>c<sup>u</sup>ndissima genitrix, in ea Achæa parte  
sita, quæ quòd magna sui parte litoralis est, olim A<sup>et</sup>æ, & de-  
inde Attica vocata fuit, quasi A<sup>et</sup>ica. Hanc Cecrops primus  
condidit unde & Cecropia dicta est: postea à Mopsō Mopso-  
pia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minervâ Athenæ. Græci  
enim Minervam a<sup>g</sup>h<sup>l</sup>o<sup>m</sup> dicunt. Horat. 2. Epist. Adjecere bonæ  
paulò plus artis Athenæ. Cic. 1. de Orat. Ut omittam Græciā,  
quæ semper eloquentia princeps esse voluit: atque illas om-  
nium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa  
dicendi vis & inventa est, & perfecta. Tres autem (ut quidam  
asserunt) suæ Athenæ, ab unis Athenæ: ab alteris Athenien-  
ses: ab aliis Athenopolitæ dicti sunt.

**A**thēniēns̄is, **s.**, **adjectivum**, **ἀθηναῖος**. **Cicer.** **pro Flacco:** **Adsumt** Atheniens̄is **hunc** **humana** **doctrinā**, **religio**, **fruges**, **jura**, **leges**, **ortā**, **atq; in omnes terras distribuit** **putantur**. **¶ Athēniēns̄iū** **inconsultā** **temeritā**, **h. r. d.** **Αθηναῖος μυστηρία**. **Qua-**  
**ditat** **in eos**, **quibus malè consultā** **vertunt** **bene**. **Nam id olim**  
**vulgō tributum** **est** **Atheniensib⁹**, **quod** **ipſi** **quidem** **focor-**  
**der** **consultarent**, **parumq;** **prospicerent**: **verūm Minerva** **ci-**  
**vitatis** **preses** **illorum** **malè** **instituta** **bene** **vertere** **consuevit**.

Athenæum, à dñis. Lucos erat Minervæ dicatus, sed quem Poëtae, aliq; scriptores Græci scripsit sua deferebant, quem admodum Poëtae Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quæ conveniebant studiosi, ut aut Poëtas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos, aliarumve disciplinarū Professores audirent. [Ger Ein guter damon gute Kunst proficiet vñ lehrt ] Dictum est autem Athenæum, à dñis. à dñis: hoc est, à Minerva, studiorum antisita. Iulius Capit. Postea verò ubi adolevit in Athengō controversis declamavit, audiētibus etiam imperatoribus suis. Lampridius: Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum Rhetorum vel Poëtarum causa frequenter processit. ¶ Est & Athenæum promontorium Campaniæ non procul à Pompeiis in extrema sui parte Minervæ sacellum habens, ab Vulcane conditum. Autors Strab. lib. 5.

Vixit conditum. Autor Strab. lib. 5.  
**A**thenæus, <sup>αθηναῖος</sup>, Cilix Peripateticæ sc̄læ Philosophus  
fuit tempore Augusti. <sup>q</sup> Fuit etiam hoc nomine Grammati-  
cus Naucratitæ, qui sub M. Antonio claruit, qui libros Dipno  
Sophistarum varia eruditione referitos conscripsit: quos Her-  
molaus Byzantius in Epitomen contraxit. Plura de hoc vide  
apud Suidam.

**Athenion**, *et levior*, Pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthii discipulus, cuius opera numerantur à Plin. lib. 35. cap. 11.

A theno |dorūs, ~~s~~<sup>h</sup>u~~o~~<sup>o</sup>~~g~~<sup>o</sup>, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem quum natura ad iram procliviorum videret, hoc illum precepto instruxit: Quū ira, Cesar, te ceperit, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quam ipsa quatuor & viginti elementa literarum Græcarum tecum ipse percurreris, & memoria recensueris: ut ita concitat illa, quæ momentosa est, mente alio traducta, pro tempore interjectu, languescat. Hic fuit discipulus Dionysii Areopagitæ. Composuit opus variu[m], quod *Διάρροει* inscripsit. q Fuit & Athenodorus sculptor eximius. Plin.lib.34.cap 5.

**Athenopolis**, *ἀθηναῖς*, Oppidū Massiliensī. Plin. N. 3. c. 4.  
**Athesinus**, *ἀθεσίνης*, prod. *ἀθεσίνης*, Fluvius effluens è lacu, qui in  
Apennino est, supta Carnos incumbente, & labitur in Istrum.  
Autor Strabo lib. 4.

**Athespis, pen. corr.** [ *άθησις*. Germ. Ein flus so von dem Tridentinischen Gebirg durch Italiā ins Meer lauft/welchen die Itali, Ades, Germani die Esch nennen.] *Fluvius qui ex Tridentinis alpibus Tridentum alluit, & Veronam dividit: deinde per latas Padi paludeis gradiens, non longe à Brundulo portu in Adriaticū mare influit. Plin. lib. 3. cap. 16.*

**Athlibis.** Vrbs Aegypti, & alia Arabiæ, Steph.

### **Achmiodium, Pars Cecropidis tribus, Steph.**

**Athochari, Populi sunt Scythici in Asia, Herod.**

**A**thos, [ǣθos Stephano, Vulgo Mons sanlo. Geter. En hoher  
steigiger Berg zwischen Thracien vnd Macedonien gelegen ] Mons  
inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, ut usque ad  
insulam Lemnon umbram porrigitur dicatur. q Vnde locus  
factus proverbio: Athos celar lacera Lemnia bovis, Āθος ἀ-  
λύτης τελεός λευκας βοος. Vbi quis officit, aut molestus est,  
aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obfuscat. Tradit  
in Lemno bovis fuisse simularum ingens, candido factum  
lapide. Id Athos mons tametsi longo dissipatus interyallo, tam  
ob summam celsitudinem obscurat umbra sua. Ita dictus à  
Gigante ejusdem nominis. Situs est hic mons in Chersoneso,  
quę Chalcidice regioni angusto istmo annexitus: quę Xer-  
xes bellum Grecia inferens, perforavit, montemque ipsum à  
continente abicit. Huc alludit Iuven. Sat. 10: - creditur olim  
Velificatus Athos. Servius in illud Virg. 12. Aeneid. Quantus  
Athos, aut quantus Eryx. Athon metri necessitate, non Athos  
legendum præcipit: existimans nimirum posteriorem syllabā  
corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Grecos ᾱθος scri-  
batur per magnum.

Athrys, hujus Athrys, fluvius est Thraciae in Istrum fluens.  
Athymbra, Vrbs Carie juxta Menandrum, ab Athymbro co-  
dita, & Nyssa postea dicta. Steph.

**Athyras**, Portus & fluvius juxta Byzantium, & sinus quidam,  
& fluvius Scythia, Steph.

**A**ctimetus, pen. prod. & <sup>anunt.</sup> Lib. **Cæsar**is fuit, ut deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quem **Homonæa** uxori sua defunctor posuit cum elegantissimo Epitaphio: cuius exemplum videte instr in dictione **HOMONAEA**.

**A**c<sup>t</sup> in pen. prod. & ann. Civitas iuxta Pontinas paludes: dicta à moibis, qui Græcè ἄνη dicitur, quos paludis vicinitas creat. Mart. lib. 10: Quo civi præsca gloriatur Atina. q<sup>uod</sup> In de Attinates populi, quorum memini Plin. lib. 3. cap. 5.

**Atintania, <sup>antrawia</sup>, Pars Macedoniz; ab Atintane Macedonis filio dicta, Steph.**

**Atiscti, populi Britannici.**  
**Atlantice Insulæ. [ærærtidēs mōs. Vulgō Isole beate.]** quas  
Beatas vocant: septem quidem hæ sunt, parvo inter se divisiæ  
mari, decem milibus stadiorum ab Atlante distantes. Imbris  
illic rari, mediocresq; venti autem plurimum suaves ac rositeri.  
**Solum verò pingue:** nec arari ullo modo, plantative desiderat,  
sed etiam ex se absq; ullo humano studio fructum produ-  
cit, dulcem quidem & otiosam multitudinem nutrit, se suffici-  
entem. Aët fyncerus, ac temperatus, & mediocri mutatione  
per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti, ut Bo-  
reas & Aquilo, propter longinquitatē per vasta & inania in-  
cedentes spatia tangantur, & deficiunt priusquam ad eas in-  
sulas pervenerint. Qui verò à mari perflant Argest & Zephy-  
ri, ratos quidem & temperatos imbris ex pelago astrui. Plu-  
rima verò per humiditatēm aëris cum summa facilitate puz-  
trunt, ut etiam apud Baibaros increbuerit fides, ibi Elysios  
campos effe, & habetrum de omniâ ab Homo ducantur.

campos etc., & beatorum domicilia ab Homero decantata.  
**Atlas, antis.** [ætlæs. Germ. Ein König in Mauritania des Sternen-  
schenes vnd der Kunst von des Himmels lauff wot berichtet.] Mauritia-  
nus rex fuit, qui humeris eccliam sustinuisse dicitur, quod primus  
cursum Solis & Lunæ, syderumq. omnium versatio in ra-  
tiones, vigore animi, solertiaque deprehenderit. Hic fuit Pro-  
metheii frater, qui quū monitus esset oraculo, ut cavere: à lo-  
vis filio, nullū hospitio suscipiebat: quod Perseus lovis ex Da-  
næ Sline in die avarorum offensio, si caput Gorgonæ quo cō-

næ filius indignè ferens, offendit ei caput Gorgonis, quo cōspecto Atlās in monte conversus est tām excelsum, ut ejus cācumen cerni nequeat. Hinc factus est locus fabulæ, ut Atlas rex Mauritanie cœlū humeris suis fulcire dicatur. Ferè è međio monte nubes incipiunt: hyemē & aestate nivem habēne. Columnam cœli indigenæ appellant. q[ui] Atlas cœlum. A mētis & exq[ue], Subaudiendum videris. id est, sustinuit. Dicunt solitum de iis, qui sese magnis & molestis involvunt negotiis, ipsiq[ue] sibi malū accersunt. Nam hic Cœlum hospitio exceptus deprehensus autem quod illi struxisset insidias, præcepit das-  
tus est in mare Atlanticum. q[ui] Ab eo monte populi incolētes Atlantes dicitur, qui soli sunt anonymi: hoc est, sine nominib[us]: nam in universum Atlantes nominantur: singulis nullū proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentemq[ue] dira imprecatione cōtinentur, ut extialent ip[s]is, agrisq[ue]. Neq[ue] insomnia visunt qualia reliqui mortales. Plinius, Solinus, Herodotus autores. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. August. lib. 18. de Civit. Frater Promethei Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur: unde occasione fabula invenit, ut cura cœlū portare configeretur: quaavis mons ejus nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli porratio in opinionem vulgi venisse videatur. Diod. lib. 4: Ferū Atlantem astrologicū fuisse peritissimum, dēq[ue] sphæra primū inter homines disputasse: qua ex re visus est cœlū suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphæræ inventione. Scribunt quidā duos esse montes in Mauritania Atlantes dicosalterum co-

luminis Herculis viciniorum : alterum in interiore Libya. Remotior ab Atlante rege in eum converso dictus est, quem colli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memoratur. Unus rex Italæ, & pater Eleæ uxoris Coryci. q Alter rex Arcadiæ & pater Majæ, ex qua natus est Mercurius. q Tertius Maurus, qui dictus est Maximus. Hic primus navim cōstruxit, navigavitq. q Sumitur a nonnunquam à Poëtis Atlas pro hominis simulacro, sustinente columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad similitudinem Atlantis cœlum humero torquettis, qui etiam Latino vocabulo Telamones appellantur. Fiebant autē serè gibbosa figura, more eorū, qui onera dorso gestant: eratque omnino duo, interdum aversi, interdum se invicem spestantes. Martialis: Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. q Est & Atlas, teste Herodoto, lib. 4: Fluvius ex Hæmo mōte nascens, & Aquilonem versus in Istrum defluens.

Atlanticus, a, um, atlanticus: ut, Atlanticum mare: id est, ea pars Oceanii, quæ Mauritiam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte, qui eam Oceanii partem respicit. Cic. de Somnio Scipionis: Omnis terra quæ colitur à vobis, parva quædam insula, circunfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Mar Oceano.

Atlantis, a, um, atlantis: prod. Horat. 1. Carm. Atlanteusque finis Concutitur. Plejades Atlanteæ, apud Ovid. 3. Fastor.

Atlantides, q, & per epenthem Atlatiades. atlantides, q atlantides. Patronymicum masculinum: quo Poëta utuntur pro Mercurio Majæ filio & nepote Atlantis. Ovid. 8. Metam. Venerantur Atlantiades positis caduciferis.

Atlantis, idis, sive Atlantias, adis, atlantis, q atlantis, Patronymicum femininum, significans filiam vel neptem Atlantis. Virgilii octavo Aeneid. -Electra Atlantide cretus. Silius libro 16: Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum. Vbi Atlantiades sorores vocat Plejades: de quibus suprà. q Atlantides, atlantides, Vergilii dicta sunt: Atlas enim ex Pleione Oceanii filia, ut ait Higinus (ut alii, Deucalionis) habuit quindecim filias, quæ uno vocabulo Atlantides dicuntur. Verum quinque ex his Hyades sunt nominatae, à fratre Hyante à sororibus plurimum dilecta: reliqua Plejades à matre dictæ. q Vergilii dicuntur: quia cù Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissimum apparent: septima vero quia Silypho nupsit, non videtur. Cicero ait Hyadas à pluendo dictas. Nostris Suculas vocant à suibus: quoniam sues luto gaudent. Indicant enim pluvias.

Attolla, atlolla, Filia fuit Cyri, quæ primum Cambysi, & post eius mortem Dario nupsit. Herod. lib. 3.

Atramitæ, Populi Arabiæ foecilis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Atrani, Populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. cap. 11. Atratinus, Oratoris nomen est, qui Cælium accusavit, defensore Cicerone.

Atrax, ægæs, Fluvius Aetolianus: à quo Atraces quidam populi cognominati sunt, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 2. q Est item Atrax, Thessalæ oppidum à quo Hippodamia Pirithoi uxori Atracis Ovidio dicta est: & Atracia ars, statio pro Magia, quæ apud Thessalos plurimum viguit.

Atracæ, pen. corr. ægæsis, populi sunt Aetolianæ, quibus nomen dedit Atrax fluvius per agrum eorum in mare Ionium illabens, teste Plin. lib. 4. cap. 2.

Atracæ, idis, ægæsis, Gentile foeminiuum ab Atracibus deductum, Aetolianæ populi: aut etiam ab Atrace Thessalæ civitate. Vnde Ovidius Hippodamiam Pirithoi uxori Atracis vocavit. Atracis (inquit) ambiguos traxit, in arma viros.

Atraciæ, a, um, ægæsis, possiblissimum deductum ab Atracia Aetolianæ regione: sive ab Atracæ Thessalæ oppido. Vnde Atraciam artem Statius appellavit Magiam, quæ apud Thessalos plurimum viguit. Sic enim habet ille lib. 1. Thebaid. - qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color.

Atræ ægæs, Civitas inter Euphratem & Tigrem, Steph.

Atrebates. [ German. Brüder des Niderlandts / so gemeintlich Brüder oder Brüder genannt werden. ] Appellantur à Cæsare populi inter Belgas, quos hodie Artesiens vocamus. Vulgo Aræ, vel, Artou.

Atreus, dissyllabum, ægæs, Pelopis & Hippodamiae filius fuit, pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipso Atride dicti sunt. Fratrem habuit Thyestem, qui fratris uxori stuprum intulit. Atreus vero fratri filium epulandum apposuit. Ob quæ facinora, Sol, ne pollueretur, cursum retrosum dicitur convertisse q Hinc proverbiali figura dicimus, Atrei oculi, A'ægæs ομψη, de torvo truculentoque aspetto. His enim oculis in Tragediis inducebatur Atreus.

Atreus, a, um, ægæs, Adjectivum est, trium syllabarū. Statius Theb. 1. precor, Atrei siquid tibi sanguinis unquam.

Atridæ, dæ, pen. prod. ægædis, pluraliter Atridearum, Atrei filii, Agamemnon & Menelaus. Virgil. 1. Aeneid. Atridas, Priamumq., & sœvum ambobus Achillem, Atrides minor, & major. Ovidius 12. Metamorph. Non minor Atrides, non bello

major, & ævo. q Non soli Atridae amant uxores. Dici solitum, quoties significabimus suam cuique dolere injuriam, contumeliam aut damnum: nec oportere quenquam impunè lœdi. Homer. Iliad. 1. H μεων φιλέστρα ἀλέχεις, μερόπιν αἰθρόπιν Αγράθης est, Num solis hominum Atridis affectus, amorq; Vxorū est.

Atria, Oppidum fuit insigne Tuscorum, portam habens insignem non procul à Padi ostiis: à quo vicinum mare Atraticum vocatum est, & postea Adriaticum. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Atropatia, ægæs, Stephano, Altera est ex partibus Medie: ita dicta ab Atropato duce qui eam à Macedonum vi tutatus est. Media enim in duas distributa est partes: quarum altera Media major appellatur: cuius metropolis sunt Ecbatana. Altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Vide Strab. lib. 11.

Atropatus, ti, ægæs, Vide ATROPATIA.

Atropos, pen. corr. [ægæs] Ger. Eine auf den brennen Götter des Lebens so den faden des Lebens abschneidet. Vna ex tribus Partes: ita dicta quasi immutabilis, quod ad nullius preces convertatur. Copiosius in dictione PARCAE.

Attæ, ætæ, Stagnum in Boæotica urbe Phrygiæ, salem producens, Steph.

Attalis, Tribus est Attibæ, Steph.

Attacum, ætæ, Hispaniæ oppidum in tractu Celtiberorum.

Ptolemaeus lib. 2. cap. 6.

Attæ, ætæ, Civitas Arabiæ foecilis, autore Ptol. lib. 6. cap. 8.

Attabes, & Numenius latrones fuerunt famosissimi, adeò ut Proverbio locū fecerint: Convenerunt Attabas & Numenius. Attalii, penult. cor. ætæ, Nomen Peigami regis, pecunia ditissimi, & splendida, abundantiq; supellectile: a quo omnia magnifici, Attalica dicta sunt: ut inquit Plin. lib. 8. cap. 48. Propertius: Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. Hic quū liberis carceret, populum Romanum testamento suo hæredem instituit. q Fuit & Attalus nomen medici, cuius meminit Plin. lib. 32 cap. 8.

Attalia, ætæ, Stephano Oppidum est Acolidæ, apud Plin. lib. 5. capite 30. q Item alterum in Pamphylia: cuius meminerunt Ptolemaeus lib. 5. capite 5, & Strabo lib. 14. Vulgo Satalia.

Attalyda, ætæ, Vrbs Lydiæ, condita ab Attide post mortem ejus à filio Lydo Steph.

Attæius Philologus, Libertinus Athenis natus, quem Capito Attæius Iurisconsultus ejus patronus, inter Grammaticos rhetorem, & inter rhetores Grammaticum fuisse ait. Eum juvissé scripta Salustii in componendo autor est Pollio. Coluit familiarissimum Salustum, coquæ mortuo, Pollionem. Autor Tranquillus.

Attellæ, ætæ, Oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc Arefas dicimus.

Attellanus, a, um, adjективum. Cicero Cluvio: Loquutus sum de agro vestigali municipi Attellani. q Attellani histriones, ab Attella oppido dicti. Cic. in Epist. fam. Quando tu secundum Oenomaum Aceii, non ut olum solebas Attellanum, sed ut nunc fit, minimum introduxisti.

Attellanus, a, um, aliud adjективum. Cicero 2. de Divinat. Totum omnino fatum etiam Attelliano versu jure mihi esse irrifi sum videatur.

Attellæ, ætæ, drægæs, Latinæ sunt fabule, quæ ab Attella Oscorum civitate sumptæ fuerunt, in quibus ridiculæ personæ inducebantur, & argumētis, dictisq; jocularibus respondebant Satyricis fabulis Græcis. Propriè autem Attellanicum dicebatur exordium. Liv. lib. 7: Luventus histriionibus fabellarum actu reliquo, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitate cœperit, quæ exordia postea appellata, consertaq; fabellis potissimum Attellanis sunt: quod genus ludorum ab Oescis acceptum tenuit juventus.

Attis, idis, ætæ, Crana filia, à qua regio Attica (ut quidam existimant) dicta est, quū prius Attica ab Actæone diceretur: sive ab Acteo rege, ut Favortino & Lycophroni place: sive ab ætæ quod litus significat: propterea quod ea regio, sicut scribit Strabo, magna ex parte litoralis sit. Qua voce etiam utuntur Latini. Virg. 5. Aen. At procul in sola secrete Troades acta Amisum Anchisen flebant. Præcipua regionis hujus civitates fuerunt Athenæ, Eleusis, Marathon, & aliæ nonnullæ. q Attidem prætereat Poëta Lyceniam appellant, ad fabulam nimis respicientes, qua Philomela Pandionis Atheniensium regis filia in hanc avem dicitur esse transformata. Martial. Sic ubi multisona faveat sacer Attide lucus.

Atticæ, ætæ, Regio est Achaæ, ab agro Megarensi usque ad Sunium promontorium extensæ: olim Actæa appellata. & Attica, quod maxima ex parte litoralis sit, teste Strab. libro 9. Vrbes præcipuas habet Athenæ, Eleusinæ, Marathonem, & alias nonnullas.

Atticæ, ca, cum, ætæ, Quod ex Athenis est, vel quod ad Athenas pertinet: ut, Regio Attica. ætæ. q Atticus advena,

D 2 Atticus

**A'thīs μέγαρος.** In violentos & ferores vicios dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quod olim finitos sed bus suis exigere consueverint. Craterus inde manasse putat quod Athenienses, qui Samū missi fuerant, indigenas expulerint. Arist. lib. Rhet. 3: Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod asciti sunt, ut superiores ejiciat. q Attica bellaria, Αθηναῖς. **A'thīs de cupidiis.** Transferiri potest ad rem quācunq; maiorem in modum suavem ac jucundam. Plat. Polit. lib. 3. q Lepos Atticus, Attica eloquentia pro summa. Terent. Eunuch. Dixit in hoc Atticam esse eloquentiam? Huic finitimum est Attica musa. **A'thīs μέγαρος:** pro venusta, lepidaque, oratione. Nam inter dicēdi genera laudatur in primis Atticum. q Atticus testis, A'thīs μέγαρος, legitur in Collectaneis Diogeniani pro probatissimo atq; incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiam torqueat in testem vanum, non inconcinna dixerit. q Attica fides, A'thīs μέγαρος, legitimus apud eundem de minimè vanis, minimeq; perjuris: inde natū, quod apud Atticos templum esset. Fidei esse constructum, cuius etiam meminit Plautus in Aulularia. Velleius Paterculus Hist. 2: Ad h̄ enim certa Atheniēlum in Romanos fides fuit, ut semper & in omni re, quicquid sincera fide gereretur, id Romani Attica fieri prædicarent. q Atticus in portum, A'thīs εἰς λιμήν: In eos dicebatur, qui illie virtutem ostentare solent ubi tutum est, atque ubi nihil opus. A' nauis Atticis sumptum, qui portum ingrediuntur, ostendunt sui gratia, magnificè se se gerebant in ipsa re: hoc est, in prælio navalium, non perinde strenui.

**A'ttīcē adverb.** ἀττίκως: ut Atticē loqui: hoc est, lingua Attica. Cic. de Clar. Orat. Nam si quis eos, qui nec incepit dicunt, nec odiosē, nec putidē, Atticē putat dicere, is recte nisi Atticum probat neminem.

**A'ttīcīsmus, ἀττίκωψ.** Est quædam peculiaris Attici sermonis elegantia. Cic. de Clar. Orat. Et ille Latinus Atticismus ex intervallo regustandus.

**A'ttīcīssō, as, Atticē loquor, ἀττίκωψ.** Plautus: Nō Atticissat, sed Siciliat. Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatissem loquebantur: ita Siculi omnium pessimē. Vnde etiam Cic. Q. Caecilium irritet, quod linguam Græcorum nō Athenis, sed in Sicilia didicisset.

**Attīlius Regulus.** [ German. Ein Burgermeister zu Rom/ welchen die Carthaginenser durch Eift im Krieg stiegen.] Consul Romanus, qui primo bello Punico quum Carthaginenses sèpè viceret, tandem per insidas captus, & postea Rōmam missus est à Carthaginensisibus pro permittandis captivis: sed quum Romam venisset, ipse met permutationem dissulxit, & Carthaginem rediens, crudelissimē est necatus. De hoc multa Cicer. lib. 3. Offic.

**Attropatia.** Vide ATROPATIA.

**Atuacutum, ἀτυάκυνη.** Ptolemæo, urbs est inter Tungros, post Tabullam flumen sita. Sunt qui Antuerpiam esse credat: sed hoc Ptolemæi descriptioni non convenit. Antuerpiam enim sita est ad Scaldem fluvium, qui etiam à Cœlare eodem nomine dicitur, Oceaniq; sinu alluitur. Tungri verò in Mediteraneo sunt, multum à Scalde disti. Vide Becani Origines.

**Atura, Oppidum est Galliæ Aquitanicæ.** Aturia, ἀτύρια, pars Assyriæ, in qua Ninus civitas est. Strabo ab initio lib. 19.

**Aturius, Galliæ fluvius, teste Ptolem. vulg. Le Doux.**

**Attyla, [ἀτύλας. Ger. Ein mechtiger und grimmer König der Hünnen. Vng. Hatalmas Atilla király.] Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere, qui subiecta Pannonia, Italiam ingressus, Aquileiam subvertit: & in Germaniam transiens, plurimas valetates ædidit: indeq; domum reversus, dum novis nuptiis operam dat, vino plenus effuso è naribus multo sanguinis susfocatus est. Hie tot cladius rem Christianam afflxit, ut apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.**

**A'tys, ἀτύς.** Apud Poëtas pueri formosissimi nomen est, quem Cybele casto amore adamavit, cumq; sacris suis præfecit ea lege, ut perpetuò castitatem conservaret. Sed quum postea voti sui parum memor, Sangaritidem nympham compressisset, ab irata dea in furorem actus, testes sibi execuit: quumq; etiam manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinu ab borea mutatus est. Vide Ovid. lib. 10. Metam. q Atys alias fuit Creesi, Lydias regis filius, qui quum ante semper mutus fuisset, in eo tandem prælio, quod Lydias servitutē attulit, quū Cyri militem videret sublato ense pati suo cædem illaturum, pīmia loquēdi cupiditate lingue vinculū abruptit, claraq; voce patris sui interitum deprecatus est. Autor Herod. libro 1. q Atys alias fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta est: & Tyrrhenū à quo Tyrrheni appellati sunt, de quibus Strab. lib. 5. q Atys alias fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptiis occisus est à Persefo: corripit autem primam Ovid. lib. 5. Metamorph. - erat Indus Atys, quem flumine Gange Edita

Limniace vitreis peperisse sub undis. Creditur.

**A'tys Sylvīus, Albæ Sylvii filius, quem Eu'bius Aegyptum Sylvium vocat. Hic quū vigintinovem annis regnasset, Cap' filio relicto, diem clausit.**

A ante V.

**Avalites, sinus, αὐαλῖτης κόλπος,** in dextra parte subri maris. Vide ABALITES, Stephanus.

**Avalla, Vide A BELLA.**

**Avantici, αὐαντῖκοι.** Germ. Welsberg. Ptolemæo, populi Helvetiis finitimi, quos Ptolemæus lib. 2. cap. 9. inter sequanos collocat.

**Avaricum, Oppidum** sicut Biturigum, flumine & paludibus cinctum: de quo multa apud Cæsarem de bell. Gall. Sun qui credant hoc oppidum esse, quod Galli vocant Viuron en Berry. **Avasis, αὐαστος,** Urbs Aegypti, quæ & Oasis vocatur: causam nominis vide apud Steph.

**Avathia, vel Avara, αὐαθία, αὐαρα, οὐαρα,** Oppidum. οὐαρα est Abram. Steph.

**Auctonius, filius Apollinis & Cyrenes Penei filiæ.**

**Aucula, Urbs Tuscorum Ptolemæo: alii Aquula.**

**Avelburgum, Marchia Brandenburgensis.**

**Avella.** Urbs est Campaniæ. Vide in APPELLATIVIS.

**Avenio, onis.** [ αὐενιον Stephano: Vulg. Avenion. Ger. Avennon eius provincia dem Bapst zugehörend.] Oppidum est Narbonensis Galliæ, ad Rhodanum, Cavarum metropolis: de quo Plin. lib. 3. cap. 4. Hodie Pontificie ditionis est, Clemēti enim sexto ejus nominis Pontifici, urbem hanc cū vicino agro vendidit Johanna Sicilia regina: ut est videre apud Volaterranum.

**A'ventinus, ni, pen. prod.** [ αὐεντῖνος. Ger. Einer auf den höch Bücheln in der Stadt Rom an dem die Tyber unten hin laufft.] Vnu ex septem urbis Romæ montibus, cuius radicem Tyberis præterlabitur: ita dictus ab avibus (ut ex sententia Nævii resert Varro) quarū ob situs opportunatatem, amnisq; vicinitatem maximā ibi copia erat. Vel ab Aventino Albanorū rege, qui in eo extinxetus est, & sepultus. q Vel ab adventu hominū, qui ad Diana templum, quod eo in mōte à communī Latio conditum fuit, cōmeabant. q Vel ab aduestu: quod Varoni magis probatur. Erat enim hic mons reliquis paludibus discreta. Vnde ratibus ad eum adychebantur, quadrante pro nauio persolventes. q Fuit item Aventinus, cognomento Sylvius, Albanorum rex, Romuli Sylvii filius, & pater Procæ, à quo no manlii Aventino monti (in quo sepultus est) nomen factū existimat. q Est præterea Aventinus apud Virgil. 7. Aen. nomen filii Herculis ex Rhea, qui Turno aduersus Aeneam supericias tulit.

**A'ventinus, na, num, adjectivum: ut Arx Aventina, apud Ovid. 6. Fast. Et Aventinum jugum apud eundem lib. 3.** **A'vernūs, αὐερνός, gener. mascul. in plurali Averna, orum, Lacus Campaniæ, prope Bajas, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen esse ruditis vetustas credidit. Vulg. Lago de Tripergola. Vnde & pro inferorum sede à Poëtis usurpatur. q Dīcus Avernus, quasi αὐερνός: hoc est, avibus carcas, sive q aves supervolantes gravi ejus odore ene cētū: sive quod sulphureæ exhalationes ærem usque adeò extenuent, ut aves sustinere non possit. Lucr. lib. 6: Principio quod Averna vocant, non nomen id ab re Impositum est: quia sunt avibus contraria cunctis. Strab. lib. 6: Contiguus Baïs Luctinus absit sūnus, intra quēm Avernus est.**

**A'vernūs, a, um, adjectivum.** Ovid. 17. Metam. Ne fleat rend sua luma, donec Avernas Exierit valles. Virg. 2. Georg. Tyrhenusq; fretis immittitur æstus Avernus.

**A'vernālīs, le, adjectivum:** ut, Aquæ Avernales. Horat. 5. Epod. Avernales nymphæ. Ovid. 3. Metam.

**A'verrīncūs, ci,** Dei nomen erat apud Romanos, qui mala averruncare: hoc est, depellere, atq; avertere putabatur. Αντηρνῆς. Cujusmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos idcirco ἀλεξανδρεῖς, δαντοπεπτίους, ἐπαργανίουs appellabant. Pacuvius apud Varr. lib. 6 de ling. Lat. Deus qui meis rebus præest Averruncus.

**Aufēfā aqua,** Olim dicta fuit, quæ postea Martia dici coepit, omnium aquarū toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris, salubritatisq; laude cæteris prælata. Oritur in ultimis montibus Pelignorū: transit Marsos & Fucinū lacum, Romā nō dubiè petens: mox specu mensa, in Tybrinīa se aperit, novē milium passuum fornicibus perducta. Primus eam in Vibē ducere auspicatus est Ancus Martius, unus è Regib. postea Q. Martius rex in Prætura: à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, quum antea Aufēfā diceretur. Hæc fere Plin. lib. 31. cap. 3.

**Aufidēnā, æ, penult. prod.** αὐφίδηνα. Oppidum est in quarta regione Italiæ, sub Ferentanis situm, teste Ptolemæo, libro 3. capite 1.

**Aufidēnātēs, αὐφίδηνάται,** Populi, quorū Plinius inter Samnitēs meminit. lib. 3. cap. 12.

**Aufidēnūs, Cognomento Lurco,** qui primus paynes saginac aggressus



simi: qui quum Triballos, & Ardæos vicinos suos debellaverunt, postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti sunt. Autor Strab. lib. 7.

**A**uthè, Alcionæ gigantis filia fuisse perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis sororibus se in mare precipitavit. Sex autem Alcionæ filiæ fuisse creduntur, Pausonia, Authe, Asterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quæ ob desiderium patris ab Hercule occisi, quum in mare se deojicere vellent, in Alcyones aves sunt mutatae. Apud Suidam tamen, unde hæc videntur esse descripta non legitur, non autem.

**A**utini autem, Hibernæ populi sunt Ptolemæo.

Autocanes, Mons ponitur ab Homero in Hymnis.

Autolia, (quod hic corruptè legebatur pro matre Vlyssis,) Vide ANTICLEA.

**A**utolycus, autolycus. Fur maximus perhibetur: avus pater-nus & nonnus & maternus avus Vlyssis. Mart. libro 8: Non fuit Autolycus tam piceata manus. qd Alter fuit Parnassi incola, de quo Strabo libro nono scribit, quod furto vicinorum bona surripuerit.

Autolius, Vide AVLIVS.

Autololes, pen. corr. autololes, populi sunt Africæ ad Atlantem montem. Vide Plin. lib. 5. cap. 1. & 2. & Silius lib. 3: Necnon Autololes levibus gens ignea plantis, cui sonipes cursu, cui cesserit incutio amnis, Tanta fuga est.

**A**utomalax Ptolemæo, Automala Straboni, Castellum est in intimo Cyrenaici sinus recessu situata. Sunt, qui hodie Estiam vocari credant.

**A**utomedon, penultima correpta, Nomen aurigæ Achillis. Virgil. 2. Aeneidos: - & equorum agitator Achillis Armiger Automedon.

**A**utomedones, automedones, Cadmi Thebarum coditoris, & Hermiones fili a fuit, & Aethonis ex Aniste mater, qui & ipse à nomine matris, Automedon vocatur ab Ovid. lib. 3. Metam.

**A**utricum, autrius, Apud Pro. lib. 2. cap. 8: Galliarum urbs, esse creditur, quæ vernacula lingua Chartres appellatur, à Cesare Carnutum.

**A**vus, autem. Fluvius Thesprotiæ, ad quem Paravei populi habitant, Stephanus.

**A**uximum, penultima prod. autem, Piceni urbs: à qua Auximates populi dicti sunt, quorum meminit Plin. lib. 3. Vulgo Qsinum dicitur.

**A** ante X.

**A**xantos, Insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

**A**xenum Mare, [æxi⁹ nōr⁹, æxi⁹, German. Das ungewöhnlich Pontische Meer von wegen der grausamkeit der umhüllenden Wölkeren.] Olim dicebatur quod hodie Ponticum, & Euxinum dicuntur sive à truci accolatum barbarie appellatum. æxi⁹, enim in hospitalis est Nam, ut Strab. libro 7. tradit, solebant Scythæ, maris hujus accolæ, hospites immolare, eorumque carnibus vesci, calvisque uti loeo poculorum. Ovidius de Ponto: Frigidam cohabitent Euxini littora Ponti: D.clus ab antiquis Axenus ille fuit.

**A**xia, ægia, Vrbs Locorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Est & alia Italæ. Steph.

**A**xiacæ, ægiæ, populi sunt Sarmatæ Europææ, inter Tyran & Borythinem annes Peucinis & Carpianis proximi: ita dicti ab Axiace fluvio, ex Peucinis jugis nascente, qui Carpatho monti adhaerent. Hæc autem populos justissimos fuisse tradit. Pomp. lib. 2. ut qui furii omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12. & Ptol. lib. 3. cap. 5.

**A**xiaces, ægiæ, Fluvius est Sarmatæ Europææ, in Peucinis jugis nascentis, qui Carpatho monti cohæret: à quo vicini populi Axiacæ nominati sunt: ut docent Melas lib. 2. Ptolem. lib. 3. cap. 5. & Plin. lib. 4. cap. 12.

**A**xiæ, Mulieres dicebantur, sive dii una agentes, Festus.

**A**xiocchus, ægiæ, Nomen Atheniensis cuiusdam clari, quem Plato in libro de Morte contempnenda una cum Socrate dispuitanter introducit, forè quod Socrates illi fuerit familiarius.

**A**xiōn, ægiæ, Frater fuit Alpheusibææ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfactus esse creditur, vel ut sentire videtur Ovidius, à filiis Calirrhoës.

**A**xiūm, ægiæ, Vrbs in Mysia inferiori, Pro vulgo Chilia.

**A**xius, ægiæ, Vulgo Vandæ, Fluvius Macedoniae, in sinum Thermaicum influens, de quo Plin. lib. 4. cap. 10: Europa, inquit, ad Axium fluvium, & paulò post: Mox in ora Ichne fluvius Axius. qd Est item alijs hujus nominis fluvius Paphlagonum post Mygdoniam fluens.

**A**xonæ, ionum fluvius in minore Asia. Plin. lib. 5. cap. 27.

**A**xonæ, pen. corr. ægiæ, Fluvius est in extremis finibus Rhenorum. Antonius in Mosella: Non tibi se Liger anteferset, non Axona præcepis.

## AXOAXV AZAAZOBAB

**A**xos, Vrbs Cherronesi Thraciz. Axos etiam Græci crepidines vocant.

**A**xumites, ægiæ, Metropolis Aethiopum, Stephan.

**A**xilus, ægiæ, Phrygis cuiusdam nomen est, singulari benevolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Trojam interemit: ut tradit Homer. Iliad. 6.

**A** ante Z.

**A**za, ægiæ, Oppidum est Armeniæ minoris, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 9.

**A**zan, anis, ægiæ, Mons est Arcadiæ, Cybele deorum matris, & à quo nonnulli vicinæ regionem Azaniam vocant: lunt: quam canens Stephanus ab Arcadicâ quadam muliere nominatam mavult, cui Azano nomen erat. Statius: Venit & Ideo ululibus æmulus Azan.

**A**zania, ægiæ, Stephano. Regio est Arcadiæ ita dicta à monte editissimo, cui Azan nomē est: sive (ut Stephanus placet) ab Arcadicâ quadam muliere, quæ Azano dicebatur, ut dictum est. qd Azanæ mala, A'zawāa rāqib. Dici solitum, ubi quis in re perdifficili & in frugifera plurimū sumeret labores, aut ubi res esset cuiquam cum homine difficili, moroso, intratibilib, tenaci. qd Hujus regionis incolæ Azanæ dicti sunt, ægiæ. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres precipuos divisæ populos: Parthasios, Azanes, & hisce recètores Tazepanzios. qd In hac regione fons sit, cuius aquam gurtibus tantum deinceps aquarum oborietur fastidium, ut ne odorē quidem earum ferre possent. Non me latet, plerosq; in ea fuisse sententia, Azanii fontis aquas, vini, non aquæ fastidium generare: quorum judicio quo minus subscriberem, fecit Eudoxi ipsius autoritas, cujus verba ex sexto de terra circuitu lib. referit Stephanus hunc in modum: E' si xebun & A'zawāa, ḥrōs ydouphous ḥ'udat & ḥ'udat & ḥ'udat. Huic fonti contraria vitæ obtinet, qui in agro Clitorius est, cujus aquas qui gustaverit, abstemius redditur, ut tradidit Plin. lib. 31. cap. 2. & Ovid. i. 5. Metam.

**A**zani, norum, ægiæ, Stephano, Oppidū est in ea parte Phrygiæ, quæ Epictetica cognominatur: de quo Strabo. lib. 12.

**A**zenia, Pars tribus Hippotontidis in Attica. Steph.

**A**zilis, Aziris, Azirus, Locus, vel urbs, vel fluvius Libye. Steph.

**A**ziris, ægiæ, Ptolemæo, Civitas est Armeniæ minoris.

**A**zon, Vide A ZA.

**A**zotus, Vrbs Paphlagoniaæ Tripolitidis. Steph.

**A**zotus, ægiæ, pen. prod. Vrbs Syriæ, inter Ascalonem & Iope, quam, ut at Stephanus, condidit quidam è mari rubro profugus, ex nomine uxoris suæ Azæ. Hæc est una è quinque Philistinorum urbis, quondam clarissima. qd Est & Azotus, urbs Achææ, cuius meminit idem Steph.

**A**zotus, a. um. adjetivum, ægiæ: ut, Vixi Azotii, ægiæ, qui Azotum habitant.

B



Aal, []**b**ahal.] βαλλ Suidæ, ait August. non men apud Tyrios, quod datus Iovi. Nam Baal Punici videntur dicere dominum: unde Baalsamen, quasi dominum cœli dicunt: Samen quippe apud eos cœlum appellatur. Vide in BAHAL.

**B**aælah, civitas est in tribu Dan, quam Salomon rex splendidis exornavit aedificiis.

**B**abactes, βαβάτες, Vnūm ex nominibus Bacchi, Βαβαγαζ, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quosdam ululatus edebant.

**B**abbæ Plinio, βαβæ Stephano, Africæ oppidum est, ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia translata est, & à nomine avunculi Iulia campætris appellata. Plin. lib. 5. cap. 1. **B**abilus, animal volatile, quo vulgo Barbellus dicitur, de quo Amb. lib. Hex. Fertur hic corniger vermis converti primùm in speciem caulis atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bambilius: nec eam tamen formam, figuramq; euſtodiit, sed laxis & latoſibus foliis pinnas videtur assumere. Ex his foliis mollia illa Seres depeçunt vellera, quæ adūsus sibi proprios divites divitarent.

**B**abrantium, βαβαρνος, Locus circa Chium Steph. videtur aut etiam Babras dici apud eundem. Babras enim, inquit, oppidum est Acolidis prope Chium, à quo gentile Babrantius.

**B**abylōn, pen. prod. []**b**abyl βαβαλ. Ger. Die grosse und gewaltige hauptstat Babylon in Chaldea am flus Enphrate gelegen.] Vrbs nobilissima, ad Euphratem fluvium sita, olim Chaldaea totius caput, à qua magna Mesopotamia, Assyriaq; pars Babylonias appellata est: ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26. Hanc Strab. lib. 16. à Semiramide conditam tradidit. Hebræorum verò litteræ originem ejus ad Nimrod gigantem referunt: & à aliquatu confusione ita nominata volunt Hæc postea à Nine vel Semiramide inaurata, mœnibus ac hortis pensibus, temploq; ac arce maxime fuit admirabilis: caspi planicie un-dig; con-

dīq; conspicua, natura loci lātissima, castrorum facie, mōnē-  
bus paribus per quadrūm disposita. Murorum ejus vix credi-  
bilis relatu firmitas, & magnitudo: utpote qui in latitudinem  
cubitos quiaquaginta habuerint: in altitudinem ducentos.  
Ambitus ejus quadringentorum octoginta stadiorum fuisse  
traditur. Euphrate fluvio medianam eam interfluēte. Murus co-  
culi latere atque interfuso bitumine compactus. Quem tam  
latum fuisse quidam scribunt, ut quadrigē sibi invicem occur-  
rentes, facile pertransire possent: Vnde & inter se pētū specta-  
cula orbis numeratur. Fossa extrinsecus latē patēs, vīce annis  
circunfluit. A' fronte murorum centum portas ærē. Hoc urbs  
quām aliquāndo defecisset, & Semiramis circa cultū corporo-  
nis occupata esset, soluta adhuc altera crinum parte, ad eam  
recuperandam cucurrit: nec priūs decorem capillorum rede-  
git in ordinem, quām urbem in suam potestatem restitutam  
vidit. ¶ Est & Babylon Aegypti castellum, ut ait Strabo lib. 17.  
naturā munitum, à Babylonis quibusdam conditum, qui re-  
līcta patria, sedēm ibi permittente Rege, sibi delegerant. Hic  
postea collocata fuit una ex tribus legionibus, quæ Aegypto  
præsidii gratia impositæ erant. A' Ptolemao Babilis, βασιλεὺς  
appellatur. Non procul distat à Delta Nili insula, eam partem  
spectans, in qua sita est Memphis, amplissima Aegypti urbs,  
quæ hodie Cœyrum appellatur.

Babylonia, Regio est majoris Aliae: à Septentriione Mesopotamiae partem spectans: ab Oriente Susianam: à Meridie finas Persici partem: & ab Occidente Arabiam desertam: ita dicta à Babylone urbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldaæ totius caput.

Babylōnī cūs, a, um, βαβυλωνίς, Possessivum à Babylonē formatum: unde Babylonica vestes, & Babylonica stragula dicta sunt, quæ diversos colores habebant in contexto: quod genus Babylone maximè celebratum fuit, teste Plinio libro 8. capite 48. Eadem & Babylonica substantiæ dicuntur. Plinius loco jam citato: Metellus Scipio Babylonica triclinaria lysteriūp ostentantis milibus vénisse, in criminibus, Capitonis posuit.

Babylōnia, Gentile nomen à Babylonē formiat. Cicer. 2. de Divin. Nam quod ajunt, quadringenta septuaginta millia annorum in periclitandis, experientisq; pueris, quicunque essent natū, Babylonios posuisse, fallunt. Babylonius, adjectivum. Lucan. libro 6: Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Babylō, Castellū munītissimum Atropatē regionis Medic  
prop̄ Artaxata urbem, Strabo lib. 11.  
Baburace & Cyprius Vnde Persica Steph.

Babytace, *Babutum*, Vrbs Petrica, Steph.  
Baccales, (quod huc ex Herodoto corrupto)  
Vide CANABALES.

Baccæum, ~~Bacca~~, Hispanæ gens. Steph.  
Baccha, Villa quædam circa Mæotidem.  
Bacchemon, teste Lactantio, Persei fuit filius, & Andromedæ,  
& ut idero dicit, apud quoſdam populos Orientales impera-  
vit (ex Bocatio) qui postea ab Achæmenide Baccho mōntis fi-  
lio Achæmenides appellati sunt: hi Apollinis ritus se inveni-  
ſe aſſerunt.

Bacchides, penult. corrept. ~~Bacchidēs~~, Nomen proprium vi-  
ni, quod apud nos luctus fortis, vel vetustas in vomitu dici  
potest.

**Bacchides**, *Ducis proprium, qui Sinopem urbem Lucullo prodidit. Autof Strabo lib. 12.*  
**Bacchilso**. *Fluvius qui de Vicentinis montibus defluit.*

Baccinio, fluvius qui de Vicentini montibus defluit.  
Bacchus, **βάκχος**, Iovis ex Semelē filius, putatus est deus vini, & pro ipso vino poni consuevit. Hic multi nominis fuit: nam primū Dionysius: deinde Liber pater dictus est: & postremō Bacchus, ut Diōdoro placet, à Bacchis mulieribus, quas **βακχόδοντες**: hoc est, insanentes, & ita modestè se gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas secum habuisse fertur. Idē & Osiris dicitur, & Bromius & Lenæus. A' Græcis etiam **ἀμυντης**, quod bis natus fuisse, & duas quasi matres habuisse fin- gatur. Ferunt enim Semelen ex Iove jam gravidam, quam ab amatore deo (qui se illi daturū quicquid petisset, per Styg. ē paludem iuraverat) Iuaonis dolo hoc sibi munus rogasset, ut talis secum, qualis cum Iunone solebat, nocte una cōcumberet, fulmine fuisse exultam, puerumque utero exemptum, Iovi femori fuisse insertum: quem ille postea maturo partus tempore, more gravidæ mulieris est enixus. Hic orbem ferè terrarum peragreditur: multas nationes domuit: Indos debellavit, & primus omnium triumphavit, vestus Indico elephanto, ut scribit Diodorus. Primus emere ac vendere instituit, & dia- dema regum ac triumphū invenit. Dictus etiam Bacchus fer- tur, **ἄντες βακχος**: hoc est, à vociferando & ululando, adjecta litera **τ**, quo vastior ille Mænadum sonus in ipso Dei nomine redderetur. q' Cicerus Bacchus, **Eγένετο Διόνυσος**. De re vehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex legu- minibus coacto, qui vinum imitatur. & Crudelis Bacchus;

**Ἄγνωστης Διόνυσος.** Bacchus quondam vivos homines sacrificare mos erat: unde in crudeles convenit, sive quod temulentia feroces reddat & immittet. q Nihil ad Bacchum, ὁ δὲ οὐδεὶς Διόνυσος. Vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinēt? quæ eleganter dicimus ἀποστολάνων. q Multi thyrsigeri, pauci Bacchi, παῖδες την καρπήν φέροι, παιῶν δὲ περάκους: id est, plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Carmen hexametrum proverbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortalibus adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Bæcchæ, bacchæ, **βάκχη, μαυρας**, Bacchi sacrificula, que & Mænas, & Thyas, & Baſſaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoq; anno ad Citheronem montem catervatim cum Thrysis convenientes, ut ibi Bacchi Orgia magno cum ululatu celebrent, Bacchæ dicebantur. Ovid. 9. Metam. Vtq; tuo motç, proles Semelæia, Thyrso Ismaritæ celebrant reperita triennia Bacchæ. Cicer. Fab. lib. 7: Bacchis verò ubi est apud me locus? At pulchellæ sunt uovi optimè, & sèpè vidi. **¶** Bacchæ more, **βάκχης τέσσαρις**. De terticiis ac taciturnis dictitari solitum, quod essent bujusmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore: Autor Diogenianus. At Iuvenalis retulit ad vitam intemperantem: Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Bacchānl̄, vel Bacchanale. [διονύσιος, βακχαῖος. Pol. Μισθόποντί<sup>m</sup>  
y poganici rospūt. Ang. Dayes whereon they solemnised Bacchus fea-  
stes in riot and dronkeresse.] Locus in quo Bacchi festa celeb̄a-  
tur. Plaut. in Aulul. Ad Bacchus veni in Bacchanal coquinatū.  
Bacchanalia, quæ & Dionysia, διονύσια; Bacchi festa, in quibus  
viri per noctem foeminis & teneræ etati turpiter miscabantur  
per dolū. Vnde est illud apud Iuvén. Sat. 2: Qui Curios simu-  
lant, & Bacchanalia vivunt. Hæc à multis Græciæ urbibus tri-  
ennio quoq; celebrabantur. q; Est autem hoc nomen pluralis  
numeri tantum: facitq; genitivum Bacchanalium, vel Bac-  
chanaliōrum: quod & in cæteris festorum nominib; ob-  
servatur.

Bacchēis, idos, ſexys, Denominativum fœmin. Vide in A.P.  
PELLATIVIS

Bacchēus, a,um, per tres syllabas, quarum penultima producitur. *βακχας*, possessivum à Baccho deductum. Colum.libro 10: -per omissa silentia. Musi Pierii nemoris Bacchus a vocē frementem. Virgilus à diphthongum dividens, per quatuor syllabas exculit, lib. 1. Georg. Quid memorandum *zque* Baccheia dona tulerunt?

Bacchicūs, a, um, *Bacchus*, Possessiv. Vide in APP ELL.

Bacchides, pen. corr. *Bacchidēs*, Patronymic. Vide in APPENDIX LATIVIS.

Bacchides nomen unius ex satrapis Assyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio adversus Machabæos missus, ab illis est interfectus.

Bacchium, sive Baccheum penult. prod. *βακχεῖον*, Vide in APPENDICE PELLATIVIS.

Bacchidae, *Barzax* *ad* *la*, Dicti fuerunt qui è Corinthon exules in Siciliam devenerunt, & urbem inter Pachynum & Pelorum ædificantes Siculi facti sunt. q Hi à Bacchia Dionysii filia originem duxerunt. Strab.lib.8.de Corinthon loqueñs: Bacchidae, *inquit*, annis fermè C.C. urbem dominatione tenuerant, & tyranni locupletissimi, & numero plurimi, & genere clari evadentes, emporium ipsum adempto metu fructuosum possidej, &c. Ovidius tertio Metamorph. Et qua Bacchidae bimari gens orta Corinthon intet inæquales posuerunt mœcias portus.

Bacis. Vates quidam Boeotius, cuius meminit Cicer. in lib. de Divinat.

Bac̄tes, bac̄ms, Bacchi nomen, quemadmodum & Babactes;  
d̄i r̄ḡ Bac̄. id est, clamo, vociferor. Solent enim Baccho: hoc  
est, vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebra-  
ntes; omnia tumultario quodam, & incondito clamō-  
re replevere.

Bactriorum, orum, Scythia, Scythia, provincia, ultra Assyriam, à flumine Bactro cognominata. Virgilius libro secundo Georg. neque Bactra, neque Iridi Laudibus Italiz certent. Ejus provinciae populi Bactri, Bactrii, & Bactriani, Bactrioi, Bactrigavo vocati sunt, quorum rex fuit Zoroastres, magici artis inventor. Bactrianum regnum olim mille urbibus fuisse inclytum ferunt. q Bactra item sive Bactrum (ut apud Plinium legitur libro sexto, capite 16.) oppidum est eiusdem regionis, Bactrianorum regum regia, & totius regni. Apud ita dictum à Bactro fluvic, quum antea Ariaspae appellaretur. De Bactrianorum moribus memoria prodictum est ab Onesicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales vocant, quibus parentes morto, & tate confectos objiciunt dilacerando. Muihites autem earum splendido cultu & unguentis uti, à servis & ancillis multo magis quam viros coli, nec nisi equo insidentes, magnoque & aurii & gemmarum apparatu excultas, in publicum prodire: matrimonii autem castitatem non a ser-

vare, sed tam servis, quam advenis promiscue sese commisce-  
re: nec a viris eo nomine accusari, quibus ipsæ dominati vi-  
denter.

Bæctros. Fluvius est in finibus Scythiaæ Asiaticæ, à quo Baetra  
regio, & Baetrum urbs nomen sumpsit. Lucan. libro 3: Erran-  
tes Scythiaæ populi, quos gurgite Bæctros Includit gelido, &c.  
• Bacuri, vel Bacyriani, scilicet Baxugoi, & Baxvæas, Gens Parthis  
& Medis vicina.

Bacuntius, vel Baguntius, Pannonicæ fluvius est, in Savum  
influenus. Autor Plin. lib. 3. cap. 25.

Badas, Syriæ fluvius est, Memnonis sepulchro mobilitatus.  
Strabo lib. 15.

Badacum, scilicet Badacor, Civitas est Norici, apud Ptolem. lib. 2.  
cap. 14, quam nonnulli putant candens esse cum ea, quam bo-  
die à Saltæ vicino fluvio Salzburgum vocant.

Badena, Urbs alia in Helvetia; alia in Marchia: à Thermis a-  
pud Germanos nomen suum habens.

Badeos, Bædæs, Vrbs Fœlicis Arabie, juxta rubrum mare, Steph.

Badiza, Bædæs, Vrbs Britanniaæ, Steph.

Bææ, Bæa, Mons Cephalinæ à Bæo Vlyssis gubernatore, Steph.

Bæaca, Bæaca, Civitas Chaoniae, Steph.

Bæbæ, Bæbæ, Oppidum Caræ, Steph.

Bæcyla, Bæcyla, Vrbs Iberiæ juxta Herculis columnas, Steph.

Bænacus, vide BENAVS.

Bænnæ, vide BENNA.

Bæniss, Bænis, Apud Strab. lib. 3, Fluvius est Lusitaniae, omniū  
eius regionis fluviorum longe maximus, cuius fons est apud  
Cantabros. Alio nomine vocatur Minius.

Bæodurum, vel Bacodurum, vel Bolodurum, vel Bata-  
bis, Ptol. Poëticum. [Vulgò Βαθεία.] propter confluentem  
Aeni in Danubium. Vrbs est Bavariae.

Bæfampsæ, Bæfampsæ, Civitas in Arabico sinu circa rubrum  
mare, quæ domus est Solis.

Bæli, Bæli, vide CYTHOPOLIS.

Bætarrihus, Bætarrihus, Magnus vicus in Palæstina, Steph.

Bætharræ, Bætharræ, Vrbs Celticæ, Steph. I

Bætiræ, Bætiræ, Vrbs Galliæ Naibonensis. Ptolem. lib. 2. cap.  
10. Forte Bifrons.

Bætiscæ. [Βαστικη. Il regno di Granata. German. Das Röntgerreich  
Granaten in Hispanien Polon Krolies, suo Granat, skewetus spami.] Hispania regio Australis, à Lusitania Ana fluvio discreta: ita  
dicta à Bæti amne, qui eam medianum perfluit. De hac Plinius  
libro 3. cap. 1. & 2. Hodie bona hujus regionis pars Granata  
dicitur, à granitæ tinctori copia, quod Græco nomine Coccus  
appellamus.

Bætis, Bætis. German. Ein flus in Hispanien des Röntgerreichs  
Granaten. ] Fluvius est ulterioris Hispaniae, qui ex Tarraconensi  
agri finibus labens, Australiæque Hispaniæ regionem,  
quæ ab eo Bætica appellatur, medium percurrens: tandem no-  
procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Hu-  
jus fluvii aquæ lanas optimè tingi, autor est Martialis, quem  
ait: Bætis olivifera crinæ redimite corona, Aurea qui nitidis  
vellera tingit aquis.

Bæticola, Bæticola, pen. corr. Accola Bætis fluvii. Sil. lib. 1: - & vulgus  
Iberum, Bæticolasq; viros spatiis agitabat inquis.

Bæticus, ca, cum, adjectivum: [Βατικης. Polon. Sperawi. Vng.  
Ekekezsin. Ang. Duke colour, betwene russet and blake.] ut Bæticus  
color, obscurus, qui & pullus dicitur, & Hispanus, & Nativus.  
Nam in Bætica Hispaniæ regione vellera, natura nulla sunt; ex  
quibus tenuiores sibi vestes conficiunt, quæ fidelissime colo-  
rem suum servant, neque facile maculis inficiuntur.

Bæticus, a, um, aliud adjct. Pullatus. [Polon. Wyspijsne ob-  
liezioni. Ang. Cladde in mourning apparel.] Mart. lib. 1: Et bæticus-  
tus, atq; leucophæatus.

Bætium, Bætus, Vrbs Cappadociae, Steph.

Bætulon, Bætulon, Hispaniæ fluvius est in Tarragonensi tra-  
etu, circa montem Iovis, non procul à Barcinone in mare in-  
fluens. Hispaniæ hodie sua lingua Besonem vocant. Meminit hu-  
jus fluvii Pomponius Mela lib. 2. q; Est item Bætulon oppidi  
nomen in eodem tractu: quod recentetur à Plin. lib. 3. cap. 2.  
& Ptol. lib. 2. cap. 6.

Bætylus, Bætylus. Vide in APPELL.

Bæus, Gubernator Vlyssis, Vide BÆA.

Bæzær, Civitas est trans Iordanem, Orientem versus ad soli-  
tudinem vergens, in campestri terra sita. Hæc secundum Mo-  
sen lib. 5, non solum fugitivis homicidis tutissimum asylum fuit:  
verum etiam, testante Iosua, Metati nepotibus de tribu Ru-  
ben assignata est.

Baganonia, Pars Macedoniæ, maximè australis, Ptolem.

Baganum, Autore Ptolemaeo, Nerviorum civitas, alio nomi-  
ne Tornacum.

Bagoas, Bagoas, teste Curtio, Eynuchus fuit, ab Alexandro  
Magno turpiter adamatus. Hunc Orsines satrapes inter Per-  
fas nobilissimus, quum Regis amicos omnes munieribus af-

fecisset, solum præteriit, admonitusque à quadam, cum re-  
gi esse charissimum, respondit: Se amicos Regis, non sconsa  
colere.

Baguntinus, Vide BACVENTIVS.

Bahal, [Βαχαλ. βαχαλ.] numero singulari, inquit Hierony-  
mus, Tyriorū Deus habebatur. Babalim pluraliter, deos sive  
idola significat, & est masculini generis. Vbicunq; enim in fi-  
ne Hebraicæ dictio 1M syllabam legimus in numero plu-  
rali, est generis masculini. Vbi autem OTH, numero plurali,  
generis feminini.

Baiæ, arum, Bæiæ, Civitas Campaniæ, secus Campanum mare  
sit, situs amoenitate & aquarum salubritate celeberrima: ita  
dicta à Baio Vlyssis socio illic sepulto. In hujus agro aquæ ca-  
lidæ sunt, & ad voluptatem, & ad varios morbos commodæ.  
Silius: - doceo ille repentes. Vnde ferant nomen Baiæ, comi-  
temq; dedisse Dulichia puppis stagno sua nomina monstrat.  
Horat. libro 1. Epist. Nullus in orbe sinus Baiæ præglutet amœ-  
nas. q; Hinc sit Baianus, a, um, ut sinus Baianus, qui hinc Mi-  
seno monte, illinc Puteolis clauditur. Baiana ligata, & Oræ  
Baianus, apud Statium.

Baironi, Historicus, scripsit Breviarium rerum ab Alexandro  
gestarum. Autor Suidas.

Baius, Servio Bæus, vel Baias Straboni, Baias, Vnus ex so-  
ciis Vlyssis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatae creduntur.  
Vide BAIÆ.

Bala, Bæla, Civitas Galileeæ, Steph.

Balanea, Plinio, Bælæna, Stephano, Oppidum in confinio Sy-  
riae & Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Balani Sardianæ, Bælænoi ouq; Bælænoi, A' Græcis olim appella-  
bantur, quas nos Castanes dicimus. Primum enim Sardi-  
bus creduntur provenientes tradit Plinius libro decimoquin-  
to, capite 23.

Balbina, Virgo Romana & martyr Quirini, liberata à stru-  
vito per Alexandrum pontificem, sepulta in via Appia juxta  
patrem: qui ambo sub Traiano sunt passi. Autor Volat.

Balbura, Bælænæ, m, Vrbs Lyciæ, Stephan. Vide Bubo apud  
eundem.

Bælbæs Cornelius, Vide CORNELIVS.

Balcea, Vrbs circa Propontidem, Steph.

Baldraça, Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis,  
quæ quavis multarum rerum ob paupertatem esset iadiga:  
noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni imperatori,  
quavis multa promittenti, ut scribit Volaterranus.

Bælæres, Bælæres, Vulgò Majorica & Minorica. German.  
Two Insulae diecer namen in vñsetem West das an Hispaniam von  
Auffgang stetet. ] Duæ insulæ ante Hispaniam, 30000. passuum  
intervallo à se invicem distantes, quarum major, quæ Ori-  
entem spectat, 10000 passuum longitudinem habet: circuitum  
autem passuum 48000. cuius præcipua oppida olim fuerunt  
Palma, & Pollentia. Alterius in 60000. tantum passuum lon-  
gitudo extenditur: circuitus autem in passuum 15000. q; Di-  
cta Baleares, (ut quidam volunt) à Bælo quodam Herculis  
comite ibi relieto. Aut certè dñs Bæla: hoc est, à jaculando:  
propteræ quod fundæ jaculatione Baleares peritissimi habi-  
ti sunt. Tradit enim Lycophron, & post cum Florus lib. 3. cap.  
8, eam hisce in insulis observatam fuisse consuetudinem, ut  
esurientibus filiis à matribus jentaculum in sublimi trabæ  
proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi prius  
funda dejecissent. A' Græcis dicti sunt μωνοῖαι, eò quod nu-  
di aliquandiu vitam egisse dicantur, ac vestibus utentes, nec  
calecis. In hisce insulis tantus olim cuniculorum proventus  
fuit, teste Plin. lib. 8. cap. 52, ut in eos præsidium militare ab  
Augusto petere sint coacti. Hodie ab Hispanis: quorum im-  
perio parent, Majorica & Minorica appellantur. q; Baleares etiæ  
dicuntur incolæ harum insularum. q; Inde sit possessum Ba-  
learis, & are. Virgil. lib. 1. Georg. Stupea torquentem Balearis  
verbera fundæ.

Bælæricus, ca, cum: ut Balearica funda. Ovid. 2. Metamorph.  
Non secus exarbit, quam quum Balearica plumibum Funda-  
jicit: volat illud, & incandescit cundo. q; Balearica vina. Plin.  
libro 14. capite septimo: Balearica vina ex insulis, cōseruntur  
Italiæ primis. Balearica cochlearæ quæ herbis non vivunt, sed  
uvæ modo inter se cohærent, à terræ cavis non protépentes:  
unde & cavitacæ à Balearibus appellantur. Autor Plinius lib.  
8. cap. 39.

Balegium, autore Plinio, Apulia oppidum est maritimum, nō  
procul à Brundusio. Plin. lib. 3. cap. 11.

Baliardus, Philosophus quidam Gallicus ac Peripateticus,  
Parisii prodidit vir doctissimus, ab orthodoxis tamen in qui-  
busdam aberrans, à quibus nec per synodum jussu regis Lu-  
dovici hujus gratia coactam avelli potuit: sed in quodam lo-  
co deserto, cum sociis nonnullis omne cęum abstinendo exe-  
git. Volaterr. lib. 22.

Balias, sive Balias; {nam & in Græcis quibusdam codicibus  
Bælia}

Ballegit: in aliis βάλιον.) Vnus fuit ex equis Achillis, à Ballo colore ita dictus. Commemorat autem Homer. lib. 16. Iliad. tres Achillis equos; quorum duos Baltam & Xanthum immortales singit, ex Zephyro vēto, & Podarge Harpyla prognatos tertium autem mortalem, nomine Pedasum.

Balienus, Avunculus Catilinæ, Lucretium Asellam, consulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum civitatis statum petentem, occidit iussu Syllæ tunc Dictatoris, accusatus postea, ac damnatus. Pædianus.

Balimenses, Populi in Latio, qui alias Trebulani dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 5.

Balis, Vrbs juxta Libyæ Cyrenæ, βάλιον: dicta quod Balis Deus in ea coleretur. Steph.

Ballæ, Vrbs Macedoniae. Steph.

Balceum, βάλιον, Vrbs Macedoniae. Steph.

Balsæ, βάλιον, A' Plin. lib. 5. cap. item 5, numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. q' Est etiam hoc nomine urbs Lusitanæ, non procul à Sacro promotorio, & Anz fluvii ostiis, quæ vulgo hunc Tavila dici creditur. Commemoratur à Plin. lib. 4. cap. 22, & Ptolem. lib. 2. cap. 5.

Balthia, Insula est in mari Germanico, quæ mari Balticæ non nomen dedit. Meminit hujus insulae Plin. lib. 4. cap. 13.

Bambærga, Vrbs Episcopalis Franconiaæ.

Bamborum, Flumen Mauritanæ crocodilis & hippopotamus referunt, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 1.

Bambyce, βαμβάκια, Strabon Mesopotamiaæ civitas est, sive (ut Plinio placet) Syria Cœles, in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis: hoc est, sacra civitas appellatur, & Edessa. Vide latius in dictione EDESSA.

Banasa, Apud Plin. lib. 5. cap. 1, Romanorum colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

Banaurides, βαναύριδες, Insulae Thuscæ, à Banauro filio Ajacis, Stephanus.

Banixæ, alias Basanæ, Populi Thraciæ, Steph.

Bantiæ, βαντιά, Vrbs Italiae, Steph.

Banuri, Getuli sunt, incolæ Tingitanæ proviæ, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 2.

Baptæ, [βάπτιση. Ger. Gottespfaffen zu Athen der Göttern der Unschuld.] Athenis erant sacerdotes Cotyrius, impudicitiae, cui nocturna sacra peragebatur, saltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti autem sunt Baptæ, δαπτεῖς, quod qui sacris illis initiantur, aqua calida tingerentur. Iuv. 2. Sat. Cecropiæ soliti Baptæ lassate Cotyto. In hos Eupolis Comediam conscripsit, quam ab illorū nomine Baptæ appellavit, in qua mollissimè cōrū & libidinem depinxit. Quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. Vide plura de his apud Suidam; & Politianū Miscellaneorum cap. 10.

Bârabbâs, [בָּרְאַבָּה bar-abbâ. βαραβᾶς. Ger. Ein Watterbâs.] per duplex b, est Syra dictio, sicut & sequentes duæ, quæ apud nos significatur filius patris. Componitur enim ex בָּרְאַבָּה quod apud illos filius dicitur; & נָבָּה abbâ pater. Secundarius:

Tum coluere Bahal, tunc elegere Barabban.

Barace, Insula Gedrusiæ, Steph.

Barach, [בָּרָךְ barâk.] Nomen viri proprii, & apud nos significatur fulmen.

Barachias, βαραχίας, nomen viri, & benedictus seu Fulgor Domini interpretatur.

Baracum, βαρακού, Oppidum Africæ in tractu Cyrenæco, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. item 5.

Bârâtûrâ, Βαραθρόν, Emporium Indiæ extra Gangem, autore Ptolem. lib. 7. cap. 2. hodie Bangella civitas fecundissima, & regnum latissimum.

Baragasa, Aethiopæ oppidum, de quo Plin. lib. 6. cap. 29. Aliqui unum Aethiopæ oppidum ultra ponunt in littore, Baragasa.

Baramalacum, Nabathæorum oppidum non spernendum in ea parte Arabiæ, quæ est cōtermina Syriæ, ut autor est Plin. lib. 6. cap. 28.

Bârâthrum, [Βαραθρόν theom. βάραθρον. Gal. Abîsme, gouffre, lieu profond & dangeros. Ital. Abîso, profundità. Ger. Ein grausame Steife gruß / oder loch / war vorzeitig zu Athen ein solches 'bas vñben voll mür vnd fast / in welches sie die Übelthäte versandten. Hisp. Lugar sin bon don Pol. Præfæctus. Vng. Mely barlang. Ang. A deep and dangerous gulf or pitte.] Locus Athenis fuit immensæ profunditatis, in imo molles & cœnosus, in quem moxios, & damnatos deturbabant. Hinc factum est, ut loca omnia profunda, unde quis emergere non possit; ab illius similitudine

Barathrum dicantur: cuiusmodi apud inferos Tartarum fungunt Poëtæ, qui Bis patet in præcepis tantum, tenditque sub umbras. Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.

q' Hoc etiam nomine appellantur terræ cavitates, quæ flu-

vios haerent, aliis in locis rufus emersuros. Transfertur quoque ad alia. Martialis Barathrum sc̄mineum, pro locis muliebris dixit. Idem stomachi imū hiatum Barathru appellavit, quæ ait: Extremo ructus si venit à baratro. Horat. de Lurcone quodam loquens lib. 1. Epist. 16, usurpat pro inguvie & vöragine. Apud Demosthenem ponitur pro pernicie, ut annotavit Harpocratius.

Barbalissus, βαρβαλίσσον, Castellum in oriente muris circum, Steph.

Bârbârâ, Virgo Nicomedensis Dioscori nobilis viri filia, à quo in turrim est conjecta, quod se Christianam profiteretur: ac post omnibus probris nudatum, converberatumq; corpus, ab eodem ad præsidem ducta, jugularaq; in eadem urbe sub Maximiliano est. Denum Venetiæ (quæ translata est) condita. Autor Volaterr.

Barbarum, βαρβάροι, apud Strab. lib. 3: Promontorium est Lusitanæ, inter Tagi & Calybæ ostia.

Bârbârâ, pen. corr. βαρβαρία, Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. in Catil. Quare bellum nulla unquam barbaria cum sua gente gessit.

Barbesula, Hispanæ Bæticæ oppidum est, in conventu Gaditano: & fluvius, qui urbi nomen fecit. Vide Plinium libro 3. capite 1.

Bârcæ, βαρκαι, Vna est ex quinq; Libycæ Cyrenaicæ urbibus, quæ Pentapolim efficiunt: ita primum dicta à Barce regina: postea Ptolemais appellata: ut testatur Strab. lib. ult. & Plin. lib. 5. cap. item 5.

Bârcæ, βαρκαι, Regionis hujus incolæ. Virg. 4. Aeneid. Hinc deserta sita regio, lateq; surætes Barcae. q' Est item Barce promontorium in occidua Africæ parte, Occano imminens: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 1.

Bârcenæ, [Ger. Der Schwarze] Sylva est Germanæ, Suevos à Cherusciis dividens. Volaterr. credit eam esse, quæ hodie Sylvanæ vocatur, non procul ab agro Badensi.

Bârcha, Cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginenses, Bærichæ, ex qua fuerit Annibal & pater ejus Amilcar. q' Inde Barchina factio est, quæ Barcharum potentia favebat, & corrum in gerendo bello autoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est apud Liv. lib. 2. bel. Pun.

Bârcino, pen. corr. βαρκίνον, Vrbs est apud Hispanos, totius tractus Tarraconensis celeberrima, quæ vulgo Barcelona dicitur. Ausonius ad Paulinum: Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.

Barderate, Vrbs est Gallæ Togata ad Apennium. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Bârdessinæ, βαρδεσσῖνæ, Nomen proprium historici Babylonii, qui in duo dogmata Indos gymnosophistas dividit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samancos: qui tantæ continentia sunt, ut vel pōmis arborum juxta Gangem flumen, vel publico orizæ & farinæ alantur cibo: & quum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum coelestium, omnium Chaldeorum excellentissimus fuit. Cuius mentionem facit Eusebius lib. 6. Præparat. Euang.

Bardesene, Mesopotamiaæ præsul, Syrorum lingua doctissimus, & vehemens dialeticus, adversus Marcionem patria lingua scripsit: sed & Græcæ ad Antoninum, sub quo fuit, librum de Fato, aliaq; complura, ut ait Euseb. lib. 4.

Bardines βαρδῖνες, Fluvius juxta Damascum. Steph.

Barduli, sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turguli & Tapari dicuntur. Plin. lib. 4. cap. 22.

Barea, Oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

Bârénæ, βαρέναι, Vrbs Mediae, vicina Ecbatanis. Steph.

Bârétum, βαρέτον, Regio ad mare Adriaticum. Steph.

Bârgâlæ, Vrba Cariæ, à Bargaso filio Barges & Herculis, quem Latmus Omphales & Herculis filius persecutus est. Stephan.

Vide CYARD A.

Bârgens, Populi sunt Africæ, ex Troglodytis, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici, & Aethiopici.

Bârgus, Thraciæ fluvius est in Hebrum cadens. Plin. lib. 4. cap. 11. Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus: uade Bargusii.

Bârgyllæ, orum, βαργυλλα, οὐ, Stephano, Oppidum est Cariæ: ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi istu interit. q' Vnde Bargyllitici campi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Bârgylus, Mons Syriæ, in confinio Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Bariades βαριάδες, Indorum rex, bellum adversus Dionysium gessit: meminit Steph. in civitate Σιρενα.

Bâris, Oppidi, & fluvii nomen, Vide in APP E L.

Barium, βαριόν, Ptolemy, Apulia oppidum est, teste Plin. lib.

3. cap. 11, quod servato antiqui nominis aliquo vestigio, vul-

D 5 go Batt

gō Bari vocatur. Horat. 5. Sat. 5: Bari moenia piscoſi. Vbi Bari dixit, pro Barii.

Barnichos, *βαρνίχος*. Fluvius est Peloponnesi, in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur à Strab. lib. 8.

Barnius, Barnutius, Oppidum est Macedoniae, prope Heraclea. Autor est Strabo lib. 7.

Báróvía, *βάροντια*. Provincia est Vngariae sive Pannoniae inferioris, soli fertilitate, panis & praesertim vini abundantia & præstantia reliquias omnes feret Vngariae provincias vincens, unde etiam Pannonum lingua nomen traxit Baranya, quasi *Boranya*, mater vini. Hæc provincia duplex est: superior, cuius caput est Tholna, & inferior, cuius metropolis Lasco, utraque Danubio celebris.

Barrā, Oppidum Oroblorum in Italia Transpadana, regione undecima, Autor Plin. lib. 3. cap. 17.

Barthgadot, *βαρθγαδός*. Filius Trifitiae: ut Timor Martis.

Batritus, vel Barutum. Vide in ditione B E R Y T O S.

Barygasa, Insigne emporium Gedrosiae, Steph.

Basabocates, Gallie populis sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 19. Pionibus vicini.

Basén, [βασέν] Regio trans Iordanem est, quæ due & a. midia tribus possederunt, quæ interpretatur ubertima & pinguis.

Basaniæ, vel (ut aliis placet) Banisæ, per tres syllabas, *βασανίαι*, *βασινοι*. Populi sunt Thraciæ, Stephano.

Baseria, pen. prod. *βασεῖα*. Oppidum Phœnices, Steph.

Básilea, *βασιλεία*, pen. prod. [βασιλεία]. Ger. *Basel*. Vng. *Basilea*.] Raurorum urbs celebrissima, ad Rhenum fluvium in agro Gallico sita: à Germanis tamē (ut pleraq; c. Rhenū loca) habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauracorum Ptolomeo appellatur. Vulgo *Basle*.

Báslíce, Adv. [βασιλικός]. Pol. *Panko*. Vng. *Királyul*, frissen. Ang. *Richeles*, *magnificie*.] Regiæ, magnificæ, splendide, egriegie. Plaut. in Pœn. Basilicæ ornatus iacet, & affabac ad sal laciam.

Báslíotum, *βασιλεῖον*; Straboni. Populi sunt Sarmatiæ Europæ ad utramq; Istri ripam incolentes, Iazygiibus, & Virgis infirmi, maxima ex parte è Nomadibus: hoc est, pastoribus cōstantes: idem (opinor) cum iis, quos Pomponius à regiis moribus: Basiliadas vocari tradit.

Báslíia, *βασιλεία*, Insula in Oceano septentrionali, immensæ magnitudinis, distas à Scytharum littore tridui navigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 13.

Báslícūs fīnus, *βασιλεὺς γάλης*, qui Ioniam, Asia minoris regionem alluit Plin. lib. 5. cap. 29.

Báslídæ, *βασιλέδæ*. Populi sunt Sarmatiæ Europæ, Gerho amne à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna genens originem trahentes: ita dicti à regiis moribus, ut tradit Pompon. lib. 2. M. minithorum & Plin. lib. 4. cap. 12.

Báslídæs, *βασιλεῖς*, Nomē proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexaginta quinq; ecclios esse credebat, quo dierū numero annus includitur: cujus sectatores dicti sunt Basiliadiani.

Báslíi, *βασίλειος*, Civitas Arcadiae, Steph.

Báslíi, Cæsariensis, Gregorii Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit. [Ger. *Ein frommer Bischof zu Cesarea*.] Is Cæsareæ Cappadocum præfus factus, jussus à Valente, qui Arianis favebat, deserere officium, atq; in exiliu abiit. Quumq; ille minimè obtemperaret, atq; uti contumax tribunali præfecti adhiberetur, ac minis parere principi diu frustra tentaretur, nox ei spatium ad deliberandum datur. Basilius: Nequaquam ego, *αἰσ*: tu potius in hoc spatio ab incepto desistes, Itaq; in ea nocte axore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper parvula extincta, Valens rogitum misit ad Basiliū, ut precibus ad Deum fusis, ipse saltum servaretur. Sic itaq; accidit ut Basilius servaretur. Hæc ex historia Russini. q; Basilius Ancyranus præfus, arte medicus, scripsit contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Constantino, in parte Macedoniae cum Eu- stathio & Sebastiano princeps fuit. Autor Hieronymus. Aliū quoq; ejus nominis Suidas commemorat, præsidem Ciliciae sub Anastasio principe floruisse haud absimilem primo & abstinentia, & vita institutis, scripsisseq; cōtra Archelaum quendam presbyterum Colonensem. q; Basilius item Asia fluvius. Strab. lib. 16 Inter Euphratem atq; Tigrin fluit aliud fluviæ quod Basilius appellatur.

Báslíi, unus ex interfectoribus Cæsaris ponitur ab Appia. no Item alter fuit pirata infamis. Lucanus:

Fi Basiliū videre ducem, nova furta per æquor.

Báslinni, *βασιλίννοι*. Populi Arabiæ Steph.

Bálistani, Strab. lib. 3. Populi sunt Hispaniæ, in tractu Bætico, quæ & Bastuli dicuntur.

Bálorpeda, Regio Medorum Armeniae contributa, ut tradit Strab. lib. 11.

Bassianus, patria Syracusanus, Romam studiorum causa mis-

sus, ubi Christianus factus, Ravennam insectantem patre fugi: Inde Laudensis præfus electus, ibidem decessit nonagenarius 14. Calend. Februar. clarus prodigiis, ab ulcerosis maximè invocatus: emicuit Ambrosii tēporibus, quem agrotant adiit, morientiq; interfuit. Autor Volaterr.

Bassaris, *βασαρίς*, vel idis, *βασαρίς*, Bassarei: hoc est, Bacchi sacrificia. Pers. Sat. 1: Et sectum vitulo caput ablatura superbo Bassaris. q; Est etiam vestis genus ad talos usq; demissa, qua in Bacchi sacrificiis utebatur sacerdotibus. Dicitus autem est Bacchus Bassarei à Bassa Lydiae oppido, ubi præcipue colebatur: vel *λόνη τῆς βάσης*, quod est clamo, quod ejus sacra maximis clamoribus à Bacchis celebrantur, vel à genere vestis, ut inquit Cor nutus in Persium, Sat. 1, qua Liber pater utitur demissa ad talos, quam Thraces Bassarin vocat. Horat. lib. 2. Carm. Ode 18: Non ego te candide Bassarei Invitum quatiam.

Bassus, Poëta Epicus, cuius fuit, teste Quint. li. 10. cap. 1, vehementis, ac potissimum ingenium: nec ipsum senectute maturerat, præveniente fatu, quicquammodum & Valerio Flacco cōgit. Item: Ausidius Bassus, historicus, Quintilianus temporibus, qui bellum Germanicum scriptis. Vide Quint. lib. 10. cap. 1. q; Cæsus item Bassus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo scribit Probus: Cæsum Bassum poëtam Lyricum fama est in prediis suis, ardente Vesavo, & latè vagantibus ignibus, cum villa sua flagrasset. Quintilianus quoq; se eum vidisse ait. q; Bassus item Romanus medicus fuit, cuius unguentum arthritum citatur ab Aetio lib. 12. q; Præter hos fuit Bassus manut sub Decio clavis ferreis confixus. Autor Volaterr.

Bastarnæ, *βασταρναί*, Steph. Populi sunt Sarmatiæ Europæ, ad Borysthenem amnum non procul à Peucinis: quorum meminerunt Ptolem. libro' 3. capite 5, Plin. libro 4. capite 13, & Strabo lib. 7.

Bastuli, Bæticæ Hispaniæ populi prope Tardulos, quoru oppida sunt, Sexi, Abdera, Iluris, Obulco, quod & ab Hispanis Vbida Mons item Calpe, circuitu quidem nō magnus, cætrum adeo eretus, ut procul aspicientibus columnæ effigiem reprecentet. Vide Strab. lib. 3, Ptolem. lib. 2. cap. 5, & Plin. lib. 3. cap. 1. & 3.

Basulii, *βασταρναῖς*, Populi Lybiæ.

Bata, orum, *βαταί*, Vicus est & portus in Sarmatiæ Asiaticæ, supra Bosphorus Cimmerium, non procul à sinu Cereitico. Vide Ptol. lib. 5. cap. 9, & Strab. lib. 11.

Batala, Antiquissimum Sidicinorum in oppidum, cum aliis eorum oppidis à Livio commemoratum.

Batalus, li, *βαταλός*, Ephesus tibicen fuit, teste Libanio, qui omnium primus in scena calciamentis feminis usus est, & fratris canibus artem tibiarum emollivit. Unde factum est, ut effeminati & patrum viri, proverbiali figura, Batali à Græcis dicantur: quo etiam cognomēto Demosthenes ab iniunctis natus est, ut ipse testatur in oratione pro Ctesiphonte.

Batana, *βατανα*. Locus juxta Euphratem, Stephano. Vide Agbatana apud cundem.

Bataneæ, *βαταναί*, vel Batanea in singulari, Vicus, *οὐανία*, Syria, Stephan. Vide B E T H A N I A.

Bátvia, Germaniæ provincia duobus Rheni alveis bona ex parte inclusa, quæ hodie Hollandia appellatur.

Bate, *βατη*, Pars tribus Aegaeidis, Steph.

Batetara, *βατηταρα*, Vrbs Ligurum, Steph.

Bátvus, a. um, peultima indifferenti. Lucan. lib. 1: Vangiones, Bataviq; truces, quos ære recurvo Stridētes acuēre tubæ. Cornelius Tacitus de situ Germaniæ: Omnia harum gentium virtute præcipui Batavi, non multū à rīpa, insulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos, & antiquæ societatis insignis. Nam nec tributis conteruntur, nec Publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantum in usum præliorum sepositi, velut tela atq; arma bello reservantur. Hæc ille. Fuerunt autem Batavi olim crassitæ, & stupiditatis notati: quo fit, ut Auris Batava, proverbio dicatur de crasso, stupidō, & nullius judicii homine. Vide Erasmi Adag.

Bátvödürum, *βατωνίδηρος*, Ptolem. Bata vorum oppidum ad Rhenum fluvium, cuius meminit Tacitus Annalium libro 21. Creditur iacti esse cū eo, quod in agro Trajectino hodie Vicum appellant.

Batua, sive Batia, pen. prod. *βαταί*, Filia Teucri Scamandri fluvii filii, uxor Dardani Diodor. lib. 5.

Báthyllus, li, *βαθύλλος*, Poëta Tragicus fuit insignis, in Comœdiis non æquè felix. q; Fuit item Bathyllus, Samius adolescent, Anacreontis Poëtæ amatus. Horatius in Epod. Nō ali: ter Samio dicunt artificis Bathyllo Anacreonta Tulum.

Bátiæ, *βατιαί*, Civitas est mediterranea Epiri, cuius meminuit Strabo lib. 7.

Bátiæ, pen. prod. *βατιαί*, Stephano. Locus est editus in agro Trojano, qui & illi tumulus appellatur, teste Strab. lib. 13.

Batina,

# BAT BAC BAV BEA BEB

Bātnā, pen. prod. Bātnā, Oppidum Apulie. Vnde Horat. 3.  
Carm. Ode 4: saltusq; Battinos & arivum.

Bātnā, Bātnā, Civitas Orthoenæ. Steph.

Bato, Bātnā, Historicus fuit Sinopæus, qui historiam de rebus Persicis scriptis. Strabo lib. 12.

Batrachus, nomen proprium scriptoris, Vide in APPÉL.  
Battiades, Dictus est Callimachus Poëta Elegiographus, à Batto patre. Ovid. in Ibis: Nunc quo Battia des inimicum devovet Ibis, Hoc ego devoveo teq; tuosq; modo.

Battis, Bātnā, Puella fuit formosissima, quam Philetas Poëta Elegiographus adamavit, suisq; carminibus celebravit. Ovid. lib. 1. Trist. Nec tantum Coo Battis amata suo.

Battōn, onis, Bātnā, Poëta Comicus fuit, cujus tres fabulæ enumerantur à Suida.

Battis, Pastor quidam fuit equarum, de quo talerū fabulam recitat Ovid. lib. 2. Metamorph. Quum Apollo Admeti regis armenta pascere, Mercurius boves quasdam, quæ longius processerant, furo abactas, in sylva occulteavit, Battosq; cuiusq; equarū custodi, à quo uno visus fuerat, mādavit, ne cuiquam illud furtum indicaret: quod ut libenter faceret, vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius verò abiens, ut hominis experiretur fidem, sumpta alia figura, paulò post ad eum redit, rogans, an vaccas quasdam illāc transentes vidisset, pollicensq; si indicaret, vaccam cum tauro daturum. Battus itaq; spem munera corruptus sub quo monte palcerentur, indicavit, ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem, qui Index dicitur, commutavit. Ovidius:

Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo

Rure senex, Battum vicinia tota vocabat.

Alius fuit rex Melite insulæ, de quo suprà in dictione Anna. Vide Bartiades. Fuit item Rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quæ lingua adèò impedita fuisse ferunt, ut verbū βαττίζειν ab eo originem traxisse putetur. Battus silphium βαττίστη φάρος, Græci novum & rarū quempā honorēm proverbo vocat. Aristoph. in Pluto. Battus item inepti cuiusdam Poëta nomen est, de quo paulò antè in dictione BATTLOGIA.

Batulum, Castellū est Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium venient adversum Aencam. Virgil. lib. 7. Aen. Quiq; Rufas, Batulumq; tenent, &c.

Bacyri, vel Bacyniani, βακυροὶ ή βακυρεῖνοι, Gens Parthis & Medis vicina. Steph.

Baucis, βαύκις, Anus pauperula est apud Ovid. lib. 8. Metamorph. quæ cum Philomone marito lovem & Mercurium suscepit hospitio. Cornutus in Persi Satyr. 4. scribit anum fuisse pauperosam, quæ quum ocyum venderet, non sine modulatione & adulatio ementes incitabat. Sic enim de illa Persius: Dium ne deterius sapiat pauputcea Baucis, Quum bene disincto cantaverit ocyma Vernæ.

Bavius & Mevius ineptissimi Poëta fuerunt & malevoli, Augusti temporibus, qui Virgilio suam glotiam invidenterunt. De quibus Virgilius ipse in Bucol.

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi.

Bauli, Villæ nomen est, quæ inter promontorium Misenum, Bajaramq; lacum flexo mari alluitur. Servius causam nominis inde factam memorat, quod olim Hercules juxta Bajas fecit caulam bobus, & eam sepsit, qui locus primò Baulia dicitur, mox dici coepit Bauli.

B ante E.

Bætrix, virgo Romana & martyr sub Diocletiano Faustinum & Simpliciu item martyres fratres, quos prius tumulavit, paulò post eodē supplicio secuta, quod prædiū cūdā potenti venerare noluerat. Hæc enim dives erat: ac unā cum beata Lucina occisorum corpora in agro suo condebat. Autor Volaterranus.

Bebius, cui cognomē fuit Massa, Delator insignis fuit Vespasianni temporibus, cuius meminit Iuvenalis Satyr. 12: quem Massa timet, quem munere palpat Catus. Fuit & Bebius Pampphilus Consul Romanus, cum P. Cornelio, eo anno, quo Numen Pompili libri in agro C. Petili effossi sunt. Vide Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1.

Bebricium, ci. [Ger. Ein Dorff zwischen Cremona und Dietrichsheim in Italien.] Vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud quem Vitellius Othonem superavit. Iuvenal. Satyr. 2: Bebriaci in campo spolium affectare Palati. Cornel. Tacit. Annalium libro 18 Eo die, quo Bebraci certabantur, avem inustis facie apud Regium Lepidi celebi luco confessisse in colle memorant, nec deinde cœtu hominum, aut volantium alium terram, pulsamve, donec Otho se ipse interficeret. Hunc vicum Itali hodie Labianam vocant.

Bebricenses, sc. adjectivum: ut, Aves Bebricenses: ita dictæ quod ejus pugnæ tempore, quæ apud Bebricium inter Othonem & Vicellium commissa est primum in Italia apparuerunt. Plin. lib. 10. cap. 49: Venere in Italiam Bebricenses bellis civilibus trans Padum, externæ & novæ aves, (ita enim adhuc y-

# BEB BED BEE BEL 59

cantū) tutorum specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore gratae.

Bebryces, βισέγυξ Stephano: vel Bebrycii, Populi à Thracibus oriundi, qui cam partem Asiae incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est: ut est videre apud Strabonē lib. 7 & 12. Hos Arriathus originē à Bebryce trahere una filiarum Danai scribit, quæ unā cū Hypermentra præter justa patris viro pepercit, quare fugiens parentē, unā cū viro in hæc loca peruenit, incolasq; ritus docuit Aegyptios: pro quibus meritis regionem ab ejus nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totum tractum usq; ad Ephesum & Magnesiam Ionia oppidum, ut scribit enarrator Apollonii, Charentem adducens autorem, qui dicit Lampacenorum regnum, olim Bebryciam appellatam. Ex Volaterrano.

Bebrycia, βισέγυξ, Regio est minoris Asiae ad Propontidem: postea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis: & Bithynia à Bithyno rege appellata. q; Bebryces populi ejusdem regionis, quos Strabo lib. 7 & 12 Thraces fuisse putat. q; Bebrycium nemus, de quo suprà in dictione AMYCVS.

Bebrycius, a, um, βισέγυξ, Possessivum à Bebrycia, Asie regione. Virgil. 5. Aen. 12. qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

Bebryx, ycis, βισέγυξ, Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quos etiam à Pyrene illius filia nomē traxisse, idem autor est. Est item Bebryx, nomen gentile, cum significans, qui ex Bebrycia ortus est: de quo vide paulò antè in dictione BEBRYCES. Hujus autem nominis obliqui indifferenter effreruntur à Poëtis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Valerius Flaccus 2. Argonaut Bebrycis, & Scythici procul inclemencia saxi. Silius lib. 3: Possessus Baccho serva Bebrycis in aula.

Bechires Plinio, βισέδες Stephano, populi Themiscyræ, Asie regionis, Cappadociæ cotermini: de quibus Plin. lib. 6 cap. 4. Hi quum Atilæ ducti in Italianam venissent, vinūq; ante ipsius incognitum gustassent, brevi mortalium omnium bibacissimi evaserunt.

Beda, Natione Anglus, [Ger. Ein gelehrter Engelländischer Theologe.] ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Ioanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa solventes, Hispaniam invaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandam solicitavit. Græcæ, Latineq; eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorū, & in Lucam. Autor Volaterranus.

Beduini, Ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. In nulli ratione, inermesq; unā cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, fatoq; omnia referunt Hincis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volater.

Begis, βηγις. Vids Trallianorum, sic vero, quod apud Stephanum scribitur, μῆλος τραχεῖα.

Béelphēgor, [γειβού λύβος] bhalpehōr. Beelphēgor. Ger. Ein Agott der Moabitæ. Idolum fuit Moabitarum, nomine Beel si- ve Baal, quod in monte Phægor colebatur. Idem creditur cum Saturno: ut annotavit Cælius Rhodig Ant. lib. 13. cap. 23.

Béel zébub, [ζειβού λύβος] bælphēgor. Ger. Der Musæ Gott oder der oberst der Zäffsen. Pol. Piekielnkysage. Vng. Beelzebul, brdgóknak, fiedelture. Idolū fuit Accaronidaru: quo nomine idolū musæ significatur. Bel(inquit Hieronymus) & Beel, & Baal; idem Hebraiz est: nam iis vocibus indicatur idolum. Zebub autem musæ signat: unde Beelzebul (etiam Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam musæ dicatur idolum. Sed & pro dæmonarcha ponitur: hoc est, dæmoniorum principe.

Beergios, (quod hic pro Neptuni filio corruptè legebatur) legē BERGION.

Bela, [Vng. Béla király.] Pannoniæ rex, regno per fratrius cædem portitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis vestigalibus immunes fecit. Primus Byzantios numeros, argenteamque monetam percussit. Decessit post annos regni tres, membris equi lapſu fractis. Fuere quatuor huius nominis Pannoniæ reges, ut autor est Volaterranus lib. 8.

Belbina, βιλβίνα, Strab. lib. 9: Insulæ è regione Anaphystionū, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Belea, βιλεά, Velia, Vide B E L A.

Belodonji, βιλεδόνιοι, Populi juxta Oceanum. Steph.

Belitra, βιλιτρα, Civitas Italie non procul à Roma. Steph.

Belgæ, arum, [βιλγαι, Ger. Die Niderländischen Wüste, vs Rhine bis an das Britannisch Meer. Pol. Nederlandwies.] Populi Galliæ Comatae, inter Sequanam & Scaldem fluvios siti, in quindecim olim populos divisi. Plin. lib. 4. cap. 17: Galia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur: à Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumna Celtica, eademq; Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excussum Aquitaniam.

Belgicūs,

**B**elgicus, a, um, adjectivum: ut, *Esse dū Belgicū, Currus quodam genus, apud Belgas primum inventum.* Virgil. 3. Georg. Belgica vel molli melius feret esse a collo.

**B**elgium, gii, apud Cæsar. 3. bell. Gall. Oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgarum regio.

**B**elgitæ, Pannoniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

**B**elispo, Oppidum Hispaniæ Bæticæ in conventu Gaditano, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

**B**elisarius, βελισαριος. Suidæ. Fœlicissimus pro Iustiniano principe belli dux fuit, qui Persas in Oriente, Gothos in Italia, Vandalos in Africa prelio superavit, eorum rege Gildis mere in triumphum ducto. Hic tam strenuus belli dux, & in hostibus perdonandis fœlicissimus, invidiam vincere nō potuit. Nimia ejus potentia cum apud Iustinianum in suspicionem affectati imperii adduxit, qui utrumque ei eruit oculum. Quare quem principis ingratitudinem aliter ulcisci non posset, exiguum extra urbem rugiorium extruxit, ubi per omnem vitam, à præreuentibus stupem emendicavit: illud identidem repetens: Da obolum Belisario, viator, quem invidia, non culpa cœcavit. Vide Crinitum, & Volaterranum.

**B**ellâ. Vide A B E L L A.

**B**ellerophontes, τε, seu Bellerophon, tis, βελλερόφοντες. Fuit Glauci regis Ephyrae filius, inclito decore conspicuus, & virtutis maximæ. Hic quum à Stenobœa uxore Procti de coitu interpellatus esset, veritus hospitalis lovis iram, lascivam formam repulit. Vnde exardens repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusavit: qui hospiti jure motus, illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis, ad Iobates in Lyciam misit. Lebris ergo codicillis, Iobates in ultione criminis ad Solymos demandos Bellerophontem misit, ut sub prætextu memorabilis pugnae interiret. Vnum quum & Solymos facile viceret Bellerophontes, & alii plerique periculis objectus semper viator rediisset, postrem ad interimendam Chimaram missus est: quem etiam laborem, nactus Nepruni beneficio Pegasum equum, summa cum laude superavit. Quapropter lobates virtutes juvenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte uxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam suscepit, ut lib. 6. Iliad. refert Homerus. Quod quum audisset Stenobœa, sibi ipsi mortem concivit. Bellerophontes autem fœlici rerum successu elatus, quum in cœlum evolare cùm Pegaso conaretur, immisso à love cœstro, equo excussus est, deciditque in eum campum, qui postea Alejus appellatus est. Pegasus autem à love inter sydera est relatus. Hic primum Hipponeus dictus est, Bellerophontes postea appellatus, à Bellero quodam Corinthiorum primatæ, quem de medio sustulit. q Bellerophontis literas, βελλερόφοντος της γράμματος. Subaudendum verbum aliquod accommodum sententiae, affert, aut aliud aliquod. Locus erit huic proverbio, quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgo literæ Vrie vocant, neq; dissimilis est historia apud Hebreos.

**B**ellerus, βελλος. Corinthis primus quidam, à quo effecto Bellerophontes dictus est, quum antea Hipponeus dicetur. Vide: Cælium Rhodig. lib. 3. cap. 9.

**B**ellitani. Populi Edetaniæ, quæ est regio citerioris Hispaniæ ad Iberum fluvium. Plin. lib. 3. cap. 3.

**B**ellona, θεια. Bellorum dea, & Martis soror. [Ger. Ein Schwestern Meritis, ein Göttin des Kriegs.] Virgil. 9. Aen. Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. Huic proprio sanguineo sacerdotes sacrificabant. Ante Bellonæ templum columnæ erat, quæ bellice dicebatur, super quam hastam jacebat Facialis bellum indicet: ut post Festum annotavit Alexander ab Alex. li. 3. cap. 12. Hec ab antiquis Duellona à ducklo, quod illi ipsi bellum appellabant.

**B**ellovacum, pen. corr. Oppidum Bellovacorum, apud Cæsarem Comment. lib. 8. Vulg. Beawnes.

**B**ellogradum. Vngarie urbs, ad confluxum Saj, & Danubii sita. [Vulg. Græcisq; Weßburg. Pol. Biel'egrod. Vng. Landorfsejvar.]

**B**elon, βελον, per simplex l. Nomen urbis, & fluvii in Hispania Bætica, Straboni lib. 3.

**B**elunum, Monte Belunio, Venetiarum oppidum in Italia, ut Patavium, Opitergium, Altium, Concordia, Colonia. Plin. lib. 3. cap. 19.

**B**elus, βελος, per simplex l. [Ger. Der erste Asztrach König.] Nomen proprium primi regis Assyriorum & patris Niru, à Sole deducatum, qui Assyriorum lingua Bel dicitur. Huic vita fune templum creverunt Babylonis, divinisq; eum honoribus sunt prosequuti. q Fuit item Belus, cognomento Priscus Epaphi, vel (ut alii malunt) Neptuni, & Liœyes filius, cui Ise

post Apidis mortem nupsit, regnante Athenis Cecrope. Hujus filii fuerat Danaus, & Aegyptus, quem alii Aegithum vocant: à cuius etiam nomine quinquaginta Danaï filii Belides appellatae sunt: ut paulò ante ostendimus suo loco. q Hoc etiam nomine dictus fluvius Syræ, ubi primò repertus fuisse vitrum, Plinius scribit lib. 5. cap. 19. Ioseph. lib. 1. belli ludici: Stadiis, as, duobus à Ptolemaide Belum amorem distare, iuxta quem sepulchrum Memnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circundatis jugis convehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabilis natura mutandis alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. q Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didus, vir militaris scientie peritissimus, qui Cyprius Phœnicum littus infestantes piratica subegit, & est apud Virgil. lib. 1. Aeneid. genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum, &c. Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Servius. q Belus Stephano, Oppidum est Hispaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortassis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur. q Belus, gema est vitrea specie, magnitudine nucis juglandis, in Arbelis nascens, ut ex Democriti sententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.

**B**elidæ, hujus Belidæ, pen. long. βελιδες, Patron. masc. quo significatur filius, seu aliquis de genere Beli. Virgil. 2. Aeneid. Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures Belidæ nomen Palamedis, &c.

**B**ells, hujus Belidis, βελιδος, Patronym. fœm. quo significatur filia vel nepitis Beli. Vnde Belides dictæ sunt quinquaginta filie Danaï, Beli filii: quas quum Aegithus Danaï frater (quem alii Aegyptum vocant) totidem filiis suis peteret uxores, Danaus depondere noluit: didicerat enim ex oraculo, te à genero interficere iri. Sed postea coactus à fratre promisit se Aegithi petitioni satisfacturū. In nuptiarum autem nocte filias subornavit, ut clam se cultris armarent, & viros jam vino, luxuriaq; sopitos jugularent. Virgines itaque patri obedientes capitato tempore necarunt viros, unaquæque suum, excepta sola Hypermaëtra, quæ Lynceo seu Lino viro suo percipit, qui postea occiso Danao, regnum apud Argos iavastr. q Ha & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum dolium, proverbio celebratur, pro barathro quodam inexplicibili, & insatiabilis cupiditatis homine. Fingitur enim à poëtis, Danaï filiæ apud inferos eo supplici genere perpetuò damnatae esse, ut dolium quoddam pertulum aqua contentur implere, unde tantum effluat, quantum illæ possint infundere. Ovid. 4. Metamorph. Moliriq; suis lethum patreibus ausa, Assidue repetunt, quas perdant, Belides undas. Vide B E L V S.

**B**emarchiūs, βεμαρχος. Ex Cesarea Cappadociæ sophista, qui scripsit res gestas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes. Autor Suidas.

**B**embina, βεμβινα. Stephano, Nemæus vicus est, quem Hellanicus Bembinon, βεμβινος appellat: unde Nemæus leo à Poëtis Bembinatis bellua dicitur. Plaut. Mil. Bembinatidis bellus instar: hoc est. Nemæi leonis instar.

**B**embinadis, Regio Arcadicæ inter Clitorium & Cleonem opida. Plin. lib. 4. cap. & Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemæa. Bembinadis vocitata. Sic enim legit Hermolaus, cuius verba hæc sunt: Legendum est Bembinadis: sicut enim vicus Bembina: unde Nemæus leo à Poëtis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite: ubi dicitur, Bombatides elutum instar: cogitent legentes, an emendandum sit: Bembinatidis bellus instar: hoc est, Nemæi leonis instar. Vide B E M B I N A.

**B**enacūs, pen. prod. [βελων.] Vulg. Lago di garda. Ger. Dic Garda in Italiæ.] Lacus Cisalpinæ Gallicæ, non procul à Brixia Venerorum oppido, quem ajunt aureas arenas evolvere, & ex eis nutrire pisces, quos indigenæ Carpienses vocant, nusquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluvius excurrit in Padu. De hoc lacu Virgil. lib. 2. Georg. Fluctibus & tremitu assurgens Benace marino.

**B**enē, es, βενη Stephano, Oppidum Cretæ, sub Gortyne sita: cuius incolæ dicuntur Benæ, βεναι.

**B**enedictus, paria Narsinus, primò Sublacū secessit, ubi ordinem monachorum instituit, in Italia primò, quem astea Basilius in Oriente constituerat. Deinde quum à frequentibus adiretur vitandæ gloriæ gratia, Casinum venit, ubi templo Apollinis Ioanni Baptiste dedicavit. Ad quem Totila rex Gothorum experiundi va. cinii gratia dicitur incognitus venisse, servo premisso cultu regio, ab eoq; patefactus fuisse. Decessit Casinii Benedictus: ubi & sepultus cum Scholastica sorore, imperante Iustino seniore. Fuit & alter ejusdem nominis, eodem ferè tempore quo superior Benedictus, qui à Gregor. 3. memoratur in dial. Vivebat monachus in Latio, XI. ab urbe Lapide.

**B**enēventum, βενεντον. Ptolemaeo, βενεντον. Suidæ & Stephano,

**phano**, Hirpinorum urbs, quæ quum è colonia diceretur, boni omnis causa ita vocari cœpit: nam antea Maleventum vocabatur. Vulgo **Benevento**. Hęc urbs à Diomedē condita fertur: apud quam xx. millia Samnitum cœsa fuerunt, Sulpitio & Petilio Consulibus. De hac Plin. lib. 3. cap. 11.

Benis. Vide N E 8 1 s.

**Bennā**, vel per diphthongum **Benna**, vel **Bena** cum simplici n, urbs Thraciæ, unde Beanicus latus, Stephano. Apud eundem: **Benna** unus est ex senatoriis ordinibus Ephesi, cuius Senator res Benniū.

Berbecomagus, Vrbs, hodie Speyr dicta.

**Berecynthia**, **βερεκυντία**, (inquit Servius) Mater deū dicta à monte Phrygia: Berecynto: cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthus dicimus. q. Est aut tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam Riphæ montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus, quū Riphæ mon tes Scythicæ significamus. Hęc Servius in illud Virg. lib. Aen. 9. Ipsa Deūm fertur genitrix Berecyntia, &c.

**Berecynthus**, **βερεκυντός** Stephano, nomen montis est Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater deūm priserorum nū colebat: unde Berecyntia dicta est. Plin. lib. 16.

**Berecynthus**, **βερεκυντός**, a. um, adjest. **βερεκυντός**: ut cornu Berecyntium, apud Horatium 1. Carm. hoc est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ sacerdotes. q. Tibia Berecyntia, Idem 3. Carm.

**Berenice**, es, pen. prod. **βερενίκη** Ptolemæi Lagi uxoris, & regina Aegypti, à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus ejus filius insignem urbem, quam in sinu Arabico coadidit, Berenicem appellavit. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. q. Fuit & alia ejusdem nominis Aegypti Regia, Ptolemæi Philadelphi & Arlinoës filia, quæ Ptolemæo Evergetæ fratri suo nupl. qui quū paucis à nuptiis diebus, in Asiam expeditionem suscepisset, Berenice cinem se detonsuram vovit, si ille salvus reverteretur, cuius voti à damnata, abscessam comam in templo Veneris consecravit: quæ quum postridie non apparuerit, ægrè id ferenti Regi. Conon Mathematicus Regis gratiam per adulacionem captans, inter sydera collocatam affirmavit, septem ei figura vacuas ad caudam Leonis ostendens stellas, in quas Berenices crinem mutatum asserebat. q. Fuit item Berenice, Herodis Antipati filii ex Salome sorore neptis, cuius meminit Strabo lib. 16. q. Berenice præterea à Valerio Maximo appellatur lib. 8. cap. 6. quam Plin. lib. 7. cap. 41, Pherenick vocat, cui soli ex mulieribus, quid filia, mater, & soror esset Olympionicarum, concessum est, ut gymnicos ludos posset spectare, scemini omnibus interdictos.

**Berenice**, **βερενίκη**, Multatum urbium nomen est, quarū prima in Libya Cyrenaica est, in extimo majoris Syrtis cornu sita, una ex iis quæ Pentapolim efficiunt: de qua Plin. lib. 5. cap. 5. q. Secunda, ad signum Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matri ita appellata: in qua ipso solstitii die hora sexta umbras penitus absolum tradit Plin. lib. 6. cap. 29. q. Tertiam cognomento Panchrysion, & quartam Epidirca dictam enumerat idem Plinius loco jam citato. q. Duæ præterea ejusdem nominis urbes recensentur à Stephano, quarum alteram in Cilicia collocat: alteram Chium olim vocatā asserit.

**Berenicida**, **βερενικίδαι**, Ptolemaica tribus populi apud Athenienses. Stephano.

**Berenicis**, idis, **βερενικίσ**, Tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenicen urbem. Lucanus libro 9: -nam quicquid pulvere sicco Separat ardenter tepida Berenicida Lepi, Ignorat frondes.

**Berēs**, **βέρης**, Vrbs Thraciæ, à Berete filio Macedone, Stephano. Vide Mieza apud Steph.

**Berēx**, **βέρηξ**, Gens inter Indianam & Aethiopiam, Steph.

**Berge**, **βέργη**, Vrbs aut vicus Thraciæ, ex qua natus est Antiphanes Bergæus Comicus, qui incredibilia conscripsit: unde proverbium **βέργηζεν**, pro nihil veri dicere. **Vsurpatur** & **Bergiū** diminutivē. Steph.

**Bergopolis**, **βέργηπολις**, Vrbs Abderitarum, Steph.

**Bergidum**, **βέργηδον**, Oppidum Ilergetum, in eo tractu Tarraconensis Hispaniæ, qui Vasconibus proximus est.

**Bergiōn** & **Albion**, Gigantes, filii fuere Neptuni, ab Hercule interficti, ut scribit Pomponius Mela libro 2. Vide supra ALBION.

**Bergomum**, Oppidū est Italizæ, trans Padū, à Plinio in nona Italizæ regione collocatā, etiam hodie nomen retinens. q. Hinc Bergonates ejus oppidi incoleb. dieti sunt.

**Beriades**, **βεριάδης**, Indorum rex, bellum adversus Dionysium gessit Steph. in civitate **πήρα**.

**Berithrus**, **βεριθρός**, Vrbs Trojana, Steph.

**Berlinum**, Vrbs Marchiæ Brandenburgicæ.

**Bernardus**, [Ger. S. Bernhard der frisch Hb.] Abbas inter Bur-

gundos, nobili ortus genere, anno ferè 12. a. tatis, sub abbate Stephano, qui tertius fuerat in Cœnobio Cisterciensi paulo ante instituto, unā cum 30 sociis monachū professus, doctrinæ, virtutē, laudata fama adeò profecit, ut Clarævallēsi cœnobio tunc primum Roberti viri illustris impensa cōstructo, præpositus sit: cui annos 36. præfuit. Plura reliquit scripta Comment. in Cantica. Considerationes divinæ contemplationis ad Eugenium pontificem. Vnde Pontifici munera ratio datur. Varias insuper epistolas, sermones etiam in diebus solennibus habitos. Volaterr.

**Bernava**, Apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul à Cesarea Augusta, Celtiberis & Bessitanis ad Orientem proximum. Vulgo **Benavar**.

**Beroë**, **βερόη**, Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quam se mutavit Iuno, Semele persuasura, ut à Iove veram illius formam peteret, qua cum lunone congreedi soleret: ut superius de Baccho dictum est. Ovid. Metamorph. 3: Ipsaq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrita. q. Beroës quoq; cujusdam Dorycli Ismarii conjugis meminit Virg. lib. 5: Et Beroë Ismarii conjunx longæva Dorycli, &c. q. Eta item Beroë Stephano, urbis nomine in Macedonia, non procul à Pella, Alexandri Magni patria: quæ altis Beroëa, sive (ut quidam malunt) Berthœa vocatur, vide infra suo loco.

Beroës, sive **Berrhoea**, **βερροία** Stephano, **Suidæ**, Vrbs Macedoniae ad Halicamonem fluvium sita, non procul à Pella, Alexandri Magni patria. Meminit urbis hujus Plin. li. 4. cap. 10. Vulgo **Veria**. q. Est etiam in Cava Syria hujus nominis oppidum: quo Bassianus Rhetor natus traditur, à quo dicti sunt Beroëenses **βεροϊς**, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 23.

Beronice, Vide B E R E N I C E .

**Berosus**, Collis est Taurorum, tres habens fontes, sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103.

**Berosus**, [Ger. Ein fürbündiger Astrologus auf Chaldaea.] Chaldaeus fuit, Astrologia peritissimus, cui propter admirandam prædicti futura Scientiam, Athenienses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. Autor Plinius libro 7. capite 37.

**Bersabe**, [בֵּרְשָׁבָה] **beér-schébab**. Vrbs Iudeæ, quæ puteus jarameti inter pretatur: quia quum ibi habitatet Abrahā cum Abimelech, maestatis septem ovibus in foedus mutuū juraverunt. Hęc terminus fuit terra promissionis possessæ à populō Iudeorum, postquam reversus est ex Aegypto, & tenditur usque ad Dan, spatio in longum CL X. milium, sicut scribit Hieronymus ad Dardanum.

**Bersanæ**, Vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno ad amata. Autor est Diodorus.

**Berisnus**, **βερισνός** Steph. Italizæ civitas, nimurum Verona.

**Beryllus**, **βερύλλος**, Bostienæ urbis Arabicæ Præsul fuit, qui quum plura recte pro religione scripsisset, postremò omnia corrupti, peregrina quædam adducens, & procul à veritate abhorrentia. Quamobrem convocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Origene, ad sanitatem reductus est. Vide Volater. lib. 6.

**Berytis**, **βερύτης**, Troica, urbs videtur addendum. Steph.

**Berytos**, pen. prod. **βερύτης**, Vrbs est Phœnices, in ora Libano monti subjecta, Iustiniani temporibus legum studiis celeberrima. Vulgo **Barutum** vocant. Hinc Berytia vina, hodie quoq; nominatisima: de qua Plin. lib. 15. cap. 17.

**Berytus**, Alia est urbs Arabicæ, Diopolis prius dicta. Steph.

**Betcia**, **βετσία**, Vrbs Ausonum. Steph.

**Besa**, simplici s. **βέσα**, Fons est Thessalizæ inter Ossa & Olympus, juxta Cycesium oppidum: de quo Strabo lib. 8. q. Est & Besa urbus nomen in agro Attico: cuius meminit idem Strabo lib. 9.

**Bessa**, geminata **βέσσα**, Campus est Locridis, densis arbustis refertus: unde & nomen accepit. **βέσσα** enim saltus à Græcis nominantur. Vide Strabo. lib. 9. q. Est & **βέσσα** Bessa ejusdem regionis oppidum, apud Steph.

**Besbicus**, **βεσβίκος** Stephano. Insula est exigua Propontidis, XVIII. M passū circuitu, è regione ostii Rhindaci fluvii. Vide Plin. lib. 5. cap. ult.

**Besippo**, **βεστίππος** Ptolemæo, Hispaniæ Bæticæ portus, & oppidum non procul à Mellaria urbe, patria Pomponii Melæ, ut ipse testatur Geographia sua lib. 2.

**Bessară**, **βεσταρά**, Civitas est Aßyriæ apud Ptol. lib. 16. cap. 1.

**Bessi**, **βέσση**, Populi Thracum, teste Plin. lib. 4. cap. 11, magna ex parte Hænum montem incolentes, rapio & latrociniis vivitantes, de quibus Ovid. lib. 6. Trist. Vivere quam miserum est inter Bessosq; Getasq;.

**Bessyga**, pen. coit. **βέσσηγα**, m. Emporium in India, ubi & amnis Bessygas: unde Bessygitæ populi, qui humana carne vescuntur. Steph.

**Bessiā Appia**, legitur apud Volater. lib. 14. ex Livii lib. 2. bell. Pun. apud quem nunc legimus Vastia Oppia.

Bethārmō.

Bethārmōnēs, βαθάρμονες, Ab Homero Corybantes vocantur, Odyss. 8.

Betacharum, Vicus inter Hierosolymā & Thecūam in monte suis. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa. Immō ut videtur esse [בֵּית הַחֶרֶם beth-hach̄erem.] merē Hebrewicum est.

Bethania, [בֵּית־הָנָיָה beth-hanjā. βηθανία.] Villa secūdo milario ab Hierusalim, in latere montis Oliveti, Martbæ, ac Mairiz memoria insignis. ¶ Est & altera Bethania trans Iordanem, ubi Ioannes quondam baptizabat. Volaterr.

Bethel, [בֵּית־אֱלֹהִים beth-el.] Vrbs Samariæ, quam Iebuseti condiderunt, quæ prius vocabatur Luza.

Bethleima, Vide BETHLEHEM.

Bethlhem. [בֵּית־לְהֵם beth-lēhem. βηθλήμ. Ger. Die Geburtsstätte Christi vñser Herlands. Vng. Béthlhem.] Nomen civitatis David, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Christi servatoris nostri natalibus insignis. Nūc vīculus esse dicitur, qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac civitate ortus, atq; ibidem in regem unctus est David. Ibi Rachel occubuit: & sepulchrum Iesse patris David ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem millario positus, contra Meridiem in itinere, quo itur Hebron. Quando autē Iacob ibi pecora sua pavit, loco Bethlehem nomen imposuit, quod domus panis interpretatur: propter eū panem qui ibi de corlo descendit. A' Stephano βιθλημία appellatur neutro genere, & plurali numero. ¶ Hinc Bethlemitæ, pen. prod. dicti sunt ejus incolæ.

Bethiphagē, pen. prod. [בֵּית־פָּגָה beth-phagē. βηθφαγή. Ger. Ein dorff nicht weit von Jerusalem am Oelberg gelegen. Vn. Befage.] Vici nōmē est in Iudea, nō procul ab Hierosolymis, quod Syris domum oris, vel maxilæ sonat.

Bethsaïda, [בֵּית־סַיְדָה beth-saïda. βηθσαιδά.] Galileæ civitas, Petri, Andreae & Philippri patria, ad Lacum Tyberiadis sita.

Bethsaines. [בֵּית־שָׁיָן beth-schénesh.] Nomen urbis Galileæ, ubi Dominas perhibetur multa signa fecisse: à qua Bethsainæ populi.

Bethsura, & Bethsuræ, tantum plurale, pen. prod. [בֵּית־שֻׁרָּה beth-sür.] Munition fuit Iudeorum præsidium: de quo multa lib. 2. Machabæorum.

Betis, fluvius Hispaniæ ulterioris. Vide BAE TIS.

Betulo, Hispaniæ fluvius est in tractu Tarraconensi, Barciano. nonsem agrum irrigans. Reftiū scribitur Bætulo per diphthongum. Vide suprà suo loco. Vulgò Becon.

Bévā, βέβα, Vrbs Macedonia: Steph.

Bévōs, βέβως, Fluvius. Steph.

### B ante I.

Bianor, βιάνως. Nomen viri qui & Ocnus dictus est, filius Mantius fatidicæ & Tusci fluminis, qui Mantuan urbem à nomine matris appellavit. Virgil. Aeglog 9: naq; sepulchrū Incipit apparere Biano:is, hic ubi densas, &c. ¶ Fuit itē unus ex Trojanis principibus, qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homer. lib. Iliad. 11.

Bias, Bias, [βιας Ger. Einer auf den seben Weysen des Griechenlandts] Nomen Philosophi Prienensis, qui fuit unus ex septē Græciæ sapientibus. Hic (Laertio teste) vir fuit totus regius, & civium suorum princeps, quos diu adversus pericula tutatus est. Sed tandem capta patria, quum universi fugerent rerum pretiosissimarum sarcinulis onusti, ipseq; interrogaretur, cur ex bonis suis solus nihil secum ferret, respōdit Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona sua non numerabat.

Biatfā Ptolemæo, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, fortasse idem cum eo, quod hodie Bæza nominatur.

Bibaculus, Patria Cremonensis, ut scribit Eusebius, qui simul & Catullus inter poetas Iamborum Latinorum ponuntur Quintiliiano. Est & Bibaculus alter, cuius meminit Cæsar in Commentariis.

Bibaga, insula est Indiæ, ostreis & conchyliis referta, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 21.

Bibastus, βιβάστος, Vrbs Thraciæ. Steph.

Biberius, Tiberii agnomen per derisum, propter nimiam vini aviditatem.

Bibiana, Virgo Romana & martyr sub Iuliano, quæ unā cum parētibus martyrum corpora sepeliebat, sepulta est apud palatiū Lucianum. Autor est Volat. lib. 3.

Biblā, sive(ut alii vocāt) Billia, Vxor Duellii Romani, qui primus Romanus ex navali certamine triumphavit: quæ cantu predictiū fuit, ut illo seculo pro exemplo fuerit, quæ impudicitia monstrum erat, non virtutem. De hac memoria proditam est, quod quū Duellio in iugro quodam oris graveolentia objeta esset, eoq; nomine à viro illo accusaretur, quod vitii ejus ipsum nunquam mouisset, Bibiam respondisse: Id quidem se facturam fuisse, nisi viros omnes credidisset ita olere.

Biblina, Βιβλίνη, Thraciæ regio, vino generoso insignis,

quod Biblinum ab ea appellatur: tametsi alii à biblia vite appellatū malint. Demus aut Delius Biblinum vīnum, Maxium interpretatur, è quod Biblus Βιβλος insulæ fluvius sit. Vide Stephanum.

Biblus, βιβλός, Naxi insulæ fluvius, à quo nōnulli, Biblinū vīnum nominatum putant. Vide suprà indictione BIBLINA. Bibracte, Heduorum oppidum est apud Gallos, autore Cæsare. Hodie Sequanis: hoc est, Burgundis annumeratur. Vulg. g. Beauine.

Bibracum, Vrbs Suevia, Vulgò Biberac.

Bibrēvīs, pes, Pyrrichius, Diomedes Grammaticus lib. 3, Biburcum, Daia urbs. Vulgò Biberig.

Biblūs, Collega Cæsaris fuit in consulatu, nomine potius quam re: Cæsar enim solus quicquid vīsum erat, inconsulto collega, pro suo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat, homines urbani Cajo & Cæsare Coss. gestum dicebant. Vide Erasmus in Apoph. Extat etiā apud Tranquillum in vita Cæsaris ea de re distichon hujsmodi: Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est. Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

Biscirgium, βισκήριον, Ptolemæo, Germaniæ urbs est, quam Erfordiam, Vulgò Erdorf vocant.

Bidini, Populi sunt Ciciliæ, Citaris, & Cacirinis vicini: ut autor est Plin. lib. 3. cap. 8.

Bidios, βιδός, Castellum in agro Taurominitano. Steph.

Bidos, βιδός, n., invenitur & cum diphthongo, adhuc castellum: in Sicilia. Stephan.

Biernus, Vrbs Cretæ, Vide historiam apud Stephanum, ubi ait de Vienna Galliæ.

Biendium, Citerioris Hispaniæ portus est, apud Plin. lib. 4. in descriptione citerioris Hispaniæ.

Bigargitani, Populi sunt Hispaniæ in tractu Tarraconensi. Vide Plin. lib. 3. cap. 3.

Bigerones, Aquitanæ populi sunt, apud Cæsarem, Tarbellis & Sontiatibus vicini.

Bigerra, βιγέρα, Ptolemæo, Hispaniæ civitas est, Setabis termina, quæ hodie Beira ab incolis vocatur.

Bilæus, βιλαῖος, Fluvius est Ponti, in finibus Paphlagoniæ, nō procul ab Heraclea. Vide Plin. lib. 6. cap. 1.

Bilbiliā, βιλβίλιος, Oppidum Celtiberorum in Hispania Tarraconensi, ad Salonen fluvium, optima ferri temperatura nobilitem. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit, ut ipse multis in locis testatur. Vulgò Calatayus.

Bilbina, Vrbs Persica. Steph.

Bion, βιών, Borysthenites philosophus fuit, & sophista callidus, qui philosophiam vario orationis flore vestivit. Hic primum Crateris Cynici Philosophi auditor fuit: à quo sece ad Theodorū contulit. Fertur hic dixisse ad eum qui fundos suos ingluvie voraverat, Terra Amphiaraum absorbuit, sed terram q; Fuerit & alii ejusdem nominis Philosophi, quos vide apud Laertium.

Bipedimui, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Plin. lib. 4. cap. 19.

Biracelium, Thuscæ oppidum est Ptolemæo, hodie Vicellum.

Bilendium, Citerioris Hispaniæ portus. Plin. lib. 4.

Bimater, Agnomen Bacchi, quod duas matres habuerit, Semelen & Lovem, matris fungente officio, Διμήτρη. Vide suprà in nomine BACCHVS.

Bingūm, Vrbs in littore Gallico ad Rhenum sita, eo loco ubi Naus fluvius in Rhenum exit. [Vulgò Bingen.]

Bisaltes, Vide BISALTA.

Bisaltiā, βισαλτία Stephan. Regio Macedonia libera, ad Strymonem amnem: ita dicta à Bisalte Solis & terra filio, aut à Bisalte vicino fluvio.

Bisaltæ, βισαλταῖς, Stephan. Populi liberi Macedonia ad Strymonem amnem, telle Plin. lib. 4. cap. 11, qui famem in bello lacte concreto, & sanguine equino tolerant. Virgil. 3. Georg. Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus, Quū fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum. Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Bisaltiā, idis, βισαλτία, Gentile sc̄ominū à Bisaltia Macedonia regione formatum. Ovid 6 Metam. - tu visus Enipeus Gignis & Aloidas, aries Bisaltida fallis.

Bisantie, βισαντίη Steph. Oppidum est Macedonia, nō procul à Melane fluvio, eoq; oppido, cui μέλανος τάχος: hoc est, longus murus nōmen est. Vide Plin. lib. 4. cap. 1.

Bisargis, βισαρξίς, Oppidum Hispaniæ in tractu Tarraconensi, ad Iberum fluvium: cuius meminit Ptol. lib. 7. cap. 6.

Bistoniā, Βιστονία, Regio Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluvios: ita dicta à vicino lacu, quem Bistonidem appellant: sive(ut quibusdam placet) à Bistone rege. ¶ Bistona præterea Stephano oppidum est ejusdem regionis non procul ab Abdens.

Bistoniā,

Bistōnēs, *βιστόνης*, Populi Thraciæ, inter Nessum, & Hebrum fluvios: ita dicti à Bistonide lacu, sive (ut Stephano placet) à Bitone rege. q̄ Iude *βιστόνης*, patronymicum foemini generis, quod s̄ spissimè tamen accipitur adjectivè & possessivè Ovidi in Epistola Paridis ad Helenam: Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.

Bistōnīs, *βιστόνης*, a, um, *βιστόνης*, possessivum: quod Poëta suo more accipiunt pro Thracio. Ovidius: Brachia Bistonia candidiora nive. Idem: Fessaque Bistonia membra lavabas aqua.

Bistōnīs, *βιστόνης*, sive Bistonius lacus, in Bistonia Thraciæ regione est, nō procul ab Abdoris oppido: in quo natantia omnia demerguntur: unde & nōm̄ acceptit, à verbo scilicet Græco, *βιστόνης*, quod est demergo. Vnde & bystonis per y Græcum scribendum videtur. Stephanus tamen & Suidas *βιστόνης*, *βιστόνης*, & *βιστόνης* scribunt, per quartam Græcorum vocalem.

Bisurgis, [Ger. Ein Fluß in Deutschland der Weser genannt läuft durch Sachsen und das Land Braunschweig.] Straboni lib. 7: Germania est fluvius, sexcentis à Rheno stadiis distans. Pompon. Visurgim appellat lib. 3.

Bithalbe, *βιθαλβη*, vide Hellenopolim apud Steph.

Bithia, Pharaonis filia, quæ Mosen adoptavit.

Bithūs & Bacchūs, Vide in APP ELLATIVIS.

Bithyæ, *βιθυα*, Populi sunt Thraciæ, apud Stephanum, quorū autor fuit Bithys Martis, & Setæ sororis Rhesi filius. q̄ Bithyæ quoq; mulieres fuerūt in Scythia, in singulis oculis binas habentes pupillas, ideoq; visu effascinantes: ut ex sententia Apollonide tradit Plin. lib. 7. cap. 2.

Bithyniæ, [βιθυνια]. Ger. Ein Land schafft des minderen Asie.] Regio minoris Asie, adversa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (ur Solinus scribit & Servius) primum Bebrycia: postea Mygdonia: deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libya est, ubi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thymos populos transisse ex Thracia, qui deinde Bithyni dicti sunt, & regio ipsa Bithynia. Claudi. Thyni Thraces erant, quæ nūc Bithynia fuit. Ex Bithynia fuerunt viri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filii ejus mathematici, & Cleophaes orator ex Myrla, & Asclepiades medicus Prusiensis.

Bithyniūs, a, um, *βιθυνιος* Quod Romanorum quibusdam in cognomen cessit à devicta nimis rura Bithynia. Martial. Iam te rem factam Bithynicam credis habere. De origine Bithynoru vide latius apud Strabonem lib. 12. Herodotum lib. 7. & Dionysium Atrum de Situ orbis.

Bithyniūs, a, um, aliud adject. *βιθυνιος* Stephano. Iuven. Quantu& Cappadoces faciant, equitesq; Bithyni. Vbi illud animadvertisse est, à Iuvenale corripi primam nominis hujus syllabam, quæ à ceteris omnibus producitur.

Bithynium, *βιθυνιο*, Stephano, Civitas in Bithynia, à qua Bithyniæ & Bithynenses populi dicti sunt.

Bithynopolis, Vrbs à Bithyno dicta. Steph.

Bithynus, Iovis & Thracis filius. Stephano *βιθυνος*, fratre habuit Doloncum, à quo Dolonei Thraciæ populi dicti sunt.

Bithys, *βιθυ*, nomen viri, de quo Steph. in Bithyæ & Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bitias, fuit unus ex Carthaginensium principibus. Serv. in illa Virg. 1. Aen. Tum Bitias dedit incepitans, &c. ait Bitiam fuisse præfectum classis Punicæ. Meminit etiam Bitias cuiusdam Virg. lib. 9. qui frater Pandani fuit ex Alcanore Trojano; & Hera. Hi cum Acnea post Trojæ excidium in Italiam venerunt, & quatuā apertis etiā portis ausi essent Rutulos, absente Acnea, lacerare, ab iisdem sunt trucidati.

Biton, *βιτων*, Alter fuit ex filiis Argiæ sacerdotis, & frater Cleobis: de quibus sic scribit Cic. 3. Tusc. Primum Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filii prædicant. Nota fabula est. Quā enim illam ad solenne & statutum sacrificium currū vēhi jus esset, fatis longè ab oppido ad fanum, morarenturq; jumenta: tunc juvenes u, quos modò nominavi, veste posita, corpora oleo perundexerunt, ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fannam, precata à Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, manè inventos esse mortuos. Hæc ille.

Bituitus, Arvernorum rex in Gallia, specie colloquii comiter hospino invitatus à Ca. Domitio, & vincitus est, & Romam deportatus.

Biturgiæ, *βιτυργια*, Oppidum fuit Tuscæ, teste Ptolemaeo, libro 3. capite 1, non procul à Manliana, hodie Pontificum villa.

Bitrigæs, Populi sunt Galliæ Aquitaniciæ, teste Plin. lib. 4. cap. 10, quorum frequens est mentio apud Cæsarem. Hi uno die viginti oppida incenderunt, ut Cæsarem pabulatione & commercio prohiberent. Horum metropolis Avaricum erat: hodie Bourges en Berry. Singularis nominativus est Biturix, quo

usus est Lucan: libro 1: Et Biturix, longisq; leves Axones in armis.

Bizzen, Civitas Thraciæ. Steph. *βιζη*, τὸ δέ οὔπερ τὸ τεῖχος βασίλεως. Plinius, libro 4. capite 11, Biziam vocavit: Bizia, inquit, arx regum Thraciæ, Terci nefasto criminis invisa hirundinibus.

Bizia, [Ger. Ein Schloss der Könige Thracia, in welchem viele schwärme sitzt.] Arx est regū Thraciæ, teste Plin lib. 4. cap. 11. ad quam hirundines non advolant. Eius rei causa ad Terci incensu, & Prognæ flagitium refertur à Græcis scriptoribus. Vide BIZEN.

Bizon, Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniæ, & Calatidæ situm, magna ex parte terræ motibus haustum. Plin. lib. 4. cap. 1. & Strabo 7.

B. ante L.

Blaberura, *βλαβερη*, Oppidum est Tarracensis Hispaniæ non procul à Pyrecozis montibus: cuius meminit Stephanus in voce Indriæ.

Blaena, trisyllabum, Ponti regio ferax, per quam Amnis flumen labitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias fundit, haud quidē p̄fessus, sed per legatos: unde ille cum paucis domum fugiens servatus est, & inde in Italiam navigavit. Verba sunt interpratis Strab. lib. 12.

Blanda, Italæ oppidum in agro Brutio, nō procul à Bato sumine, & Parthenio portu. Plin. lib. 3. cap. 5. q̄ Est & Blanda, sive Blande, oppidum Hispaniæ Tarracensis, in agro Barcinensis, iuxta Larnum flumen. Vulgo, Blanes.

Blande, Fluvius est Hispaniæ Tarracensis, in agro Barcinensi, iuxta oppidum sui nominis. Autor Plin. lib. 3. cap. 3.

Blandus, In agro Sabino regio est, in qua Horatius habuit villam, & in ea fontem, quem celebrat elegati carmine, cuius principium est: O' fons Blandus! splendidiq; vitro &c.

Blâscor, [βλάσκων]. Ger. Ein Insel im anflauß des flusses Rhodani. Insula in Rhodani ostio, prope Metinam. Plin. lib. 3. cap. 5. & Strab. lib. 4.

Blemmyes, [Ger. Böder im heissen Morentäld/ welche tein Haupt, sonder das Haupt und Augen an der Brust haben.] Plin. lib. 5. cap. 8. sive Blemyes unico m, *βλεμυες* Stephano. Populi sunt in Aethiopia versus Austrum, capitibus carentes, ore & oculis petori affixis: ita dicti, (Stephano teste) à Blemye quodam, uno ex tribus p̄ducibus, qui sub Dionysio in iis regionibus militarunt. Hi alio nomine Bleptæ vocantur.

Bleniæ, narium, [Ger. Böder in Africa die bei angestie an der Brust haben.] Populi sunt Africæ, faciem in pectora habentes Claudioianus: errat Per Meroen, Blenisq; feros, zaramq; Syenen. Quo tamen in loco Blemyas legendum crediderim. Vide in præcedenti dictione.

Blepæ, *βλεπαι*, Populi Africæ, sine capitibus, habentes oculos in pectora. Eosdem & Blemyas vocat Pomp. lib. 1.

Blerani, Italæ populi in tractu Hetrutæ Cortonensis, & Capenaribus vicini. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

Bliteræ, Oppidum provinciæ Narbonensis, de quo Plin. lib. 3. cap. 5. In Mediterraneo (inquit) colonia Arclate Sextanorum, Bliteræ Septumanorum, Arausio Secundanorum.

B. ante O.

Bôagru, *βοαγρη*, Locrensum armis, sive potius torrens, qui Thronion urbem præterfluit: interdum tam exiguis, ut ne pedes quidem transeat ungat: interdum tam latus, ut ad bina diffundatur jugera. Strab. lib. 9.

Bôautiæ, *βοαιλαι*, Vrbs Scythæ. Steph.

Bobium, Oppidum est Apennini juga situm, ubi cœnobium dicitur à Tholinda regina Longobardorum extractum: quo in loco nuper hujusmodi libri reperti sunt, Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpiti carmen, LXX epigramma: Terentianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnis generis: Cæsius Basilius: Vetus Longus de Orthographia: Adamatius Martyrius de litera muta B. & V, vocali: Probi Catholica: Cornelius Fronto Latinæ: Servius grammaticus de litera: Liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum: Paraphras super sex Virgilii libris: Trium Aeglogarum Virgilii enarrationes: & alia præterea multa, quæ Volaterranus conumrat.

Boboniæ, *βοβοναι*, Vrbs Italæ, Steph.

Bozialium, Arcadiæ oppidum est, iuxta Megalopolim & Catinam, teste Plin. lib. 4. cap. 6.

Bocatius, Scriptor Italæ fuit, sua lingua quām Latina teritor. Scriptis Latinæ Genealogiam deorum: de illustribus mulieribus: item de fluminibus & montibus, & pleraq; alia sua lingua.

Bocchus, Rex Mauritanie fuit & Getulic, qui Iugurtham Sylæ tradidit. Vide Salustium in lugur.

Bocchyris, pen. prod. *βοκχυρης*, Rex quidam fuit Aegyptiorum, qui iuste, sincereq; judicasse fuit, adeò us ejus nomē in proverbium venit justissime judicantium.

Boccorsi,

Boccori, qui & Concordenses, Populi sunt Lusitanis, teste Plin. lib. 4 cap. 22.

Boccenses, Sardinæ populi, teste Plin. lib. 3. cap. 7.

Bochiana, Oppidi nomen Troglodytarum. Apud Plin. lib. 6 cap. 29, in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Aethiopici.

Boderia, Ptolemaeo, Aestuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum in Vita Agricolæ.

Bodincomagum. Oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dicitur à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quasi fundo carens. Plin. lib. 3. cap. 16.

Bodincus. [Ger. Der Boden ist flus in Italia die Ho genant.] Ligurum lingua dictus fuit Padus fluvius, propter immensam altitudinem, quasi fundo carens. Vide in præcedenti dictione.

Bodenætus, Vide Dodone in Steph.

Bodona, Bodon, Vrbs Perthebie, vel potius Thessalie. Steph.

Bodotria. Vide BODERIA.

Bœa. Oppidum est Peloponnesi in sinu Argolico, non procul ad Epidauro, ut scribit Plinius libro 4 capite 5, in descriptione Achæar.

Bœbe, es, Boës, Oppidum est Crete, nō procul à Gortyne. Stephanus. q Eß & Bœbe Thessalie oppidum, lacui adjacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strabo lib. 9.

Bœbel's, idis, sive Bœbias, adis, sive Bœbeis, idis, Boës, Boës, Bœbel's, Stephano, Lacus in Thessalia ad radices Ossa. Lucanus lib. 7: Ite per Ossam rapidus Bœbeida sanguis. Valer. Flac. Perderet & pingui miseris in Bœbide cricis.

Bœmia, Regio Germania, trium ferè dierum longitudine, & totidem latitudine, Hercynia sylva undiq; cincta, & Albi fluviu irrigata: ab Oriente spectans Moravos: ab Arto Saxones: ab Occidente Noricum: à Meridi superiorē Pannoniam, quæ Austria hodie dicitur. [Gal. Bohemia Ital. & Hisp. Boemia. Ger. Böhmen. Pol. Ceskia. Vng. Tschorskig. Ang. Beane, the name of a country.] q Hujus incolæ Boëni appellantur, lingua & moribus à Germanis omnia disticti. Vide plura de his apud Aenean Syvium, qui Boënum historiam conscripsit.

Bœotia, [Boënia Ger. Ein Landschaft in Griechenland / nach bey der Insel Eubœa, so ses Nigropeni heißt/ getragen] Regio est in finibus Græciæ, Eubœa in insula objecta: ab Attica autem Cithærone monte discreta: in dicta (ut nonnulli putant) a bove, cuius ductu Cadmus pervenit ad eum locum, ubi postea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit Ovid. 3. Metamorph. quum ait: Bos tibi, Phœbus ait, solus occurret in arius. Nullum passa jugum, curvij; immunis ariatri: Hac duce carpe vias, & quia requieverit herba, Mochia fac codas, Bœotiaq; illa vocato. q Alii alias afferunt nominis hujus rationes: quas vide apud Steph. lib. 9. Olim etiam Aonia dicta est, & Ogygia, & Hyantis, & Melisæpia, & Cadmeis. Thucydid. q Hinc Bœoti, Boënia, dicitur sunt regionis hujus incolæ, qui stupiditatis, & crassi ingenii homine malè audierunt. Hinc est illud Horat. lib. 2. Epist. Bœotum in crasso jurates aeternatum.

Bœotius, a, um, adjективum, Cic. 1. de Divia. Quod & somniantibus sècè contingit, & nonnunquam vaticinantibus perfidorem, ut Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. q Bœotia auri, Boënia. In pingui judicio hominem quadrat. Bœotum stoliditas compluribus proverbiis locum fecit. Similimum illi, Auris Batava. Diogenianus meminit Adagii. q Bœoticum ingenium, Boëniaq; res, pro stupido & stolido. Quicquid enim insulsa esset ac stolidum, id Bœoticum dicebatur. Lucian. in love Tragedo: A ægri, ræpi ægri, & dardis boeniori: id est, siud quod dixisti, proflus agrestis est & vehementer Bœoticum Horat. in Epist. Bœotum in crasso jurares aere natum. q Eundem seculum habet, Bœotica sus, & Boënia ds. Vetusissimum adagium. Qui enim prius temporibus, Bœotia regionem incolebant, ûarsæ appellabantur, gens barbara & agrestis: proinde quidam depravata voce, pro, ûarsæ, ûas: id est, sues appellabant. Idq; scisma cessit in proverbiu. q Bœotica cætilena, Boëniaq; res, dicebatur si quibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Natum ex historia: nam Bœotii primum liberam ac pacatam agebant vitam: deinde mortuo Laio in variis calamitatibus inciderunt, ut illorum cantilena à lato initio in luctum desisse videatur. Citatur à Zenodoto. q Bœotica ænigmata, Boëniaq; res, dicebantur oblique atq; obscurè dicta, quæ q; per difficultè percipi possent.

Bœotius, a, um, aliud adjективum. Ovid. 12. Metam. -Bœotaque tellus Aulide pistosa puppes tenuisset iteras.

Boëthius Zenone imperante ob affectu libertatis suspicione à Theodorico rege exilio damnatus: deinde custodiæ traditus, plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho senatore, sacerdo suo, aliisq; præstantibus viris interficitur, ut ait Eusebius.

Bœotus, laeptus quidam poëta fuit Tarcanis, qui Philippensem

Antonii victoriā carmine conscriptis: quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasii cuam Tarcanis praefecturam est assequutus. Vide Strab. lib. 14.

Boetus, ut inquit Strabo, Hispanæ fluvius, ex eisdem nascens locis, ex quibus Anas, & Tagus.

Bogodium, Ptolemaeo oppidum est Germania, quod hodie Bogostetis vocatur.

Boges, Fortissimi cujusdam Persæ nomen est, qui ab Atheniensibus obsecus, quū nihil commecatus supererat, maluit uxori primum & liberis, deinde scipium interficere, quam vivus in hostium manus pervenire. Herod. lib. 7.

Bogild, dis, pen, genitivi correpta, Rex fuit Mauritanie Tingitana, quæ ab eo Bogudiana vocata est, teste Plin. lib. 5. cap. 2. q Fuerat aut plures ejusdem nominis, ex quibus postremus fuit, qui in Astiaco bello Antonii partes sequutus, ab Agrippa supplicio affectus est. A Strabone Bogus dicitur lib. 8. barbaræ voce in suaviorem sonum, & terminationem declinationi aptiore transmutata.

Bogus, Vide BOGVDS.

Boñanum, Hodiæ Boëianum; Oppidi nomen est inter Samnitæ, Ptolemaeo.

Böll, Böll, Straboni, populi fuerunt Galliæ Lugdunensis, teste Plin. lib. 4. cap. 18, qui putantur agri Borbonensis tractum incoluisse. Hi postea Alpes transgressi, juxta Padum confederati, ubi & Laudam Pompeiam urbem considerunt, teste eodem lib. 3. cap. 17. Idem postea à Romanis expulsi, in Germaniam se contulerunt, teste Strabone lib. 7, ubi Hercynia sylvae partem incoluerunt, quæ Pannoniæ proxima est: quæ regio ab eis primum Boiohemia, & postea abjectis aliquor literis Boëmia appellata est, quod sonat nihil aliud quam Boiorum patriæ.

Boin, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico, Plinius libro 5. capite 5.

Bojon, Böön, Stephano, Doridis oppidum in Græcia, teste Plin. lib. 4. cap. 7. Doris (inquit) in qua Sperchos, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

Bolâ, Bölä Stephano, Oppidum agri Campani in Italia: cujus meminit T. Livius. Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus vicini, apud Plin. lib. 3. cap. 5. Virgil. 6. Acneid. Pomerios, castrumq; Inui Bolaniq; Coramq;.

Bolbitæ, Bölöntæ, Vrbs Aegypti.

Bolbulæ, Bölöntæ, Insula nomen in mari Aegæo, non procul à Teo: ut refert Plinius in descriptione insularum ante Asiam, libro 5. capite 21.

Bolbitinum à Plin. lib. 5. cap. 10. numeratur inter ostia Nili.

Bolentium, Pannonia superioris oppidum est, apud Ptolemaeum, quod il i sua lingua Radispurg vocant.

Boline, Bölin, Vrbs Achæar. Steph.

Bolingæ, Populi sunt Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 19.

Bollius, Bölios, Vrbs Acolica in edito sita, prope Chium. Stephanus.

Bölögßia, Bölöntæ, Vrbs juxta Euphratæ, à Bologesso rege condita. Stephanus.

Bologesiphora, Bölöntæ, Vrbs Persica. Steph.

Bolurus, Bölor, Vrbs Tralleorum in Illyria, & alia Thesprotia. Steph.

Bomarei, Aisiæ populi sunt à Caspia mōribus Orientem versus incolentes, ut autor est Plin. lib. 6.

Bombina, Leg. B M B I N A.

Bombos, Cilicie flavius. Plin. lib. 5. cap. 27: Præterea intus flamina Liparis, Bombos, Papadus.

Bomilcar, Carthaginensis fuit. Amilcaris filius, qui quum a pud suos in suspicionem venisset, quod cum Agathocles sentiret, in crucem sublatus est. Vide Iustinum Trogi abbreviatum lib. 33.

Bomitæ, Oppidi nomen est in Amano monte, qui Syriæ à Cilicia distinet. Plin. lib. 5. cap. 22.

Bonandria, Hodie dicitur Syriæ civitas, quæ olim Apollonia. Bonaventura, Frâcisanus theologus, ex oppido Bagice regio, ob virtutem & commentarios editos, in Cardinalium numerum ex generali (quo nomine, ut peculiari, ruptur Franciscani) à Gregorio X. relatus est. Habitum quo nunc utuntur Franciscani cardinales instituit, quum prius aliorum cardinalium modo incederent. Dum privatus esset, ne gratis visitaret, sacros aliquot libros scriptarate solebat, custodi tradere mercedis loco venundandos. Postremò à Xysto III. in catalogum relatus est. Hujus postea libros in Epitomen redigit Gulielmus Fulginus ejusdem ordinis. Autor Volaterranus. q Fuit ité Bonaventura alter ejusdem ordinis Patavinus Cardinalis S. Caeciliæ factus, sub Ioanne XXII. doctrinæ sanctitatem adject, ut qui pro martyre ferè colatur, à Carranensi principi sagitta peremptus, dum Ecclesiæ libertatem contra tyrannos tueretur. Vtriusq; autor Volaterranus.

Bönhæ,

Bōnchāē, βονχαῖ, Populi Carthenis vicini, inter Euphratem & Cyrum fluvium. Steph.

Bonchīs, βονχίς, Civitas Aethiopie juxta tertium cataractem. Stephanus.

Bonicius, Præsul Avernensis, vir sanctitate clarus, cuius tunica etiam hodie monstratur, qua à diva genitrix fuit donatus in excessu montis, eodemque primū sacrificavit. Autor Volaterranus.

Bonifacius, Romanus, apud Tarsum Aglaes divitis viduæ res procurabat, cum qua rem habebat, ebrietate, ceterisque moribus infamis. Factus repente alius, martyrium sub Diocletiano subiit, relatusque deinde à servis Romæ, eique templum in Aventino dicatum, quod & Alexio postea commune fuit. Alius fuit Britannicus natione, præsul Maguntinus, apud Phrysius & ipse martyr, quod justus Stephanus II. Pontificis, Pipinu Caroli patrem regem oleo sacro perunxerit. Alius ejus nominis præsul Carthaginensis Zenone imperante. Alius item præsul Ferentinas ambo confessores. Quintus præterea martyris Bonensis, Othonis tertii consanguineus. Autor Eusebius. His additur à Volaterr. Bonifacius Africæ comes, sub Honorio Aclii ducis amulus, Augustino amicissimus.

Bōnnī, (quod hic corruptè legebatur) Vide BOMI.

Bōnōniā, βονωνία, Princeps Hetrurie colonia, Felsina climatice, in octava Italie regione: ut tradit Plin.li.3.cap.15. Vulgo Bologna.

Bonosus, Romanorum tyrannus mirabiliter bibacitatis: de quo Aureliani illud celebratur, non ut viveret illum esse natum, sed ut biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & soberius, & nunquam non vino prudenter: & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad æquilibrium. Hunc ad laqueum quum coegerit Probus imperator, jaclatū est militari joco: Amphoram pendere, non hominem.

Bonus, Presbyter Romanus, simul cū Fasto & Mauro diaconi, Romæ sub Valerio principe passus, sepulti omnes in via Latina Autor Volaterranus.

Bōos Coētē, βοσκήμ, Hellesponti urbs est, quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Plin.lib.5.cap.ult.

Bōos V̄rā, βοσκή, quasi Latinè Bubulā caudam dicas, Urbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Autor est Strabo lib.14.

Bōstēs, tis, vel Bootes, τις, βόστης, à bove deductum nomen, Latinè Bubulcus, coeleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi videtur. Fuit autem Bootes (ut refert Higinus) Iovis ex Calisto filius, nepos Lycaonis, regis Arcadiæ, qui unâ cum matre in celum est translatus, & illi veluti custos appositus. Cicer.2.de Nat.deor. Septentriones autem sequitur Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes. Quod quasi temone adjuncta per se quatit Arcton. Ovid. Arctophylax formam terga sequentis habet. Iuvén. Frigida circunagit pigri sarraca Bootæ. Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gell.lib.2.cap.21.

Boramia, Phœnices oppidum est, non procul à Beryto & Bybilo. Autor Strabo lib.16.

Borcani, Populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, ut autor est Plin.lib.3.cap.11.

Borcobe, Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli vicinum, ut autor est Plin.lib.4.cap.11.

Bōrēostōmā, pen.cor. [βορέοστομα] Ger. Eine auf den aufgängen der Donau in das Euphrat'sche Meer] Vnum est ex ostiis Danubii fluminis. Plin.lib.4.cap.12, de Danubii ostiis: Primum ostium Peuce: mox ipsa Peuce Insula: à qua proximus alveus appellatus, XIX.M. passuum magna palude sorbetur. Ex eodem alveo & super Istropolin lacus gignitur LXXII.M. passuum ambitu: Halmirin vocant. Secundum ostium, Naracostoma appellatur. Tertium, Calostoma juxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula autem ora & ostia tantasunt, ut prodatur in XL.M. passuum longitudinis vinci' mātē, dulcemque intelligi haustum.

Borgodi, Afiz populi, in insula Aigilia, teste Plin.lib.6.cap.28, in descriptione Arabie.

Bōrōnī, sive Boreon, pen.prod. βόρων, Ptolemæo, Africæ promontorium est, quod majorem Syrtim includit, dicente Plin. lib.5.cap.4: Promontorium quod majorem includit (Syrtim intelligit) Bōrōn appellatur. Hujus etiā meminit Strabo lib.17: Ultra Berenicen est parvum quoddam promontorium nomine Bōrōn, quod est Syrtis ostium.

Bōrmīscūs, βορμίσκος, Regio Macedoniæ ubi canes Euripi dem lacerarunt. Stephan.

Boron, Est Troglodytarū oppidū, ut tradit Plin.lib.6.cap.29.

Bōrsippā, βόρσιππα, Civitas est Mesopotamiae, Diana & Apollini sacra, in qua præcipue viguit lanificium. Circa hoc oppidum maxima est vespertilionum copia, qui ad csum conditū tur. Strab.lib.16.

Bōrysthēnēs, pen. corr. [βορυσθένες. Vulgò Neper. Ger. Ein grosser flus im näheren Scythia / wird genent Neper.] Fluvius Scythia secundum Istrum omnium maximus, cuius aquæ ad portandum sunt suavissime, & magnos pisces alunt nulla habentes ossa. Est item Borystenes oppidum, quod Borysthene amne alluit: unde & nomen accepit. Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab.libro 7. & Ptolem.libro 3. capite 5. Pomponius Mela Borysthenidem appellat libro 2. Est & insula eiusdem nominis, ante fluvii hujus ostia sita: cuius etiam meminit Ptolemæus loco jam citato. Lacus quoque est eiusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin.li.4.cap.12.

Bōrysthēnīs, a. um, adjectivū. Ovid.4.de Pont. Eleg.10: Cūq; Borysthenio liquidissimus amne Dyaspes.

Boryza, βορύζα, Vrbs Pontica, Steph.

Bōvillæ, arum, βοιλλαῖ Stephano, Oppidū fuit in Latio, haud procul ab urbe Roma, via quæ Ariciam ducebat, ut inquit Asconius. Nam ad Bovillas interfactus est Clodius, Aria rediens. Dictæ Bovillæ, quasi bovis ilia, quod cō vulnerata bos sua trahens intestina devenerit. Vnde populus Bovillanus datus est.

Bosgœdariza, Locus est in confinibus majoris Armeniæ fatus, Autor Strabo lib.12.

Bosirata, Vrbs Aegypti, Steph.

Bōspōrūs, pen.cor. βόσπορος Græcè, sine aspiratione: & ita ratio vera postulat, Angustas maris fauces significat, à meabilis bovis transitu imposito nomine, ut testatur Plin. li.6.cap.1. quasi τὸ βόσπορον. Sunt autem duo Bosphori, Thraciæ & Cimmerius, tanta uterque angustia, ut & alitum cantus, & canis latratus ab ulteriore littore invicem audiantur: manet etiam humanae vocis inter duos orbes commercio, nisi quod id auferunt venti. Thraciæ Bosphorus juxta Byzantium est, quingentorū non amplius passuum freto, Asiam dirimens ab Europa: quâ Darius pater Xerxes copias ponte transvexit. Valerius Flaccus fabulatur Io puellam in vaccam commutat, per hasce angustias in Asiam tranavisse: indeq; fretum illud Bosphori nomen traxisse: Sic enim scribit lib.4. Argonaut. Jamq; dies, atque aura vocant, rursusq; capessunt Acquaora, quâ rigidos eructat Bosphorus amnes. Illos, Nile, tuis nondū dea gentibus Io Transierat fluctus: unde hæc data nomina Ponto. Vulgò Estrecho de Constantinopla. [Ger. Der eng schwund des Meers bei Constantinopel/ welche ein Kind durchgeswommen hat.] Alter in introitu est Mæotidos paludis, juxta Tauricam Chersonesum, duorum millium passuum latitudine, per quem palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius Bosphorus dicitur à Cimmeris populis, qui partem ejus frigidissimam incolunt. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerii appellantur. Inter Bosphorum Thracium & Cimmerium, ut ex Polybii sententia scribit Plin.lib.4.cap.12, interiacent millia quingenta. Est & Bosphorus urbs Frâneonia in Germania, vulgò Dæsenfurt.

Bōspōrānūs, & Bosphorus. Cic. pro Lege Manil. Bosphorus finitimus suis bellum inferre simulasset. Ovid.2.Trist. Fgerit Ionio, Bosphorioq; mari. Est item Bosphorus Stephano duarum urbium nomen: quarum alteram ad sinum Cimmerium, & fretum ejusdem nominis collocat: quæ & Bosphorus polis dicitur: alteram in India constituit.

Bōstrā, [βόστρα boſtrāh.] Non est altera civitas, ut multi putat, sed Idumæa, juxta illud: Quis est iste qui venit ex Edom tintæ vestibus de Bosta? Es.63. Est etiam oppidū terræ Moab hoc nomine, Ierem.28.

Bōstrā, βόστρα, Phœnices civitas est, ad marœ sita. Strabo, lib.16.

Bostrata, Vrbs Aegypti, Steph.

Borachidæ, Lacus Arcadiæ in Tegea, Steph.

Bōtiāē, sive Botriāē duplicato t, βοτιά, Populi sunt Thraciæ, quorum meminit Plin.lib.4.cap.11.

Bōtiēum, βοτιά Stephano, Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem sale foecundam.

Botrodius, Vicus non longè à Segobria: quondam oppidum, sed à Tiberio Graccho dirutum, ut refert Polybius.

Bōtryūs, βότρυς Stephano, Oppidum est Phœnices, cuius mentionem facit Plinius libro 5. capite 20, in descriptione montis Libani.

Bovianum, Samnitium colonia verus, dicente Plin. li.3.cap.12: Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixerunt, colonia Bovianum verus, &c.

B ante R.

Brabastenes, Mons, quem Liv.lib.4.de bel. Mac. decem milibus passuum à Lacædemone distare dicit.

Bracari, sive Bracares, Populi Hispaniæ Tarragonensis, ad

E Minium

Minium flumen, qui unum constituit ex septem Hispaniæ citerioris conventibus, quem Bracarum cœventum vocat Plin. lib. 3. cap. item 3. Nunc, inquit, universa provincia dividitur in conventus septem, Carthaginem, Tarragonensem, Cæsar-Augustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Ptol. lib. 2. cap. 6. Bracaros appellat, eosq; inter Callecos annumerat: eorumq; metropolim Bracaram Augustam vocat.

**Brachmanes**, vel Brachmanæ, [βραχμανες Stephano. Ger. Der nam der Weisen vnd Hochgelehrten in India.] Indiæ sapientes diligentissimi syderum obseruatoris. Horum vitam descripsit Bardeanes Babylonius (ut suprà admonuimus) qui Gymnosophistarum duo tradit genera: quorum illi, qui ex generis successione veluti hereditariam sapientiæ possessionem amplectabantur, Brachmanes dicti sunt: qui vero electione ad philosophiæ professionem assuebantur, Samanei. Ad hos profectus est Apollonius Thyaneus, ut Iarcha in solio aureo sedentem de syderum motu audiret differentem, ut testatur Hieronymus in præfatione Bibliorum. Vide Strab. lib. 15. Plin. lib. 6. cap. 7.

**Brachodis** βραχοδης, Promontorium est Africæ propriè dictum, in extimo Syriæ parvæ cornu. Autor Ptolem. lib. 4. cap. 3.

**Brachybîs**, [Ger. Die Moren haben diesennamen/darnumb das sie so turzlos leben sind. Pol. Murkinowie kroskokyci. Vng. Rôsik elterw keressendk.] à Dionysio vo cantur Aethiopes à vita brevitate. Siquidem quadragesimum anum non excedunt.

**Brachyle**, βραχυλη, Vrbs Ceretum, qui Iberis vicini sunt. Steph.

**Bræctia**, Insula, Vide BRA TIA.

**Bræcara Augusta**, Oppidum Tarragonensis Hispaniæ, non procul à Minio fluvio. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 6. & quæ suprà annotavimus in dictione BRA C A R I.

**Bræsti**, βραστι, Populi Macedoniæ, Steph.

**Bragada**, pen. corr. βραγαδα, Fluvius, qui juxta Uticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & a toto exercitu cū ballistis & catapultis serpentem centum & viginti pedes longus occisus est. In castigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic flumen, non Bragada.

**Bragæ**, Insula quædam sunt desertæ, ut tradit Plinius libro 6. capite 28.

**Brana**, Turduloru oppidum est in Hispania, in conventu Cordubensi. Plin. lib. 3. cap. 1.

**Branchidæ**, βραχιδαι, Apollinis Didymæi sacerdotes sunt apud Posideum, oppidum & promotorium Ioniarum: qui locus, teste Plin. lib. 5. cap. 29, prius Branchidarum oraculum dicebatur: deinde Didymæi Apollinis à littore distans stadiis, 20. vide Strab. lib. 14.

**Branchiûs**, ut scribit Laestanius, Filius fuit Apollinis, ex filia Iaucis & Sucronis conjugi susceptus, qui quæ Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitq; vaticinari, & subito nusquam apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod Branchiada nominarunt. Idem autor alibi dicit Branchum, quendam Thessalum fuisse, ab Apolline maxime dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem jussit. q; Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadae communes Apollinis & Branchi sacerdotes, qui Apollinis Didymæi oraculo præfuerunt. q; Branchi meminit Stat. lib. 3. Theb. & Strabo lib. 14. & alibi.

**Brancoli**, Populi sunt Indiæ, quorum meminist Plinius lib. 6. capite 20.

**Brända** à Poëtis brevitatibus causa appellatur Apulic urbs Brundusium. Vide suo loco.

**Brandenburgum**, Vrbs celebris Germaniæ inferioris.

**Brafidas**, βραφιδας, Lacedæmoniorum dux fuit, qui circa Amphipolim cum paucissimis cinctus ab Atheniensibus, quæ hostium copiæ ratissimæ erant, sibi ferro iter aperuit. Vide Suidam.

**Bratia**, βρατια, Vrbs Laconica. Steph.

**Brauriâ**, Insula est, una ex iis quæ Illyrica adjacet. Scribit enim Plin. lib. 3. cap. ult. Illyrici oram, quod vadosum ibi sic mare, mille amplius insulis frequenterat esse: inter quas enumerat Brattiam, bobus & capris laudatam.

**Brauron**, βραυρων, Atticæ oppidum, ubi Diana Brauronis sanctum est. Autor Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

**Brauum**, βραυμ, Vrbs Hispaniæ Tarragonensis, sub Cantabris sita, auctore Ptolemæo, quæ eadem esse creditur cum ea quam illi sua lingua Burgos vocant.

**Bræa**, βραι, Civitas in quam Athenienses coloram miserunt, Stephan.

**Bregi**, & Breges, & Phryges, idem sunt. Strabo lib. 12.

**Bregmætanæ**, Alia populi in Troade. Autor Plinius libro 5. capite 36.

**Bremis**, Vrbs Saxonie, vulgo Bremen.

**Bremen**, Vide PHABIRANVM.

**Brennus**, vel (ut aliis placet) Brenno, [βρενος Steph. Ger. Ein Bär und Hauptmann der Gallier, der Italiæ verhegget hat, vñ Dietrichos

ber gebawen.] Dux Gallorum, qui Brenonam Venetiæ urbem ædificavit, quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Hic quam trecentis armatorum milibus in Italiam intrumpens, primum Romanos apud Alliam flumen profigavit: deinde ab urbem pergers, eandem cepit, totamq; exsus, præter Capitolium: in quo nobilior juventus conseruata: sed quæ & illud aggredieretur, Romani cum illo converterunt, ut acceptis aliquot auri talentis, obsidionem relinquere. Quum igit aurum penderetur, ipse dux gladium suum vagina educens, & hunc pensari imperavit: sed quæ hoc Romani, ut rem injustum, recusarent, atq; ita invicem contendenter, Camillus exul, qui absens Dictator creatus erat, collectis iis, qui Roma profugerant, Gallos ex improviso adortus est, qui reliquo auro, cu maximo suorum dextero fuga sibi consulere coacti sunt. Camillus verò eos continuò persecutus, ex Italia expulit. Postremò Brennus Apollinis Delphici templum prædecausus, ira numinis se interfecit. Propertius: Torrida sacrilegia testantur limina Brennum. Vide quoq; Proverbium: Quidvis, nisi doloi?

**Brenthâ**, βρενθη, Vrbs Arcadiæ, & fluvius Brethiates. Steph. Bræntus, βρεντος, Herculis filius, à quo Brundusium, βρεντον, dictum. Steph. Est & Brentus Herculus filius.

**Brepium**, Promontorium est Achaiæ, teste Plin. lib. 4.

**Bretena**, Vrbs Italiæ sub Venetia, Ptolemæo, Brænum hodie. Brætolæum, Ptolemæo, Lusitanæ oppidum est, quod hodie Brænum dicitur.

**Brettanis**, Insula βρετανη, Vide BRETTOTIA.

**Brettii**, Vide BRETTOTIA.

**Brettotia**, βρετανη, Insula in Adriatico mari.

**Breuci**, teste Plin. lib. 4. cap. 35, sunt Pannoniæ populi ad Saum flumen. [Vng. Szanai toltok.]

**Breuni**, Plinio inter Alpinas gentes numeratur. Sic enim scribit lib. 3. cap. 20: Gentes Alpinae devictæ, atq; sub imperiū populi Romani redactæ, Triumpolini, Canuni, Vennotes, Venones, Hifari, Breuni, &c.

**Briareus**, βριαρες, Gigas, Coeli & Terræ filius, quem Poëta finixerunt centum habuisse brachia, & quinquaginta ventres. Hunc singit Homerus, quum Pallas, Juno, Neptunus, aliiq; ex Diis nonnulli, adversus Iovem conjurassent, persuasum à The tide in cœlum ascendisse, ut Iovi suppeditas ferret, deosq; conjuratos illius adventu territos à cœptis destitisse, & cum Iove in gratiam rediisse. Hæc Homer. i. Iliad. ubi etiam hoc additum superis quidem Briareum dictum fuisse: ab hominibus autem Aegæonem. Alii Briareum inter eos numerant gigantes, qui adversus Iovem conspirarunt: unde à Virgil. lib. 6. cum aliis monstribus in vestibulo inferorum collocatur. Dictus Briareus à corporis robore. Nam βεληνη Græci pro forti dicunt, & robusto.

**Brias**, adis, βριας, Vrbs est Pisidiæ regionis in Asia. Autor Strabo lib. 12. Artemidorum antiquum scriptorem citans.

**Bricinnia**, βρικινη, Vrbs Ciliciæ, Steph. Vide B C I N A.

**Brigantës**, βριγαντης, Hyberni populi sunt, teste Ptolem. lib. 2. cap. 2. Horum civitas hodie Gangforda vocatur.

**Brigantium**, Oppidum est Rhetiæ, ad lacum Acronium, sive Podamicum, qui & Brigantius ab oppidi hujus nominat appellatur. Vulgo Bregenz am Bodensee.

**Brigiani**, Populi inter Alpinas gentes Plin. enumeratur lib. 3. capite 12.

**Brigida**, Mulier virtutæ sanctitate insignis. Romam venit à Suevia, Urbano V. Pontifici maximo, quatuor liberos matres, totidem feminas omnes sanctos habuit, inter quos Catharinam quæ eam viduam Romam comitata est, cuius etiam cura atq; opera in patriam relata est. Autor Volaterranus.

**Brilessus**, Atticæ mons est, Plin. lib. 4. cap. 7.

**Brileetus**, Atticæ mons, in quo bina leporibus sunt jecinora, cervis renes quaterni: pennatis autem & squamosis nulli, ut scribit Plin. lib. 11. cap. 37. Suspicio eundem esse cum eo, quem idem libi 4. cap. 7, Brilessum vocat: unde & Brileetus scribendū videatur Atticorum more, qui dictiones eas, quas κριται, perplex & scribi solent, geminato ñ efficiunt.

**Brimo**, [βριμο. Ger. Ein Schlechtestes.] Vnum est ex Hecates, sive Proserpine nominibus: dñs Βριμος: hoc est, à terendo impositum: eò quod nocturna terribilamenta ab ea immitti credebantur: ut ex Apollonii interpretibus annotavit Cælius Rhodig. lib. 11. cap. 16. q; Brinthus, βρινθος. Aristot. Histor. libro 9. capite 11: Avis canora, quæ in montibus sylvisque versatur.

**Brisa**, βρισα, Promontorium Lesbi, in quo Dionysius colitur, qui ab eo Brisæus appellatur, ut auctor est Stephanus. Corinthus autem in Persia Sat. 1. Brisæum appellatum esse scribit velæ mellis usi, quod ipse primum mel inventasse dicatur, & ex favis exprimere, vel ab uva, quod uvam invenerit & expresserit, quæ Brisare sit exprimere: vel à nymphâ quæ cum nutrita dicitur, Brisæus etiam poëtarum epithetum est, quod si in Liberi patris

patria tutela esse credantur. Pers. Sat. i. Est nunc, Brisæ quæ venosus liber Acci.

**Brisabritæ**, Indiæ populi trans Indum fluvium, quorū mentionem facit Plin. lib. 6 cap. 20. in descriptione Indi fluminis.

**Brisæs**, pen. prod. **Bræmis**, Lyræstia pueræ fuit, à patre Brise ita appellata: quum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lynæstæ urbe, Achilli viatorum in fortissimam cœlit. & postea ab Agamemnonे erupta, implacabilis dissidiæ causa fuit inter Agamemnonē & Achillem: Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neq; unquam adduci potuit ut arma sumeret, donec Patrobeli mors nuntiata eum ad vindictam extenuavit. Extat hujus Briseidos ad Achille epistola apud Ovidium in Epistolis Heroidum.

**Britannia**, [Bærlawia Straboni. Gall. Anglaterra. Ital. Ingilterra. Ger. England. Hisp. Inglaterra. Pol. Anglia. Saxoniam. Vng. Anglia. An. Ingland and Scotland.] per duplex a. insula in Oceanō Septentrionali, omnium, quæ Europæ adjacent, maxima: unde & orbem alterum quidam ex poëtis appellavere: à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis mōribus, qui ad eam navigantibus primò appareret. Hoc in duas divisæ est partes: quarum alteram, quæ in Septentrione vergit, Scotti incolunt, Caledonia sylva nomine cognitam: altera, quæ cultior est, & Belgis viciniot, Angli tenet, Saxoniz populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsis. Hæc ab Ortu Germanico: ab Occasu Hyberniæ à Septentrione Caledonia Oceano abluitur: ad Meridiem verò angusto fræto à Belgis dirimitur. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis inveniuntur, qui ardet in aqua, & oleo restinguuntur. Vrbem habet Londonum, nunc Londram, copia negotiatorum celebrem. Inter Septentrionem & Occidentem (ut celebres Geographi tradūt) duæ sitæ sunt in insulæ, Britannia & Hybernia paulo minor Britannia, ultra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatae, modicis spatiis inter se distinæ. Apud Britanos longissimus dies Septemdecim horarū deprehēditur, & æstate lucidæ sunt noctes, autore Plinio. q. Britannia, arum, ut Gallia etiam dicuntur multitudinis numero. Catullus in Cæsarem: Huc Galliæ timent, timent Britannia. Plin. lib. 33: Galliæ Britanniaq; inde modico dicuntur usæ.

**Britannus**, **Brætus**, Gentile à Britannia insula deductus. Virg. Aeg. i. Et penitus totò diviso orbe Britanniæ.

**Britannus**, Nomen fuit filii Claudi Cæsaris, ex Messalina, quem primò Germanicum, & mox Britannicū appellavit: qui quanvis adhuc infans à patre in castris sæpè circunlatus fuisset, & militibus commendatus: Neronis tamen opera veneno sublatus est: ut est videre apud Tacitum lib. 13.

**Brutum**, Lusitanæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 21. **Britomartis**, Puella fuit ex Gortynæ Cretæ civitate, Iovis & Chartæ filia, Diana in primis chæra: alio nomine Dictynna appellata, **Brætus**, **Brætus**: hoc est, à retibus, quorū usum in venatione traditur inveniisse. Hanc Minos Cretæ rex fert ad amasse, cuius vim quum aliqui effugere non posset, ex alta sepe rupe in mare præcipitavit. Vide Virgilium in Ciri, & Diodorū lib. 5.

**Britona**, Puella Cretensis fuit insigni forma, & Diana in primis dilecta, quæ quum Minois vim aliqui declinare nō posset, in fluvium se præcipitavit: levius rata vitæ, quam pudicitie jactaram facere. Hæc à Diodoro lib. 5, & Virgilio in Ciri, Britomartis dicitur.

**Brutonæ**, Vulgo Bretos, Populi sunt minoris Britannia, quæ est Galliæ Celtice regio, ad mare Oceanū sita, Northmanniæ ac Pictaviæ contermina. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, indeq; ab Anglis Saxoniz populis expulsi, in adverso littore sedes fixisse. Iuvenalis: Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

**Brivates**, Lugdunensis Galliæ portus apud Ptolem. libro 2. capite 8.

**Brixellum**, Oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volaterranus.

**Brixentes**, Populi Alpini, Lepontiæ finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

**Brixia**, [Vulgò Bresia. Ger. Breiten/etia Stat in Italiæ.] Vrbs est Transpadanae regionis, opus Cenomanorum, qui post Insabres in Italianam venerunt, Livio & Polybio testibus. q. Est ite Brixia fluvius Elymaidis, quæ est regio Persidi finitima.

**Brixillum**, Vulgo Bercelle, Oppidum Hetruriæ apud Mutinæ, Plin. lib. 8. cap. 15. in descriptione Octave regionis Italie.

**Brizo**, **Bræz**, Apud Delios vaticiniorum, quæ ex somniis sumuntur; Dea habita est: cœi, scaphas omni genere bonorum plenæ, solis piscibus exceptis offerebant. Dicta autem putatur Brizo, ab eo quod **Bræz** prisci Græci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhod. lib. 27 cap. 10.

**Brömius**, **Bræmu**, Bacchi cognomē, **Bræmu**: id est, à fremendo: vel **Bræmu** & **Bræmu**: hoc est, à tohitru, cœi quod natus sit cum tonitru, ejus genitrix fulmine perempta.

**Bröngüs**, **Bræng**, Fluvius est ex Illyrico Boreæ versus fluens, & excepto Anglo, in Istrum influens. Herod. lib. 4.

**Bröntes**, [Bærmis. Ger. Ein ass der Schmidthechtes Vulcani, so dem Jupiter die Fraten schmitten.] Vnus ex ministris Vulcani, qui Iovi cudit fulmina, **Bræntes**: hoc est, à tonitru dictus. Tres autem præcipue à Virgilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, & Pyramon, quem Ovid. 4. Fastor. Acmoniæ appellat. Hos Hesiodus in Theogonia Cœli & Terræ filios facit: quanquæ alii ex Neptuno & Amphittite natos malint. Virg. 8. Aen. Fertum exercabant vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyramon. Bronteus, Dictus est Iupiter, à **Bræntes**, quod est tonitru.

**Bröteas**, & **Ammon**, Gemini fratres fuerunt, cæstibus clari, qui ab Ibene occisi sunt in aula regis Cepheorum. Ovidius lib. 5. Metamorph. Hinc gemini fratres Broteasq; & cæstibus Ammon invicti, vinci si possent cæstibus enses, Phinica cecidere manu.

**Bröthæus**, [Ger. Ein Sohn Vulcani/ der sich von seinem Vngestalte wegen seines verbrechens hat.] per duas syllabas, Vulcani filius fuit, qui irrisus propter oris deformitatem, conjecte se in ignem, & vitam incendio finire maluit, quam omnium ludibrio esse expeditus. Ovid. 1a Ibjn: Quodq; ferunt Brothæus fecisse cupidine mortis, Deus tua succensæ membra cremandæ pycæ.

**Brullitæ**, Pöpuli Afisæ, quos Ephesiotorum conventui attribuit Plin. lib. 5. cap. 29: Epselsum (inquis) alterum lumē Afisæ remotores convenientur Cæsatienses, Metropolitæ, Cybiani, inferiores & superiores, Myfo Macedonienses, Mæstrenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dios hieritæ.

**Brumus**. Vide B R V M A L I A.

**Brundulum**, Portus, quem Athesia annis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò Brondolo.

**Brundunum**, Vrbs Bavariæ, vulgò Braunau.

**Brundusium**, [Bærcornor. Ger. Ein Statt in Calabriæ am Adriatischen Meer gelegen / heißt jetzt Brändi, Brandi.] Vrbs Calabriæ, ad mare Adriaticum sita, via Appia eousq; perducta, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tristissimus olim fuit in Græciā transitus: ita dicta à cervihi capitis similitudine, quod Brundusium Messapii sua lingua appellabat. Græci Brentusium appellant, à Brento quodam (si Stephano creditus) Herculis filio. Ex hac urbe Pacuvius poëta ortum traxit.

**Brufa**, Legē P R V S A.

**Brufis**, Pars Macedoniae, **Brænsa** Briso Emathii filio, Steph.

**Brünsicium**, [Ger. Braunschweig.] Vrbs Germaniæ.

**Brutii**, [Bætus. Ger. Völker zu hindern in Italien am Sicilischen Meer gelegen.] Italiae populi, in eo trætu, qui hodie Calabria dicitur, post Lænum fluviam incipientes, & in fretum Siculum in modum péninsulæ procurentes: dicti quasi bruti & obseceni. Fuerunt enim Brutii, servi & pastores Lucanorum, qui inde au fugere, & fuitim in regione consedentur, ubi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis: quam regionem prius Ausones habitaverunt. Hi multo post tempore, & ab Annibale & Romanis ptopter eorum perfidiam plenè deleti fuere, sine dignitate, sine honore, ad servilia opera semper coacti. Hæc regio (ut autor est Strabo lib. 6.) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est Pandosia, ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est. q. Est & Rhegium civitas olim potentissima, in extrema agri Brutii parte sita, ubi Siciliam ab Italia tradidit fuisse abscessum.

**Brutianæ** partim, dicta sunt scuta quibus Brutii utebantur.

**Brutianæ**, [Pol. Wyszy, item sl. uga miejski. Vng. Perugia.] à Romanis dicebantur, qui officia servilia magistratibus præstabant, nomine tracto à Brutis: qui quod primi Annibali adhescissent, & cù eo perseverassent, donec ex Italia discederet, hac ignominia à Romanis notati sunt, ut vilissima quæq; munia perillos obirent. Vide Alex. Genial. diet. lib. 1.

**Brutina**, Vrbs Hispaniæ, Ptolemaeo; Vide B R V T O B R I A:

**Brutiæ**, a. um, aliud adjективum, à Brutis Italiae populis: Unde Brutia pix, secundus liquor qui ex ræda excoquitur, & aceto coagulatur: dolis, aliisq; vasis illinédis utilis, ab alia pīce leniore differens. Primus autem ræda liquor Cedrium appellatur, quo Aegyptii defunctorum corpora incorrupta conservant. Vide Plin lib. 16. cap. 11. Hujusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: unde & nomen accepit.

**Brutum**, Promontorium Italiae extimum: ubi Siciliæ olim agro Brutio adhæsit. Plin. lib. 3. cap. 1: Primus Europæ sinus à Calpe extimo Hispaniæ mōte Læcos Brutium usq; promon-

torium immenso ambitu flectitur. Ptolemeus Scyllæum appellat. Vulgo *Bursano in Calabria*.  
Brutobriæ, & *βερτσια* Stephano, Oppidum est Hispaniæ in tractu Baeticæ, quod & Brutica appellatur. Dicta Brutobia quasi Brutia civitas: ea forma, qua Selymbria, & Poltyobria: in quibus Bria civitatem significat.

Brutus, Cognomè familiæ luniq; quod primus tulit L. Junius Brutus, propter stultitiam, quam Tarquinii metu simulabat. Hic ex ætis regibus, civitateq; in libertatem vindicata, primus Roma cū L. Tarquinio factus est Consul: rebusq; multis præclaræ gestis, tandem eo in prælio, quod ad Regillum lacum commissum est, occubuit: eumq; matronæ, ut fortissimū muliebris pudicitæ vindicem, annum integrum luxerunt. q. M. Brutus, unus fuit ex Cæsar's dictatoris persecutoribus, qui in campis Philippicis ab Octavio & Antonio vinctus, necem sibi consivit. q. D. Brutus, acerrimus publicæ libertatis propagator fuit, qui Mutinæ aliquādiu ab Antonio obsecratus, eaq; obdizione Hirici & Panæ opera liberatus, tandem à militibus suis desertus est, & ab hostibus occisus.

Brutus, & Bruti, & Scævæ, & Bubulci, cognomina gentis Iunia fuerunt. Brutorum præcipuè nominatur, Lucius ille Brutus, qui reges ejecit, & M. Brutus, qui Cæsarē occidit. Lucius patricius fuit: de Marco, patricius fuerit an plebeius, potest ambigi: patriciū fuisse, Posidonius philosophus, eumq; secutus Plutarchus affirmit: Brutum enim eum, qui reges expulit, tres filios habuisse, duos quo participes coniurationis in temp. ultimo supplicio, patre consule spectante, affectos, historiæ narrant: tertiu, unde Iunia gens propagata est, & à quo M. Brutus originē duxit. Contrà, plebeiu ut fuisse credamus, Dionysii Halicarnassi facit autoritas: nam, eis Plutarchum, ut soleo ac debo pluri facio: tamen Halicarnassum, qui inititur argumentis, libentius hac quidem in re authorem sequor. Plutarchi est simplex & nuda narratio: nam illud nescio quid quod assert ex Posidonio: ipsius Posidonii ætate fuisse Romæ præstantes ex ea gente viros, quorum forma ad similitudinem imaginis accederet illius Bruti, qui civitatem dominatu regio liberavit: ita plane nihil est, ut refellendum non existimet. Noster autem Cicero, quum in Philippicis orationibus, & in libro de Claris oratoribus dixit idem, quod postea Posidonius & Plutarchus, potuit id Bruto gratificari: quæ unice diligebat, tum ad studium libertatis recuperandæ facilius impelli posse existimabat, si ab illo Bruto, qui primus Romæ jugum servitutis virtute depulerat, progenitum ostenderet. Dionysii ratio hæc est, eaque, ut mihi videatur, admodum firma. Si Lucius ille Brutus, qui libertatem Romæ constituit, virilem stirpem reliquisset: ejus posteri patricii fuisse: quod si Patricii, consulatum sine dubio multi gessissent: at per annos CC. quod fasti declarant, consul Romæ Junius nemo fuit: nam quod, Scævas & Bubulcos, qui, ut diximus, Iunii fuere, consules videas, CC. post reges exæctos annis, hoc potius docemur argumento, plebeios fuisse, quæ patricios: quum in consulatu collegas habuerint de gête patricia: eo porrò tempore consules fuerint: quum cum magistratum duobus patriciis mandari, sex Licinia vetaret. Præterea, in ejusdem Dionysii historia tribuau pl. video Brutum quendam, plebeia partis defensorem acerrimum: item alterum in oratione pro Quinto: alios etiam alibi, quos, ut opinor, de gête Iunia fuisse, negabite, & plebeios fuisse: ideò putandum est, quod tri-bunatum pl. plebeii tantum hominibus deferti leges juberent. Livius sanè duos tantum nominat Bruti filios: in quos, coniurationis criminis convictos, animadversum est: sed verbum addit nullum, unde ullum præterea Bruti filium fuisse, possit intelligi. Apud Dionem eadem ferè, quæ apud Livium leguntur: ut non facile, utrum senserit, dijudicare licet: itaq; dubitatio ex Dionysio, Plutarcho, Posidonio tota nascitur, quanquæ ego quidem, quum argumenta illa duo, quæ posui, quum animo meo considero, unum de nullo Junio per CC. annos, post reges ejectos, consule, alterum, de Bruts tribunus pl. quos Dionysius, & Cicero nominant: non admodum esse video, cur dubitem, & ab eo Bruto, quem contra patres multa pro plebe gessisse Dionysius memorat, potuit M. Brutus, Serviliæ filius, cæteriq; Bruti ejus ætatis ortu trahere: is porrò ab aliquo L. Bruti patricii liberto: nam liberti ita familias non men assuebant, ut patricii, licet ab homine patricio manu missi, tamen esse non possent. Ex nostro commentario ad Quæ Fratrem.

Brûxellæ, Brabantæ urbs celebris. [Ger. Brüssel.]

Bryanian, *βερνιον*, Thesprotiæ civitas, Stephano.

Bryaxis, insignis statuarius fuit, qui cum Leochare, & Timotheo, Mausoleum in Caria ex marmore excidit. Plinius lib. 36. capite 5.

Bryazon, Amnis Asiae in Bithynia. Plin. lib. 5. cap. 32.

Bryges, *βεργια*, Populi Thraciæ fuerū: qui postea Phryges di-siuerat, à quibus Phryges Asia populi originem traxerūt. Au-

tor Strab. lib. 7. Stephanus Brygas in Macedonia collocat. Brygton, Inter urbes Macedoniae Plin. ponit lib. 4. cap. 10. Bryllyum, *βερύλλος*, Propontidis oppidum, Stephano. Bryfacion, Vrbs Parthianæ, Steph.

Bryse, Thraciæ populi, apud Plin lib. 4. cap. 11, in descriptione Thraciæ,

Bryani, Cyconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur, lib. 6. cap. 17.

Brysea, Vrbs Laconia, à qua Bacchus Bryseus cognominatus est, quod ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryseum dici putant ab antiquo verbo *βεύνω*, quod est scaturio: quoniam ex alvearibus mella, vel ex uvis musta exprimere primus docuit. Alii Bryseum potius quæm Bryseum volunt cognominatum, à byrsa: hoc est, pelle, quam in bello induebat. Nam telle Diod. lib. 5, Bacchum in pæliis pardalium pellibus usum constat. Brysa autem corium ac tergis significat.

Brysea, *βερσε*, Vnum ex agnominibus Bacchi, dñi *βεργία*, quod significat inundare & maleducere: vel (ut alii malunt) à Brysea Laconia civitate. Vide dictionem præcedentem, & sùbra B R I S A.

Brysiæ, *βερσαι*, Vrbs Elidis, Stephano.

Brystacia, *βερσακια*, Vrbs Oenomorum, Stephan.

Bryx, & Brygæ, Gens Macedoniæ Illyrii finitima, Stephan.

B. ante. V.

Bubalus, Pro pictoris nomine, vide B V P A L V S.

Bubastis, *βερβασ* Herodoto, sive Bubastus, *βερβασ* Stephano, Aegypti urbs, in qua quotannis conventus celebrabatur in honorem Dianeæ: quæ & ipsa Bubastis ab urbis hujus nomine fuit appellata. Ovid. 9. Metam. -cum qua latrator Anubis, Sancta q; bubastis. q. Hinc Bubastites nomos, appellabatur quædam ex Aegypti præfecturis, urbi huic proxima: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Bubalus, Caria regio est, cuius mulieres ab Ovidio vocantur Bubastis, quum inquit li. 4. Metam. Bubalides, vide nutus. Bubelium, Natio est, vel oppidum Cyrenæ, teste Plinio, libro 5. capite 5.

Bubetani, Campaniæ populi Corionalis vicini. Autor Plin. lib. 3. cap. 5:

Bubinda, Fluvius est in Orientali latere Hyberniæ apud Promænum lib. 2. cap. 2.

Bubon, *βερβον*, Civitas est Cabaliæ, quæ Lycia est regiuncula, tribus oppidis habitata, Onoada, Balbura, & Bubone, Autor Plin. lib. 5. cap. 17. Stephanus Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit, quemadmodum & Balburam ab alio latrone, nomine Balburo.

Bubona, Boum dea habita est, quemadmodum Pomona porrumborum.

Bubula (quod hic pro Lybia Cyrenaicæ oppido male legebatur) vide B V L V B A.

Buca, Oppidum est Fientanorū in quarta Italæ regione, Autor Plin. lib. 3. cap. 12.

Buccellarii, Suidas Buccellarios Gallogrecos fuisse scribit: & Buccellariorum regionem, Gallogreciam. Copiosius Alciatus lib. 6. Dispunct.

Buccina, Nomen oppidi in Sicilia. Vide in APP ELL.

Bucephalus, pro equo Alexandri, Vide in APP ELL.

Bucephala, Plinio, [βεκεφάλαι] Stephano. Ger. Ein Stier Indi so Alexander der Groß geboren hat: das ist sein Gaul der Bucephalus im Streit umbekämpft ist / und von dem hier der Stier den Namen gegeben. ] Indi oppidum est ad Hydaspeum fluvium, ab Alexander Magno conditum, & à nomine Bucephali equi ita appellatum, qui ibi interfectus fuit eo in prælio, quo Alexander Forum vicit. Vide Plin. lib. 6. cap. 20.

Bucephalas, *βεκεφάλας*, Portus est in sinu Saronico, non procul ab Isthmo Peloponnesi: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Bucha, Misnia, *Βυτζ* vulgo.

Buchia, (quod hic pro Ionæ loco perperam legebatur) vide B V T I A.

Bucinna, Insula est exigua, Siciliæ adiacens, à Lilybæo promontorio in Africam vergens. Vide Plin. lib. 3. cap. 8.

Bucolion, *βυκολιον*, Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbare Nympha Pædasum & Aescupum suscepit. Autor Hom. 6. Iliad.

Buda, [Vng. Hayregy io.] Vngaria, sive Pannonia metropolis est, non ita procul à Danubii ripa distata: olim munitionis totius Germaniæ propugnaculum: nunc Turcatū ditioni patet, ut penè tota Pannonia. Germani vocant Ófes Fuit sedes & inhabitatio Regum Vngariae longè pulcherrima & munita Sitma, unde dictioris locus in tota Europa tres omnium pulcherrimas esse urbes, Venetas in aquis: Budam in monte: Florentias in planitiae.

Budda, Gymnosophistarum apud Indos princeps exitit, qui illi ex virginis latere natu fuisse, credi voluerunt. Cælius Rhodanus lib. 14. cap. 1.

\* Budeæ.



Butua, Plinio inter oppida Liburnicæ recensetur, libro 4. capite 12.

Butuntinenses, Populi sunt Calabriæ in Italia, quo rū meminit. Plin. lib. 3. cap. 11.

Butūs, βούτης, Pandionis filius: unde Butadæ pars tribus Aegeidæ, Stephan. Est & Aegypti civitas. Vide suprà B V T H O S. Herodianus vicuna esse scribitar Buto, βουτό dictum, ubi oraculum fuerit: unde & Latona Buto. Est & alia Gedrosiæ, Stephan.

Buxentum, βούξες, Oppidum Lucanicæ, quod Græci Pyxunæ vocant, à buxo arbore, quæ copiosa illuc provenit. Plin. lib. 3. cap. 5. Vulg. Belnedere.

Buzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur. libro 6. capite 20.

Buzeris, Gens Thermiscyræ regionis in Asia. Plin. lib. 6. cap. 4. Vide B Y Z E R E S.

Buzigeus, Mons est Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8.

B ante Y.

Bybassus βιβάσσος, Caricæ oppidum Stephano, ita appellatum à Bybasso pastore, qui Aesculapium maris tempestate in Caram delatum servavit.

Bybe, βούβη, Thraciæ oppidum apud Stephanum, cuius incolæ Bybi, βούβη, appellantur à Stephano.

Byblesia, Caricæ regio, ab Isthmo Cnidiorum initium sumens: de qua sic scribit Herodot. libro 1: Nam quum initium Byblesia ex peninsula auspicetur, sintque Cnidii propemodum circumfui, eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus: Australem verò Symanum. Rhodiumque mare: reliquam frontem: hoc est, Isthmum, qui perexi-guus est, nempè quinque stadiorum, Cnidii tentaverunt per-fodere.

Byblis, idis, βούβη Suidæ, Filia Miletii fuisse fertur ex Cyanee Nympha, à fratre Cauno, cuius amore desperat, repulsa, im-patientia amoris in fontem sui nominis est mutata. Vide la-tiùs totam fabulam apud Ovid. 9 Metam.

Byblis, βούβη, Mile, Parva maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Mulos dicta. Aristoteles Zephyriam; Callimachus Mimallida: Heraclides Siphnum & Acyon vo-cant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plin. lib. 4. capite 12.

Byblus, Est Phœnices urbs, Beryto vicina, in qua Adonis olim insigne fuit templum. Eam tyranno oppressam Pompeius liberavit, illo securi percusso. Sitæ est in excelsa quodam loco, non procul à mari. Hæc ex Strab. libro 16. Ho-die Gera.

• Bycus, Sarmatiæ Europææ fluvius est apud Ptolemæum, qui Pomponio Buges dicitur.

Byle, βούλη, Vrbs, Vide E L E A.

Byllis, βούλη, apud Stephanum, Illyrici oppidum est, quod à Ptolemæo βούλη appellatur: & in ea parte collocatur Mace-doniæ, quæ Adriatico mari inominet, in Illyrici confinio: ubi & Plin. Bullidensem meminit.

Bymazus, βούμαζος, Vrbs Pæoniae, Steph.

Byrfâ, Vide in A P R E L.

Bysmæi, Genus Bebrycum, Steph.

Bysalas, βούσαλας, Regio juxta Syrtes, Vide Byzantes in Stephan.

Bysus, vel Byssus, Gens quædam, Steph.

Byzacium, Africæ regio. Plin. lib. 4. cap. 5. in descriptione Afri-cae, Vide B Y Z A N T I V M.

Byzanthes, Populi Africæ, Vide B Y Z A N T I V M. De Byzante & Strabone ejus fratre, vide Steph. in Binæcopolis.

Byzantium. [βυζάντιον. Vulg. Constantinopolis. Ger. Constan-tinopel. Turc. Çeçrepolis. Pol. Konstantinopolis. Vng. Ko-szánkopolis.] Vrbs Thraciæ, ad ipsum sita Bosphorum, pri-mùm à Pausania Spartanorum rege condita: postea à Constantino in majus aucta, & sacri Imperii sede eò translata, ab illius nomine Constantinopolis dicta est. Hoc die non si-ne gravissima orbis Christiani ignomia, crudelissimi Turcarum tyranni paret in sero. Est item Byzantium, Liby-phœnicum regio in Africa: quam sic describit Plinius libro 4. capite 5: Libyphœnicæ appellantur, qui Byzantium in-co-lunt. Ita appellant regio ducentorum quinquaginta mil-lium passuum per circuitum, fertilitatis eximia, cum centesi-ma fruge agricolis sœnus reddente terra. Hæc oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruspina, Tapsus. Hæc ille.

Byzantius, α, um, adjectivū: ut. Littora Byzantia, Ovid. 1. Trist. Byzantii exiles, Cic. pro Domo sua.

Byzères, pen. prod. βυζαρές Stephano, Populi in Pontio, qui Straboni Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chal-dæi dicti. Valer. Flac. 5. Argon. Byzeresq; vagi, Philyriq; à no-mino dicta Littora. Plin. lib. 6. cap. 4. Buzeros vocat. Ab his portus quidam Ponti, Buzericus βυζαρές λαπέω appellatur: cuius meminit & Steph.



Abalaca, Albanicæ in Asia oppidum. Plin. lib. 6. cap. 10: Prevalent oppida Albanicæ, Cabalaca: Iberia, Harmastis juxta flumen, &c. Cabales, καβαλᾶς, Populi sunt Lyciæ regionis, quarum regio Cabalia appellatur: in qua sunt urbes, Oenoanda (quam Strabo Oenoandrum vocat) Balbura, & Bubon. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & Herodo-tum lib. 4.

Cabalio marinus, Vide H I P P O C A M P V S.

Cabalis, καβαλῖς, Oppidum est Cabalæ regionis Asie, cuius meminit Stephanus. Est autem Cabalia Lycia pars.

Cabassus, καβασσᾶς, vel Cabessus, καβασσὸς, Homer. Oppidum Cappadociæ: quod tamè alii trans Hæmum montem collo-cant. Appion verò vicum esse ait inter Tarsum, & Mazacam. Vide Steph.

Cabellio, Narbonensis provinciæ oppidum est, prope Drudeniam fluvium, & Carpentoræ. A Strabone Caballio vocatur. Vulg. Cabillon.

Cabera, Protei filia fuisse fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidemq; nymphas Caberides: quibus omibas dulcata fuisse templa, auctor est Strabo lib. 10.

Caberon, Asie fluvius est, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 23. in descriptione Carmaniae.

Cabiria, τ. καβερία, Oppidum citerioris Asie, quod Cabiri inhabitabant. Sunt & Cabirii Bœotii populi: Vtriusque auctor Stephan.

Cabul, Galilææ regio est, quæ Ioseph. lib. 8. Lingua Phœnica à dispiendo: mihi verò à terra tenaci, ob copiam argyllæ, qua figuli utuntur, nomen accepit.

Cabullinum, καβαλλῖνος Prolemæo, Sequanorum oppidum est ad Ararim, quod alio nomine Catalaunum, Gallicè Chalos sur saene dicitur.

Cabura, ζ, Fons Mesopotamiæ, præter aquarum omnium naturam, egregie odoratus: cuius fabulosam rationem redunt, quod luno eo aliquando fuerit perfusa. Vide Plin. lib. 11. capite 3.

Cabyle, καβύλη, Vrbs in Thracia, ut inquit Polybius.

Caci, Κακοὶ, Soror fuit Caci, quam quidam volunt fratribus furtum Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidem diu atra, sacrisq; ve-neari. Sed longè aliter Virgilii libro 8. & Ovid. libro 1. Fa-fentiunt.

Caccabe, es, κακάβη, Olim appellata fuit vrbis totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide See-phanius in dictione κακάβη.

Cacidiri, Inter celeberrimas Scytharum gætes Plinio ponuntur lib. 6. cap. 17.

Cacidini, Siciliæ populi Latinæ conditionis, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 8.

Cacus, κακός, Filius fuit Vulcani, qui Latium undique latro-ciniis & incendiis infestabat: demum Hercules quoque ex Hispania, occiso Geryone, redeuntis, & apud Evandrum hospitantis, boves no& cu cauda traxit in antrum suum, quas quum manè diminutas cerneret Hercules, acc quorū errasse, scire posset, fortè fortuna ad hoc antrum pervenit: sed quum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abiit. Abe-nibus autem ceteris, occlusæ boves aliarum defuderio mugie-runt. Hercules igitur auditio mugitu, Caci fraudem cognovit, raptaq; clava iratus recurrit: sed Cacus spelunca fretus, in ea-dem se abscondit, clausis foribus ingenti saxo. Quod Hercules videns, ad montis cacumina tendit, & ad extremum dejeto silice, qui antī ori summo incumbebat, intrepide desiliens, Cacum strangulavit, bovesq; suas recepit, ut copiosè describit Virgil. lib. 8. Aenid. [Ger. Ein Gohn Vasconis der dem Hercules seine Kinder gestolen hat.] Sunt qui affirmant hunc Cacum Evandri fuisse servum, qui in eo loco Italiz omnia latrocinio & incendio vastaverit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ovidius fabulatur illum tricipitem fuisse, quū inquit Mænilio jacuit fulus tria tempora ramo Cacus, &c. Veritas tamen secundum philologos & historicos hoc habet, hunc fuisse Evandri nequissimum servum, a scire. Novimus autem malum à Græcis κακός dici, quem ita illo tempore At-ades appellabant, postea translato accentu Cacus dictus est, ut Helenæ Helena. Ignem autem dictus est vomere, quod agros igne populabatur. Hunc soror sua ejusdem nominis prodidit. Vnde etiam sacrum meruit, in quo ei per virgiaes Vestæ sacrificabatur. Hæc Servius enarrans cum Virgilii locum lib. Aenid. 8. Hic spelunca fuit vasto submota recessu, Semihominis Caci, &c.

Caddusii, Strab. libro 11, populi sunt Medizi, prope Albanos, & Caspios.

Cadena, Regio fuit, in urbis modū instructa in montibus Ly-caoniz, ut auctor est Strabo lib. 12.

Cadis.

Cadiorum, apud Strab. lib. 12, Phrygiae urbs est: quam tamen nonnulli ad Myiam pertinere dicunt.

Cadiscus, Vide in APPELL.

Cadmea, *καδμεία*, autore Plutarcho in vita Pelopidae, Arx fuit Thebana: licet nonnunquam pro ipsa sumatur urbe. Cadmēus, *καδμέος*, per tres syllabas, & pen. prod. *καδμεός*. Idem est quod Thebanus. Statius 8. Thebaid. -pudeat Cadmea iumentus: qd Cadmea victoria, *καδμεία νίκη*: hoc est, Thebanorum victoria: quod proverbium vim habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, ut non ita multum inter sit inter victoris sorte, & victi. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Eraustum in Adagiis. Stephanus auctor est, ipsam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuisse appellatam.

Cadmei's, idis, pen. prod. *καδμεῖς*, Regio est Achaia, è regione Euboea sita, quæ postea dicta est Boeotia. Autor Thucydides Belli Peloponnesiaci lib. 1.

Cadmus, [καδμός] Ger. Ein Sohn Agenoris des Königs in Phoenicia, so die gewaltige Stadt Thebas erbauen hat.] Agenoris Phoenicium regis filius fuit, qui à patre missus ad quærendā Europam sororem, jussusq; sine ea non reverti, desperato reditu, Thebas in Boeotia cōdidit. Ab hujus nomine ipsa etiam Theba Cadmea dicuntur à Cadmo conditore. Propertius: Quū tibi Cadmea dicuntur Pontice Thebae. Postea autem à Zetho, & Amphiōne regno pulsus, ad Illyrios sese cōtulit: ubi decorum miseratione, & ipse, & uxor in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelam, Agaven, Ino, & Antonoen. qd Ferunt Cadmum decem & sex literas è Phoenicia in Græciam detulisse, *α β γ δ ε ζ λ μ ο π ρ ς*. His Palamedem Trojano bello quatuor adcessisse, *ξ φ χ*, & totidem post eum Simo nūdem Melicum, *γ ψ η*. Ajunt quoque Cadmum historiam invenisse, & primum profaciam orationem instituisse. Paulus junior fuit Orpheo. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adscripsit Pherecydi. Fertur item invenisse auri metalla, atque conflaturam. qd Est & Cadmus mons qui Laodicæa imminet, ex quo Lycus fluvius fluit. Autor Strabo lib. 12, & Plin. lib. 5. cap. 26.

Cadmei's, idis, sc̄m. gener. patronymicum à Cadme. *καδμεῖς*. Ovid. 4. Metamorph. Acquora distingunt summis Cadmei's deis alis.

Cadmei's, a, um, per quatuor syllabas, *καδμεῖς*, ut Aemō Cadmei's. Stat. Theb. 8.: levius Cadmei's Aemon Tela rotat.

Cadmus fluvius Cestrinus, vide in CAMMANTIA.

Cadmus, item Milesius fuit, teste Suida, Orpheo aliquanto recentior, qui de Meliti origine, & rebus Ionicis lib. 4. cōscriptus. Hic primus fuisse creditur, teste Plin. lib. 5. cap. 26, qui pro sam orationem scribere aggressus sit: ut jam fuisse dictum est.

Cadrem, *καδρῆς*, urbs Lycie, Olbiorum colonia, *καλυπτητικὴ θύρας ἡ πόλις*. Stephanus.

Caducifer, nomen Mercurii. Vide in Appellativis CADUCEUM & CADUCIFER.

Cadueni, Sardaniæ jurisdictionis in Caria populi: ut auctor est Plin. lib. 5. cap. 29.

Cadurci, *καδύρκη*, Galliæ Aquitanicæ populi, Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgo Cahors.

Cadusii, *καδύσαι*, Asia populi, inter mare Caspium, & Pontum. Strab. lib. 11.

Cadytis, Vrbs Syriae maxima, Herod. lib. 2.

Cæl. (quod hic pro insula nomine corruptè legebatur, Vide in CEA.

Cæcilia, prænomine Caia, Tarquinii Prisci uxor, maximi animi mulier, & lanifici peritissima, quæ prius Tanaquil dicebatur. Vide Plin. lib. 8. cap. 48, & Liv. lib. 1. ab Urbe.

Cæcilius, Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium, & alios poëtas novos prælegere cœpisse: quod etiam Domitius Marsi versiculos indicat: Epirota tenellotum nutricula vatum. Ex Tranquillo. Hujus etiam meminit Macrobius. qd Cæcilius Gallus, in disciplina juris, atq; legibus pop. Rom. noscendis, interpretandisq; scientia, usu, autoritateq; illustris fuit, tempore Gellii: cuius etiam ipse meminit: dicitq; librum scriptissime de verborum significatione, quæ ad jus civile pertainent. qd Cæcilius item Claudius Isidorus, qui C. Asinio Gallo, & Martio Censorino COSS. ad VI. Calend. Febr. testamento suo edixit, quanvis milia civili bello perdidisset, tamen relinquere servorum quatuor millia CXXVI. Iuga boū tria millia D. reliquum pecoris CCLVI. millia: in numerato H. S. D. C. M. Autor Plin. lib. 33. cap. 10. qd Fuit & Cæcilius Callantianus (Callantis autem civitas Siciliæ est) ludæorum religionis seator, qui Romæ docuit sub Augusto usq; ad Adrianum. Scripsit librum contra Phrygas: Dictionarium ex ordine literarib; Compensationem Demosthenis & Ciceronis, & alia. Autor Suidas. qd Præter hos Cæcilius Argivus, versificator fuit, qui scripsit de piscibus. Autor Suidas. qd Cæcilius item Statius, poëta Comicus, quem Cic. ad Atticū, malum Latinitatis ay-

totem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Enni contubernialis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Enniū sepultus in Ianiculo. Autor Eusebius.

Cæcinum, *κακίνος* Stephano Oppidum in finibus Italæ, inter Locros & Reginos, à Cæcino vicino amne ita appellatum. Cæcinos, *κακίνος*, Fluvius in finibus Italæ, qui Reginum agrum à Locrensi dividit. Plin. lib. 3. cap. 10.

Cælestini, populi Umbriæ sunt, qui à Plin. lib. 3. cap. 14, in sexta Italæ regione collocauntur.

Cælium, Oppidum Calabriæ, non procul à Brundusio, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Cælius, [Ger. S. Johans port in der Statt Rom.] Mons uiris Romæ ex septem: à Cælio Vibeno nobilissimo duce Tusco dictus: quod Romulo adversus Latinum regem cum auxiliis venerit: à quo Cælimontia, aut Cælimontana porta. Hunc montem Tullius Hostilius urbi addidit, ibiq; ipse habitavit, quod frequenter habitatetur, ut inquit Livius. In eo habitavit Ennius poëta. qd Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

Cælius, [Ger. Ein schärfßtungiger Redner / ein Lebhafter Ciceron.] Orator acerrimo ingenio fuit, discipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani elogium, longiore illam vita, & meliore mente dignum fuisse. Hic postea ab Atratino quodam accusatus, quod cum Catilina conspirasset in perniciem Reip. quodq; aurum à Clodia Clodii sorore extorisset, eiq; venenū propinasset, defensus est à Cicerone elegatissima illa Oratio, quæ hodie quoq; habetur in manibus. qd Alius fuit Cælius Pontius, Prætor urbanus, cui jas dicenti, quem picus capitii ejus infedit, ab Aruspice respōsum est: dimissa ave, hostium vietoriam fore: occisa, Reipublicæ: eum tamen interitum, qui eam occidisset: intrepidè tamen avem occidit: unde non ita multò post cum quadraginta suis familiæ hominibus est interfactus.

Cælos, Thraciæ portus apud Plin. lib. 4. cap. 11.

Cælus, *καῦος*, Cognomen indigenæ fuit, qui ex terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana, & Atlanta genuit. A' cuius nomine mira varietate, formosissimum supremum corpus Cælum dicunt fuisse appellatum.

Cængaria, *καγαρία*, regio quædam. Vide infra in THYREA.

Cænæ, *κανῆ* Ptolemæo, Sinus Laconici oppidum, non procul à Tænaro promontorio. qd Hinc Cœnites portus, apud Plin. libro 4. capite 5, & Cænæs Jupiter dictus est. Ovid. Victos ab Oechalia Cæneo sacra parabat Vota Iovi. qd Cæne item parva quædam insula in mari Siculo in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite: Plinio scribitur lib. 3. cap. 8.

Cænæum, *κανῆς*, Promontorium est Eubœæ ad Septentrionem, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Cænæus: Elati filius, à prima ætate puella fuit forma venustissima, adeò ut Neptunus illius forma tactus, cum ea cōcubuerit: in mercedem autem concubitus petiit illa, ut in virū maturaret, & esset invulnerabilis, quod factum est. qd Vnde locus factus proverbio: Invulnerabilis es, ut Cænæus. *κανεύς τὸν καρπὸν τοῦ Καρδίου*: de iis qui laedi nō possunt. Cæterum quum postea Cænæus superbia elatus, contemptis diis, juberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam jurare, Iupiter illius superbiā ultius est. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro violari non posset, tanta arborum mole oppressus est, ut vivus sub tetram detrueretur, atq; hoc modo interiit. Post mortem autem in avem mutatum dicit Ovid. lib. 12. Metam. salve Maxime vir quondam, sed avis nūc unica Cæneu. Virg. verò lib. 6. Aen. post mortem in sexum rediisse dicit: It comes & juvenis quondam, nunc foemina Cæneus, Rursus & in vetere fato revoluta figuram. qd Fuit & alius Cænæus philosphus, cuius mentio est apud Laertiu & Aristotelē in Organo.

Cænica, Thraciæ regio, Plinio autore lib. 4. cap. 11.

Cænina, à Plinio inter Latii oppida nominatur, lib. 3. cap. 5. Hinc Cænenses populi à Romulo vieti, ut est videre apud Liv. lib. 1. ab Urbe.

Cænis, (ut fabulatur Ovid. lib. 12. Metam.) Thessalica puella fuit, quæ à Neptuno compressa, ab eo muneri loco impetravit, ut in vitium transformaretur, nullisq; unquam vulneribus posset sauciari. Mutato itaq; sexu etiam nomen mutavit, & ex Cænide factus est Cænæus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere laedi posset, cōgesta arborum mole, obrutus est, & in Cænidem avem transformatus:

Cænistæ, pen. prod. Achaia portus fuit, non procul à Saronico sinu, querendo nemore exornato. Plin. lib. 4. cap. 5.

Cænys, *κανῆς*, Italæ promontorium est, quod adversum habet Pelorum in Sicilia, XII. stadiorum intervallo. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

Cæpori, Hispaniæ citerioris populi sunt. Plin. lib. 4. cap. 20.

Cæpūs, facie Satyros similis, cætera inter canem & uruum, nascitur in Aethiopia, Strabo lib. 17.

Cærē, *καρῆ* aut *καρῆς* Stephano, neutro genere, & indeclinabi-

le, Vrbis insignis nomine in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quandam Agyllam nominatā, & à Pelasgi è Thessalia proiectis conditā furent. Deinde verò Lydis, quos postea Tyrrhenos nominaverūt, adversus Agyllinos bellum gerentibus, quū quidam muris subiectis, urbis ejus nomine per totatus fuisset, cīq; à Thessalo quodā de muro xāgē responsū esset, eo veluti omne à Tuscis accepto, captam postea urbem mutato priori nomine, Cære vocavēt. Verū tam splendide, tamq; gloriōsæ civitatis, Strabo lib. 5. asserit, vix illa sua estate extinse vestigia: & solo vicinorum balneorum nomine, quæ Ceretepa dicebantur, fuisse celebratam. Festus: Ceremoniarum causam aliqui ab oppidi Cære dictam existimant. q; Declinatur & Cæres, itis, pen: obliquorum corr. Virg. Est ingens gelidum lucis prope Cæritis amnem. q; Legitur & ablativus Cærcere, pen: prod. tanquam à nominativo Cæres, etis. Virg. lib. 10. Aeneid. Qui Cærete domo, qui sunt Minioris in urbis. Quanquam non defunt, qui Cærcere ibi adjectum esse contendant. q; Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatae sunt, in quas Ceniores referri jubebant, quos notæ causa suffragii & reliquo civitatis jure privabant; praterquam quod ut cives tributum conferre cogebantur. Nam urbe à Gallis capta, quū Cæretani eos, qui unā cum sacris, æternōq; Vestæ igne ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent: Romani deinde restituta in Ratum meliorem urbe, satis malignam illis gratia reculerunt. Nam civitate quidem eos donaverūt: suffragii autem ius eis non concesserunt. Hinc factum est, ut quem aliquā ignominia & contumelia dignum volumus significare, Cærite cera cum dignum esse dicamus.

Cærete, Vide CÆR E.

Cæretum, Vmbriz oppidum inter Spoletum ac Nuriam, à quo Cæretani appellantur: totū orbem vano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quā causam ferè continuè peregrinantur, familia atq; uxoribus domi relicti. Cæsar, [καὶρα. Vng. Tis/ker.] Cognomen Iuliorum est. Ille enim qui primus Cæsar nomine adeptus est, ab eo dictus fuit, quod cæso matris utero fuerit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorum Cæsar appellatur. Vel quod oculis cæsiis: hoc est, glaucis fuerit. Vel à Cæsarie, cum qua natus proditur. Hoc cognomen posteri deinde ex Iulia familia nati tanquam suæ familie propriū gesserūt. Nam Iulius Cæsar, à quo omnes Imperatores postea Cæsares appellati sunt, nō est natus cæso utero materno, qui matrē Aureliā habuit, quā amilis quū in Gallia bellū gereret: cuius etiam pater Cæsar est nuncupatus, qui prætura funstus Pisii obiit. Hic Iulius Cæsar omnem Galliā, quæ à saltu Pyrenæo, Alpibusq; & monte Gebenna, fluminibusq; Rhodano & Rheno continetur, novem annis in provinciæ formā rededit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorū ponte fabricato aggressus est. Aggressus est & Britannos, ignotos antea superatisq; petunias & obsides imperavit. Neinde quum obtinere non potuerit, ut sui absensis in Coalularibus comitiis ratio haberetur, armis in patriam convertit: nemineq; repugnante Galliam Cisalpinam, Picenum, Vmbriam, & Hetruriam occupavit: Pompeiumq; Italia expulit. Posthac in Hispaniā transgressus, validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superavit. Pompeium funestissimo in campis Pharsalicis prælio superavit. Ptolemaeum in Aegypto subegit. In Africa devicit Scipionem & Iubam, in Hispania liberos Pompeii. Triumphavit quinque: primum de Gallia: postea de Alexandria: deinde de Ponto: & Africa, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos, de quibus Suetonius. q; Cæsares præterea duo alii fuerunt, C. & L. quorū C. Poëta tragicus fuit, & Orator, (ut testatur Pædianus) frater uterinus Catulli Oratoris: cuius & Cicero sic meminit in Bruto. C. Iulius, L. F. & superioribus & aequalibus suis omnibus præstitit, oratorq; fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior. Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem Tragediis, lenitas ejus sine nervis perspicere potest. Haec tenus Cicero. q; L. verò, hujus frater, Prætor & Consul fuit: ambo Syllam sequenti, iussu Marii interfecti sunt, quo tempore item M. Antonius Orator, Crassi æqualis, simili fato perit. q; Cæsar præterea aliis fuit, prænomine L. M. Antonii Triumvir avunculus, Pompejanarum partium, missus utrinque aliquoties Orator de pace: Postremò inter proscriptos ab Octavio relatus est, & interfectus: in cuius locum obtinuit Antonius, ut M. Cicerio item prosciberetur. Vide Plutar. in Augusto, Cicerone, & Antonio.

Cæsareā, penult. prod. [καὶρα] Stephano. Ger. Ein Stadt bei Gubbet Lands am Meer gelegen. ] Vrbis Palæstina in litora mari magni, quæ turris Stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honore Cæsaris nobilis ædificata, Cæsarea est appellata: in qua idem Herodes in honorem Cæsaris magnificam

domum albo marmore costruxit. Vbi nepos ejus Herodes ab Angelo percussus, eò quod non dedisset honorē Deo, consumptus à vermis expiravit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus est. q; Altera Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, ubi duæ fontes, Ior scilicet, & Dan oriuntur q; Tertia Cappadocia, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quā anè Masaca dicitur. Autor Eusebius. q; Quarta Maunitania, nobili portu insignis, anè Iol vocata: quam quum luba Ptolemæi pater maniret, Cæsaram appellavit. Autor Strabo libro 19.

Cæsaraugusta, καὶρα πολις, Vrbis Hispaniæ Tarraconensis: quam Strabo Augustam Cæsaram nominat: anteà Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum Saragossa vocat.

Cæstrix, a, um, ut Domus Cæsarea, [Vng. Tis/ker.] Ovid. 1. Trist. eleg. 1. Vultus Cæsarei, Idem 2. de Ponto, eleg. 8. Cæstrianus, a, um, [Vng. Tis/ker.] Cic. ad Attic. li. 16. Facile me ille esset assequitus: ajuat enim eum Cæsariana uti celeritate. q; Cæsariani, in Codice Iustiniani & Theod. d. dicuntur servi procuratores Cæsaris. ut in l. 5. De iure fisci lib. 10.

Cæstrianenses, Ioniq; populi, in Ephesiorum conventu. Plin. lib. 5. cap. 29. Ephesum verò, alterum Asiz lumē remotores conveniunt Cæstrianenses, Metropolitæ, Cybliani.

Cæstrianus Mauritania, Vide intrā in dictione MAURITANIA.

Cæstrium, Aegypti emporium est, & secessus quidam. Strab. libro 17.

Cæstrobrienses, Lusitanicæ Hispaniæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 22.

Cæstrensis, Vrbis Flaminicæ provinciæ, à cædendo, quod exiguo amne cæsa: id est, divisa sit: vel quod ager ejus duobus fluminibus, Sapi, & Rubicone sit divisus. q; Hinc Cæstrenses dicti sunt, Cæstrennam habitantes: & Cæstrenaria vina, quæ inter generosa numerabantur. Vulgò Cæsena.

Cætobrix, καὶρα, Lusitanicæ urbs est, alio nomine dicta Cæzimbræ. Ptol. lib. 2. cap. 5. Vulgò Cæzimbra.

Cætucus, καίρος, pen. prod. Fluvius est Myxis, in Theutrania nascens, & per campum sui nominis in Elaiticū sinum defluens. Virgilii 4. Georgic. Saxosumq; sonans Hypanis, Mysusq; Cætucus.

Cætēra, Nomen mulieris Trojanæ, quam alii Aeneas, alii Ascanii, alii Creusa autricem faciunt. Hanc Aeneas ab inferis reversus fato cessisse inveniens, eam non longè à Bajano sinu sepelit: ibi, & urbem condidit, quam unā cū adjacenti portu Cajetam dixit. Virg. lib. 7: Tu quoq; liquoribus nostris Aenea putrix, Aeternam moriens famam Cajeta dedisti. Strabo autem lib. 5: Cajetam à sinus curvitate appellatam existimat, Laconum idiomate, qui curva omnia Cajattas solent nominare. Vulgò Geeta.

Cainas, Indiæ fluvius navigabilis, Brachmanarum agrū imigans. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

Cairus, vel Acarinon, Aegypti civitas, Vide in BABYLON.

Caius, καίρος, Pronomen a parentum gaudio sumptum. Et est dicitio dissyllaba, nisi per diætesum ex. i, consonante facias vocalem, ut apud Martialē: Pervigil in pluma Caius ecce jacet. Profertur per G, & noratur per C, quæ inversa C, mulierē Caijam declarat. Quintiliano autore li. 1. cap. 13. Cic. pro Muræn. Putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari. Apud priscos autem pro domino ponebatur, sicut & Caias γενε pro domina. Vide Plutarch.

Caijanus, a, um, Statius lib. 4. Sylv. emptum plus minus asse Caijano.

Calabria, pen. cor. [καὶρα] Ger. Die älterhinterste Landschaft Italiæ so an das Meer stößt. ] Extrema Italie regio est, peninsula formam referens, cuius Isthmus est, unius dici via, quæ à Tarento Brundusium ducit. Aliis aominibus Messapia, & Salentina, & Peucetia dicta est, teste Strab. lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11. Oppida ejus præcipua sunt Brundusium, & Hydrus totius Italie extreum. Horat. 1. Carm. Ode 31: Non æstuosa grata Calabria Armenta.

Calabriæ, bri, Calabriæ incolens. q; Et Calaber, bra, brum. Ovidius lib. 3. de Arte: Eanius emeruit Calabris in montibus horitos. Dicitur δὲ τὸν Καλαβρὸν, καὶ Βεζόν, quod sit regio in primis fertiliis, in qua arbore fructibus mirum in modum onerantur.

Calabrius, a, um, ut Calabrica olea. Colum. lib. 12. cap. 49: Venuntamen habetur præcipua in hos usus olea Calabrica, quæ quidam propter similitudinem, oleastellum vocant.

Calabriæ, καὶρα, Calabriæ populi in finibus Italie, quorum regio Calabria est, fructibus in primis abundans: quos quoniam hospitibus obtrudebant, sibi alioqui nulli usui futuros: factum est ut Dona Calabri hospitis in proverbium cesserent, pro nullius pretiū munericibus, quæ donanti oneri magis sunt, quam usui.

Cælæ,

Calæ, arum, καλαι, Civitas in India.

Calænus, καλαιος, Fons Lyctæ, apud Stephan. qui & Calbius dicitur.

Calaguritani, Hispanæ citerioris populi in conventu Caesarugusto, quorum alii Nascenti, alii Fibularentes cognominati sunt. Utrumque oppidum Calagurium dictum est. Plin.lib.3.cap.3.

Calais, καλαι, Boreæ ex Orithya conjugi filius alatus, qui unum cum Zethe fratre similiter alato cū Argonautis Colchos profectus est. Quæ in expeditione, quum à Phineo rege humaniter essent accepti, Harpyias, quæ regnum illius infestabant, persequi constituerunt: quas quæ & alarum auxilio, & sagittæ di peritia in Plotas usq; insulas fugassent, ab Iride admoniti sunt, ne Iovis canes ulterius persequerentur. Inde itaq; retrosum conversi, duas illas insulas, in quibus Harpyias reliquerunt, à conversione sua Strophadas appellantur, quum anteā Plotas dicerentur. Postremò ab Hercule occisi dicuntur, & in ventos cōmutati, qui Caniculæ exortum dies ferè octo præcedunt: unde καλαιος id est, præcurritæ appellantur. q Est etiā Calais gemma saphyro similis, candidior tamen, & litoroso mari similis. Hanc pleriq; candē esse existimant cum Augite.

Calamæ, καλαια, Vrbs Peloponnesi, Steph.

Calamenthe, καλαιδην vel καλαιδη, Vrbs Lydiæ vel Phœnicum, melius per jota in penultima.

Calamis, idis, Nomen statuarii, qui equos absolutos & perfectos effinxit. Ovidius: Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit eorum. Hujus meminit Plin.lib.34.cap.8, & Quiatil. lib.12.cap.10.

Calamitus. Locorum oppidum, Plin.lib.4.cap.3.

Calamos, Phœniciaæ oppidum in ora subiecta Libano monti. Plin.lib.5.cap.20.

Calanus, pen. prod. καλαιος. Fuit philosophus ex Gymnosophistis Indis, qui secutus Alexandrum Magnum extra Indias fines, quū apud Pasagardas ægrotare cœpisset, facta pyra, & aurea lectica superimposita, in ea cubans combustus est, stramentis operatus. Fertur, quū Alexander Magnus rogaret eum, si quid vellet, dixisse: Propediem te yidero. Quod non multò post contigitnam in Babylone paucis post diebus Alexander mortuus est. Legē Arrianum de gestis Alexandri. Indi autem quæque sapientem Calanon vocant, ut scribit Suidas.

Calapis, Pannoniaæ amnis est, in Sauna influens juxta Sisciam, duobus alveis insulam efficiens, quæ Segistica vocatur. Plinius lib.3.cap.25.

Calaris. [ Ger. Die hauptstadt in der Insel Sardinia.] Civitas in Sardinia apud Plin.lib.2.cap.170, cuius meminit & Claudianus de Bello Gildonico. Vide in dictione SARDINIA.

Calaritani, Sardiniaæ populi, ad Meridiem siti: quibus Calaris oppidum nomen fecit, cuius meminit Plinius lib.2.cap.108. Vulgo Celler.

Calaritanum, Sardiniaæ promontorium Africam spectans: apud Pla.lib.3.cap.7.

Calarna, καλαιρα, Vrbs Macedoniam, Steph.

Calarus, καλαιος, Insula, aliâs dicta Alopecia, vel Alopeconefus, quum vulpem catulos suos ferre & deponere vidissent: deinde Calarus à Calero (καλειος) rege. Alii civitatem Calderum dictam volunt, Steph.

Calasiris, καλαιση, pars Aegypti, incolæ Calasirii, & Calasiræ, Steph. ex Herodotilib.2.

Calathæ, καλαιη, quæ alii Calathusam vocant. Nomen urbis ad Herculis columnas sitæ Autor Stephanus. Plinius verò lib.4.cap.12. Calathusam insulam esse afferit in mari Aegæo, non procul à Chersoneso sitam.

Calathus, Filii Iovis & Antiope, ut autor est Hom. in Odys. Calathusæ, καλαιονοε, à Plin.libro 4.capite 11, numeratur inter insulas desertas, quæ inter Chersonesum, & Samothracen interjacent.

Calatis, καλαιη Stephan., Thraciaæ civitas, non procul à Tōpis, Ponto Euxino immensus: cuius meminit Plin.lib.4.cap.11, & Strab.lib.7. q Ex hac civitate ortus fuit Ister Poëta, qui de ratione scribenda Tragedia opus insigne conscripsit.

Calatiae, καλαιη, Indiæ populi apud Stephanum. q Calatiae præterea inter urbes Italie ponuntur à Plin.libro 3.cap.5, non procul à Bovillis, & Casino.

Calarybus, καλαιος, Vrbs Libyæ, Steph.

Calaura, sive Calauria, καλαιη Stephan., Insula est in Egeo Argolico, contra Trozenem, nulla alia re, quæ morte Demosthenes nobilior. In hac etenim insula templum erat Neptuni, quod Demosthenes, auditio Archie satellitis Antipatri advetus, confudit, & ne vivus in Antipatri potestate perveniret, hausto veneno ex calamo, vitam finivit. Hanc nonnullis in locis Calabriam appellatam invenimus, sed mendosæ. Vulgo Sidra. Calauria, insula est juxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. q Est etiā urbs Lectorum, in qua Latona maximè colebatur. Vide Ovid.lib.7.Metam.

Calbîs, Caræ amnis, ut scribit Pompon. Mel lib. i.

Calbius, Vide CALENVS.

Calce, A' Strabon lib.5, numeratur inter Campaniæ civitates, non procul à Theano Sidicino.

Calchas, antis. [ καλχας. German. Ein Griechischer wassager/ weicher im jug vor Troja gewesen ist] Proprium nomine Greci auguris, Thestoris filii ( à quo Thestorides à Poëtis appellatur) qui cum Grecis ad expeditionem Trojæ profectus est: & quoniam divinandi arte plurimum præstabat, ejus consilio multa gesta sunt. Nam in Aulide ostendit quomodo placata Diana, venti sedari possent: & apud Trojam in castris docuit, quæ ratio Apollinis placandi, ut pestilentia cessaret, foret: & ex passere, quæ cum novem pullis à Dracone vorabatur, indicavit decennalem obſidionem Trojæ futuram. Quapropter inter ceteros Achilli acceptissimus erat, adeò ut ejus præsidio plerunque defenseretur: præcipue verò quum fuaderet Chryseidem patri reddendam esse. Tum enim Agamemnon non solum in vatem, sed etiam in ipsum Achillem incensus cerebat. Diruta autem Trojareversus cum Amphilocho Amphiaraui filio terrestri itinere, Colophonem ( quæ urbs est Ionie) quum in luco Apollinis Clari extra urbem apud fanum in Mopsum præstantissimum Augurem incidisset, artis peritia ab illo superatus, dolore contabuit, quod proposita sibi à Mopso sacrificio (ut refert Hesiodus) aut ut Pherecydes mault) sive gravida, conjicere non potuisset: quot in illa ficas essent, quotv' bæc utero succulas gereret: quod tamē Mopius sine ullo errore divinavit. De Calchante vide multa apud Homer.lib.1.Iliad. & Virg.2.Aen.

Calcioli, ( quod hic corruptè legebatur) Vide CARFIOLI, & CARSEOLI.

Caligópe, καλιγοπη, Filia Aectæ Colchiorum regis soror Medeæ & Absyrti, & conjunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ovid. in Epist.Helenæ ad Paridem: Non erat Aeceras, ad quem desperata rediret. Non Ipse parens, Caligopeq; soror.

Caldius, militari joco dictus est Claudius Cæsar, pro Claudio, quem admodum & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Neroni. Suetonius in Tiberio: In castris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Cadius, pro Neroni Mero dictus est.

Cale, Cales civitas Campaniaæ. Nam est in via Flaminia, quæ Cale dicitur. q Est & in Gallia hoc nomine, quam Salustius captam à Persenna commemorat. Hæc Serv.lib.7.Aencl.

Caledoniæ sylva, in ea parte Britannie fuisse putatur, quæ hodie Scotia dicitur, sc̄iæfissimis olim ursis nobilitata. Martialis: Nuda Caledoniæ sic viscera præbuit urso. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonii dicitur à poëtis. Idem: Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos. Corripit autem hoc nomena in hac significatione antepenultimam syllabam: secundam verò producit. Apud Græcos èstis scribunt per a. Contrà quum Aetolæ sylvam significamus, secunda syllaba scribitur per y Græcum, & ubique corripitur: sequens autem producitur, eò quod apud Græcos scribatur per u. Vide plura de hoc suo loco.

Calegia, Ptolemæo Germaniaæ civitas putatur inter Saxones, quam Vulgo Vritembergam vocant.

Calena. [ German. Dresfurt ein Statt in Engelandt.] apud Ptolemæum civitas in Anglia esse creditur, quæ hodie Oxensis appellatur.

Calenum, καλαιος, teste Plinio, Campaniaæ oppidum est, non procul à Capua, in cuius agro mitæ & generosum vinum naescitur. q Inde Caleni populi dicti, qui hanc urbem, aut agrum vicinum incolunt. Horum meminit Plin.lib.3.cap.5. q Hoc etiam oppidum Cales, Calium, in numero plurali appellatum invenitur. Virgil.7.Aen. -quidque Cales linquunt, amnisque vadosi Accola Vulturni. Idem Horat.lib.4.Carm. Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis. Vulgo Carnela.

Calenus, a, um, καλαιος, possessivum, à Calibus. sive Caleno Campaniaæ urbe deductum. Horat.lib.1.Carm.Ode 20: Cæcum; & pælo domitat Caleno Tu bipes uvam.

Calepium, καλαιος, Oppidum in Cenomânia, ad xi iiii lapide à Bergomo Brixiam versus, ad colles in sinistra parte positi: à bonitate vini denominatum, καλαι bonus, & πιν bibo.

Cales, καλαι, Oppidum in Gallia: aliud in Campania, à quo Cales populi juxta Falernos & Massicos, de quibus Virg.lib.7: Acquora quiq; Cales linquunt. Hinc Calenum vinum.

Calesia, καλαια, Vrbs Italæ, Steph.

Calestra, Oppidum est Thestaliaæ ad mare situm, juxta quod Axius fluvius in mare Aegeum defluit. Herod.lib.7.

Calete, Ignobilis insula inter Samothracem & Chersonesum, Plin.lib.4.cap.12.

Caleti, vel (ut alii volunt) Caletes, Populi sunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorum ursa à Ptolemæo Geſoriacum navale vocatur, hodie Caleti. Plinius libro 19. capite 1: Cadurci, Caleti, Ruteni, Bitutiges, ultimique hominum

E 5 existi-

existimati Morini: imò verò Galliæ universæ, vela texunt. q Apud hos erat Itius portus, ex quo brevissimus erat in Britanniam trajectus, cuius frequens est mentio in Commentariis Cæsaris.

**Caletranus ager**, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia. Plinius: In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Crustumius, Caletranus.

**Callianassa, & Callinera**, Vide CALLIANASSA & CALINIRA.

**Calicadnus**, Vide CALYCADNVS.

**Calicula**, Vrbs Hispaniæ, Ptol. Calicula Plin. dicta.

**Caligula**, Dicitur fuit Cajus Imperator: à caligis, quas marginis resertas primus portavit: vel portiū à caliga militari, qua frequenter in exercitu utebatur ad conciliandos sibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem vestibus nihil à gregario milite differre viderent.

Ausonius: Cajus cognomen caligæ cui castra dederunt. In exercitu enim natus erat. Caligulas Cornutus in Persium idē esse vult quod Crepidas, quibus Græci utebantur: sed dubitandum non est quin diminutivum sit à caliga, qua quum Imperator uteretur, minori fortasse quam milites, dictus est Caligula.

**Calingæ**, Populi sunt Indiæ maritimæ, quorū foeminae quinquennies feruntur concipere: octavum autem vitæ annum nō excedere. Autor est Plin. lib. 6. cap. 17.

**Calingis**, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. Autor Plin. lib. 6. cap. 26.

**Calington**, Indiæ promontorium. Plin. lib. 6. cap. 20.

**Calinipaxa**, Indorum oppidum, non procul à Gange fluvio. Plin. lib. 6. cap. 17.

**Calinus**, Statuarius, cuius meminit Quintil.

**Callaici**, à Ptol. lib. 2. cap. 6 appellatur Hispaniæ Tarragonensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: qui à Plinio Gallici appellantur.

**Callet**, Oppidum ulterioris Hispaniæ, in conventu Gaditano. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

**Calliæ**, Vna ex tribus Aetoliæ urbibus, teste Steph.

**Callianassa**, & Callinira, duo Nymphae marinorum nomina: alterum à bene imperando: alterum à viris honestandis dictum.

**Calliarus, ri**, Locrorū oppidum: ita dictum à Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio: ut ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit hujus oppidi & Strabo lib. 9.

**Callias**, Atheniensis poëta fuit, Comœdiarū scriptor, quem Schoenion appellatū fuisse Suidas tradit, quod ob paupertatem funes torqueret. q Callias item Lacoplutus coguminatus, dux Atheniensiū nobilis, contra Attaxerxem missus. Autor triuissq. Suidas. q Callias Methymnaeus Græmaticus, quem Strabo dicit Alceum, Sapphoq; poëtas enarrasse.

**Callicrates**, Sculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parva fecit ex ebore, ut eatum partes cerni non possent. Vide Plin. lib. 36. cap. 8.

**Callidorus**, Viri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

**Callidromus**, Mons est juxta Thermopylas. Plinius libro 4. capite 7.

**Callimachus**, penultima correpta, Nomen poëtæ Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. q Fuit & alias historicus Aegyptius, filius Batti & Mefatmæ discipulus Hermocratis Iasei Grammatici. Vixit apud Ptolemaeum Philadelphum usque ad Evergeten, bibliothecæ regiae præfectus. Omne poëmatis genus attigit. In adversarium poëma acerbissimum scriptit, quem sicto nomine Ibin appellat: unde Ovidius poëta nomen, & argumentum mutatus est. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque complura. Ex Suida. Horum omnia nihil extat præter elegiam unam in lavacrum Palladis, & quodam hymnos in deos. q Callimachus alijs sculptor fuit, qui se mētror nominari voluit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuorem, exquisitioremq; disciplinam reduxisse. r̄k̄r̄s enim liquefacere, confolareq; est. Nam ipse primus lapidem perforavit, minuratimq; tractavit. Autor Pausanias.

**Callinicus**, Sophista Syrius, vel Arabs, qui Athenis professus est. Scriptit de cacozelia: de Rhetorica ad Cleopatram: de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Autor Suidas.

**Calliope**, penult. corr. [r̄k̄r̄s]. German. Eine auf den neuen Muſis, hat den Namen von der guten und feinen Stim. Vna Musarum, & quidē præstantissima, quæ etiam Calliopeia, r̄k̄r̄s dicuntur: sicut Penelope Penelopeia: à pulchra voce dicta. Præst heroicis versibus. q Est item Calliope, oppidum Parthorum, Stephan.

**Callipia**, Fons est Ephesiorum, apud Plinium libr. 5. capite 29.

**Callipidæ**, r̄k̄r̄s, Populi Scythici, Hypanim fluvium ac- colentes, ut autor est Herodotus.

**Callipolis**, r̄k̄r̄s Vrbs Thraciæ in extremo Helleponitiæ regione Lampaci, à quo quadraginta tantum distat stadiis, ut scribit Strabo libro. 13. q Est item Callipolis Peloponnesi civitas, in tractu Occidental, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenen & Patras: cuius meminit Pompon. Mela libro 2. q Callipolis præterea insula est maris Aeggi, una Cycladum, quæ notiore nomine Narus appellatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

**Callippus**, r̄k̄r̄s, Philosophus, qui honestati voluptatem adjunxit, sicut & Diomachus.

**Callippus**, r̄k̄r̄s, Atheniensis, Platonis auditor, intercessus à Syracusanis, quod tyrannidem post Dionysium aggredieretur, Dionemque patris liberatorem prodidisset. Plutar- chus in Dion.

**Calliroë**, r̄k̄r̄s, Fons apud Athenas. Papinius lib. 12. Thebaid. Et quos Calliroë novies errantibus undis Implicat. Hic postea à tyrannis reparatus, r̄k̄r̄s dictus est: Valla ex Thucydide, Novē fistulas vertit. Martianus de hoc fonte: Fones multi Atticæ, inter quos Calliroë prædicatur.

**Calliroë**, item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberavit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, à quo quum se desertam videret, vitam laqueo finivit. q Fuit item Calliroë, Acheloii fluminis filia, quæ Alcmonei nupisit, ut suprà docuimus in dictione ALCMÆON.

**Calliste**, r̄k̄r̄s, Insula maris Aegæi, una Sporadum, alio no- mine Thera appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

**Callisthenes**, pen. corr. r̄k̄r̄s, Nomen Philosophi Olympii Alexandro Magno familiaris, ejusdemque sub Aristotele cōdiscipulus, quem ille postea in Asiam accersivit, ut res suas memorie proderet. Huic hoc uit immodica libertas, gravitasque invisa Regi, quum haudquam assentantium accommodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arrogatior factus, regio more adorari vellet, acerrimus in- ter recusantes Calisthenes fuit, palam dictans, Alexandrum non adorandum esse: quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. q Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, conjurationis consicum fuisse criminatus est, cumq; truncatis membris, abscessisque auribus, ac naso, labiisq; deformatum, cum cane in cavea clausum circunferri jussit: diuque tortum tandem necavit. Vide hæc latius apud Quintum Curtium de Gestis Alexandri.

**Callisto**, r̄k̄r̄s, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à luce compressa, gravidaq; effecta, quum unā cum Pallade lavaretur, tumore uteri prodisita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in sylvis peperit: à quo postea Arcadia dicta est. Hęc postea à luno in ursam commutata, & lovis miseratione in celo collocata, majorem efficit ursam: quæ & Arcos à Græcis dicitur. Propert. lib. 2: Callisto Arcadios erraverat ursa per agros: hæc nocturna suo sidere vela regit.

**Callistratus**, pen. corr. r̄k̄r̄s, Nomen statuarii, cuius meminit Plin. lib. 24. cap. 8.

**Callistus**, r̄k̄r̄s, Libertus fuit Claudi Cæsaris potentissimus, qui ipsum etiam Craßum opibus longè superavit. Hic scenam Romæ adificavit, triginta solidis ex onychè columnis fultam. Vide Plin. lib. 36. cap. 7, & lib. 33. cap. 10.

**Callistus**, Vnus inter comites Juliani principis expeditionis, heroico versu ejus historiam conscripsit Volaterr.

**Calcenum**, Vide CALENVM & CALENI.

**Caloactites**, Vide r̄k̄r̄s.

**Callon**, r̄k̄r̄s, Statuarius nobilis fuit, qui 87. Olympiade flo- ruit: teste Plin. lib. 34. cap. 8, & Quint. lib. 12. cap. 10.

**Calostoma**, r̄k̄r̄s, vel r̄k̄r̄s, commemoratur in Plin. lib. 4. cap. 12, inter Danubii fluvii ostia. Vide suprà in dictione BOREOSTOMA.

**Calpæs**, r̄k̄r̄s Stephano, Bithyniæ portus est prope Rhœsum fluvium, & Sangarium. Autor Plin. lib. 6. cap. 1. q Straboni ta- men amnis est: sic enim scribit libro 12: Inter Calcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, è quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius.

**Calpe**, r̄k̄r̄s. Vulgo Monte Gibaltar. Germ. Ein hoher spitzer Berg/ einer auf den Gesten Herculis.] Hispaniæ mons, circuitu nō magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ, altera ex columnis Herculis: in cujus radibus urbs est nomine Calpe, ut inquit Strabo: quo etiam nomine dicta est in- sula in occasu post Gades, angusto discreta freto.

**Calphurnia**, Mulier fuit importunissima, quæ sexus sui ve- cundiq; oblita, per scipsem causas egit, adeoq; molestam se ju- dicibus prebuit, ut occasionem dederit editi, quo cautù est, ne mulieri in posterum causas agere liceret. Vide luris.

**Calphurnia**, Nobilis fuit Romanus, qui pecunia corruptus, rem adversus lugurham male gesit. Huic à M. Ce- cilio ac-

cilio accusatore obiectum est, quod uxores suas dormientes intercesserat. Vide Plin. lib. 17. cap. 2.

Calcula, Oppidum est Hispaniae Baeticæ ex stipendiariis. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgo Cabra.

Calydium, Italiæ oppidum est in via Appia, qua Brundusium iter. Strabo lib. 5.

Calyba, Καλύβη, Thraciæ urbs est, à Philippo' Alexandri patre condita, ex Strabon. lib. 7.

Calycaenus, Καλυκάνος, Ciliciæ fluvius est, Seleucium praeterlabens, juxta Sarpedonem promontorium. Strabo lib. 14.

Calydina, Καλυδίνα, Insula est una Sporadum, Calymnis proxima, teste Plin. li. 4. cap. 12. Homer. Iliad. 2, duas facit Calydinas insulas. Vide Strabon. ad finem lib. 10. q. Est etiam, teste Stephan. Calydna oppidum Carie, cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 27. Vnde Calydneus, Καλυδός, nomen Gentile.

Calydon, pen. corr. Καλυδών, Stephano, Aetolorum civitas, regia Oenæ patris Meleagri: à qua regio vicina Calydonia, Καλυδονία, dicitur. Distant à mari septem milliū quingentorū passuum spatio, per quam Evenus fluit. Lucanus: Et Meleagrem maculatus sanguine Nessi Evenos Calydonia fecit. q. Ab hac etiam urbe vicina sylva Calydonia dicta est, in qua Meleager mira magnitudinis aprum interfecit, quem & ipsi poëtae Calydonium aprum vocant. q. Fuit præterea in ea Britannicæ parte, quam hodie Scotiam vocant, Caledonia sylva. Sed hoc ferè obseruant poëtae, ut quum Aetolia sylvam denotare velint, secundam nominis hujus syllabam per y Græcum scribant, cædemq; corripiant: producāt autem antepenultimā. Contrà quum Britanniæ sylvam sunt declaraturi, secundam syllabam per e scribāt, cædemq; producant, correpta antepenultima. De quo plura suo loco.

Calydonius, Καλυδώνιος, & a. um, & Calydonis, dis. Ovid. lib. 8. Metam. Plaudunt se matres Calydonides.

Calymina, Καλυμνία, Insularum duarum nomen est inter Sporadas, non procul à Calydna. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Calypso, Καλυψώ, Nympha Oceanæ & Tethyos filia: vel (ut aliquibus placet) Atlantis. Regnavit in Ogygia insula, Lacino promontorio adjacente, quam postea à nomine ipsius Calypso insulam nominarunt: ubi Ulysses naufragum humaniter exceptit, & in septimum usque annum apud se retinuit, cōjugium illi suum & immortalitatē offerens: quæ tamen illæ patræ, & Penelopes suæ amori omnia posthabuit. Vide Homer. Odyss. lib. 5.

Camacæ, Populi inter Scythicas gentes Plin. commemorantur lib. 6. cap. 17.

Camæ, Populi inter Scythicas gentes, Plin. lib. 6. cap. 17.

Camaldunum, Plinio oppidum est Britanniæ, lib. 2. cap. 73. Vulgo Dancestre.

Camara, Καμαρα Stephano, Vrbs Crætæ est, Lato prius dicta. Vulgo Camera.

Camareni, Καμαρεῖνοι, Insulæ Arabum & carū incolæ, Steph.

Camaria, Καμαρία, Vrbs in Italia ab Albanis condita. Vide CAMERINVM.

Camarica, Ptolemæo, est urbs Hispaniæ, quam allo nomine Victoria vocant.

Camarinæ, Καμαρίνη. Ger. Ein gissiger vberstinkender Weier oder Grotte Sicilia. Pol. Iakobus Mordvinus statu simili. Stephano, Palus est Siciliæ (teste Servio) juxta oppidū ejusdem nominis, cuius aquæ qui foetore suo pestere generarent, consuluerunt Apollinem, expeditâne ipsi Camarinam exciccarunt: quibus ab Apolline responsum est: Camarinam non esse mówendam. Neglecto ramen oraculo siccaverunt paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manavit proverbium: Camarinam movere, pro eo quod est. si bi malum accersere. q. Alii dicunt Camarinam fruticem esse, cuius ramos si quis commoveat, quatiatq; tetrum quandam edere odorem. Vide Erasmi Adagia. Vulgo Cammarana.

Cambades, Vide CHAMBADES.

Cambala, Cambalorum, Alia locus est in Cysprietide regio, ubi auræ metallæ effodiuntur. Strabo lib. 11.

Cambalidus, Mons, Caucasi ramus in Sustanis, Plin. libro 6. capite 27.

Cambodunum, Vindelicorum arbs est in Germania. Hodie Monachum. Vulgo München im Bayerlande.

Cambolectri, populi, inter Galliæ Narbonensis gentes Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19.

Cambusis, Aethiopis Vrbs est, Plin. lib. 6. cap. 23.

Cambysena, Καμβύσεων, Regio Asiz, à Cambysè sic appellata: ut Xerxes à Xerxe. Steph.

Cambysesi populi, Καμβύσεων, Steph.

Cambyses, pen. prod. Καμβύσης, Mediocris dignitatis Persa fuit, cui Astyages Persarū & Medorū rex, Mandanen filiā suā colligavit: ex qua natus est Cyrus, q. postea victo avo, regnū invasit. q. Cambyses item alius fuit, Persarum & Medorū rex, Cyri filius, & superioris Cambyses nepos: qui patriis regnū

Aegyptum adiecit sed offensus illorum superstitionibus, Apidis, cæterorumque deorum ædes dirui iussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui in Libya deserta arenis obrutus, universus interiit. Vide Herod. lib. 1. & 2. q. Est etiam hoc nomine fluvius Hyrcaniz, ortum habens in montibus Caucasis, Septentioñ versus per Iberos & Albanos defluens. Autor Plin. lib. 6. cap. 13.

Carmelani, Italæ populi sunt, qui à Plin. libro 3. cap. 14, in sexta Italæ regione collocantur, Narniensibus, & Nucerinis vicini.

Carmelides, Insulæ duæ sunt, Ioniaz adjacentes, non procul à Mileto. Autor Plin. lib. 5. cap. 32.

Carmelocorni, Καρμελοκόρνοι, populi Arabiæ Stephan. in Charamotites.

Cameſene, Καμεſενη Suidæ, Καμεſενη Strabon. regio in qua regnavit Cameſis.

Cameracum, oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Picardie. Vulgo Cambrai.

Camerinum, pen. prod. Καμερίνη Ptolemæo, Vulgo Camerino, Vmbriæ urbi præclara, à curvitate situs ita appellata: quam Livius scribit. Scipioni in Africam trajecto, cohortem undæ sexcentorum milium præbusse.

Cameropis, Civitas est Indiæ, Straboni.

Camertes appellati sunt Vmbriæ populi, in montibus Piceno conterminis: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. & Strab. lib. 5. Cic. pro Cornel. Balbo: Neq; Fulginatum, neq; Camertiū fœdere esse exceptum. Rectus singularis est Camers. Silius lib. 8: Et armis vel castris laudandæ Camers. Adjectivum est. Cic. pro Syll. In agro Camerti, Piceno, vel Gallico.

Camerinū, a. um, Cic. pro Corn. Bal. Is igitur M. Annium Aprium fortissimum virum, singulari virtute præditum, civitate donavit, quum Camerinum fœdus sanctissimum, atque æquissimum sciret esse.

Camerium, Latii oppidum juxta Collatiam apud Plin. libro 3. capite 5.

Cameſis, sive Cameſis, Italæ indigena fuit, consors Iani qui cum illo bonam Italæ partem Tyberi vicinam possedit, potentia ita participata, ut regio Cameſene, oppidum Ianiculum vocaretur.

Caimicus, Καιμίκης, Vrbs Siciliæ, in qua Colacus Dædalifilius imperavit. Charax hanc urbem Inycum vocat, Steph. Vnde INYX.

Camillæ, Καμιλλα, Regina Volscorum, Metabi & Casmilla filia, cuius pater Metabus, propter invidiam suorum pulsus, Diana eam vovit: quum autem jam adolesceret, solis armis studuit: jamq; in omni armorum genere instruenda, Turno & Latinis adversus Aeneam in auxiliu venit, & post multas res præclarè gestas, ab Araante occisa est, ut copiosè describit Virg. lib. 1: - matrisque vocavit Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam.

Camillus, [Ger. Ein berümpfer vnd weidlicher Mann zu Rom.]. Qui & alter Romulus dictus est, Romanorum suæ etatis clarissimus fuit, qui Vejos totò deceñio obsecros per cuniculos cepit. Nec multi post, quum crimini illi daretur, quod albis equis triumphasset, & prædam iniquè divisisset, die dicta ab Apulejo Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones urbem diripiissent, ipsumq; Capitolium arctissima premerent obsidione, absens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquis, Gallos pendendo auto intentos, incautos oppressit. Post hæc populum Romanum Vejos migrare volentem. Elegantissima illa, quæ apud Livium legitur, contione retinuit: in qua omnes urbis dotes laudesque licet agnoscere. Tertium deinde Dictator creatus, Satricum sociam Pop. Romani urbem, ac impetu Latinorum tutatus est. Quartum Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusavit, aliumq; sibi subrogandum curavit. Quintum Dictator Gallos iterum Romanum petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superavit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interiit (ex Livid. & Plutarchio) qui Gallos, qui capta urbe Capitolium obsidebant, Italia expulit, patriamq; in libertatem vindicavit. Vltam ejus vide apud Plutarchum.

Camirus, Καμίρης, Vrbs fuit in Rhodio, ita dicta à Camiro Herculis filio, quæ ex Iole Euryti regis filia suscepérat: cuius meminit Hom. in Catalogo navium.

Campania, Καμπανία, Pars Thesprotia (quæ Cestrinia postea dicta est, ex qua Cadmus fluvius Cestrinus) condita à Cestriño Heleni Priamido filio: populi Campani, Steph.

Camœnæ, cum ce diphthongo, Musæ, lovis & Memoriæ filiæ, à cantus amoenitate ita dictæ. Varro autor est, ab antiquis Camœnas, & Casmœnas dictas suis, quæ postea abjecto r. vel s. Camdenæ appellatæ sunt. Alter Festus: Camœnæ (inquit) à carminibus sunt dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod sint castæ incensis præsides. Virgil. 3. Aeglog. Alternis di-

ternis dicetis, amant alterna Camœnæ. q̄ Dicimus etiam Camœna numero singulari. Persius Satyr. 5: -tibi nunc hortante Camœna Executienda damus præcordia. Seneca in Med. Ille vocali genitus Camœna.

Campaniæ, [καμπανια]. German. Ein festebare Landesfeste Italiæ in welcher Reaptes ligt. ] Regio Italæ fertilissima, in qua sumum est Liberi patris (ut venustè à Plinio dictum est) & Cereris certamen: siq̄ dicta, quod campestis sit. Iuvenalis: Provida Pompeio dederat Campania febres. A' qua Campani, qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliasq; complures. Campanus, a, um, adjectivum ut, Vrbs Campana. Virgilius io. Aeneid. Et Capys: hinc nomen Campanæ dicitur urbi. Litus Campanum, Statius 3. Syl. Morbus Campanus. Horat. 1. Sermon. Campanum ob mortem in faciem permuta locatus. q̄ Campana superbia, dici solet pro intoleranda arrogancia. Cicero in oratione pro Rull. aliisque locis ubi Colonos Capuæ in domicilio superbæ atque in sedibus luxuriaz ait esse collocatos.

Campi Diomedis, in Apulia sunt: & est regio quæ Diomedes cecidit in Apulæ divisione.

Campidona, Vrbs German. in Alegoia, Vulgo Rempten.

Camponi, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commorantur lib. 4. cap. 19.

Campsianæ, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni lib. 7: Sunt (inquit) alii Germaniæ populi, indigentia magis laborantes: Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani, ceteriq; complures.

Campi's lapideus. [λιθον πήδηος]. German. Das Steinfeld im Delphimat / drithalb grosser Leutescher meil wege breit. ] Galliæ Narbonensis campus est, centum ferè stadiorum diametrum habens, lapidibus qui singuli manum implent plenissimus: sub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli suppeditatur ubertas. In medio salæ scatent aquæ, salisque vis magna. Universa circùm adjacens ora, ventis expoita est: validissime autem Melamborii venti procellis infestatur: quo saxa ipsa distrahi & volvi traduntur, hominesque ex curribus excuti, & vi ventorum armis, vestibusque nudari. Hujus rei originem ad hujusmodi referunt fabulam: Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnantem, quum deficiens tibus telis in vitæ discrimen venisset, lovem patrem orasse, ut sibi tela administraret, statimque imbrem lapideum ea in loca decidisse, quo gigantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strabonem lib. 4.

Cana, sive Canæ Straboni lib. 13, promontorium Asiarum, quod contra Leætum consurgens, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. q̄ Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, situm in agro Canæ. q̄ Cana præterea vicus Galilææ est, & uibz Lycaonia, κανά.

Canace, κανά, Acoli filia fuit, & Macarei soror: de qua Ovid. scribit in Epistol. 11.

Canæ, κανά, Oppidulum Euboie vel Locridis, juxta promontoria Lesbi. q̄ Est & Cane, κανά, mons, & civitas, & stagnum.

Cannachæ, ab Ovidio 3. Metamorph. numeratur inter canes Actæonis: quod nomen dñs κανάς: hoc est, à clamore & strepitu impositum videtur.

Canaius, Amasis Aeolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Canan. [ German. Das Arabier Landt. ] Dicta est Arabia à Cam., qui ea confedita: qua Cananæ. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignoravit: quia princeps ejus, & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo: itaq; ignorantiam Divinitatis minoribus reliquit.

Cananæa. [ Καναναῖς, κανανᾶ. Germ. Das Gelobt Land. Canaan. Vng. Canan fôlde.] Syrise regio à Canaan filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudea nuncupatur, inhabitans, à se Cananæam nuncupavit.

Cananitis, dis, κανανῖτες, penultima correpta, possessivum est p̄onymici foeminini forma deductum à nomine Canaan, ut Regio Cananitis.

Cañariæ, insula est Atlantici Oceani, ad lævam Mauritaniam, una ex iis, quas veteres ob insignem aëris temperiem, Fortunatas vocavere. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, ut ex Iuba sententia tradit Plin. lib. 6. cap. 32. Hodie omnes illæ insulæ, quas veteres Fortunatas dixeré, uno nomine Canarie appellantur: quarum nobilissima est Palma, præstantissimo saccharo, quod Canarium vocant, insignis. Vulgus nomen retinuit.

Canarii, Africæ populi sunt circa Atlantem, habitantes in saltibus plenis elephantorū, ferarum, & serpentum: ita dicitur, quod canum vietus ipsis promiscuus sit. Vide Plinii lib. 5. capite 1.

Canas, Oppidū Lyciæ regionis Asiaticæ. Lycia quondam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27.) LX. oppida habuit, nunc XXXVI. habet. Ex his celeberrima, prætersupradictas, Canas, Candyba.

Canastræum, καναστραι, Promontorium est Macedoniz. Pallenz proximum, in sinu Thermaico. Plin. lib. 4. cap. 10. Canatha, καναθα Stephano, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ jungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

Cancer, Nomen poëtæ Tragici.

Canchilei, Arabiæ populi, Cedrels, & Nabathæis finitimi. Autor Plin. lib. 5. cap. 11.

Candace, es. [ κανδάξ Suidæ. Germ. Ein berühmte Königin der Moren.] Aethiopum regina fuit, tempore Augusti, quæ maximus animi mulier, tantique in suos meriti fuit, ut omnes deinceps Aethiopum reginæ, ejus nomine fuerint appellatae. Strabo lib. 17: Candace per nostra tempora Aethiopibus imperavit, virilis sanè mulier, sed altero oculo capta. Plin. lib. 6. cap. 29: Regnare soemnam Candacem: quod multis iam annis nomen ad Reginas transiit.

Candara, κανδάρα, Paphlagoniz oppidum, tribus schœnis à Gangris distans, & Thariba vico. Gentile est Candarenus. κανδάρων.

Candaria, Promontorium est in Coo insula. Autor Strabo libro 14.

Candasa, Castellum Cariæ, κανδάση, Steph.

Candavia, Mons est in ea parte Macedoniz, quæ in mare Adriaticum vergit, LX X. M. passuum à Dyrrachio distans. Lukanus li. 6: Devia quæ vastos operit Cädavia saltus. Plin. Cädavias montes, multitudinis numero appellat, lib. 3. cap. 23. Cändaules, κανδάλους, Lydorum rex fuit, qui quum uxorem haberet formosissimam, non contentus, secreta voluptatum suarum cōscientia eam Gygi amico nudam ostendit: quo facto sodalem formam Reginæ captum amico hostem fecit, & tanto proposito præmio in necem suam pellexit, uxoremque & regnum dotale veluti in manum tradidit.

Cändax, Vide CANDACE.

Candebæa, Palus Phœnices, in radicibus Carmeli montis: de qua Plin. lib. 36. cap. 26: Pars est (inquit) Syriæ, quæ Phœnix dicitur, finitima Indææ, intra montis Carmeli radices paludē habens, quæ Candebæa nominatur. Ex ea creditur nasci Bellus amnis.

Candei, Populi sunt in sinu Arabico, qui, quod serpentibus vescantur, Ophiophagi vocantur. Autor Plin. lib. 6. cap. 29. Pomponius lib. 3. in descriptione sinus Arabici.

Candidum, λαζαρός, Zeugitania regionis (quæ propriè Africa dicitur) promontoriū cit. Sunt enim in minori Africa tria promontoria, teste Plin. lib. 5. cap. 4: Candidū, circa quod Scipio in Africâ proficisciens, copias suas exposuit: mox Apollinis adversum Sardiniæ, & Mercurii adversum Sicilię: quæ in alti procurientia, duos efficiunt sinus, Hipponeensem, & Diærythrum. Cadiope, κανδίοπη, Oenopionis filia & Orionis soror (ut Theodosius afferit) quæ quum frater in venatione in antrum traxisset, vim illi uultus, & ex ea Hippolagum suscepit: quod quum Oenopion rescripsisset, indignatus, filium exultatum abiit jussit, qui oraculo edocetus, versus Orientem in Thraciam cum Cadiope & parvo filio delatus, ibi q; ob insignes virtutes in magno pretio fuit.

Candyba, κανδύβα, τὰ. Stephano, Lyciæ regionis civitas est, ubi laudatur Oenium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

Cänens, entis. Nymphe fuit, Pici Laurentum regis uxor, quæ quum virum à Circe in avem mutatu supra modum lugeret, extabuit, & loco culdam ad ripam Týberis, ubi hæc contigerunt, nomen suum reliquit. Fabulam hanc vide latius apud Ovid. 14. Metamorph.

Cane, Oppidum Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

Cane vel Canæ, promontorium Aeolidis, olim Aegeatés. Vide Stephan.

Canchiuni, κανχιούς, Vrbs Cariæ, Cyon post appellata; Steph. Cäniðra, Vnguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam in vencicam, sèpè invehitur Horatius.

Caninius, Septem horarum Consul fuit, in quem jastrum est scombia illud Ciceronis: Mira fuit Caninius Consul's vigilatia, qui toto suo Consulatu somnum non vidit. C. Caninius alter eques Rom. quñ in Siciliam occiandi causa venisset, hortosq; à Pythio argentario viro dolo emisset, instructos piscibus & pisces de industria positis, postera die, quum ad eosdem ipse amicos invaseret, nullos ibi neque pisces, neque pisces teperit. Vide Cic. lib. 3 Offic.

Canius, Poëta fuit temporibus Martialis, cīq; familiaris: qui natura uita hilaris erat, ut semper riederet. De quo idem Mart. lib. 1. epigram. ad Maximum.

Cannæ, arum, κανά, tantum pluraliter, Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus. Lucanus libro 7:

-non illum Poëtus humor

Consulis, & Libya suæcens lampade Cannæ

Compellunt, hominum ritus ut servat in hostes.

Cannenses, Populi Cannas inhabitantes, Cotinæsibus & Col. latinis vicini, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Pugna Cannæsis, Properius lib.

tius lib. 3. Cannensis calamitas, Cicero de clar. Orat.

Cannetufates, Populi sunt insulani, Batavis finitimi, apud Plin. lib. 4. cap. 15.

Cannobus & Cannobitæ, Vide CANOPVS.

Cânopicum, Zeugitanæ regionis, quæ propriæ Africa, & Minor Africa Plinius dicitur, oppidū est, eodem autore lib. 5. cap. 4. q. Est item Canopicum unum ex Nili ostiis Africæ proximum, quo Aegyptus à Libya Mareotica dirimuntur. Plin. lib. 3. ca. 10. [Germ. Eins auf den ausfängen des flus Nili.]

Cânopiscum, Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, sive Africæ minoris. Plin. lib. 5. cap. 4.

Cânopus, penult. prod. [ενοποιησα] Suidæ. German. Ein Beispiel Stadt in Aegypten vier grosser Teutschter meil von Alexandrien gelegen.] Civitas Aegypti, distans ab Alexandria CXX. stadiis, ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam dicta, quasi Canobus, à Canobo, Amyclæ Menelai navis gubernatore, ibi se. pulso. Nam devicta Troja in Aegyptum viventorum delatus cum Helena, gubernatorem iuu serpentis, quem Hæmorhoida vocant, amissit, in ejusque memoriam urbem condidit, relictis ibi iis, qui ad navigandum inutiles erant. Hæc salubris aëris benignitate homines allicit. Juvenal. Satyr. 15: sed luxuria quantum ipse notavi, Barbaræ famoso non cedit turba Canopo. Virgil. 4. Georg. Nam qua Pellæ gens fortunata Canopi Accolit effuso stagnante flumine Nilum. Vulgo Damietta. q. Est ibi Nili ostium, quod Canopicum, κανόπης, σόμηνον vocat, cuius meminit Strab. lib. ult. Plin. lib. 5. cap. 10. Pompon. lib. 1; Ammianus libro 22. Sunt exemplaria quædam, in quibus Canobum & Canobitas legimus. q. Est præterea Canopus syderis nomen, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 22, in descriptione Taprobanae insule.

Cânopis, pen. prod. Qui Canopum habitant.

Cânopicus, a, um, posicissimum à Canopo. Varro: Nobis Sarpedæ videmur, quum simus Canopici.

Cantabri, penult. correp. κανταρί, Vulgo, Vixcaya, y Lepuzena. Hispanæ Tarraconenis populi sunt Asturibus finitimi: à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi effe. risunt, & nullam vitam sine armis esse existimant. Silius Ital. libro 3: Cantaber ante omnes hyemis que, æstusque, famisq; Invictus. Et mox: Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis Lucis causa sita est, damnatum vivere paci. q. Cantabrorum regio Cantabria, κανταρία dicitur. Memoria prodi. tum est, Cantabros solitos canere pæna lætitias suffixos cruci ab hostibus.

Cantabrus, a, um: ut Cantabria gens.

Cantabrus, a, um: ut, Cantabrum bellum, & Cantabrica herba: de qua Plin. lib. 25. cap. 8.

Cantar. κανταρί, Vrbs Creræ, Steph.

Cantanus, κανταρί, Vrbs Creræ, Steph. Poëta comicus Atheniensis, cuius feruntur fabulae nonnullæ posite à Suida.

Cantharî, Comicus Atheniensis fuit, cuius scripta metantur à Suida. q. Est item cantharus cœlestis signum, in Aquario, ex tribus constans stellis.

Cantharolethros, κανθαρολέθρος. Locus Thracæ exiguus, à canthari exitio dictus, quod ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.

Canthèle, κανθάλη, Vrbs Libophenicum, Steph.

Canthelia, κανθάλη, Vrbs juxta Carthaginem.

Cantherius, ut auctor est Varro, mons in Sabinis.

Canthus, Abantis filius fuit, qui ab iis, qui Argonautas scripserunt, numeratur inter Argonautas.

Cantia, Regio ubi civitas est Cantuaria.

Cantœbri, κανταρί, Ptol. lib. 2. cap. 11, Vrbs est Germania ad Albitum fluvium quæ Vulgo Hamburgum, Hamburg in Sachsen dicitur.

Cantium, κανταρί, Vulgo Kent apud Ptol. lib. 2. cap. 3: Britannæ est promontorium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & civitas Cantuaria. Vulgo Easturberi.

Cantuaria, Anglia Vrbs.

C. Canuleius, Tribunus plebis, rogationes duas tulit, Ut cō-nubia plebis cū patribus essent communia: & ut alter Consul de plebe crearetur. Orationem ejus adversus Consules vide apud Liv. lib. 4.

Canusium, κανύσιον, Apulæ oppidum ad Aufidum fluvium, laudatissimæ lance ferax, quæ Canusina dicitur, cuius color rutilus. Vulgo Canossa.

Canytis, κανυτης, Vrbs Sýrorum magna, Steph.

Capæ, καπη, Vrbs Helleponti, Steph.

Capaneus, per tres syllabas, pen. corr. καπανεός, Argivus fuit, qui unæ cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, quum scalas muris admoveare vellet, à Thebanis lapidibus fuit ob. rutus. Hinc factus est locus fabulae, Capaneum, quæ deorum cōtempor erat, à love fulmine esse percussum. Vegetius li. 4. de re militari: Qui scalis (inquis) in obsidione urbium utuntur, frequenter periculum sustineat, exemplo Capanti: à quo pri-

mùm scalarum oppugnatio perhibetur inventa: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus. Vnde Ovid. lib. 4. Tristium: Quum cecidit Capaneus subito temerarius i. q.

Capaneus, a, um, adjectivum tetrasyllabum, & pen. prod. καπανεός, Capanea pinus apud Statum 8, Theb. -capanea que pinus fam procul Aoniis volet agnoscenda catervis.

Capaneus, a, um, aliud adjectivum. Statius 12. Thibaid. -ausa ante alias Capanea conjunx.

Capara, καπαρα. Vrbs est Hispaniæ, in tractu Lusitanicæ, apud Ptolemaeum lib. 2. cap. 5.

Capastite, à Plin. lib. 5. cap. 9, numeratur inter Aegypti p̄fēturas, quas vocant Nomes.

Capena, penult. prod. Oppidum vicinum Romæ, juxta fontem Aegeriæ. q. Capena porta Romæ, à Capena urbe, quam Italus rex adificavit, ut inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est per quam Capuam itur: ut Frontinus lib. de A. quæduct. q. Dicta est & triumphalis, quod triumphantes per eam potissimum in urbem iuvæ soleant. Hodie portam D. Sebastiani vocant.

Capenæ, atis, penult. prod. Fluvius qui Feroniam p̄tterlabitur Silvæ lib. 13.

Caper, Straboni lib. 12. Fluvius est qui Lædiceam Cariæ urbem cum Lyco, & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

Capetus, penultima correpta, Albæ rex fuit, Capyos filius, & Tyberini pater.

Caphareus, trisyllabū, pen. prod. καφαρεός. Eubœæ mons altissimus, versus Hellespontū, ad quem Græcorū classis à Troja rediens Nauplii dolo magna ex parte alliā, naufragium fecit. Nam quum ab Ulyssे Palamedes ejus filius pröditionis falsò accusatus, iniquo Græcorum iudicio esset interemptus. Nauplius, ut in justam filii necem ulciceretur, obscura nocte redeuntibus Græcis, ex Caphareo promontorio ignem ostendit: unde illi portum arbitrantes, impegerunt in scopulos.

Caphareus, a, um, adjectivum tetrasyllabum: ut, Saxa Capharea. Propertius libro 3: Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga quum vasto Græcia tracta fallo est.

Capharnaum, seu portus Capernaum, καφαρναού, totius Galileæ metropolis fuit, multis Christi Servatoris miraculis nobilitata.

Capheris, Inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracem sunt, numeratur à Plin. lib. 4. cap. 12.

Caphyia, καφη, Vrbs Arcadiæ, à Caphi patre Anchisis, vel à Cepheo. Gentile καφη, Caphyates, Steph.

Capillati, Populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20: Capillatiorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capintra, καπιντρα, in singul. vel plural. Vrbs Tyrenica. Gentile Capinnates, possessevum Capinnatius, Steph.

Capissenæ, Afia populi, Capislum urbem habent, quæ diruit Cyrus. Hæc Plin. lib. 6. cap. 33.

Capitâlă. Mons est totius Indiæ altissimus. Plin. lib. 6. cap. 20.

Capito Lycius, composuit historiam Isauricam libris octo. Epitomas Livii & Eutropii in Græcum vertit sermonem. Scripsit & res Lyciæ & Pamphyliæ. Volater. lib. 14.

Capitolinus, M. Manlii fuit cognomen, qui urbe à Gallis capta, assumpit mille juvenibus, arcem Capitolinam ab hostiis injurya defendit: unde & nomen ihvénit. Hic quum postea id suspicionem affectati regni venisset, ab ea ipsa rupe Capitolina, quam setvaverat, precipitatus est. q. Fuit etiam Historici cognomen, qui Cæsarum vitas conscripsit.

Capitolium, [καπιτόλιον, alii καπιτόλιον]. Germ. Ein Tempel mit saemp einer Weste zu Rom/ auf dem Berg so ich heißt Sancte Maria era cels. ] Templum erat Iovis in clivo Tarpeio, dictum à capite hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Ante enim Tarpeia arx dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, arque sepulta fuit.

Capitulum, Italiae Vrbs prope Bovillas & Calatias.

Capnobætæ, penult. corr. καπνοβæτæ, Mytilæ populi dicti sunt, quali sumi cōscensores, quod tranquillam agant vitam, solis sacrificiis, & deorum cultibus intenti. Vide Strab. lib. 7.

Capote, Afia mons est, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin. lib. 5. cap. 24.

Cappadociæ [Γαππαδοχεῖα, καππαδοχεῖα. Cappadocia.] Pontica regio est, ut scribit Solinus, quæ lœvo latere utrasque Armeniae, Comagenemq; tangens, dextra plurimis Alię populis circumfusa, ad Tauri juga & Solis ortus attollit. Euphrates eam ab Armenia majore dividit. Appianus minoris Armenie partem: Ptolemaeus verò minorem Armeniam esse scribit. [Germ. Ein Landeswafft im minderen Asia/ stossend an Armeniam ] q. Dicta Cappadocia à Cappadoce amne, ante Leucosyria vocata. q. Vnde Cappadoces Leucosyrii. Hinc Cappadocia, cis. pen. corr. καππαδοκεῖα, pro eo, qui est ex Cappadocia. Lucan lib. 2: Cappadoces mea signa timent. Pers. - nec sic præstantior aliter Cappadocas rigida pingues clausisse carasta.

Cappadoc-

**Cappadocia.** a. um, possessivum. Mart. lib. 10: Nec de Cappadocis eques catastis.

**Cappadocia.** cia, ciu, apud Apul.

**Cappagum.** Hispaniq oppidum est in Baetica provincia, Gadiiani conventus. Plin. lib. 3. cap. 1.

**Capraria.** Insula in mari Tusco seu Ligustico capris abundans, quam Graeci Aegiles dicunt. Plinius libro 3. cap. 6. Vulgo *Isola de capri*.

**Caprasia.** apud Plinium libro 3. capite 18: Vnum est ex ostiis Padi fluvii.

**Capreæ.** *καρπεῖαι*, *καρπεῖαι* Stephano, Insula ultra Surrentum Campania urbem circiter octo millia passuum, teste Plinio, lib. 3. cap. 6. Tiberii arce nobilis, & abundans coturnicū multitudine, q̄ ex Italia volates, illuc principio autumni capiuntur.

**Capria.** Lacus est apud Strabonem in descriptione Pamphyliæ, libro 14.

**Caprine.** *καρπίαι*, insula Italie. Dicuntur & Capriæ. Capriata erat Blesus poëta *καρπεῖαι λαοίσι*: id est, natus in hac insula.

**Caprotinæ.** Iunonem veteres dixerūt, quod illi Nonis Caprotinæ sub arbore caprificio sacra fierent ab ancillis simul & liberis. Nam post urbem captam, quum sedata esset Gallicus tumultus, exhausta Republ. finitimi opportunitatem invadē. di Romani Imperii aucti, p̄ficerūt sibi Posthumium Livium Fidenatum Dictatorem: qui feciale ad Senatum missō postulavit, ut si vellent reliquias suę urbis non deleri, matres familiās & virgines omnes sibi dederentur. Quamque patres essent in ancipiī deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malū) Tutela, assumptis ceteris omnibus ancillis, matrum familiās, virginumq; habitu sumpto, nomine dominarū ad hostes transit, prosequentibus ceteris ad rei fidem. Quæ quum à Livio in castris distributæ essent, hostes pluto vino provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes: quibus somno obrutis, ex caprificio dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaq; populus Romanus accepti ab ancillis beneficii, omnes iussit manumittit, dote mque eis ex publico assignavit: diemq; ipsum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprificio, ex qua signum accepérat: sacrificiumq; annuum Iunoni Caprotinæ sub caprificio instituit: cui etiam lac, ex caprificio ad rei memoriam adhibebatur.

**Caprullon.** Provincia est prope montem Atho, Pomponio Melz lib. 1.

**Capsa.** *καψα*, Vrbs Chalcidicæ regionis juxta Pellenem, Thermæ sinui vicina, Steph.

**Capsitanæ.** Populi sunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. lib. 5. cap. 4.

**Capua.** *καψα* Stephano, *καψα*, Totius olim Campaniæ urbs præstantissima, quam Vulturinus amnis interfluit à camporū latitudine, in quib. sita est, ita dicta, ut inquit Cic. Livius à Capy Samnitium duce dictam existimat. Alii à falcone, sub cujus augurio condita est, qui præsa Thuscorum lingua Capys dicebatur. Virgilii à Capy Aeneæ commilitone, qui eam condidit. Strabo, quod est xii. urbium caput hoc est, ipsa duodecima reliquis undecim præcesset, dictam existimat. Quidam à capacitate, quod omnem vitæ fructum capiat. Eustathius etiam ab urbe, cui nomē campus esset: vel à camporum planicie & abundantia, ut Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone COSS. exadiscaram eam tradit. Suet. certè in Cesare Dictatore, cap. 81, urbs hujus originē & nomenclaturam ad Capyn conditorē refert: in cuius sepulchro aenea tabulam inventam tradit, quæ Cæsari necem denuntiabat.

**Capys.** *καψα*, Nomen Trojani cuiusdā, qui Capuam ædificavit. Virg. lib. 10. Aen. Et Capys, hinc nomē Campanæ ducitur urbi. Hujus meminerūt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. Item interpres Quinti Calabri poëtē in lib. 12. qui cum maiestate Homerū videtur quasi contendere. q̄ Fuit item Capys, filius Assaraci, & pater Anchisæ. Ovid. in Fastis: - Tro: est generatus ab illo: Assaracum creat hic, Assaracusque Capyn.

q̄ Capys item Sylvius, Albanorum rex, & Capeti pater.

• **Carabis.** *καρβης*, Fluvius est apud Seras, Scythicæ populos, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

**Caracra.** Oppidum esse in Hispania creditur, quod hodie vulgo *Guadalajara* dicitur.

**Caralitanum, & Caralitani.** (quæ huc perperam ingesta erant) vide CALARITANVM, & CALARITANI.

**Carambis.** *καρμησις*, Campo pifello, Promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentriōnem porrectum, arietinæ frontis habens formam, quod longo spatio pelago incumbens, Scythicæ objectum penisulæ, Euxinum Pontum bimarem videatur efficiere.

**Carambucis.** Fluvius est Scythicæ ad montes Riphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.

**Carana.** Ponti oppidum, à quo Caranensis regio dicitur: ut scribit Strabo lib. 12. Geographiæ.

**Caranitis.** Præfectura est Armeniæ majoris. Plin. lib. 5. cap. 24.

**Caranus.** Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur lust. lib. 7. Ejus etiā meminit Solinus cap. 12. q̄ Est item Caranus Aradianorum portus in Phœnicie prope Paltum urbem. Vide Strab. lib. 16.

**Caraseni.** Populi Tauricæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12.

**Carastasci.** Plin. lib. 6. cap. 7. Populi sunt circa Maeotin.

**Caraxus,** quod haec tenus hic vitiosè scriptum, ita alieno loco collocatum fuit. Vide CHARAXVS.

**Cárba.** Vide CARBAS.

**Carbana.** *καρβανα*, Vrbs Lyciæ est, apud Stephanum.

**Carbania.** Pomponio Melz lib. 2. commemoratur inter parvas insulas Tyrrheni maris, Italie adjacentes.

**Carbileti.** Thracie populi. Plin. lib. 4. cap. 11.

**Carbilius,** cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Hujus autem patronus Carbilius, cognomēto Ruga, primus Romæ uxorem, quod sterilis esset, repudiavit, præstito ante juramento, se uxorem liberorum causa querere. Autor Gellius.

**Carbo.** *καρβος*, Prænomiae Cneus, ter Consul fuit, & in tertio Consulatu jussu Pompei, quod Marianas partes sequeretur, dum alvum exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. q̄ Fuit & C. Carbo hujus frater summus Orator, cuius meminit Cicero in Bruto, quod voluntaria morte se à judicium severitate vindicavit. q̄ Fuit & aliis Carbo, hujus filius, quem Cicero Oratorem non satis acutum fuisse ait: verborum tamen gravitatem ei tribuit, & naturalem quandam orationis autoritatem. Hic ab exercitu suo interfectus fuit, quem bellis civilibus solutum ad disciplinam revocare conabatur.

**Carbulo.** Autore Plin. lib. 3. cap. 3: Oppidum est Baeticæ prope Cordubam.

**Carcases.** Populi sunt Narbonensis Galliæ, quorum oppida sunt Anatilia, Aeria, Bormannico, Macina, & Cabellio. Autor Plin. lib. 3. cap. 4.

**Carcasum,** à Plin. lib. 3. cap. 4. vocatur oppidum Galliæ Narbonensis, quod hodie *Carcassona* vocant.

**Carcathiocerta.** Armeniæ majoris Vrbs Tigtī proxima, ut autor est Plin. lib. 6. cap. 11.

**Carchedon.** pen. prod. [ *καρχηδων*. Ger. Die gewaltig Stadt Cartago in Africæ.] A Græcis appellata est urbs Africæ totius optimæ potentissima, infestissimaq; Romani imperii auxilia. Unde Cæthaginientes ipsi ab isidē Carchedonii, *καρχηδων*, appellantur. Hinc etiam Plautus Comediam suam Penulum Carchedonium nominavit. q̄ Carbunculos quoq; Garæanticos Plinius autor est lib. 37. cap. 7, ab hujus urbis opulentia Carchedonios fuisse vocatos, non quod circa Carthaginem invenirentur, sed quod à Poenis negotiatoribus Româ afferrentur. Dieta Carchedon à Carchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed vulgariter fama est, cōditam fuisse à Didone. De hac multa Eustathius in Dionysium.

**Carchesia.** Insula una Cycladum, aliás Amargus, Steph.

**Carcina.** *καρκινα*, Civitas est Scythicæ Europæ, à qua sinus Carcinites. Plin. lib. 4. cap. 12, & Pomp. lib. 2, ubi & Carcinites annis, eam civitatem præterfluens, ut autor est Ptol. lib. 3. cap. 5.

**Cardatmyla.** *καρδαμυλη*, Vrbs fuit Peloponnesi propinquæ Pylo, sub dominio Agamemnonis: una eatur quæ reconciliationis ergò Achilli ab Agamemnone offeruntur, apud Homer. lib. 9. Illiad.

**Cardamylellus.** *καρδαμυληστρος*, Vicus quidam Steph.

**Cardax.** *καρδαξ*, Saltatio obscuræ & Comica, inquit Budæus.

**Cardiæ,** sive Cardinea, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præterat, quasi Cardina. Vide CARNA.

**Cardinæ,** Dea, quæ & Cardina dicta est: cardinibus præcessere dicebatur.

**Carduchi.** *καρδοχη* Stephano, Parthorum populi, ad Tigris fluvium: quorum meminit Strab. lib. 16.

**Cardytus.** *καρδοτης*, Vrbs magna Syrorum, Steph.

**Carenæ.** *καρενη*, Vrbs Mysiae, Steph.

**Carenes.** Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensis vicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

**Carentani,** Italie populi sunt, in quarta regione à Plin. lib. 5. cap. 12, locati, prope Frentanos.

**Cares.** pro statuari nomine. Vide CHARES.

**Câres,** numero plurali, *καρες*, Populi Cariæ, qui sub Minœ Leges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asia minoris partem meridionalē occupaverunt, quæ Rhodum spectat, ab eaque Cares appellati sunt. Ea enim regio Cariæ dicebatur, à Cara ejus om̄e rego. Despectissimum olim fuisse hanc nationem clarissimum ostendit Cic. in Orat. pro L. Flacco: Vestra, inquit, Asia, ut opinor, cōstat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus proverbium: Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria, nōne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum? q̄ Hujus itaque populi mores proverbiis aliquot fecerit locum: ut,

cum:ut, Cum Care carizas, & tunc quæcūq;: Hoc est, rusticè agis cum rusticō, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. q; In Care periculum, cū rōgē tñ vñdaw, subaudi facio. Hoc est, in homine aut re viliore fac periculosati experientiam, in qua, si parum feliciter cesserit, non multum sit dispensari faciendum.

Cariā, [χρία. Vulgo Lango. Germ. Ein Landeschaft des Mindesten Asie / wird jetzt Lango genannt.] Regio minoris Asie inter LyCIam & Ioniam. Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine clausit: ab Occidente Icaro, & Myrtoo pelago: à Meridie Rhodensi: ab Ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Caria conclusit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ Meridionalis est. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria avium dicitur invenisse. Hujus populi Cares, rōges dicti, de quibus vide suprà. q; Multitudo Imperatorum Cariam perdit, πολει τραπηγι ρειων ἀνδατων, Multi duces desperidere Cariam. Admonet senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit.

Caričus, a, um, pen. corr. ρειχε, Quod est ex Caria: ut Carica charta. Statius 4. Syl. Chartæ Thebaicæve, Caricæve. q; Caričus hircus, ρειχες ηδη. Diogenianus indicat dictatum de vilibus & contemptis. Plato ρειχε, αθρόποιο, Caricum homuncionem, dixit pro vili, nihilique. q; Sic More Carico, ρειχες ηδη, fieri dicebarur quod sordide, incompositaque fiebat, præsertim in rebus obsecenis. q; Carica musa ρειχεη πία. Delugubri aut rustica, atque indocta seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poëtam aut oratorem indoctum. q; Caricum sepulchrum, ρειχες ηδη. De re magnifica, sumptuosaque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

Carefus, ρειχε, Fluvius est Troadis. Homer. 12. Iliad. celebratus: cuius Plinius ait nulla sua ætate exitissimæ vestigia, libro 5. capite 30.

Careha, Insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Caricor, ρειχε, Locus est in Memphis, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati sunt. Autor Steph.

Cariłæ, arum, Picentum oppidum fuit, ab Annibale secundo bello Punico deletum. Meminit hujus oppidi Silius libro 8: exhaustæ mox Paeno Marte Carillæ.

Cariñæ, arum, Nōmē vici Romani ad pedem clivi Capitoliani, in quo fuit domus Pompeii. Virgil. 8. Aeneid. - passimque armata videbant Romanos q; foro, & lautis mugire Carinis. Varro Carinas dici putat ab eo, quod hiac oriretur caput sacrae viz, ρειχε. Latinæ caput dicitur.

Carini, Germanæ populi. Plin. libro 4. cap. 14, forsitan ducatus hodie Virtenbergensis.

Cariosvelites, Gallæ Lugdunensis populi sunt apud Plin. lib. 4. cap. 18.

Caris, olim vocabatur Cos insula, ρειχε, Steph.

Carisa, Cognomine Aurelia, civitas est Hispaniæ, ad Bætim fluvium, in Gaditano conventu. Plin. lib. 3. cap. 1.

Carius, ρειχε, Nomen filii Iovis & Torrhebiq; qui circa Torrhebam lacum oberrans, Nymphaenum cantum dicitur audivisse, & ab eis Musicam didicisse, quamque apud Lydos propagasse. Quapropter divinos honores apud suos meruit, templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipse Carius à nomine ejus appellatus est. Autor Steph.

Carmacæ, Alizæ populi circa Mæotim. Autor Plinius libro 6. capite 7.

Carmenæ, [χρηστία, Vulgo Nar singa.] Germ. Ein Landeschaft an Indiam stossen / wird heut Nar singa genannt.] Regio est Indis contermina, quam duplē esse Ptolemeus tradidit: cul tam alteram, alterā desertam. Hujus regionis incole Carmani dicuntur, Ichthyophagi cognominati, quod solis piscibus vescantur, quoru etiam cotis vestiuntur. Pomp. lib. 3: Carmani sine veste, & siug, sine pecore, ac sedibus, piscium cute se vellant, carne vescuntur, præter capita toro corpore hisfuti.

Carmelus, penult. prod. & unic. l. [Σαρμέλη charmel. ρειχελη. ] duorum montium nōmē, teste Hieronymo, quorum alter est in Galilea, ad Australē plagam, in quo habitavit Nabal Carmelus maritus Abigail: alter Phœnices, juxta Ptolemaidē mari timonians, in quo Elias Prophetæ flexis genibus pluviam imperavit. Posterioris hujus meminit & Plin. lib. 5. cap. 19: Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.

Carmēnta, ρειχε, & Carmentis, Evandri mater: ita cognominata à carminibus, quibus dabat responsa (erat enim fatidica mulier) quum propriè Nicostrata vocaretur. q; Hinc Carmentalis porta, quæ postea Scelerata dicta est, quod per eam sex & trecenti Fabii cum clientum quinque millibus egressi, aduersus Hetryscos ad amam Cremeram omnes interfecit.

sint. Virg. 8. Aeneid. Et Carmentalem Romano nomine portam. Ovid. 2. Fast.

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,

Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet.

Illa fama referit Fabios exissè trecentos:

Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Carmina, ρειχε, Insula India, insulare Carmini & Carmi nai, Stephan.

Carmōn, ρειχε, Est locus in Messenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achæa flumen, & mons in Peloponneso.

Carna, ρειχε, sive Cardinea, Dea quæ vitalibus humânis seu cardinibus præesse existimabatur. Ovid. libro 6 Fastor. Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est. Hæc striges nocturnas, puerorum (ut dicebant) cunas infestantes, à limine summovebat.

Carnana, ρειχε, Vrbs Minorum: & populi juxta mare rubrum cives Carnanæ. Suus Carnaniam & Carnanitæ (gentilia nimurum) usurpat. Steph.

Carnapæ, Populi sunt circa Mæotin. Plinius libro sexto, capite septimo.

Cärne, ρειχε, Phœnicæ oppidum est ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20. q; Est item Carna Stephano, Aeolidis civitas: à qua fit gentile Caræus, à superiori verò Carnites.

Cärneades, ρειχε, Cyrenæ novæ Academie princeps fuit, qui adversus Zenonem Stoicæ sectæ principem scripturus, cerebrum hellebôrō candido purgavit, ne quid ex corruptionis stomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & constantiam, vigoremq; mentis labefactaret. Hic tanta eloquacia prædictus fuisse perhibetur, ut quum Romam cum Diogenè Stoico, & Critola Peripatetico legatus venisset, M. Catoni reddiderit legationem suspectam: qui identidem Senatū monuit, ut ab illorum eloquentia caveret: qua quicquid velleat etiam ab inviris possent extorquere. Autor est Gell. lib. 16. Idē etiam pendit Quintil. lib. 12. cap. 1. q; Fuit & alter Carneades, Philosophus Atheniensis, Anaxagoræ discipulus, cuius meminit Suidas.

Carni, ρειχε, German. Die Kertenet. Populi sunt Istris finiti mi, ab ea parte qua Alpes Iuliæ Aquileia incumbunt, qui à Plinio collocantur in decima regione Italæ ad Tergestu fluvium, qui in Venetiarum ora in sinum Adriaticum influit.

Carnodūnum, ρειχε, Oppidum est Vindelicis, ad Danubium, teste Ptol. lib. 2. cap. 13.

Cornorum, Regio est totius Galliq; media, ρειχε, Druidum sedes, de quibus in dictione D V I D E S.

Carnus, ρειχε, Vide Carne. Est etiæ insula Acarnaniæ. Steph. Carnunti, Populi Germaniq; inter Danubium & sylvam Hercyniam, in confinio Pannoniq; Plin. lib. 4: Superiora inter Danubium & Hercynium saltum usque ad Pannonica hyberna Carnunti tenent, Germanorumq; ibi confinium est.

Carnuntum Oppidum in confinio Germanæ & Pannoniæ, inter Danubium & Hercynium saltum Plin. lib. ult. Abest centum M. passuum à Carnunto litus Pannoniæ, quod à Germania succinum importatur.

Carnurēs, sive Carnuti, ρειχε, Gallæ Lugdunensis populi, Andegavensis, & Turonensis finiti: apud quos Drusus suas habebant sedes, teste Cæsar libro 6. comment. Horum oppidum est Carnutum, quod Galli sua lingua Charræ appellant.

Carodunum, Vide CARNODVNVM.

Carcæ, ρειχε, Vide CARIA.

Carolobergomum, Vrbs Bavariæ, Vulgo Karlsberg.

Carolostadium, Franconia Vrbs, Vulgo Carolstatt.

Caronium, ρειχε, Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, in tractu Callaicorum, non procul à Neri promontorio. Autor Ptolem. lib. 1. cap. 6. Vulgo Chrga.

Caropolis, ρειχε, Vtbs Cariæ, Steph.

Caros Cepi, ρειχε, id est, Caris horti, parva regio Thraciæ, Stephan.

Carpalium, Cypri insulæ oppidum est, apud Plin. libro 5. capite 3: Stephanus Carpasiam, ρειχε, vocat, & à Pygmalione conditam asserit. q; Carbaliam etiam nonnulli appellant insulam inter Cretam & Rhodium sitam, quæ nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carbaliam maluit appellare, quod ad ventum ρειχε: hoc est, Africum, sita videatur.

Carpáthiūs, pen. corr. [χρηστός. Vulgo scarpano. Germ. Ein Insel gegen Ägypten über gelegen / grüßen Rhodus und Can dia / wird heut genannt Scarpano.] Insula contra Ägyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum stadiorum circuitem habens, quatuor insignis urbis: à qua vicinum mare ad Ägyptum vergens Ca: pathium, [χρηστός πίλαι, Ο. Ital: Il mar de Scarpano. Germ. Das Carpatisch Meer.] dictū est. Homer. 2. Iliad. duabus litetis transpositis. ρειχε, appellat: Νέος Νίος.

*Carpus* Νιούρει τ' ἔχει, Κερπαρίδης π., Κάστος π. q Carpathius leporem, Καρπάθιος τὸν λαζάρον. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiā accerent. Hinc deductum Adagium, quod quum in Carpathiorum insula lepoes non essent, illi curarunt importando alicunde. Verum ubi ejus animantis magna vis increvisset, ut est mira fecunditas, fruges insulae populari cōpere. Referunt & interpretantur Iulius Pollux 5. lib. de rerum vocab. & Aristotel. lib. Rhetor. 3.

**Carpatus**, sine aspiratione, καρπατός. Mons est Iazygibus, Metanastis, & Dacis imminentis, & in Mysiam inferiorem ad ipsa penē Danubii ostia excurrens. Vide Ptolemaeum in tabula nona Europæ. Vulgo *Crapalx*.

**Carpēia**, vel *Carpēo*. Vide CARPETANI.

**Carpentoracte**, Plin. lib. 3. cap. 4. Civitas est Galliæ Narbonensis. Vulgo *Carpentras*.

**Carpētī**, καρπατίον. Gens Iberica intra Iberum fluv. Steph.

**Carpetānī**, καρπατίον. Populi, quos Plin. lib. 3. cap. 3. in Hispania collocat ad Tagum fluvium, juxta Vacceos.

**Carpī**, Populi sunt Africæ in Zeugitana regione, quæ minor Africa dicitur. Plin. lib. 5.

**Carpīs**, καρπής. Scythia fluvius est. Herod. lib. 4.

**Carpocrates**, καρποκράτης. Nomen cuiusdam heretici, qui negabat mundum à Deo factum.

**Carraca**, Italia Vrbs sub Venetia, Ptolemæo.

**Carrhā**, καρῆ. Civitas Arabiæ ad rubrum mare: à qua Carrhæ dicti sunt populi. Plin. lib. 6. cap. 28: Carrhæ latissimos & fertilissimos agros. q Sed Carræ, arum, καρῆ Stephano, Civitas Mesopotamiae trans Edessam. Crassi & Romani exercitus cruore nobilis. Lucan. lib. 1: Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas.

**Carsēolī**, Oppidum est in via Valeria, non procul à Pelignis, à quo ipsi etiam incolæ Carseoli dicuntur. Horū meminit Ovid. 4. Fastor. Frigida Carseolis, nec olivis apta serendis Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

**Carsēolānūs**, a. um, Ovid. 4. Fastor. -nam dicere certam Nunc quoq; lex vulpem Carseolana vetat.

**Carta**, sine h, nomen unius ex Darii satrapis, apud Curtium.

**Carteiā**, καρτεῖα Ptolemæo, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in træctu Baetulorum, ad radicem Calpes promontorii. Tartessos, μεγάρος à Græcis dictum. Vulgo *Tarifa*.

**Cartēsīus**, a. um, ut Litus Cartesium, in quo freti angustiæ sunt.

**Cartēnnā**, Augusti colonia in Mauritania Tingitana. Plinius lib. 5. cap. 2.

**Carthæa**, καρθαία Steph. Vrbs in Cea insula. Hæc apud Plin. lib. 4. cap. 12. corruptè (ut suspicor) Carthæia appellatur: certè apud Stephanum per αι diphthongum scribitur.

**Carthæiūs**, a. um, Ovid. lib. 12. Metamorph. Transit & antiquæ Carthæia moenia Cæz.

**Carthæus**, adjективum. Idem 10. Metam. Nanq; sacer Nymphis Carthæatenentibus arva Ingens cervus erat.

**Carthāgo**, [καρχηδόν]. Ger. Die gewaltig Stadt Carthago in Afrika am Meer gegen Siculam über gelegen. ] Vrbs Africæ totius celeberrima, quæ post Trojanum bellum (ut docet Eusebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Aemiliiano penitus eversa. q Est & alia Carthago in Hispania, quæ Asdrubal condidit, quæ Nova perpetuo epitheto dicitur ad differentiam Carthaginis Libycæ. Vulgo *Cartagena*. Hæc etiā à sparti copia, quod in ejus agro copiolissimè provenit, Spartaria appellata est. Carthaginis autem nomen quidam à Carthæoppido haud procul à Tyro dici putant. Cicero verò lib. 2. de Nat. deor. scribit dictam à Carthagine Herculis filia, quæ Byrsa priùs diceretur.

**Carthāgīnēsīs**, καρχηδόν. Diatio sex syllabarum est: nam autore Prisciano, inter n & e, interponitur i: it enim lib. 4: Si Tertiæ sint declinationis, abjiciunt extremam genitivi, & assumunt enis, ut Pistor, Pistoris, Pistoriensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginensis. Ennius: Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis.

**Cartīi**, Populi Persiæ, ut scribit Strabo lib. Geograph. 11.

**Cartrīs**, Cimbrotum peninsula, dicente Plinio lib. 4. cap. 13, promontorium Cimbrorum excutrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur.

**Caruentus**, καρεύντος, alias καρεύντος, Vrbs Latinorū, gentile Carientanus, Steph.

**Carusii**, Populi sunt Troglodytis finitimi pariter & Aethiopibus in finibus Africæ, ad latus meridiem spectans inhabitantes. Sipontin.

**Carya**, καρυά, Civitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus contra Græciam consenserit: unde postea à Græcis deleta fuit. Vitruv. lib. 1.

**Caryanda**, καρυάνδη, Lacus est & insula eodem nomine Cariæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strab. Geog. lib. 14.

**Carystōs**, sive Carystūs, καρυστός, Eubœæ insulae oppidum, in littore situm, ad radicem Ochæ mōtis, è regione Andri: cu-

jus meminerunt Plinius lib. 4. cap. 12, & Pompon. lib. 2. Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum, & macularum varietate in primis commendatum, quod à loco Carystium appellabant: de quo vide Strab. lib. 10, & Plin. lib. 36. cap. 6. Lucan. lib. 5: Quæ maris angustat fauces saxosa Carystos. Sita est ad pelagus Myrtoum sub Ocha monte, cui à Iovis & Iunonis concubitu nomen inditum est, aut quod oves illic pastæ concipient, ὁχαρέμωνα κυνέοντο. οχα enim Achæi pastum & cibum vocant. Dicitur etiam οχα. Lapis in hac civitate mirabilis gignitur, ex quo pannus conteritus, ut fordes absterget, in ignem inicitur. Vocatur etiam Achæa ab Aegone loci domino, à quo & mare Aegæum. q Est item Carystus locus τῷ Αἴγαῳ juxta Arcadiam, ubi columnæ Carystiae ex latoniis, & vinum Carystium celebrantur, Stephanus.

**Carystūs**, a. um, pen. prod. Ovid. 3. Fast. Quaq; Carysteis fragitur unda vadis.

**Carystūs**, a. um, Plin. Epistol. 101: Vitem quatuor columelle Carystiae subeunt.

**Casandra**, Insula in Oceano meridionali, contra Persidem. Plin. lib. 6. cap. 25: Contra Persidem, inquit, insulæ Philos, Casandra, Aracia, &c.

**Cascandrus**, inquit Plin. lib. 6. cap. 25, Insula est deserta in Oceano Indianum versus.

**Casilini**, Italia populi sunt in agro Campano, quorum oppidum etiam Casilinum appellabatur, quod Plini temporibus interciderat, ut ipse testatur lib. 9. cap. 5.

**Casina**, pen. corr. Plauti fabula est, nomē habens à Casina amicilla, quam Stalino senex, ejusq; filius, certatim dependebant. Scribitur autem unico, ut facile colligi potest ex fabulæ ejus argumento, in quo versum literæ capitales Casinæ nomen exprimunt.

**Casinum**, penult. prod. Campaniæ oppidum est in Italia. Silius libr. 4: Mittebant saxa & nebulosi rura Casini. Hujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

**Casiotis**, κασιόν Ptolemæo, Regiuncula est Arabiæ Petras, Pelusio ostio ab Aegypto divisa: in qua Casius mons est, Pompeii Magni tumulo insignis: à quo & Regio ipsa nomen accepit.

**Casiūs mons**, [κασιόν, θερ. Germ. Ein Berg in dem Getreie, ten oder Geisachten Arabia. ] Trans Pelusium est, extrellum Nilis ostium, in ea Arabiæ Petras parte, quæ ab hoc monte Casiotis Ptolemæo appellatur: in quo & Iovis Casii templum erat, & Magni Pompeii tumulus ab Adriano instauratus, ut in Adriano testatur Capitolinus. q Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam, cognomine Pieriam, ut autor est Plinius libro 5. cap. 22: cuius altitudo in directum est quatuor millium passuum. q Ptolemæus præterea lib. 5. cap. 18. Cassium quandam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra altero ejusdem regionis monte: cuius meminit & Suidas.

**Casiūs**, a. um, Lucan. lib. 10: Lucifer à Casia prospexit rupe.

**Casmene**, κασμήνη, Vrbs Siciliae. Steph.

**Casos**, pen. corr. κασός, Vulgo *Caso*, Insula juxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum ejusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, qui ed colonos deduxit: à quo & Casius mons in Syria nomen traxisse creditur. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31.

**Caspapyrus**, κασπάρανθη, Vrbs Gandarica: Scytharum veld id est, lirus. Steph.

**Caspériā**, Rhæti regis Marrubiorum uxor fuit, quæ cum Anchimo privigno cōpus commisit. Vide ANCHEMO. LV. S. q Est item Casperia oppidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Silius Casperulam vocat. Virgil. 7. Aeneid. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum, Casperiamque colunt.

**Casperula**, Sabinorum oppidū est, apud Silium, ut dictū est.

**Caspīæ portæ**, [καστριαὶ πόλεις]. Ger. Ein enge Thauß durch den Berg Taurum in Media/welches zwei gemeine Teutschcr meist wegs lang ist/ so eng das kann ein Wagen dadurch kommen mag. ] Angustiæ sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solin. in longitudinem extensæ: latitudine tam exigua, ut vix plaustro sint pervia. Nō satis tamen convenit inter autores ad quam maris partem conjungantur. Quidam Amazones portis Caspiis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidere: sed illæ Caucasæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Nerois quoque principis communatio ad Caspias portas (ut inquit Plinius) ad eum transitū respiciebat. Verum mons Taurus tribus in locis interruptus, quasi portis quibusdā pertrahitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Medium. Sed illæ tantum Caspīæ portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has transitus est

tus est ex Babylone, & Perside ad mare Caspium. Vnde etiam Caspia dictæ sunt. quæ gloria verò Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios, ulterioresq; populos pertinent.

Caspia, Populi Scythia ad Caspium mare, ut auctor est Pomp. libro tertio, apud quos sc̄iissimi sunt canes, ut scribit Valer. Flacc. lib. 6.

Caspium mare. [κασπία θάλασσα. Ital. Mar di bacca. Germ. Das Hircanische Meer in Asie.] Immensa magnitudinis lacus est inter Caspios & Hircanos montes, à quibus nōmē accepit. Hujus maris accolæ Turcæ fuisse creduntur, qui deinde cœli clementioris desiderio adducti, primū Armeniis: deinde reliquis Asiae populis sua sede pulsis, & bona Europæ parte occupata, à sinu Persico adusq; mare Adriaticum imperium suū extenderunt.

Caspis, pén. prod. κασπίας. Vrbs Parthorum, finitima Indicujs incole cursu velocissimi sunt, ut ex Dionysii Bassaricis annotavit Stephanus.

Cassandra, Filia fuit Pharnaspis, uxor Cyri, & mater Cambyses, teste Herodoto histor. lib. 2, quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse deflevit, & publico regnorum suorum luto decorari voluit.

Cassandra, Κασσάνδρα, Priami & Hecubæ filia, quæ quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret: quod Apollo se factum juramento firmavit. Sed quum illa promissi non staret, itatus deus fecit ut ejusdem vaticinia nulla fides adhiberetur, quæ ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea despontata fuit Chorœbo, ut ait Maro (Homerus verò Orthryon eum nominat) qui in auxiliu Trojanis veniens, in postrema nocte periit. Hanc quoq; Ajax Oileus in Mineru templo vitiavit, ut superius auditum est. Tandem devastata Troja, Agamemnoni in sorte contigit, cui omnia fata, quæ à conjugi fervarentur, prædicta: sed mox solito nihil ei creditum est. Veniens igitur cum Agamemnono domum cum eodem in convivio iussu Clytemnestra occisa est. Virgil. 3. Aeneid. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. q; Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quam Bellerophonti nupsisse Homerus autot est. q; Est & Cassandra oppidum, & Cassandra colonia, de quibus infra in POTIDAIA.

Cassanæ, Κασσάνδρα, Populis sunt in littore maris rubri incolentes, Stephanus.

Cassera, Macedoniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniae.

Cassanorus, Κασσάνδρας. Vrbs Aegyptia, Steph.

Cassienus, martyr apud forum Cornelii, ubi & jacet, & quod venerat peregrinationis gratia è Brixina urbe Germania, cuius erat civis & præfus: quumq; apud forū Cornelii doceret, iussu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Christianos docere, stylis discipulorum confosus est. q; Alius ejusdem nominis Alexandrinus sub Ioviniano in Italiā veniens, apud Octanum templum construxit, cuius & præfus electus: inde perigrinando Augustodunum venit, & episcopo Simplicio, viro sancto succedit. q; Alius monachus Honori tempore à Hierosolymitana Ecclesia ab Hæreticis ejectus, Massiliam venit, ubi duo condidit cenobia: scripsit & de monachorum institutis, ubi dicit, cibi abstinentiam ornum virtutum esse fundamentum. Volaterranus.

Cassipea, Vide CASSIOPE.

Cassitum, Vulgo Cassel. Vrbs Hassia, Vide Stereobontium.

Cassitura, Teste Varone lib. 6. de Ling. Lat. Oppidū Samnitium fuit, qui à Sabiniis ortum traxerant: ita dictum à vetero nomine Cascus, quod Sabinorū lingua antiquum significabat: unde & forum verus Cassinum appellatum est.

Cassiodorus, Κασσιόδορος, Ravennas fuit, Theodorici Gotthorum regis præceptor, qui ex Schatō factus monachus, Psalterium Davidis explanavit. Extant & ejus ad Theodoricū Epistola. Volaterranus.

Cassiope, sive Cassiopea. [κασσίων. Gerim. Ein Hochpforte, ge König der Mythen / ein Mutter Andromedæ.] Cœphei regis Aethiopum uxor, & Andromedes mater: quæ quod gloriaretur Nereidibus sese corporis pulchritudine præstare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ enim jactantia ejus irritatae, incredibilis magnitudinis cetum immiserunt, filiamque ejus unicum, nomine Andromedam, saxo alligarat, ceteraque devorandam proposuerunt: quæ tamen Persii virtute liberata, eidem nupsit. Cassiope verò tādem generi meritis in cœlum translata traditur, & in siliquastro sedens, vertente sese cœlo, resupinato capite ferri, pedibus ipsius in ipsa Arcticæ circuli circumductio ne positis, Arcticum circulū capite, & dextra manu tangit, & prope Medeam circulo laetè dividitur, nō procul à Cœphei signo. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite ejus stella ostenditur una, in utroq; humero singula, in mamilla dextra clara una, in lumbis una, in sinistro femore duæ, in genu una, in pede ipsius dextro una, in

quadrato, quo signum ejus circumscribitur, una, in utrisq; angulis singulæ cæteris clariū lucentes. q; Est item Cassiope, oppidum Epiti mediterraneum, à quo Cassiopæi populi dicitur sunt, quorum meminit Plinius in procœdio lib. 4. Stephanus Cassopam, κασσοπα, appellat. q; Item oppidi nomen in Corcyra insula, apud eundem lib. 4. cap. 12, quod Ptolemaeo Cassiopolis dicitur.

Cassius, Κασσίους, Viri proprium, qui magister equitum fuit. q; Sp. Cassius regni affectati criminis damnatus, cui plus suspicio cōcupite dominationis nocuit, quām tres magnifici Consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim, Populusq; Rom. non contentus capitali eum supplicio afficeret, interempto domum supererat. In solo autem ædem Telluris fecit. Autor Valerius lib. 6. cap. 3. q; Cassius C O S, à Tigurinis Gallis pago Helvetiorum, qui à civitate secesserat, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est: milites, qui ex ea clade supererant, obsidibus datis & dimidia rerum omnium parte, ut incolores dimitterentur, cum hostibus pacati sunt, tempore quo lugurtha pulsus est à Mario. Liv. libro 25. Cæsar Belli Gall. lib. 1: Tigurinus pagus quum domo existet, pâtrum nostrum memoria, L. Cassium Consulem interficerat, & ejus exercitum sub jugum miserat. q; L. item Cassius Tribun. pleb. C. Mario, L. Flacco C O S plures leges ad dimicandam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, ut quem populus Rom. damnasset, cuī imperium abrogasset, in Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatū. Autor Pædianus. Cicero pro Roscio Amerino: L. Cassius ille, quem populus Rom. verissimum & sapientissimum judicera putabat, &c. q; L. Cassius, dux Pompejanus, cum decem navibus, ardente bello civili, transiit ad Cæsarē. q; Cassius item Longinus Iurisconsultus, quod C. Cassii percussoris Cæsaris nōmē ac stemmata haberet, iussus est à Nerone mori: pronepos fuit Servii Sulpitii, ac Eques Romanus, ut scribunt Tranquillus & Pomponius. q; Fuit & Cassius Severus, de quo Quintilianus sic scribit lib. 10. cap. 1: Cassius Severus, si cæteris virtutibus colore & gravitatem orationis adiecisset, pondus inter præcipuos foret. Nā & ingenii plurimum in eo, & acerbitas in ira, & urbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, quām consilio dedit. Hæc ille. Hujus Cassii scripta ex Senatusconsulto, abolita sunt, ut autor est Tranquillus. q; M. Avdius Cassius, præfector exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipse res in Germania gereret contra Marcomannos, defecit. Itaq; relicto bello, Imperator eum cum exercitu petit ac superat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitia. q; Cassius præfus Narniensis tempore Totilæ regis Götthorum, cui occurrens, animum placavit, ne civitati noceret. Meminist hujus Gregor. 3. Dialogo. q; Cassius poëta Parmensis fuit, cuius ingenium in scribendo carmine mirè concitatum & promptum prædicat Horat. 1. Serm. Sat. 10:

- at si quis pedibus quid claudere senis  
Hoc tantum contentus, amet scriptisse ducentos  
Ante cibum versus totidem cœnatus, Hetrusci  
Quale fuit Cassi rapido ferventius amni  
Ingenium: capsis quem fama est esse libris que.

Ambustum propriis. Hic Aliquot generibus stylum exercuit, inter quæ opera elegiaca & epigrammata ejus laudantur. Hic est qui in partibus Cassii & Bruti Tribunus militum militavit: quibus viatis Athenas se cœtulit. Quijatus Varus ab Augusto missus ut eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit: unde multi crediderunt Thyesem Cassii Parmensis fuisse. Scriperat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Hor. 1. Epist. 41: Scribere quod Cassii Partensis opuscula vicat.

Cassianus, pen. prod. adjectivum. Cicero pro Mil. Itaque illud Cassianum.

Cassius, aliud adjectivum: ut, Cassia via. Cic. 12. Philip. Tres ergo, ut dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. Ibidem: Hetruriam discriminat Cassia. Item: Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam.

Cassopa, pen. pro. κασσόπη. Oppidum est Molosserum, quod à Plinio Cassiopem vocati suprà ostendimus.

Castabala, Κασταβαλα Stephano, Cilicis oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 26.

Castalia, Κασταλία. Gerim. Ein Biunn vnd den Berg Parnassus den Apollini vnd den Musis jugeweihet. ] In Phocide, ad radices Parnassi montis, fons non procul à Delphis: unde & Apollini, & Musis sacer creditur; ita dictus à virgine Castalia, quæ Apollinem fugitans, precipitata, & in fonte versa est: à cuius nomine Musæ ipsæ Castalides appellantur.

Castalo, Κασταλος, Maxima civitas Britannæ (oimirum Britanniæ legendum) gentile Castalonites. Steph.

Castax, Κασταξ. Vrbs Iberæ, gentile Castacæus. Steph.

Castanæa, Κασταναί, Eudoxus per scribit. Kai κασταναί ἀετ.

*egor ès mīgās*, Gentile Castaneus, Steph. nec aliud addidit.  
**Castanía**, *xəstaniā*, Vrbs prope Tarētum, gentile Castaniates.  
 Stephan.  
**Casthenes**, Thraciæ sinus juxta Byzantium. Plin.lib.4.in de-  
 scriptione THRACIAE.  
**Castianira**, *xəstaniā*, Vxor Priami pulcherrima, quam ex Ae-  
 symo Thraciæ urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea ge-  
 nuit. Homerius lib.lliad.8.  
**Castnium**, *xəstniā*, Mons in Aspendo Pamphyliæ , gentile  
 Castnius.  
**Castologi**, A' Plinio numerantur inter Belgas, lib.4. cap.17.  
**Castolus**, penult. prod. *xəstolū*, Lydiæ urbs: ita dicta à Do-  
 ridibus conditoribus, quos Lydiæ *xəstolū* appellant. q Hinc Ca-  
 stoli campus , *xəstolū*, apud Xenophontem . Vide  
 Stephan.  
**Castor, & Pollux**, *xəstw & polw*, Fratres gemini fuerūt,  
 Iovis ex Leda filii, qui & Tyndaride passim à poëtis appellan-  
 tur, quemadmodū & Helena soror ipsorum, Tyndaris. Hi,  
 ubi primū adoleverunt, mare piratis liberaverunt, & ob id  
 dii maris habiti sunt, quos in tēpestate natura solent implo-  
 rare. Post hæc Colchos cum Argonautis profecti sunt: qua in  
 expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem, insidias  
 sibi struentem interfecit. Deinde domum reversi, Helenam so-  
 rorem à Theseo raptam, receperunt, Aphidna urbe, Theseo  
 absente, expugnata. Tandem quum Castor diem suum obiis-  
 set, ferunt Pollicem (qui eodem cum Helena ovo natus, im-  
 mortalis erat) fratris desiderio à Iove petuisse ut immortalita-  
 tem suam cum fratre posset partiri: qua re impetrata, alternis  
 eos & mortem oppetisse, & revixisse. Cui fabulæ occasionem  
 dedit Geminorum natura, quorū altero oriēte, alter occidit,  
 & econverso. A' Græcis *diōxw*: hoc est, Iovis filii *xw' iōxw*  
 appellati sunt, & inter deos apotropoëos: hoc est, malorū de-  
 pulsores, sunt annumerati: quibus etiam Romæ insigne dedi-  
 catum erat templum in foro, quod Romanis aduersis Latini-  
 nos periculosisimo in prælio suppetras tulisse credenterunt.  
 Nam (ut Dionysius lib.6. Antiquitatum scribit) in pugna ad  
 lacum Regillum apparuerunt forma augusto, ducentes e-  
 quitatum Romanū aduersus Latinos, hastisq; feriebant, pro-  
 pellebantq; adversarios: socios verò cohortabantur. Quæ po-  
 tissimum causa fuit, ut Latini fugarentur, & castra caperetur.  
 Idem mox vīsi sunt sudorem equorum abluerūt juxta frontē  
 Iuturnæ: deinde è conspectu mortaliū se subduxerunt. q Hinc  
 Accastor adverbium jurandi, quasi per adēm Castoris, quo  
 solæ mulieres utebantur, quemadmodum viri soli per Hercu-  
 lem jurabunt: Adepol vero erat jusjurādum tam viris quam  
 mulieribus commune.  
**Castor**, *xəstw*. Medicus antiquissimus, docuit piperitum herbā  
 (quam alio nomine Siliquastrum nominant) bibi contra mor-  
 bos comitiales. Autor Plin.lib.20.cap.17.  
**Castræ Cornelia**, Locus Zeugitanæ Africæ. Plinius libro 5.  
 capite 4.  
**Castrimonenses**, Italiz populi, apud Plin.lib.3.cap.5: Cu-  
 bulterini, Castrimonenses, Cingulani, &c.  
**Castricūs**, Syllanæ factionis vir fuit, qui quum Placentiæ  
 magistratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obsides pe-  
 tenti, ne ad Syllam deficerent, constanter denegavit, minan-  
 teque Carbone se multos gladios habere: Et ego, *inquit*, an-  
 nos. q Fuit & T. Castritius Rhetorices professor Romæ, A-  
 driani temporibus, cui eruditio, morumq; nomine in pri-  
 mis erat clarus. Vide Gell.lib.13.cap.10.  
**Castrum Novum**, [ Ger. Ein Statt in Italien nahe bei der Ty-  
 ber austäuff gestellt / heißt jetzt Corneto.] Italiz oppidum est, nō  
 procul ab ostiis Tyberis, apud Pomp.lib.2, & Plin.lib.3.ca.5.  
 Vulgo *Corneto*.  
**Castulones**, Populi suat Hispaniæ in cōventu Carthaginien-  
 si, apud Plin.lib.3 cap.3. Quorum oppidum Castalon in Bæ-  
 tica est regione ad Anam fluvium. Vulgo *Castona la rieja*.  
**Castvēntillāt**, Italiz populi in sexta regione, apud Plin.lib.  
 3.cap.14.  
**Castvēntum**, Fluvius est in sinu Tarentino, apud Plinum lib.  
 3.cap.11.  
**Casurgis**, Ptolem.libro 2.cap.11. Oppidum est in Septentrio-  
 nali parte Germaniæ. Quidam longitudinis & latitudinis cō-  
 jectura ducti arbitrantur idem esse cum: Praga, Boēmiae to-  
 riūs capite.  
**Casus**. Vide *CASOS*.  
**Cathabanes**, Populi sunt Arabiæ desertæ, apud Pliniū lib.5.  
 cap.11. quorum meminit & Strabo lib.16. quos tamen Cata-  
 banenses vocat.  
**Catābāthmūs**, *xətābāthmūs*, Vallis est & oppidum in finibus  
 Cyrenaicæ regionis, ea in parte qua Cyrenaica à Mareotide  
 dirimitur, LXXXVIM. passuum à Parcotonio distans. Cata-  
 bathmi autem à ipso nomen accepit, eò quod ea in parte,  
 qua Mareotide contingit, admodum declivis sit, quodque

nontisi præcipiti descensu adeatur. Nam *xətābāthmūs*, descen-  
 dere est: unde *xətābāthmūs*, & *xətābāthmūs*, idem quod descensus.  
 Plin.lib.5.cap.5: Finis Cyrenicus Catabathmus appellatur,  
 oppidum, & vallis rependè connexa.  
**Catācēcaūmēnē**, *xətācēcaūmēnē*, Mæoniæ regio, non procul  
 ab Epheso, arboribus carens, vite excepta, quæ generosissi-  
 mus fert vinum, quod *xətācēcaūmēnē* appellant. Vide Strab.  
 libro 13.  
**Catācētī**, Asia populi circa Mæotin, ut docet Plinius libro 6.  
 capite 7.  
**Catādūpī**, Aethiopum populi ad novissimum Nili cataractem,  
 ubi inter occursantes scopulos tanto fragore Nili aqua  
 ruunt, ut nimia soni vehementia auditus instrumentum vi-  
 tient, & accolas planè surdos reddant. Plin.lib.5.cap.9, de Ni-  
 lo fluvio: Subinde insulis impactus, totidem incitatus irrita-  
 mentis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, re-  
 flitus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Cata-  
 dupi vocantur, novissimo cataracte inter occursantes scopu-  
 los non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Vulgo  
 Montes de Nilo.  
**Catālāūnum**, Vide CABULLINVM.  
**Catalon**, Vide ORISIA.  
**Catānā**, pen. corr. [ *xətānā* Stephano. Germ. Ein Statt in Sch-  
 esten und am Berg Aetna gelegen / heißt jetzt Catania.] Siciliæ op-  
 pidum, ad radicem Actæ montis situm, patria Charondem, in  
 ter Atheniensium legislatores in primis celebrati. Catana simulachrum fuit Cereris, teste Cicerone 7. Veri, quod à vīro  
 non modò tangi, sed ne aspici quidem fas erat. Legitur & Ca-  
 tina per tertiam vocalē in secunda syllaba. Silius libro 13:  
 Tum Catina ardenti nimium vicina Typhoeo. Vulgo Ca-  
 tania.  
**Catana**, *xətānā*, Insula vel urbs è regione Lesbi, Steph.  
**Catanni**, *xətānū*, Populi ad mare Caspium, Steph.  
**Catapnīa**, *xətāpnīa*, Cappadociæ pars Comagenæ prætentia,  
 Haly amne irrigata. Autor Plin.lib.6.cap.2, & 3.  
**Cataphrygæ**, Hæretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus,  
 Priscilla, & Maximilla. Hi spiritus sancti donū non Apostolis,  
 sed sibi traditum asserebant.  
**Catari**, Pannoniæ populi sunt. Plin.lib.4.cap.25.  
**Catarnia**, (quod corruptè hic legebatur) Vide CATA-  
 O N I A.  
**Cataxerxen**, Vide CAMBYSEN.  
**Cathæna**, *xətānā*, Vrbs Indica, ubi formosissimū desertur,  
 ut formosissimum regem eligant, Steph.  
**Cathalaunum**, Vrbs Galliæ Belgicæ, Vulgo Chalons.  
**Cathareus**, Vide CAPHAREVS.  
**Cathalus**, *xətālūs*, Nicæon nominatur apud Stepha-  
 num in Mieza.  
**Cathi**, Pro Germaniæ populis, Lege CHATTI.  
**Cathon**, Insula à Pomponio inter Cycladas numerata: à Pli-  
 nio tamen præterita nisi quis Cothonem, quam Plinius in La-  
 conico situ esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.  
**Cati fons**, Dicitur ex quo aqua Petronia in Tyberim flu-  
 bat: quia in agro erat cuiusdam Catæ. Autor Festus.  
**Catellina**, [ Germ. Ein Bürger in Rom / der wider die Statt ein-  
 verätert angerichtet hat / welche durch Ciceronem entdeckt ward.]  
 Civis Romanus fuit, coniuratione contra patriam inita no-  
 tissimus: cujus impii conatus Ciceronis prudentia oppressi  
 sunt. Lucanus lib. 7: Pacificas saevus sensit Catilina secures.  
 Vide Salustium de bello Catilinario.  
**Catillus**, Filius fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Ti-  
 burto in Italianum venit, ibi reliquis adjuvantibus Tibur cō-  
 didit, & à nomine fratris nomen imposuit. Virg.7.Aen. Catil-  
 lusq; acerq; Coras, Argiva juventus. Silius lib.8: & Tibur Ca-  
 tillæ tuum. In emendationibus tamen Virgilii exemplaribus  
 Catyllus legitur per y.  
**Catina**, Vide CATTINA.  
**Catinia**, Vulgo dicitur urbs Siciliæ, quæ olim Catana.  
**Catizi**, teste Plinio, lib.4.cap.11: Pygmæi dicti sunt, qui circa  
 Geraniam Thraciæ urbem incoluerunt, à gruibus (ut credi-  
 ti) fugati.  
**Catre**, *xətērū*, Civitas, gentile Catreus, Steph.  
**Cattabania**, *xətābānīa*, *xətānīa*, felicis Arabiæ, Steph.  
**Cato**, Cognomen Porciæ familiæ fuit, quæ ex Tusculano mu-  
 nicipio ortum traxit ex quo primus Romanum sese contulit M.  
 Porcius Cato, postea Censorius appellatus, persuasione, atq;  
 amicitia Valetii Flacci adductus. Hic tribunus militum in Si-  
 cilia fuit: Prætor Sardiniam subegit, ubi ab Ennio fuit Græcis  
 literis institutus, quam jam natu grandior esset. Consul dicitur  
 de cum codæ Flacco creatus, citeriore Hispaniam sortitus  
 est, ubi rebus feliciter gestis, urbis omnium muros, quæ in-  
 tra Bætum erant, uno die solo æquari jussit. Autor Polybius.  
 Hunc Plinius lib.7.cap.27, summis laudibus extollit, absolu-  
 tum cum imperatore, Scratorem, & Oratorem appellans.  
 Scripsit

Scripsit librum de Re rust. item alium de Originibus urbium Latii, & Orationes qualdam. Hujus duo fuerunt filii: quorū alter sub Paulo Aemylio magna cum laude in Macedonia militavit. Alter, qui ex nomine matris Saloniūs fuit cognominatus. patre adhuc superstite, jā Prætor designatus, extictus est, egregiis de luce civili voluminibus relictus. Autor Gel.lib. 2. cap. 14. q M. Cato Uticeas, M. Porci nepos fuit, quem & vitæ Stoicæq; disciplinæ severitate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breviq; toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens, non nisi turpibus rebus erubescere. Consulatum frustra petiit, quod virtuti suæ fidens, populo non nimium submissæ voluerit supplicare. Martiam conjugem roganti Horrenso amico liberorum causa concessit: eandemq; post Horrenso mortem recepit. Id quod Cesar avaritiae causa ab eo factum fuisse, calumpniatus est. Dimisit, inquit, in opem, ut locupletem recipet. Toto civilis belli tēpore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Uticam sece recepit: req; à Scipione infelicer gesta, perlesto Platonis de animæ immortalitate Dia logo, qui Phedon inscribitur, necem sibi consivit. q Hic tantæ fuit apud populum autoritatis ac fidei, ut de rebus incredibilibus proverbio diceretur, ut inquit Plutarchus: τέτοιο μὲν Κατός οὐδεποτέ πάθων ιστι, istud incredibile est, etiam si dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicas diceret unius testi nouæ esse credendum, adjectit, Ne Catoni quidem. Cicer. Epist. ad Attic. lib. 2: Quid Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus? q Tertius Cato, proverbialis est ironia in viros, impendio tetricos, atq; alienæ vitæ cœsores. Iuvenal. habeat jam Roma pudorem Tertius è cœlo cecidit Cato. q Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllæ temporibus, cuius meminit Tranquillus.

Catoni, Plinio populi sunt Scythæ, circa Mœotin agentes, lib. 6. cap. 8,

Catopterium, κατόπτηρος, Locus excelsus supra Anemoria Phocis urbem, ut in Anemoria diximus.

Catri, Vide AEGVSSA.

Catti, Vide CHATTI.

Cattiterides, Vide CASSITEROS.

Cattuza, Vide CATIZI.

Catularia, Porta Romæ dicta est: quia nō longè ab ea ad plandum Canicula sydus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducentur. Festus.

Catulus, Poëta Veronensis, natus anno ante Salustium, Sylla, Marii; temporibus, in poëmatis cùm lascivus, cùm morosus, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minimè pepercit, lambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodē dicab eo coenæ adhibitus est, ut autor est Tranquillus. Scripsit de passere suæ Lesbiæ: celebravit nuptias Malli: amavit Ipsichillam, & Clodium, quam sicut nomine Lesbiam vocat. Scripsit & alia multa. Mortuus est Romæ. Ovid. lib. 2. de Trist. Sic sua lasciva cantata est sèpè Catullo Foemina, &c.

Catulus, Cognomus nobilissimæ familie Luctatior, à Cato: id est, callido, teste Varrone ductum. Ex hac familia fuit Qu. Luctatius Catulus, qui Pœnos apud Aegades insulas navaliter superavit, sexcentis eorum navibus aut captis, aut depressis. q Fuit & alter Catulus, C. Marii in quarto Consulatu collega, & in Cimbris profigandis adjutor: à quo postea rem potito mori jussus, hauftis vivis carbonibus se præfocavit. Hic est ille Catulus, cuius postea manes Sylla Marii iunctis morte placavit.

Caturactonium, [καταράκτηνος]. Germ. Ein Stadt in England/ bei der Cardell, oder Cardelia.] Britannia insulæ oppidum est. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Caturiges, Italæ populi sunt, trans Padum à Plin. lib. 3. cap. 16. in undecima Italæ regione collocati.

Cavares, Narbonensis Gallæ populi sunt, quorum metropolis est Avenio. Autores Plin. lib. 3. cap. 4. & Mela lib. 2.

Caucasus, pen. corr. [καυκασος]. Germ. Ein höher und wilder Berg in Iudia, so gegen Mitternacht an Scythiam stoffet.] Mons Indicus editissimus ad Septentrionem versus Scythias, Indiam à Scythia dirimens, asper & inhospitalis. Virg. 4. Aen. sed datus genuit te cautibus horrens Caucasus. Hic fertur tantæ altitudinis esse, ut ab eo astra majora visantur, & eorum ortus, occasusq; diligenter perspiciat: quod sit ut Scythæ, ejusmodi accolæ rei astronomicæ peritissimi sint habiti.

Caucasus, a, um, καυκασος. Virgilii Aeglog. 6: Caucasiaq; referunt volucres.

Cauchæ, Campi sunt, quos Tigris fluvius Septentrionem versus flexus fecerat. Plin. lib. 6. cap. 27.

Caucon, Vide im APPELL.

Caucone, καυκων, Regio à Caucone rege aut fluvio dicta, Steph. Vide M. A. CISTVS.

Caudis vel Gaudium, Oppidum Samnitium: unde Caudæ furcae, & Cauding fauces, nobilitate insigni clade & igno-

minia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus accepérunt. Lucan. lib. 2: Ultra Caudinas speravit vulnera furcas. Caudinæ fauces, apud Silium. lib. 8.

Caulici, καυλικοι. (Apollonio Cauliaci) populi juxta Ionium sinum, à monte sic dicti.

Cavindana, Vide CANINDANA.

Caulon, onis, καυλον, Oppidum est in prima Italæ fronte a-pud Locros, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. Virg. 3. Aeneid. Caulonisq; arces, & navifragum Scylaceum. Quanquam ibi Poëta non tam de oppido, quam de promontorio loqui videtur. Hanc urbem Strabo lib. 6, Pomponius lib. 2, & Stephanus de Urbibus Cauloniam appellant, καυλωνια.

Caumæ, Βαύς è Centauris, Ixionis filius, Boccat. lib. 9.

Cauñus, καυνος, Vulgo Roxa, Cariæ oppidum maritimum, è regione Rhodi, nō procul ab ostiis Calbis fluvii, estate & autumno ad inhabitandum grave, ob calorem & pomorum copiam, ut scribit Strabo lib. 14: Ob id Caunii pestilenti cœlo esse dicatur. Hos quama intuitus esset Stratonicus citharœdus, homo salibus plenus. illum ex 6. Iliad. versiculum in eos protrulit: Οἴη πτερ, φύλακε, γλοσσή, πίδης: id est, Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Colorem videlicet quo omnes palabant, fuggillans. Caunii verò quum hominē incessanter acris, quod urbem ut morbidam carperet. Ego, inquit, non morbidam dicere ausim, ubi mortui ambulant? urbanius multò acrisq; quām prius illudens. Ab hac civitate advehebantur fici, Caunes dictæ. Cicero libro 2. de Divinat. Quum M. Crassus exercitum Brundusii impoaceret, quidam in portu caricas Cauno advectas vēdens, Caunes clamitabat. q Est etiam CAVNVS, nomen proprium viri, cuius soror Byblis impotenter illum adamavit, à quo quum esset repulsa, subiicit mortem consivit. Ovid. 9. Metam. Hinc locus adagio: Caunius amor, καυνος ἥρα. De foedo amore dicebatur, aut ubi quis ea desideraret, quæ neq; fas esset concupiscere, neq; licet aspergit. Diogenianus & Eustathius.

Caurium Ptolemaeo, Lusitanæ oppidum: alio nomine Caura, vulgo Corra.

Cauros, καυρος, Insula erat, quæ postea dicta est Andros: deinde Antandros, Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgo Andro.

Caurus, [καυρος]. Ital. Ponente maestre. Germ. Der Wind so von dem Sommerlichen übergang der Sonne herwehet. Fland. Nooit wester/west Pol. Wiat rod zachodus/sonca. Vng. Nap nyugati Szil. Ang. Thoresb. west wind.] Ventus ab Occiali solstitiali flans, qui & Corus dicitur. Virgilii 3. Georg. Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Caus, untis, καυς, Vrbs Thelphusia terræ in Arcadia, ubi Causius tribus sylabis, Aesculapius colebatur, Steph.

Caycus, Vide CACVS.

Cäystér, [καιστερ]. Stephano. Germ. Ein fluss in Lydia / in welchem viele Schwänen sind / so auch an der Statt Epheso heraußt. ] Fluvius Lydiæ, Sardibus proximus, cygnis abudans: qui mullos annos secu defersens Ephesum abluit. Dicitur δέ τοι καιστερ, quod est, ambari: quoniam propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Ephesia prætorridæ & deusta fertilis nulla, præter vitæ arbore sed vino præstantissimo, quod Vitruvius & Plin. Catacecaumenitem ex hac origine denominant. Cäystri campi, καιστρα πεδία, Stephano, campi sunt secundissimi sub Sardibus: Lydorum urbe, Cori & Hermi campis contigui: ita dicti à Caystro vicino fluvio. Virg. Caystri prata vocat, lib. 1. Georg. Vide plura apud Strabonem, lib. 13.

Cäystus, καιστος, Oppidum est Cilicæ mediterraneum; teste Ptolemaeo, lib. 5. cap. 8.

C ante E.

Cæ, sive Ceos (utroq; enim modo appellari autor est Plin. lib. 4. cap. 12.) Insula est sub Eubœa, bombycinarum vestium textrinis diuin nobilitata. q In hac enim insula Pamphila Latœ filia prima adorta est bombycum telas retorquere, easq; rursus texere, ut testatur idem Plin. lib. 11. ca. 22. Hinc Cæ vestes dictæ sunt, quæ in hac insula ex bombyce tenuissimæ texebantur in usum fœminarum. Propertius: Et tenues Cæ vestes moveat sinus. q Ptolemaeus hanc insulam Ciam appellat, ut hodie quoque vulgus nautarum. Vrbes olim habuit tres, Carthazam, Iulidem, & Caressum.

Ceadus, καιδος, Ciconia rex fuit, pater Trozeni, & avus Euphemii: cuius meminit Hom. 2. Iliad.

Cebes, etis, κιβης, Thebanus fuit Philosophus, cuius etiam hodie extant Dialogi, quibus ille duplē humanae vitæ specie in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidâ, & Laertium.

Cebreni, κεβρινα, Regiuncula est Troadis cù oppido ejusdem nominis, non procul à Scepsi: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30. q Sunt & Cebreni in Thracia, dicete Strabone lib. 13. Est fluvius quidam Arisbus in Thracia, prope quem Cebreni Thracæ habitant. Multa enim apud Troes, & Thracæ eisdem nominibus appellantur, ut Scepsis quidam, & Scepsis amnis, & Scepsis murus, & Scepsis Trojanæ portæ. Item Xanthi

F 2 Thraces,

Thraces, & Xantus Trojæ fluvius. Arisbusque quoque in Hebrum immittit: Arisda Trojæ civitas est. Itē Rhesus apud Trojam fluit: Rhesus etiam Thracum rex fuit. Dicta est autem Cebrenia vel ab amissis Cebriis (ut ex sententia Herodiani refert Steph.) vel, ut alii malūt, à Cebrione Priami notho, quāquam Straboni magis placet, Cebrione potius à Cebrenia, vel (ut apud eum legitur) Cebrenia urbe nomen accepisse. Cebrenis, hujus Cebrenidis, scem. patronymicu, κεβρινίς. Ovid. i. Metam. Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. Status in Syl. - viduus Cebrenidos arida lucu Flumina.

Cebrenus, pen. prod. κεβρίνος. Nomen gentile. Ausonius:

Sic qui vñalis tam longa stata Cebrenus

Non habet emporem, sit tibi pro pretio.

Cebrica Cherronesus, κεβρίνη χερρόνης, nominatur apud Steph. in mentione Saxonum, forte Cimbrica legendum.

Cebriōnes, κεβρίνοι. Filius fuit Priami, sed illegitimo toro natus, qui à Patroclio saxe istus, interiit. Iliad. π:

Κεβρίνος οὐδέ τὸν ἄγαλμα τετράποδον: id est,

Cebrione haud propria Priamo de coniuge natum.

Cecina, Fluvius est Thracie, ad Volaterras, autore Pöponio lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo Cefena.

Cecinna, Praenomine Aulus, Eques Romanus fuit, ex municipio Volaterrano: Ciceronis familiaris, & ab eo in causa quadam hereditatis defensus: de qua re etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli civilis non contentus Pompeii partes sequi, edito etiam in Cesarem libro, acerimè eū insectatus est, ut est videtur apud Ciceronem in Epist. Famil. q Scripsit & librum de fulminum procreatione, quem Seneca se fatetur imitari. q Fuit etiam Cecina quidam ex Octavii Caesaris scribis, cuius meminit Cic. in Epist. ad Atticum. q Cecinna item alias fuit, ex Vitellii ducibus, qui apud Bebriacum cum Othonianis fœliciter dimicavit. q Meminit & Suetonius in Tito cuiusdam Cecinna, qui ob suspicionem coniurationis ab Imperatore ad coenam invitatus, per prodictionem interfecitus est.

Cecrops, [κεκρόψ.] Germ. Det erste König zu Athen. ] Primus Atheniensium rex, qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas instauravit.

Cecropius, a. um, possessivum. κεκρόπος. Virg. lib. 4. Georgic. Cecropias innatus apes amor urget habendi.

Cecropia, Oppidum à Cecrope conditore: nunc est arx Athenae. Plin. lib. 7. cap. 56. Oppidum, inquit, Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.

Cecropis, id, κεκροπίδη, Patronymicum scemimum.

Cecropides, κεκροπίδαι, Athenenses dicti sunt, à Cecrope regi. Ovid. 7. Metam. Phocus in interiori spatiu, pulchrosque recessus Cecropidas duxit.

Cecryphalea, κεκρυφάλαια, Promontorium, seu insula Peloponnesi, juxta quam Athenenses ab Aegynetis prælio superati fuerunt. Steph.

Cedär. [CEDR] Regio Arabie, ut apud Isaiam: Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (ut inquit Hieronymus) ex Ismaële Cedar & Agarenæ, qui perverso nomine Saraceni vocantur, generati dicuntur.

Cedreæ, κεδρια, Caræ oppidū, cuius incolæ Cedreatæ, & Cedrae appellantur. Steph.

Cedrei. [CEDR] Arabæ populi sunt, Caneleis & Nabathæi finitimi: quorum meminit Plin. libr. 5. cap. 11.

Cedropolis, κεδρίπολις, Oppidū in Caria: à quo Cedropolitæ. Cedros, Insula est in Germanie litoribus: cedri genere sylvosa, inde elestrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrossi, κεδρωσι, Populi prope mare rubrum. Steph.

Celadon, pen corr. κελάδων, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens, apud Strab. lib. 7. Georg. q Est etiam Celadon nomen unius ex iis, qui unum cum Phineo in aula Cephei regis Aethiopum, Peisæ vim inferre conati, perierunt Ovid. 5. Mætamor. Occidit & Celadon Mendisius, occidit Astreus.

Celadone, nes, pen prod. κελάδων, Oppidum Locridis, apud Stephanum: à quo Gentile, Celadoneas. a. um.

Celadusæ, κελάδωνες, Exigua est insula maris Aegæi, Delo proxima, tam angusto freto ab ea divisa, ut catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene, & Artemite dicitur. In hac Delii mortuos suos sepeliebat, religione scilicet prohibiti, ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem Belli Peloponnesiaci lib. 4. & Plin. lib. 4. cap. 12. q Sunt item Celadusæ, parvæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adjacentes: quæcum meminit Plin. lib. 4. cap. 26.

Celænas, κελαινα, Collis est Asia propriæ dictæ, in quo urbs fuit ejusdem nominis, ex qua Antiochus Soter incolas translit in eam, quæcum à nomine matris Apamiam appellavit. Aut Strabo lib. 12. Plin. verd. lib. 5. cap. 29. Celænas easdem facit cum Apamia. Tertius (inquit) conventus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas. Circa hanc urbem fluit Marsyas

amnis: ibiꝝ, volunt poëtas Marsyam tibiarum cantu cum Apollin certasse. q Celænas item alias collocat Plin. lib. 5. ca. 32. in ea parte Asia, quæ Phrygia superjecta est, juxta Andriæ, Ancyram, & Colossas.

Celænō, κελαινώ, cum diphthongo, Fuit uga ex Harpiis, νεανιδανός: hoc est, à nigredine ita appellata. Virgil. 3. Aen. Una in praecelsa confedit rupe Celæno Infelix yates.

Celænō, κελαινώ, una ex Pleiadib. Atlantis & Pleiones nymphæ filia, cuma quæ lupiter concubuit. Ovid.

& te formosa Celeno,

Majam & Electram, Taygetamq; Iovis scilicet cōcubus. se ferunt. Vide infra de Pleiadibus.

Celegeri, Μασίζ, quæ Panaoniz jungitur, populi: autor Plin. lib. 4. cap. 36. in descriptione Masiz.

Celændræ, arum, Oppidum Cilicæ, cum portu ejusdem nominis apud Strabonem lib. 14. & Pomponium Melam. lib. 1. in Cilicæ descriptione. Lucan. lib. 8. sequitur pars magna senatus Ad profugum collecta ducem, parvisque Celendris,

Quo portu mittitq; rates, recipitq; Stelinus.

Cyleia, Norici oppidum. Plin. lib. 4. cap. 24. Vulgo Cilia.

Celerini, Citerioris Hispaniz populi sunt, supra Braccaras & Gronios: quorum ager Avo fluvio irrigatur, ut indicat Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

Celæthi, κελαιθη, Populi Thesprotiaz, vicini Thessaliz, Steph.

Celænæ, pen. prod. Locus Campaniaz lunoni sacer.

Celæthræ, κελαιθη, Vrbs Boeotiaz prope Atrem à Celethre quodam Stephanus.

Celæus, Duarum syllabarum, κελαῖ, Rex erat Eleusinæ, patre Triptolemi, cui Ceres, quod est ab illo excepta hospitio, cōmonstravit omnem agriculturæ rationem. Hinc locus factus proverbio: Celei supellex, pro vili & rusticana supellectile. Virg. 1. Georg. Virgea præterea Celei vilisq; supellex. Ovid. item lib. 4. Fastos. Plautus cum vocat Celionem: Quasi, inquit, supellex Celionis.

Celimūs, κελαῖ, Nuntius fuit Iovis, quem & parvulus adhuc Iupiter plurimum amat. Cætum quæcum aliquando mortalem esse Iovem dixisset, Iupiter injuria memor, quem expulso Saturno rerum jam potiretur, in adamanta lapidem commutavit illum. Ovid. 4. Metam. Te quoq; nunc adamas quondam fidissime parvo Celme Iovi. Ab hoc ductum Adamium: Celmis in ferro: κελαῖς οὐ σιδηρέ. Dici consuevit deis, qui præter modum suis fidenter viribus, tanquam inexpugnabilis, invictiq; cæteris.

Celensæ, Populi sunt citerioris Hispaniz apud Plinii libro 3. capite 3.

Celis, Plagiarius fuit Horatii temporibus, qui veterum poetarum scripta suppilabat: quem sic notat lib. 1. Epist. ad lulii Florum scribens:

Quid mihi Celsus agit monitus, multumq; monendum

Privatas ut querat opes, & tangere vitet

Scripta Palatinus quæcumq; recipit Apollo:

Ne, si fortè suas reputum venerit olim

Grex avium plumas, moveat cornicula risum

Furtivis nudata coloribus.

q Fuit & Cornelius Celsus, varie eruditio nomine à Quintiliano commendatus: qui & Rhetoricam multò quam antiqua diligentius explicavit, & de re militari diligenter scripsit: nullumq; penè disciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ad nostra tempora nihil pervenit præter octo elegantissimos de Re medicis libros, qui omnium manibus teruntur.

Celtæ, [κελται, Germ. Die Kelte in Frankreich/ se gewissen Western Gitanen/Rhodanus/ und der Getae/ oder Sequana gezeigt sind.] Populi Gallie Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluvios: ita dicti à Celto Polyphemus filio, si Appiano creditus. Pomponius Mela, lib. 3: Populorū Comatæ Gallie tria summa nomina sunt: terminaturq; fluviis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtæ: inde ad Rhœcum pertinent Belgæ. q A' Celtis etiam Celtiberi Hispaniz populi originē traxisse credūtur, qui quæ venissent ab Iberum Hispania fluvium, ibiꝝ, cōfident, assumpro ad nomen suum fluvii nomine, juxta quem considerant, Celtiberi, κελτικης, dicti sunt: & regio eorum Celtiberia. Vulgo, Aragon. Lucan. lib. 3: profugiq; à gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomina Iberi.

Celtibæri, κελτικης, a. um, κελτηγενες. Nomen possessivum: ut, Belum Celtibericum. Celtiæ, Oppidum est Hispaniz Bæticæ, in conventu Hispaniensi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 1.

Celticæ, κελτη, Tertia pars Gallie Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluvios sita. Plin. lib. 4. ca. 17. Gallia, inquit, Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividatur, amibus maximè distincta. A' Scalde, ad Sequanam, Belgica, ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania: Armatotica ante dicta. Cæticum,

Celticum, οὐληνός, Promontorium est Hispaniae citerioris in Gallicorum tractu, in Oceanum, Occidente versus, quam longissimum excurrentis: idem cum eo, quod Ptolemaeus Nerium, & vulgus nautarū hodie Finem terre appellat. Vide Pompon. Melam lib. 3.

Cema, Narbonensis provinciae fluvius, ex Alpium monte Cemeno profusus. Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemelion, Oppidum Liguriaz, non procul à portu Herculis Monaci: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cemēnūs, οὐληνός, Mons Narbonensis Galliaz, non procul à Varo fluvio, ex quo Cema amnis profunditur: unde & monti nomen factum videtur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Cenchreæ, arum, οὐληνός, Portus est Corinthiorum, ad sinū Saronicum, quemadmodum Lechæ alter portus ad sinum Crissum, sive Corinthiacū. Spatiū autem inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. lib. 4. cap. 4: Angustis, unde procedit Peloponnesus, Isthmus appellatur. In eo loco irrumptia è diverso, qua dicta sunt maria, omnem ibi latitudinem vocant, donec contrario incursu eorum tantorum, in quinque M. pass. intervallo, excisis utrinque lateribus, angusta cervice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Lechæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini, longo & ancipiū navium ambitu, quas magnitudo plaustris transvehi prohibet.

Cenchrīs, οὐληνός, Fluvius est Ionie, non procul ab Epheso, lucum Ortygiam irrigans, ubi Latona Dianam & Apollinem creditur peperisse. Tacitus lib. 3. de Ephesiorum legationibus ad senatum missis. Primum, inquit, omnium Ephesii adiēre, memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrion amnum, iu-

cum Ortygiā, ubi Latonam partu gravidam, & olera, quæ tum etiam manat, adnisiā, edidisse numina, deorumq; monitu sacratum nemus.

Cenēum, Vide CAE N E V M.

Cenēus, Vide CAE N E V S.

Cenina, Latii oppidum fuit, à Romulo deletum: cuius meminit Plin. lib. 9. cap. 5. Restiū Cenina.

Cenomanī, οὐληνός, Fuerunt Populi Galliaz Cisalpinæ, teste Plin. lib. 3. cap. 19, quorum caput Brixia fuit. q; Sunt etiā Galliaz Celticæ populi, Andegavis finitimi: quorum etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 18. Vulgo Les Manceaux: & regio ipsa Cenomania. Vulgo Le Maine.

Centauretus, Galata quidā fuit, qui Antiochō rege occiso, quo ejus potitus, eum ovans consernit. Quod ille indignè serens, præcepis in abrupta desiliit, usaq; cù lessore est exanimatus, ut ex Philarchi sententia refert Plin. lib. 8. cap. 42.

Centaurī, [κένταυρος]. Ger. Wölter in Thessalia so die Ross von einem gejagten und getötet haben.] Thessaliæ populi, secus Pelion monte habitantes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare coepérunt: quo factum est, ut a vicinis populis primum conspecti, membra partim humana, partim equina habuisse credetur. De horum origine sic fabulantur Poëtæ: Ixionem à love deorum immortaliū mensæ adhibitum, lunonis amore captum fuisse, eamq; de stupro interpellasse. Quod quum illa viro suo indicasset, Iovem Ixioni nubem subjicisse in uxoris imaginem transformatā, eamq; Ixionem pro lunone cōpresisse, & ex ea Centauros generasse: qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulæ ansam præbuisse videtur castellum nomine οὐληνός, Centaurorum sedes. οὐληνός enim Latinè nubem sonat. Hi quā in nuptiis Pirithoi vino madentes spōsam rapere conāruntur, à Theseo & Lapithis partim cési, partim in fugā acti sunt. q; Vnde locus factus Adagio: Mens nō inest Centauris, rēz et cōntarwagēsōs. In väcordes & stultos dicebatur, & qui tonarētur, quod effici nō posset Adagiū à Diogeniano referatur, inq; convenire putat in cōtentiosos & alieni appetentes: propterea quod Centauris exitiū attulerit rerum alienarū appetentiā. Idem & Hippocentauri dicti sunt, quod equis insidentes, boves cœstris agitatas, stimulis ad testa revocant. Est enim οὐληνός, stimulare & pungere. Cētaurus nomina, qui magis insignes fuerunt, hæc sunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medo, Pisanor, Caumas, Metmēros, Pholus. Hic Herculem suscepisse dicitur hospitio. Luc: lib. 6: Hospes & Alcidē magni Phole. q; Est etiā Cētaurus navis nō apud Virg. 5. Aen. Cētauro, inquit, invehit magna.

Cētaurus, οὐληνός, Fluvius Aetoliæ est, qui prius Evenus dicebatur, post Nessi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poëtis Centaurus vocatus.

Cētinum, οὐληνός, Umbria oppidū, apud Ptolem. lib. 3. ca. 1. Alii Sentinum scribunt per s, quibus etiam Plinius suffragatur, qui in Umbriæ descriptione Sentinatum meminit.

Cētrōnūs, Populi sunt qui inter alpinas gentes Plin. commemorantur lib. 3. cap. 20.

Centumperanea, Insula est in agro Sentinatum, Nicolai Petri patua.

Centuripe, es, sive Centuripæ, arum, οὐληνός, Ptolemaeo: Oppidū est Siciliæ sub Actna monte, Symætho fluvio, & Catanea urbi proximum, ut tradit Strabo libro 6. q; Hinc Centuripi populi, quorum meminit Plinius libro 3. capite. 8. Et Crocum Centuripaum, apud eundem lib. 21. cap. 6. Vulgo Centorpe.

Cephalas, οὐληνός, Promontorium altum & sylvoseum majoris Syrtis initium, Strab. lib. ult.

Cephaledium, Straboni, Cephaledis Plinio, Oppidū est Siciliæ, non procul ab Himero fluvio. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & Strab. lib. 6. Vulgo Cifalo.

Cephalotomi, οὐληνός, Colchicæ regionis populi. Autor Plinius libro sexto, capite quinto, in descriptione regioais COLCHICAE.

Cephalene, οὐληνός, vel Cephalenia, οὐληνός, cum elongo post l. Insula Ionii maris, à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Dejonei filio dicta. De hac Strab. lib. 10: Non dubitavere pleriq; Cephaleniam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Alii Taphios & Cephalenios eosdem di xere Teleboas, & adversus illos Amphitryonem exercitū duetas, assumpto socio Dejonei filio Cephalo, ex Athenis pio-fugo. Insula deinde Amphitryonem potum, eam Cephalo tradidisse, ab eoq; nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, οὐληνός, qui Vlyssem ad bellum Trojanū sequuti sunt, ut est videre apud Hom. in Catalogo navium.

Cephaloedis, Siciliæ fluvius, cuius meminit Plin. lib. 3. ca. 8. in descriptione Siciliæ. Hodie Cephalodum.

Cephallus, οὐληνός, Acoli filius, sive (ut alii tradunt) Dejonei & Acoli nepos. Hic Procris Erichthei, vel secundum Servium, Hyphili regis filiam uxorem habuit: sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælæpem, & duo hastilia, omnia quæ vellet, contingentia (erat enim venatdr insignis) dederat. Quapropter uxor suspicans maritum suum alterius mulieris amore capti, furtim cum in sylvam secura est: & ut experiretur an altera adamaret, inter virgulta se abscondit. Lassus itaq; æstu, laboreq; Cephalus, quum se ad virgulam receperisset, sub arboris cuiusdam umbra recumbens, Aurora invocabat. Quapropter suspicata Procris, pellicem esse eo nomine, quam ille vocaret, quod rem omniē melius cognoscet, propius voluit accedere. Videns itaq; Cephalus virgula commoveri, feram ratus, jaculum immissit, atq; ita insciens uxorem interfecit. Vide latius hanc fabulam apud Ovidiu 7. Metam. Hunc postea ab Aurora raptum, idem Ovid. autor est lib. 3. de Arte amandi: Latmios Endymion non est tibi Luna pudori, Nec Cephalus rosea præda pudenda deæ. Neq; tamē defunt, qui à love in lapidem conversum tradunt. q; Alter fuit Cephalus, Atheniensis orator, qui primus procemis & epilogos induxit. Autor Suidas. Hujus Cephalii Aschines & Demosthenes in orationibus adversariis meminerunt.

Céphæus, [κέφαλος], Germ. Ein König der Moeren/vnd ein vater der Andromeda] teste Ovidio, Aethiopū rex fuit, Andromedæ pater, quam Perseus periculo liberatam uxorem duxit. Hic postea unā cum uxore Cassiopea & Andromede filia, & genero Perse, in cœlum translatus dicitur. q; Oritur Cepheus in 15. parte Capricorni.

Céphelus, Ovid. 4. Metam.. Cepheia conspicit arvā,

Cephis Statuarius nobilis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. Cephisia, [κεφησία]. Ger. Die Landschaft Cephisia in Griechenland.] Attica regio: nam Cecrops Athenarum cōditor omnem ejus regionis multitudinem in XII. urbeis digessit. Sed Theseus polteia has omneis in unam Atheniensium civitate congregavit. Dicta Cephisia à Cephalo anune. q; Est & Cephisia fons Atticæ, sicut Larine, Callirhoë.

Cephis, οὐληνός, Lacus est juxta Atlanticum mare quæ Mauiri Electrum vocant, quod sole seruefactum electru è limo dare creditis sit, ut ex Asarubæ sententia tradit Plin. lib. 37. ca. 2.

Cephisodorus, οὐληνός, Atheniensis Tragicus, antiquæ tragœdiæ scriptor, cuius fabulas enumerat Suidas. q; Cephisodorus item statuarius, Praxitelis filius. q; Alius præterea inter præcipuos pictores. Plin. lib. 35. cap. 9.

Cephisodotus, οὐληνός, Statuarius apud Plinium lib. 34. q; Fuit item Cephisodotus Atheniensium dux, qui rei male gestæ damnatus in obsidione Alopeconeensi quioq; talētis mulctatus est. Autor Suidas.

Cephisus, pen. prod. οὐληνός, Fluvius est per Boeotiam fluens, magna ex parte torrentis instar in mare Phaleræum se cōdit. Ortum habet in radicibus Parnassi montis. Lucanus libr. 3: Boeoti coiēre duces quos impiger ambi. Fatidica Cephisus aqua, &c. Cephis aquas fatidicas dicit, propter Themidis oraculum, fluvio huic vicinum, à quo Deucalion & Pyrrhe ratio ostensa est, qua genus humanū possit reparari. q; Cephisides & Cephisia ora, apud Ovidium. Hujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

Cepio, Nomen Romanī civis, qui cum Druso inimicitias ha-

buit;

buit: unde origo socialis belli, & exitia rerum, ut Asconius & Valerius Maximus testantur. q. Fuere & alii Cepiones: nam & Catonis Uticensis frater Cepio dictus est. q. Et Cepio Servilius, is cuius culpa Romanus exercitus à Cimbris deletus est: quo nomine accusatus, damnatusq; in exilio perire. q. Fuit & Q. Cepio Servilius, qui de Cilicibus triumphavit: sed postea reus, damnatusq; in Gemonis scalis manu carnificis lacratus traditur, ut refert Valer. Maxim.

Cepio Plinio, s. Suidæ, Vrbs est ad Bosphorum Cimmerium, Milesiorum colonia: cuius meminit & Pompon. lib. 1. Cerambycas, Κεραμβύκας, Fluvius & insulani Cerambycæ, Vide CARABVCIS.

Ceramicus, Κεραμικός, Cariæ sinus est non longè ab Halicarnasso nobilissima urbe. Autor Pomp. libro 1. In Cariæ descriptione, & Plin. lib. 5 cap. 29. q. Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his verbis: Athenis Ceramicæ, loci duo erant: unus in civitate, alter extra civitatem: in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebriq; oratione ornabantur. Qui vero in urbe erat, locus erat, & certa, constitutaq; sedes meretricibus. q. Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida auctore, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vide Erasmum in Proverbis: Lampadem tibi cursu trado q. Ceramici meminit etiam Plinius, cuius ex trigessimo sexto verba hæc sunt: Opera Praxitelis sunt Athenis in Ceramicæ. Post autem videri ex eo derivatum, quod κεραμός tegulam significat.

Ceramus, κεραμός, Oppidum Cariæ in conventu Alabandico: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Cerastæ, Insulae sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Aethiopias. Autor Plin. lib. 5. cap. 9.

Ceraspis, κερασίς, κερασίς Stephano, Dictus est Cyprus: quoniam homines cerastæ cornibus insignes eam olim tenuisse quidam scribunt. Alii quod procurrentibus promontoriis, velut infestis cornibus assurgat. Vulgæ Chipre.

Cerasus, suntis, κερασός. Germ. Ein Staat in Pontus, von welcher man jum ersten die Kirschen in Italiæ gebracht hat. ] Vulgæ Zefano. Vrbs Ponti à Lucullo expugnata: unde cerasa primum in Italiam translata sunt. Hieronymus ad Marcel. Accepimus & canistrum cerasis refersum talibus, & tam virginali verecunda rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimarent: si quidē hoc genus pomi, Ponto & Armenia subjugatis, de Cerastæ primus Romanam pertulit: unde de patria arbor non men accepit. Pompon. Raræ urbes, Cerasus & Trapezus maximè illustres.

Cerathus, fluvius Cretæ, Gnoßum urbē præterlabens: à quo & Gnoßus ipsa aliquādo Cerathus vocata fuit, teste Strabo. lib. 10.

Cerathæus, a, um, Virgilius in Cyri: Carpathium fugiens & flumina Cerathea.

Ceraunia, sive Ceraunii, κεραυνία. Ger. Das Gebirg so durch Epirus gegen Rübergang an das Adriatische Meer stossen / heißt jetzt Montes de Chimaera. ] Montes sunt Epiti, in mare usque extensi, ubi Ionium mare ab Adriatico separatur: ita dicti δάναοι, κεραυνοῖ: hoc est, à fulminibus, quibus sæpè impetruntur. Ovid. de Ponto, eleg. 6: Quum poteram recto transire Ceraunia velo, Vi fera vitarem saxa, monēdus eram. Lucan. lib. 5: oræq; malignos Ambraciæ portus, scopolosa Ceraunia nautæ Summa timent. q. Pro iisdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3: Qui vidit mare turgidum, & infames scopulos Acroceraunia. Plinius in Procem. libr. 4: Tertius Europæ sinus Acroceraunii incipit montibus. q. Sunt & Ceraunii mōtes in Asia, in Caspium pelagus obversi, ut est autor Pompon. lib. 1. Quin & Taurus mons in universum Ceraunius appellatus fuit, teste Plin. li. 5. ca. 27.

Ceraunii. Populi sunt Dalmatiæ apud Plin. lib. 3. cap. 22. Ceraunus, κεραυνός, Cognomen unius ex Ptolæmeis Aegypti regibus, ab audacia & ingenii velocitate impositum. Autor Pausanias. q. Est item Ceraunus Cappadociæ fluvius: ita dictus, quod fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κεραυνός, Graeci fulmen appellant. Meminit hujus fluvii Plinius lib. 6. cap. 3.

Cerbæus, Apulia amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.

Cerbenia, apud Steph. pro Cebrenia male scribitur.

Cerberus, pen. corr. κερβερός. Germ. Ein hand mit dreizen töpfen / so vor der Hellen lige vnd derem hütet. ] A' poëtis singitur esse canis triceps, inferorum custos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabulantur. Mythologici terræ interpretantur: dictumq; volunt Cerberum, quasi κερβερος: hoc est, carnem vorantem: quod terræ proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. q. Alii serpentem fuisse volunt in Tanaro Laconiæ promontorio, cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tanaro ad inferos dicitur esse aditus, Ditis canem dixerunt: quem quum Hercules

trucidasset, nata est fabula, Canem tricipitem interemisse: quam hoc alii ad virtutem ejus, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vita terrena cōtempsit ac domuit. q. Cerberus etiam dictus est canis Alexandri Epirotæ, leonibus congregandi.

Cercaphus, κερκόφος, Filius Poleadæ (Steph. in Camiro) à quo Rhodæ mulieres Cercaphides. Meminit ejus etiâ in Lindo. Cercassæ Aegypti populi, juxta quos scinditur Nikus, in Pelusium fluens, & Canopum. Autor Herod. lib. 2.

Cercæs, κερκίς, Nympha marina, Oceanæ & Tethys filia, teste Hesiodo in Theogonia: ita dicta à texendo. κερκίς enim diu textorum significat.

Cerceræ, Populi sunt ad Pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teste Plin. lib. 6. cap. 5, & Strabo lib. 11. Pomp. lib. 1. Cerceritos vocat.

Cerceti, Montes sunt Thessalæ. Plin. lib. 4. cap. 8. In Thessalia sunt quatuor atq; triginta montes, quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa, &c.

Cercidas, κερκίδας, Optimus legislator Megalopolites fuit, Stephanus.

Cercina, Insula est maris Libyci cum urbe eiusdem nominis, ex adverso minoris Syrtis sita. Autores Pomp. & Plinius lib. 5. capite 7.

Cercinitis, Patva insula maris Libyci, quæ Cercina Carthaginem versus ponte jungitur. Autor Plin. lib. 5. in descriptione insularum, quæ sunt ex adverso Africæ.

Cercopæs, penult. prod. κερκόπης, Populi fuerunt Pitheciæ insulæ, qui quum nullo flagitiæ genere abstinerent, à loveis simias mutati sunt, ut fabulatur Ovid. 14. Metam. q. Cercopes, Item fratres duo fuerunt, Passalus, & Achemon. live (ut apud Suidam legitur) Achemon: de quibus vide suprà in dictione ACHEMON. q. Cercopum coetus, ἀγροὶ κερκίνων, De conciliabulo, conventuq; versutorum & improborum hominum dicebatur.

Cercyon, [ κερκύων. Germ. Ein grosser Wälder und Straßenraber in Griechenland: welchen Theseus umbbracht hat. ] Latro fuit insignis, quem Theseus totam Atticam regionem latrocinii infestantem, immanni ferocia & membrorum robore curvantem trabes, & altissimas pinus ad terram trahentes, ut hoc modo homines disperceret, apud Eleusim Atticæ urbem intermit. Ovid. lib. 7: Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis. q. Fuit & Cercyon Thessalæ rex, qui Alozen urbem ab Aloper filiæ suæ nomine appellavit.

Cercyra, κερκύρα, Insula est maris Ionii, quæ à Latinis litera una immutata Corcyra dicitur. Vulgæ Corphus.

Cerdanitæ, κερδανίται, Populi felicis Arabiæ, Stephano. Cerdonia, Oppidum est in via Appia, qua iter erat Brundisium. Strabo lib. 6.

Cere, Vide CAE & E.

Cerealis, quæ alio nomine Ebura dicitur, Plinio commemoratur inter Hispaniæ Bæticæ urbes, lib. 3. cap. 1.

Cérès, [Ger. Die Göttin des Getreids.] Dea frugum putabatur ab antiquo verbo Cereo dicta: Saturni & Opis filia, quæ peculiariter epitheto Alma dicitur: quia nos alit: vel (ut Cicero lib. 4. de Nat. deor. scribit) dicta est, tanquam geres, à gerendis fratribus, primaliter immutata. A' Græcis ἀμύντη quasi γερεῖ dicitur: hoc est, terra mater, quod cunctarum frugum creatrix sit, & altrix. Græci Cererem etiam Thesmophoron vocat: hoc est, legumlatricem: quia antequam illa agriculturæ usum docuerit, homines nulla lege vivabant: postea Cereris beneficio monstrato usu frugum, ceptum est de agrorum finibus, qui antea nulli erant usui, disceptari: quam primam volunt fuisse legum & juris originē. q. Hæc quandoq; Luna dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur. Virg. lib. 1. Georg. . vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres. q. Ponitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro vino. Teret. in Evnuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus. q. Cereri sacrificant. Dici solitum, si quando in convivio decesset vinum: proprieà quod in hujus sacris ne esset inferre vinum. Plaut. in Aulul.

Cérèl's, le, Quod ad Cererem pertinet. Διηγεῖσθαι. q. Cereales autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentaræ apud Romanos præterat: quorum creandorum autor fuit C. Iulius Cæsar. q. Cereales ludi, in honorem Cereris facti. Liv. 10. bel. Pun. q. Cœna Cerialis. Plaut. Menæch. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit, &c. Cereale papaver. Virg. 1. Georg. Nec non & lini segetem, & Cereale papaver. Vbi Servius Cereale papaver, vel quod est esui, sicut frumentum: vel quo Ceres usi est ad oblivionem doloris.

Cérèl's, orum, Διηγεῖσθαι, τὰ. Dicuntur sacra Cereris à Triptolemo instituta, quæ Plin. etiam lib. 24. Thesmophoria vocat, à Cerere Thesmophora: hoc est, legumlatrice. Plutarchus quoque Adonia vocat. Hæc autem festa tanta religione celebrabantur, ut feriæ pollutiæ trederentur, si quis eo tempore cum uore

uxore concubuisse. Vnde extat elegans elegia apud Ovidiū, qua cum Cerere expostulat, quod ejus festo sibi cum amica concubere non licet. Præterea in sacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Vnde Plaut. in Aulul. jocandi ansam sumpsit, Megadorum Cereri nuptias esse facturum, quod nihil ad nuptias vini esset allatum.

Ceretum, & Ceretani. Vide CAERETVM.

Ceriada, Κεριάδη. Vicus in Hopothoontide tribu, Steph.

Cerinthūs, Κερίνθος, Oppidum in Eubœa insula, Plin.lib.4. capite 13.

Cerinthus, Ἡρετικός, [Germ. Ein Reiger in der Zeit G. Johannis des Evangelisten / welcher die Gerechtigkeit Christi verbrengt.] cuius meminit Dionysius, quem de Iohannis revelatione differit. Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnum CHRISTI voluptarium, mores suos fassus, quod gula luxuriae, deditus esset. Ireneus etiā secretiora ipsius in primo sui operis manifestat. Ex Eusebii lib.3.

Cerites, pen. corr. Vide suprà in dictione CAERE.

Cermorum, Oppidum Macedoniarum apud Plin.lib.4.ca.10. in descriptione Macedoniarum.

Cernā, vel Cerne, Insula est Aethiopici maris, de qua sic Plin. scribit lib.6.cap.31: Contra sinum Persicū Cerne nominatur insula aduersa Aethiopiam, cuius neque magnitudo, neque intervallum à continente constat. Aethiopas tantum populos habere traditus.

Cernetani, qui & Marianī dicti sunt, Italiam populi sunt, juxta Casinum & Bovillas: ita dicti à Cerneto oppido, cuius meminit Plin.lib.3.cap.5.

Cervarīa, Locus est in Gallia & Hispania confinio, nō procul à templo Veneris. Pomp.lib.2.

Cēscōs, Κέσκος, Pamphylii, seu, ut Suidē videtur, Cilicia urbs, cuius cives ob vecordiam, stultitiamq; vulgo male audiebāt. Iuxta Cescum urbē fluvius erat, cui nomen aës, id est, amens. Vnde tractum proverbium: Cescon habitas, aës oīnās. In stupidum & bardum dicebatur. Quadrabit & in cœtum aut coniliabulum hominum stultorum.

Cesena, Oppidum est Piceni non procul à Cliterna, etiam hoc nomine retinens. Plin.lib.3.cap.15.

Cesperia, sive Casperia. Urbs fuit Sabinorum, ex qua Turnū auxilium habuisse contra Aeneam. Mato autor est, lib.7. Cesperiamq; colunt. Melius per a in prima syllaba.

Cessero, Narbonensis Gallia oppidum, in tractu Méninorum, non procul à Carpentoracte. Plin.libro 3. capite 4: Vulnō Cæstres.

Cestrīa, Epiti oppidum. Plin.lib.4.cap.1, & Cestrini. Cestrīa incolae eodem autore, in Procremio lib.4.

Cestrūs, Κέστρος. Fluvius est Pamphylii, apud Strab.lib.14.

Cethēgūs, Orator fuit facundissimus Africani majoris ætate, quem Ennius (ut Quintilianus refert) Sudæ medullam vocat. Meminit ejus & Cicero in Bruto. Fuit etiam Cethagus unus ex principibus Catilinarie cōjurationis: cuius frequens est mentio apud Ciceronem in Catilinam.

Cetii, Populi sunt Asis, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluvio nominati. Strabo lib.13.

Cetius, Mons est in Nortico, Germania regione. Ptol.lib.2.ca.14. Vulnō Ratemburg.

Cēcū, Populi citerioris Hispania in cōventu Lucensi: de quibus Plin.lib.3.cap.3.

Cētū, Vide COEVs per ce diphthongum.

Ceyx, icis, pen. genitivi prod. Κεϋξ Suidæ, rex fuit Thracianus, Lucifer filius, & maritus Alcyones filiæ Aeoli, qui quum ob causam fratris in accipitrem mutati, ad Clariū oraculum conculendum navigaret, tempestate deprehensus est & submersus. Quare quam statuo tempore non rediret, Alcione multa quotidie vota pro viri salute suscipiebat. Tandem in somnis monita, naufragio cum periisse: quum ad deflendum miserabilem viri casum manè ad littus venisset, unde ille solvere, cadaver quoddam fluctibus ad littus vidit expelli: quod quum viri sui esse cognovisset, ac per undas ad illud exilire vellit, deorum miseratione in Alcyonem conversa, ad os mariti advolavit: qui & ipse oscula uxoris sentiens, in Alcyonem commutatus est. Fabulam hanc refert Ovid. 11. Metam.

C. ante H.

Chaa, Peloponnesi urbs est, Lepræ proxima, ad campum Ephasium: cuius causa bellum inter Arcades & Pylios conflatum est. Vide Strabonem lib.8.

Chaaſſa, Vicus est Aegypti apud Strab.lib.16.

Chabareni, Χαβαρεῖνος, Populi Scythici ad Chalybem fluvium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancisci poterant, mammas crudas edebant, & pueros devorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

Chabria, Vicus est Aegypti in ea parte, qua Arabiæ est contermina. Strabo lib.17.

Chabrias, Χαβρίας, Atheniensis philosophus, & Imperator

inclitus. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum, certorum duce leone, quam leonū duce cervo. Hujus res gestæ recensentur à Demosthene in oratione adversus Leptinem. Chadisīa, Χαδίσια, Fluvius est, & oppidum eiusdem nominis in Cappadocia, sive Leucosyria, in finibus Themiscyræ, non procul à Lycaostro. Autor Plin.lib.6.cap.3.

Chadramotitæ, Χαδραμωτα, Populi sunt Arabiæ Troglodytis proximi. Plin.lib.6.cap.18.

Chæreæ, Χαρεῖς in gignendi casu, subaudiendum urbs in Aegypto est. Gentile Chæreotes.

Chærēmōn, onis, χαρέμων, poëta Comicus, cuius fabulas enumerat Suidas. Fuit & alter eiusdem nominis, qui Hieroglyphica scriptis: cuius etiam meminit Suidas.

Chæraphorū, Χαρεφόρος, Germ. Ein Philosophus zu Athen / der sich Rhæsus gestudiert hat. Atheniensis philolophus fuit, discipulus Socratis: qui tam pertinaciter philosophiæ incubuit, ut maximum inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ortum est proverbium: οὐδὲ διοίσας χαρεφόρος: hoc est, Nihil à Chæraphonte differt: quoties hominē pallore & macie contractum volumus indicare. Autor Suidas.

Chærl̄s, Χαρλής, Cithareodus ineptus fuit, cuius meminit Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur Χαρλής, Suidas.

Chæroneā, Χαρονέα, Vicus est Boeotia, Plutarchi patria, Atheniensium clade nobilitatus. Hujus meminit Plin.lib.4.ca.7. Stephano urbs est in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta, Apollinis & Therū filio. Hellanicus scribit Athenienses post Orchomenos Chæroneam quoq; Orchomenorum urbē cepisse. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine Homerus uitit. Hinc Chæroneus, & sceminiū Chæronis, possessivum Chæronicus. Steph.

Chalæon, teste Plin.lib.4.cap.3: Locorum portus, VII. M. passuum distans à Delphis.

Chalambrīi, Χαλαμβρίαι, qui à loco Libyæ sic appellantur.

Hesychius.

Chalame, Civitas Persidis, quæ nūc appellatur Aethiophon.

Chalastra, Χαλάστρα, Vrbs Macedoniarum juxta quam Axios influit in Thermænum sinum, inquit Strabo, à Chalastra proximo portu dicta.

Chalastræ, strica, um, adjectivum: ut, Chalastricum nitrum.

Plin.lib.31.cap.10.

Chalce, Χαλκη, Insula est cum oppido, circa Rhodū. Plin.lib.5. capite 11.

Chalcea, Χαλκα, η, Libyæ urbs Polyhistori, quem valde reprehendit Polybius, non civitatem esse scribens, sed χαλκογύα: id est, æarias officinas. Chalcea verò, Χαλκαια, in Caria est. Gentile Chalcætes, Stephanus.

Chalcēdōn, Χαλκεδόν: Vulgò Chalcœdonia. Germ. Ein Staat im Land Bithynia des minderen Asia gelegen / gegen Constantinopel aber. Vrbs Bithynia, juxta Bosporum Thracium, ex oppoſito Byzantii. Hanc Megarense condidere. Cæci idcirco appellati, quod non potius oppositum litus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, tantò feliciore modis omnibus sede. Hic olim magna synodus celebrata est, quæ inter octo numeratur, quibus Ecclesia præcipuū imperitum honorem. Vide Plin.lib.5.cap.ulc. Ejus meminit Pomponius lib.2. Europam, inquit, ab Asia stadiis quinq; determinat Thracius (ut dictum est) Bosporus. Ipsius in fauibus oppidum, in ore templum est, oppidi nomen Chalcodon: autor Argias Magrenium princeps, templi numen Iupiter, conditore Iasone.

Chalcedon, Stephano, Vrbs Bithynia, juxta fauces Ponti: [Germ. Ein füremme Statt in Bithynia.] civis Chalcedonius & Chalcedonis scemini generis. Strabo lib.12: Dextra pars Ponti, inquit, Chalcedoni vocatur, à templo Iovis. Vrbi & fauibus Ponti, inquit Menippus: ad Chalcedonem urbem naviganti, & continentem ad finistram habenti, stadia sunt centū & viginti: à Chalcedone verò usq; ad Acritam stadia sexaginta. Nominata est à Chalcedone nomine fluvio.

Chalceti, idis, Χαλκητης, Insula quædam, cuius meminit Menippus, Stephanus.

Chalcetum, Χαλκητεύς, Vrbs Cretæ, Civis Chalcetorius vel Chalcetor, Steph.

Chalceritis, idis, insula est in Ponto Marti sacra. Vnde etiam Aria dicitur. Plin.lib.6.cap.12.

Chalcīdī, insula maris Aegæi, quam iater Sporadas Plin. enumerat, lib.4.cap.13.

Chalcidene, Syriæ fertilissima regio, ut scribit Plin. in descriptione Coœles Syriæ lib.5.

Chalcīdē, pen. corr. Χαλκηδη, Aetæ regis Colchorum filia fuit, soror Medæ, & uxor Phryxi. Hujus meminit Flaccus lib.9. Argonaut.

Chalcis, idis. [Χαλκης: Vulgò Negreponte. Germ. Die Hauptstadt in der Insel Eubœa, Gemeinsch. wird genannt Negreponte.] Eubœæ urbs præcipua, ab Aulide, Boeotia portu, exiguo europa divisa, vetus Atheniensium colonia: ita dicta (si Stephano)

F 4 no cre-

no credimus) à Chalcide filia Asopis: aut certè, quod è zetariz  
fabrīcæ ibi primum fuerint repertæ. q Est & alia Chalcis, agri  
Corinthii oppidū. q Tertia Actolia, Acheloo fluvio irrigata.  
q Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & alia ejusdē  
nominis urbes, quæ enumerantur à Stephano. Olim etiam  
Stymphalus vocabatur, & Hypochalcis, quod sub Chalce  
monte sita sit, nunc Halicarnas. Inde Chalcideus, & mulier  
Chalcis, ut ipsa urbs, possessiæ Chalcidicus. Homerus, χαλ-  
κίδης ἡ ἀριστείαν. Vocantur etiam Chalcides in vico quodam  
Siciliæ, qui ex Eubœa migraverunt. Chalcidicus est Siciliæ  
mons. Est & Chalcis in Messapia Italæ urbs septima insula cū  
urbe ejusdem nominis juxta Lesbum, unde Chalcideis. Est  
item Chalcis locus profundus & cavus ad mōtem Atho. Stephan.  
Vide HYPOCHALCIS.

Chalcidicus, a, um, χαλκίδης, Possessum à Chalcide forma-  
tum. Virg. 6. Aeneidos: Chalcidicaq; levis tandem superad-  
stitit arce. Vbi Chalcidicam arcem vocat Cumas, Chalciden-  
sium coloniam.

Chalcitis, χαλκίτης, Insula est è regione ostii Rhindaci, Bithy-  
niæ fluvii. q Est item Chalcitis, corpus metallicum, media inter  
mūr & rōg substantia, illo crassior, hoc tenuior: unde &  
in metallis inter hæc duo media invenitur. Dicta Chalcitis,  
tum quod ad æris colorē tendat, tum quod ea æs augeatur.  
Hodie Septasiani pro Chalciti Chalcanthū substituunt. Vide  
Gal.lib 9 Simp & Plin.lib. 34 cap. 12.

Chalcodonius, χαλκωδεῖος, Mons supra Pheras est.

Chaldæa, cum ex diphthogo. [χαλδαίον schinhar חַלְדָּה] èret Chasdim, χαλδæus, χαλæ. German. Das Chaldeisch Land in  
Asia dicit Babylon. Ita] Aliæ majoris regio, Arabæ contermi-  
na, plana, sfontium indiga, in qua Babylon civitas magna.  
Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatæos nomina-  
vit, ut inquit Iosephus. q Chaldæi, Assyriorum magi ex gen-  
tis vocabulo dicti sunt, qui diurna observatione syderum,  
scientiæ putantur esse, ut predici posset quid cuiq; even-  
turū, & quo quisq; fato natus esset. Cic. 1. de Divin. Horū mul-  
ta erant genera. Nam quidam Orcheni dicebantur: quidam  
Borsipenit: aliis nominibus, pro ratione sectarum, quæ am-  
pletebantur. Tantum autem hac in arte valuerunt Chaldæi,  
ut quicunq; Astronomiam judicariam profiterentur, quan-  
vis in sejunissimis regionibus orti, ab iis dicti fuerint Chal-  
dæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. q Chal-  
dæos quoq; sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui anteā  
Alizones & Chalybes dicebantur, autor est Strabo lib. 12.

Chaldæi, inquit Stephanus, Cepheus prius dicti sunt, à Ce-  
pheo patre Andromedæ. Hellanicus scribit hanc gentem mor-  
tuam jam Cepheo, relicta hac regione alid in militiam abiisse,  
proinde regionem non amplius Cepheniam dictam, nec in-  
colas Cepheos, sed Chaldæos: regionem vero Chaldaicam,  
à Chaldeo rege, qui (Dicæarcho teste) quartus decimus à Ni-  
no fuit, & Babylonie juxta Euphratem condita, omnes Chal-  
dæos in eam collegit. Regio etiam Chaldæa nominatur. Alii  
probabilius dicunt Chaldæos circa Babylonem habitare, &  
oraculum apud se habere, ut Delphi apud Graecos.

Chaldæi, item populi sunt prope Cholchidem, Sophocles:  
Κόλχες, χαλκάες π., οὐ Σύροι, Steph.

Chalda, χαλδæ, regio Armeniae: incolæ Chaldi, Steph.

Chalæstra, Vide CHALASTRA.

Chalia, χαλία, Urbs Boeotæ: vicina Hydriæ: gentile Chalius,  
Stephan.

Chalisia, χαλισία, Urbs Libye: & alia Ponti: tertia Amazoniæ.  
Vide Stephanum.

Chalybæs, χαλυβῖς, cum y cor. Populi in Ponto juxta Ther-  
modonitem fluvium, qui & Alizones Homero dicti sunt, &  
postea Chaldæi, teste Strab.lib. 12: Hi ferrum nudū effodiunt,  
dicente Virgilio: India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,  
At Chalybes nudū ferrum. q Ponitur tamen quandoq; Cha-  
lybs [חַלְבָּה nechosheth, χαλυψ. Gal. Acri. Ital. Acciale. Ger.  
Stahel. Hisp. El hierro è azero. Pol. Stat. Vng. Accel. Ang. stee-  
le.] pro ipsa ferri materia. Ovid.lib. 4. Fast. Ars erat in pretio:  
chalybis ñam massa placebat. Virg. 8. Aen. Vulnifusq; cha-  
lybs vasta fornace liqueficit. Lucanus: chalybeum, frænosque  
momordit. q Est & Chalybs fluvius in Hispania, in quo fer-  
rum optimè temperatur: juxta quæ & Chalybs populos col-  
locat lusitanus libro ult. de quibus Grammaticorum nonnulli  
putant intelligendum illud Virgilii: At Chalybes nudū ferrū.  
Chambades, Pars est Tauri montis, apud Plin.lib. 5. cap. 27.

Chamos, [חַמֹּס chemosib.] teste Hieronymo, deus erat Ty-  
riorum & Ammonitarum, quemadmodū Altare, dea Sidoniarum, quam coluit Solomon.

Chandanace, χανδανά, Urbs persica: gentile Chandanace-  
nus, Steph.

Channæ, vel Channe, vel Channus, χαννæ, χαννæ, Piscis est ex  
sarcophagis peræ similis, cuius dêres acuti, maxilla inferior  
prominentior, qua semper hiatus (unde à χαννæ hiare nomen)

dorsum ex rubro nigrescit, cauda maculis rufis insignis. O-  
vid.lib.de Piscib., ex se Concipiens channe gemino fraudata  
parente est. Plin. de colib. 9. ca. 52. ex Aristotele hist.lib. 4. ca. 6.  
Chandane, χανδανæ, Urbs Apulæ, post quam Peucæ sequun-  
tur. Steph.

Châoniæ, χανια, Pars montana Epri: licet quandoq; summa-  
tur pro tota Epri. Steph.

Châones, χανια, Populi à Trojani Heleni fratre Châone no-  
minati: quem quum Helenus in veneratione imprudens occi-  
dit, ad extinti solatum regni sui populos à nomine ejus  
Châones, & regionem Châoniam appellavit. Virg. 3. Aen.  
Châoniamq; omnem Trojanæ à Châone dixit. Idem poëta  
& Molossi dicti sunt, à Molosso Pyrrhi filio, teste Strab.lib. 7.

Châonidæs, χανιδæ, Vide in APPELLATIVIS.

Characmoba, χαρακμοβα, vel Mobucharax, Urbs Palæstine,  
πόλις τὸν τρίτην παλαιότερην, inde deducetur Characmabenus,  
& Mobucharaceus, Steph.

Charadra, dræ, χαραδ्रα, Urbs Phocidis, non procul à Lilæ.  
Gentile Charadrae, Steph.

Charâdrus, χαραδ্ৰ, Cilicæ fluvius est, à quo & lacus, &  
statio propinquæ nomen sumperit. Papin.lib. 4. Thib. Quæq;  
pavet longa spumantem valle Charadron, Neris. q Est item  
Charadrus oppidi nomen, in ea Syriæ parte, quæ Phœnicia  
proxima est. Plin.lib. 5. cap. 20.

Charandei, populi juxta Pontū, Autor Orpheus in Argon.

Charax, χαραξ, Oppidum est, in intimo sinu fœlicis Arabæ  
situm, ab Alexandro magno conditum. Autor est Plin.lib. 6.  
capite 27. q Est etiam hoc nomine emporium in Africæ, ubi  
olim Carthaginenses vitum succo & silphio permutabant,  
Strab.lib. 17.

Châraxus, χαραξ, Frater Sapphus poëtræ, qui captus fuit  
Rhodopes, micetris amore, cuius causa opes suas ownes  
dilapidavit: & ad summam redactus in opiam, p̄stricam exer-  
cuit. Ovid. in Epist. Sapphus: Gaudet, & è nostro crescit mœ-  
tre Charaxus Frater, & ante oculos, itq; reditque meos. Et  
paulò anè: Arit inops frater vietus meretricis amore: Mi-  
staque cū turpi daRNA pudore tulit. Factus inops agit: percur-  
rit cœrula remo, Quasq; male amisit, nunc male quærit opes.  
Chares, etis, pen. genitivi prod. χαρεν, Atheniensium dux, ad  
promittendum facilis & promptus. Vnde proverbium natū:  
χαρεν οὐ μεγάλες: id est, Charetis pollicitationes. Dici soli-  
tū ubiq; facile ac benignè promittit. Autor Suidas. q Fuit  
& Chares Lyndius statuarius Lysippi discipulus, qui Rhodi  
Solis colossum fecit. Autor Plin.lib. 34. cap. 7.

Charidemus, χαριδেμ, Dux fuit copiarum Chersobleptæ  
Thraciæ regis. Hujus frequens est mentio in oratione Demo-  
sthenis contra Timocratæ.

Charilaus, χαριλαο, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Te-  
geatas prælio domuit.

Charisæ, χαρισια, Urbs Arcadiæ: ita dicta à Charisio Ly-  
caonis filio, Stephanus.

Charisius, χαρισιο, Nomen cujusdam Græmatici, quem Pri-  
scianus citat. q Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atti-  
cus, cuius meminit Cic. in Bruto lib. 2. q Est & panis, seu (ut  
Suidas ait) placenta species.

Châritis, [χαριτης. Germ. Die dieß Götter der Gnethärtigkeit.  
Pol. Luka, dobrdostivo. Vng. Gréczák] Gratitiae singu-  
lariæ, Aglaia, Thalia, & Euphrosyne, Iovis & Eurynomes (ut in  
Theogonia tradit Hesiodus) aut Veneris, & Liberi filiæ: quæ  
veteres nudas pinxerunt, quod gratias inter amicos minime  
deteat esse fucatas. Tres autem ea ratione dicuntur, quod una  
beneficium det: altera accipiat: tercia reddat. Pinguntur juve-  
nes, ne beneficij memoria senescat. Ridentes, quod hilaret  
dandum sit. Et quum duæ nos aspiciant, una pingitur averba:  
quo significari volunt, quod pro accepto beneficio duplex  
a nobis gratia debet reverti. Nudæ etiam pingebantur: quia  
beneficii fuso debent carere, & nullo velamine obtegi. Item  
connexæ: quia insolubiles esse gratias decet: & beneficium  
aliud semper beneficium parere, perpetuumq; amicitia fœ-  
dus. Qui Veneris & Liberi filias arbitrantur (è quibus est Ser-  
vius) hac moventur ratione, quod horum præcipue deorum  
muneribus gratia conciliatur. Tradunt etiam eas in Acidæ-  
lio fonte, qui est Orchomeni Boeotæ urbe, lavari: quoniam  
pura esse beneficia oportet, & nihil sordidū, nullamq; spem  
retributionis habere. De his Manuanus:  
properate sorores.

Gratia ab Orchomeno: tu primum Aglaia decoro  
Lætitiam præ te ore ferens, tecumq; Thalia  
Cincta sacrum viridi strophio caput, Euphrosyneq;  
Læta genas, læta os roscum, vaga luminalæta.

Châritonius, a, um, adjectivum, χαριτων, Interpretabatur gra-  
tiam venalem habens. [Pol. Tenksori kuke mapredaina.] Vnde  
de propriæ pueris convenient, quæ gratia sua ad quæstum & ad  
expilandoz amatores abutuntur.

Charmænde,

Charmāndē, χαρμάνδη, Vrbs est trans Euphratēm, iuxta portas Babylonias. q̄ Gentilia sunt Charmandæus, & Charmandites Steph.

Chārmis, χαρμίς, Sardinia oppidum, Carthaginīcium opus. q̄ Gentile Charmites, Stephano.

Charmīōnē, χαρμίωνη, ut scribit Plutarchus in vita Antonii, Cleopatrae ancilla fuit, spontaneam domini mortem imitata.

Charmonia, Hispania urbs Ptolemæo, Carmonia Straboni dicta.

Chārōn, χαρόν, Lampsacenus historicus, qui tempore primi Darii floruit. Scriptus Aethiopica libris duobus: item Cretenia, Graecanica, & alia. q̄ Charon, item Carthaginensis historicus, qui Tyrannorum quotquot in Asia, Europaque fuerunt, item illustrium virorum & mulierum vitas conscripsit.

q̄ Tertius ejusdem nominis, Naucratita fuit historicus, qui de sacerdotibus, regibus, & gestis Aegyptiorum historiam scripsit.

Chārōn, τις, [χαρόν]. Germ. Der Hellsch Chiffman so die Gedanken abgeführt. A poëtis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina, Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad avariam ripam transvicit. De hoc Virg. lib. 6. Aeneid.

q̄ Hinc ortum adagium: Charontis janua, χαράντης θύες. De imminentे capitis periculo, sive de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur una è carceris januis per quam damnati judicium sententiis ad supplicium educebantur: Referunt Zenodotus, Hesychius, & Suidas.

Charonea, orum, χαρώνεια, Regio Asiz est, ad Mæandrum flumen, vicina Hierapoli, Characi, Magnesia, & Myunti, terram habens cavernosam, putridam, & incendiis obnoxiam. Vide Strabon. ad finem lib. 12.

Charonea porta, χαρώνεια θύες, Appellabatur una ex portis Atheniensis nomophylacū: per quam damnati ad supplicium ducebantur.

Charonum, χαρώνειον, Antrum est inter Tralles & Nysam, ubi egroti solennibus quibusdam superstitionibus à morbis liberari credebantur. Vide Strab. lib. 14.

Charondas, χαρώνειος, cognomento Thurius, patria Cataenae: Ahenientibus leges quasdam tulit, quibus quem capitatis pœnam statuisset in eos, qui gladiis armati concioni intercesserent, imprudenter, ut rure venient, gladio accinctus in concessionem prodire: monitus deinde ab eo, qui proximè assidebat, quem culpam dissimulare posset, gladio quo accinctus erat incumbens, violatè legis à se pœnas exegit. Valer. lib. 6. capite 5.

Charops, χαρόψ, Hom. Iliad. 11: Vir Trojanus, Hippasi filius, & Soci frater, quos ambos uno die Ulysses intererit. q̄ Est & nomen ejusdem inter Epirotas primarii, qui Tito Quintio Flaminio Consuli Romano contra Philippum bellum gerenti, favit. Autor Plutarchus in vita ejusdem Flaminii.

Charybdīs, χαρούδης: Vulgo Galafaro, & Scylla, duo monstralia sunt in ficto Siculo: de quibus Virg. 3. Aeneid. Dextrum Scyllalatus, levum implacata Charybdis Obsidet. q̄ Est autem Charybdis locus, sicuti scribit Salustius, iuxta Taurominatum litus: extatq; fabula Charybdin mulierē suis rapacissimam, quæ cum Herculis vaccas rapuisset, à love fulminata est, & in hoc monstrum cōversa. q̄ Est igitur Charybdis mare periculosum nautis, quod contraria fluctuum cursibus collisionem facit, & rapta quæque absorbet & rejicit. [Germ. Ein strudelhaft ort im Meer bey Sizilien den Schiffen gänz zerstöret.] Ovidius: Et vomit eportas lava Charybdis aquas. Seneca ad Lucilium: Scyllam saxum esse, & quidem terribile navigantibus, optimè scio: Charybdis an respondeat fabulis, non scribi mihi defyro. Fac nos certiores, utrum uno tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas mare illud contorquat, & an verum sit, quicquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi. Thucidides libro quarto, scribit esse stetum inter Rhegium mare & Messanam, à quo bievi spatio Sicilia à continente distet, & Charybdum appellatum. q̄ Eventata Charydi in Scyllam incidi, τὸ χαρούδης εὐφυῶν, τῇ Σκύλῃ σείσθεντος: Hoc est, dum vito gravius malum, in alterum diversum incidi.

Chasmos, Dolum Moabitum, quod alio nomine appellatur Beelphegor, teste Hier. in cap. 13. Esaiæ.

Chatramotites, χατραμοτῖτης, Regio iuxta mare rubrum. Strabo lib. 15. cives Chatramotites. Vianus Chatramotas vocat. Stephan.

Chatti, Populi sunt Germaniae, nō procul à Rheno. Plin. lib. 4. cap. 14 [Germ. Die Hessen.]

Chattenia, χαττεία, Nam in Aén apud Stephan. per duplex t scribitur si suo autem loco aliquoties per simplex t, quanvis ordo literarum duplex postularet: sed hic sēpè ab ipso negligitur: regio est Cettæorum, χαττεία καππατεία, aspera alioqui, sed vici & turribus instruta prope mare rubrum. Cives Chatteni.

Chaubī, Germaniae populi, Strabo lib. 7.

Chāuni, χαύνι, Populi Thesprotia, Plin. lib. 4 Theſſalico etiam, nepluoi χαύνοι τι, χαύνισσις Ελισσι. Stephan.

Chavon, onis, χαύνι, Regio Media: iude Chavones, Stephan.

Chazene, χαζένη, Satrapia iuxta Euphratēm Mesopotamiae, Stephanus.

Chelidōnī, χελιδόνια πίπαι, Stephano, Duæ sunt insulæ contra Chelidonum Tauri promontorium, pestilentissimi aëris, quarum altera Corydela dicitur: altera Menalippea: Circa has insulas antīcas maximæ in copia capitur: ut est videre apud Plinium.

Chelidonium, χελιδόνιον, Vnum c. Tauri montis promontorii. Plin. lib. 5. cap. 27: Taurus montis ab Eois vienens litoribus, Chelidonio promontorio determinatur.

Chelonares, promontorium Achaia, quod Ptolem. Chelonia dicitur.

Chelonitis, χελωνής, Insula est in sinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Chelōnophagi, χελωνοφάγοι: Ger. Chonäsenfresser sind völker in Carmania. Populi sunt in Carmania angulo, nō alia quam testudinum carne velcentes, earumque testis casas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proveniunt, ut singulæ singulis casis tendens sufficiant, & navigantibus Chelonephagi sepharum usum præbeant. Vide Plin. lib. 6. cap. 25. & Strab. lib. 16.

Chémni, Pomp. Melæ, sive Chemmis, χεμμης, Herodoto, insula est in quodam Aegypti lacu natans: quod omnino incredibile videtur, quum Augustum Apollinis templum, & lucos sustineat.

Chenanizia, Vrbs Misnia. [Germ. Chemnit.]

Chēnā, ον χένα, Vrbs Laconia à qua Gentile Chenitus.

Chēnoboscia, χενοβοσκία, Vrbs Aegypti, è regione Diospolis, ab anserum, ut videtur, pascuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. q̄ Hujus incola dicuntur Chenobosciate, qui circa Crocodilos occupantur.

Cheopes, sive Cheops, Aegypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus est maxima totius Aegypti pyramis, ad quam faciem denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cæpa, & allio mille sexcenta talenta expendisse. Autor Herod. lib. 2.

Chephrem, Cheopis frater, Aegypti & ipse rex post fratrem: Autor Herod. lib. 2.

Chēnēsus, χενεσος, Iuxta Corinthum est, Stephanus in Cherronefo.

Cherrura, χερρύξ, Vrbs Lycia, Steph. in Cherronefo.

Cherrōnelūs, Syriæ civitas, quæ (alias Apamea) Stephan. Est item urbs in Cherronefo juxta Gnidum, civis Cherronesus: Alia est Cherronesus Cretæ cum oppidulo ejusdem nominis: Alia est I. byz Cherrura dicta χερρύξ, inde Cherrurius.

Chēnēsus verò, χενεσος juxta Corinthū est. Est item Cherronesus promontorium in Lycia, alia juxta Coranitem urbem, Stephan.

Cherrōnesus, χερρόνεσος, quasi χερρόνεσος, λατ. της χερρύξ, η νησ. Ger. Erdreich das mit dem Meer schier alletheben wie ein Insel umbgeben ist/ und nur an einem ort ledig und offen ist. Terra est in insula le modum mari cincta, uno tantum, eoq; angusto spatio cōtinenti adjuncta: Latini Peninsulam vocant. Quinque autem insigniores commemorantur Cherronesi: quarum celeberrima Achaia adhærens, Peloponnesus appellatur. q̄ Secunda quæ à vicina kontinente Thracia dicitur, cuius Isthmus ab Occasu Melane sinu, ab Ortu Propontide ablitur. q̄ Tertia, quæ Saxonæ adhærens, à Cimbriis, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata est: hodie Dania dicta. Vulgo Denmark. [Germ. Denmark.] q̄ Quarta inter Pontum Euxinum, & Mazotidem Paludem sita, à Tauris Scythæ Europæ populis Taurica appellata. q̄ Quinta, quam Aurcam cognominant, in India sita supra Gangem, Ortum versus, iuxta sinum, quem Magnum appellat Ptolemæus. Peloponnesus verò major, celebriorque est, quæ ut Cherronesi nomen admittat, quanquam & ipsa à nominis etymo fertur: Cherronesum Strabo nominat: & minoris Asiz in nostrum mare procursus, Cherronesus dictus bonis autoribus, ut scribit Vadianus.

Chersidamas, χερρίδαμος, Vir Trojanus, quem Ulysses in bello intererit, ut scribit Homer. lib. 11. Iliad.

Cheronesus, χερρόνεσος, Id est qđ Cherronesus. Vide suprā. Cherubin, χερουβην, gen. neut. & plur. num. pro illo angelorum uchoro. Cherubin verò seu Cherubim perm, tam masc. quæ neut. gen. est.

Chertisci, χερτσοι, Germ. Die Wörter in Tschertschib vmb die Eis/ als da sind die Sachen/vnd Meßner. Populi Germaniae circa Albim: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 14.

Chesion, χεσιον, Oppidū Ionie, unde Chescius. Ortus in masculo genere usurpans, non civitatē, sed locum esse dicit, Steph. Chidnæs, χιδνη, Populi iuxta Pontum: ecce Orpheo in Arg. F 5 Chidorus,

**Chidorus**, Fluvius est Macedoniq; per Mygdoniam in Axium influens, unus ex iis qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuisse epoti. Vide Herodotus lib. 7.

**Chilo**, *χίλων*, Philosophus Lacedæmonius, unus ex septem sapientibus Græciæ. Ejus (Plinio teste lib. 7. cap. 32.) tria hæc aurea præcepta fuerunt, Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Noste te ipsum: Nihil aimum cupias: Comes æris alieni atq; litis, est miseria. Quia & funus ejus, quum, victore Olympiæ filio, gaudio exprimat, tota Græcia prosequuta est.

**Chimæra**, *χιμæρæ*. Germ. Ein wachender Berg in Æcia se feste aussperrnet.] Mös est Lycie ignivomus, in cuius cacumine leones habitant: in medijs tamen, ubi pascuis abundat, capre: in radicibus autem serpentes. Hic factus est locus fabulæ, Chimæram mōstrum esse, quod flammæ evomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Lucretius: Prima leo: postrema draco: media ipsa Chimæra. Ovid. 6. Metam.

Quoq; Chimæra jugo mediis in partibus hircum,  
Pectus & ora lez, caudam serpentis habebat.

Et quoniam Bellerophontes Glauco filius mōtem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc ferè Servius in illius org. 6. Aen. - flammæisque armata Chimæra. Plin. lib. 2. cap. 106: Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua: extingui verò terra: aut foco, Gnidius Ctesias tradit. Chimæra, *χιμæρæ*, Vrbs Siciliæ, cuius meminit Xenophon lib. 1. rerum Græcanicarum: gentile Chimærus. Steph.

**Chimerum**, Phthiotidis mons in Thessalia, ut tradit Plinius lib. 4. cap. 7. *χιμερæ*, Stephano, promontorium Thesprotiæ. Gentile Chimericus.

**Chiōnē**, *χιονη*, Nobile scortum fuit, nomen habens à candore nivis. *χιονη* enim Græcæ nivem significat. Juvenalis: Et dubitas alta Chiōnem deducere sella. In hanc extit festivum illud Martial. Epigr. lib. 5:

Digna tuo cui sis, indignaq; nomine dicam.

Frigida es, & nigra es: non es & es Chiōne. q Fuit & Chiōne filia Dædalionis, cuius nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurien nupsit. Porro redeunte Mercurio à Cylleno monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus visa est, qui statim ejus amore capti, quum separatis ejus concubitus petiissent, Apollo in nocte distulit: Mercurius autem non expectata nocte eam ceduceo tetigit, & in altissimum soporem alligavit, dormiētumq; vitavit, & discessit. Deinde accidente noctu Apollo accepta anus forma ad eam intravit, oppressitque: & sic ex utroque concepit, peperitq; Mercurio Autolicum, de quo suprà: Apollini verò Philamonem, qui carmine & cithara plurimum valuit. Postea quod dii placuerit, superbia elata, susa fuit se Diana ob pulchritudinem preferre, qua re nota Diana sagittis eam interemit. Ovid. lib. 11. Metam.

Nota erat huic Chiōne quæ dotatissima forma,  
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.

**Chīos**, *χίος*. Germ. Ein Insel im Aegeischen Meer / so die Itali Scio oder Chio nennen.] Insula in Aegeo noningentorum circiter stadiorum ambitu, Ionæ adjacens, inter Samum & Lembum, in qua laudatissima nascitur mastiche. Hanc Ephorus prisco nomine Aethaliam, Metrodorus & Cleobulus Chiam appellant, à Chiōne Nympha, sive à nive: alii & Macrin & Pityusam. Montem habet Pellençum, & Marmor Chion: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promontorium Arvilium, à quo Arvilia vina. q Habet autem hoc nomen, quum primitivum est, penultimam correptam. Lucan. lib. 8: Quas Asine cautes, & quas Chios asperat undas. Sunt qui quadrigeminam Chium esse putent: ut prima sit Chios insula, cum oppido ejusdem nominis: secunda Caria urbs sub monte Pellenæ: terria in Eubœa: quarta in Cherronefo Rhodiorum juxta Triopiam.

**Chīus**, pen. prod. *χίος*. Tibul. lib. 2:

Nec mihi sumos veteris proferte Falernos  
Consulis, & Chio solvite vincia cado.

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam. Chios, Stephano, clarissima insula Ionum est, prope Erythras, cum urbe ejusdem nominis, à Chio Oceani filia, vel à nive in ea abundante. Est & alia Chius urbs Caria, sub pede montis Pellenæ. Et alia juxta Triopian sita in Cherronefo. Quarta in Eubœa. Gètile, similiter & possessum, Chiacus. Apud Chios primùm fuerunt Therapontes, at apud Lacedæmonios Helettes, apud Argyvos Gymnesii, apud Sicyonios Corynephori, apud Italos Pelasgi, apud Cretenes Dinoitæ. Item in Chio primùm natum est vinum nigrum.

**Chirocrates**, penultima correpta. *χιροκράτης*. Nomen architecti celebri, qui ab aliquibus Dinocrates dici solet. Plinius libro 14.

## CHI CHL CHO

**Chirogylium**, Insula est ante Lyciam, è regione Chimera montis, de qua Plin. lib. 5. cap. 31.

**Chirōn**, onis, *χιρόν*. Germ. Ein Sohn Saturni, und Phillyra der halb ein Ross, vñ halb ein Mensch gewesen ist. ] Centaurus, Saturn & Phillyra filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtae, Saturnum, quum Phillyram Oceaniam adamaret, ejusque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum, subito se in equum convertisse. Phillyram autem ex eo gravidam effectam, foetum peperisse, cujus anterior pars hominem, posterior equum referret, eumque Chironem nominasse: qui ubi primùm adolevit, in sylvas secululit, ibique herbarum vires edocens, in præstantissimum medicum evasit: à quo etiam Centaurion herba nomen accepit, & Chironium ulcus, quod maximè fit in pedibus & cruribus, duas habens oras calentes, tumentesque dolore modico: sic dictum, quod Chironis opem exigat. Et proverbialiter Chironium vulnus, *χιρόνιον*, immedicabile malum appellamus: aut quod Chiron immedicabile vulnus accepit in pede, unde & periret: aut quod manum Chironis, ut sanetur, exigit. Hic postea à Peleo & Thetide accutus, propter probitatem, peritiam, & justitiam, quibus ceteris multum recedebat, Achillis pædagogus est factus, quem & citharæ artem, & herbarum usum docuit. Ab eodem & medicinam Aesculapius, & astrologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremò quam Herculem hospitio suscepisset, armatiq; ejus pertractaret, evenit sagitta quædam hydræ Lernæ veneno imbura, illius pedes decideret. Quod malum quum nulla ope sanari posset, dirissimis cruciatibus conficiebatur: mori tamen non potuit, quod utroq; parente immortaliter natus esset. Tandem quum à superis impetrasset, ut immortalitatem sibi mortali cere comutare, in cœlum translatus est: ubi & Sagittarii agnum efficit. Meminit Plin. lib. 7. cap. 56.

**Chitone**, *χιτών*, vel Chitonaria apud Epicharmum, Diana est: scribit enim in Sp hinge: οὐ μῆ γενναῖς αὐδέσσεται ποιμένος. Stephanus.

**Chlamydia**, *χλαμύδια*: Vulgo Siles, Insula est maris Aegri, una Cycladum, quæ notiore nomine Delos appellatur. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

**Chloris**, *χλωρίς*, Florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis Flora dicta est: quæ quum Zephyro nupsisset, à marito munatis loco impetravit, ut florum omnium haberet potestatem. Ovid. 4. Fastorum: Chloris cram, quæ Flora vocor. De hac Claudianus de Raptu Proserpinæ. q Fuit & Chloris quædam Amphionis & Niobes filia, quæ Neleo nupsit, eiq; Nestorem, aliasq; complures filios peperit. Hec postea ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebat, unâ cum fratibus & sororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit interficita. Fabulam referit Ovid. 6. Metam.

**Chlorus**, Fluvius est Ciliciæ provinciæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

**Chna**, *χνα*, Phœnicæ dicebatur, gentile Chnaus.

**Choaspis**, *χοαψίς*, Medorum fluvius, ad fines Persidis in Tigrum defluens: cuius aquæ sunt tam suaves, ut finitimi reges non alia aqua ad pocula utantur. Tibullus lib. 4: Nec quæ vel Nilus, vel regia lympha Choaspis Profluit.

**Chœatræ**, Populi sunt ad Mæotin. Author Plin. lib. 6. cap. 5. Chobar, *χοβᾶρ*, proprium nōmē fluminis esse videtur: sed quia sonat, Grave fuit & prævaluit, quidam volūt Tigim & Euphratem & omnia magna & gravissima flumina, quæ in terra Chaldæorum esse perhibentur, significare.

**Chōchē**, *χοχή*, Vicus juxta Tigridem fluvium, cuius meminit Arrianus lib. 10. Gentile Chochenus & Chœchæus. Steph.

**Chœzi**, *χοεζί*, Populi Asiae prope Bechiros. Hecatæus, *χοεζίον* διεργάζεται επειδης ανθρώποι Διονεσ, Steph.

**Chœrades**, *χοεδάτης*, Vrbs Mosynæcorū. Gentile Chœradeus, Stephan. Sunt & scopuli marini circa Hellestponum.

**Chœrilus**, pen. cor. *χοερίλης*, Poëta fuit Samius, servili conditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto Historico exceptus est, & institutus. Scriptis Athenen sium victoriām contra Xerxem: cuius carminis nomine in singulis versibus singulos accepit aureos stateres. Scriptis & gesta Lystandri Lacedæmoniorum ducis (cuius in expeditione comes erat) ut in vita illius tradit Plutarchus. Horatius autor est, etiam Alexandri Magni gesta scriptisse Chœrillum, & pro singulis versibus singulis Philippeis fuisse donatum. Sic enim scribit lib. 2. Epif.

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille.

Chœrilus, incultis qui versibus & malè natis

Retulit acceptos, regale numisma, Philippus.

Sunt qui tradant Alexandru hæc legie cum Chœrilo pepigisse, ut pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippus: pro singulis autem malis singulos colaphos: opere autem perfecto vix septē fuisse inventos, qui possent probari. q Fuit & alter Chœrilus, poëta tragicus. Vtriusq; meminit Suidas. Chœlærgus,

Chōlārgūs, Χλαργος, Vicus est in agro Atheniensi, tribus Acamantidis. Stephan.  
 Chōllambī, Χλιλαμβη, Qui & Scazonites dicuntur. Vide in APPELLAT.  
 Chōlobēthēnē, Χλοβεθηνη, Armenie pars, quæ Tigrani paruit.  
 Chōlobētēnūs, Gentile est. Steph.  
 Chollidē, Χλιλιδη, Vicus in Leotide tribu: tribulis Chollides, apud Laetrum Chollidæus. Steph.  
 Cholontichos, Χλωντιχος, Vrbs Cariæ, gentile Cholotichites. Stephanus.  
 Chōmpso, Χμψο, Insula Nili inter Aethiopiam, & Aegyptum: cuius meminuit Herod. lib. 2. Gentile est Chompsætes, χωμψαιτε.  
 Chōnē, χωνη, Vrbs Oenotrorum, cuius Strabo meminit libro septimo, & regionem appellat Chonen: incolæ Chones, & Chonii. Stephan.  
 Chōrammætī, Vide in APPEL.  
 Chōrasmī, es, Χρασμη, Vrbs Parthorum, Orientem versus: cuius incolæ Chorasmi commemorantur ab Herodot. lib. 3. in catalogo Xerciani exercitus.  
 Chōrfnætūs, Rutili cujusdam nomen, ab Asyla Trojano interempti apud Virg. lib. 9. Aen. Emathiona Liger, Chorinum sternit Asylas.  
 Chōrcēbūs, Atheniensis quidam, qui primus figlinam artem invenit, ut testatur Plin. lib. 7. cap. 56. [Germ. Einer von Athen Metig / so die Häfuerkunst erfunden hat.] q̄ Est item Chorcebus, adolescentis nomen apud Virgil. 2. Aeneid. cui Priamus Cassandra filiam suam desponderat: qui etiam supra illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion stultum inducit: quem etiam sequutus Virgilius, sententias ei tribuit, sanæ mentis homine indignam: Dolor, an virtus quis in hoste requirat? Turpissima enim vitoria ceaseri debet, quæ dolo queritur.  
 Chōrsīa, χρσια, Oppidum Boeotorum. Pausanias lib. 9: Post Gytones superato monte, oppidū est Chorsia: gentile Choricus. Stephan.  
 Chortaso, χρηστη, Vrbs Aegypti: sic dicta quod Cleopatra exercitus annona destitutus illic satiatus sit: χρηστη enim est satiare. Stephan.  
 Chōsrōes, χρσρη, Persarum rex fuit, Græcæ Philosophiæ periussum, qui sibi Aristotelem non minus familiarem reddidit, quam Demosthenes Thucydidem. Hujus vitam & studia latissimè exequitur Suidas.  
 Chranen, Insula adjacens Sunio Atticæ promotorio. Calc. q̄ Forte melius absq; aspiratione. χρανη.  
 Chremfā, Vrbs Austræ Ripensis.  
 Chréstūs, χρηστη, Nomen Byzantii Sophistæ fuit, qui Ariadni temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic vino quaquam deditus, ceteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad galli cantu sibi bibere solitus esset, non prius tamen somno se, quam studio dabat. Autor est Philostratus.  
 Chréstūs, χρηστη, Nomen Atheniensis autoris probatissimi, cuius meminuit Colunella.  
 Christodōrūs, χριστοδη, Poëta Aegyptius fuit ex Copto Aegypti urbe, tempore Anastasi Imperatoris, qui Isaurica cōscriptis: hoc est, Isauricae urbis expugnationem. q̄ Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui a cuppi rationem, item vitam Divorum Cosmæ, & Damiani carmine complexus est. Vtriusque autor Suidas.  
 Chōrmīos, χρηστη, Filius Nelei, & Chlortidos, qui in ea pugna, quam Pyli & Messenii adversus Herculem geserunt, cum decem fratribus occisus est. Alius fuit Priami filius, in bello Trojano à Diomedè interfectus. q̄ Fuit & Chromius quidam Argivus, qui ea in pugna, quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argivos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolmis evasit. Autors Herod. lib. 1.  
 Chōrōmīs, Herculis filius, ut Lactantius testatur, dicens: Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thracæ, quos Hercules occiso Diomedè abduxerat, humannis carnibus vesci consuetos. Hujus meminuit & Statius, dum ait:  
 It Chromis Hippodamusq; alter fatus Hercule magno.  
 Et paulò infia:  
 Mox Chromis Hippodamū metæ interioris ad orbem  
 Viribus Herculeis, & toto robore patris, &c.  
 Chōriū, orum, χρηστη, Saturni festa.  
 Chōriū, orum, χρηστη, Saturni festa.  
 Chrysā, ε, sive Chryse, es, χρυση, Oppidum fuit Trojæ, Apollinis Sminthii delubro infigne: cuius meminerunt Plin. lib. 5. cap. 30. Strab. lib. 13. & Homer. Iliad. 1. Ovid. 13. Metam.. Chrysene, & Cillan Apollinis urbes. q̄ Stephanus item Chrysene quandam collocat circa Lemnum, & ipsam Apollini fa-

cram. q̄ Est item Chryse insula Indiæ adjacens, de quæ paulò post.  
 Chrysanthus, Alexætrinus, Romæ, quod juvenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra, axisq; obtritus fuit. Volaterranus.  
 Chrysaor, Χρυσαορ, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, ut & Pegasis, natum scribit Hesiodus in Theogonia.  
 Chrysas, Χρυσας, German. En fuit in Siciliæ / heißt jetzt Drisan. Fluvius est Siciliæ, teste Cicero, qui de eo sic scribit sexta Verria. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima cultus. Fanum ejus est in agro propter ipsam viam, qua Assoritur Ennam. In eo Chrysæ est simulacrum præclarè factum è marmore.  
 Chrysaoras, Χρυσαoras, Fluit per medium Messenæ urbis Libyæ, Stephanus.  
 Chrysaoris, idis, Χρυσαoris, Cariæ civitas à Lyciis conditæ, quæ postea Adrias nominata est: ut ex Apollonii sententia referat Stephanus.  
 Chrysæ, Χρυσæ, Stephano, Insula est ante ostium Indi fluvii, tam ferax auræ, argentiq; metallis, ut nonnulli prodiderint, solum ejus aureum esse atque argenteum. Hujus insulæ meminuit Plin. lib. 6. cap. 21.  
 Chryses, ε, Χρυση, Apollinis sacerdos fuit, pater Astynomes, quæ à nomine ejus Chryses cognominata fuit: quam quum Græci, expugnatis Thebis Ciliciis, urbe Eetionis abduxissent, & Agamemnoni in prædicta divisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus, ad Græcorum castra accessit, filiamq; sibi petit restituì. Quod quum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri puellam restituere fuerit coactus. Cuius loco quum Achilli Bryseidem eripuisset, indignè id ferens Achilles, in posterum à prælio omni abstinuit, donec morte Patrocli nuntiata, intermissa armacepit. Autor Homer. lib. 1. Iliad.  
 Chryseis, pen. prod. Χρυση, Chryse Apollinis sacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Astynome dicta fuit: Chryses à nomine patris cognominata. Vide in dictione CHRYSES.  
 Chrysippa, χρυσιππη, Vrbs Ciliciæ à Chrysippo conditæ. Gentile Chrysippanus vel Chrysippus. Steph.  
 Chrysippe, χρυσιππη, Iri filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit, ut autor est Stephanus.  
 Chrysippus, χρυσιππη, Apollonii filius, patria Solensis, sive (ut alii malunt) Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis: post quem etiam scholæ præfuit. Ingenii acumine plurimum valuit, ut qui in multis etiæ à præceptoribus dissentierit. Vnde per Ironiam Chrysippi acumen usurpat in stupidum. In dialectica clarissimus fuit: ita ut non illepidè dicerent quidam: Si apud deos dialectica haberetur, nō temere alia esset, quam quæ à Chrysippo inventa fuit. Scriptis librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carnæadem philosophum Cyrenæum, perfectis Chrysippi libriss, ita dixisse: Nisi Chrysippus esset, ego nō essem. De exitu ejus varia traduntur. Quidam volunt à discipulis ad sacrificium vocatum, quum vinum dulce affatim haussisset, antelitus difficultate laborare cœpisse, atq; ita quinto demum die fato concessisse, annos jam natum circiter tres & septuaginta. Alii ferunt nimio risu expirasse. Nam quum ficus rure allatos asinum comedentem videret, ancillæ juvissæ ajunt, ut & vinum asino bibendum daret: ejusque dicti urbanitate tantopere sibi placuisse, ut nimio risu fuerit suffocatus. Mortuus Atheniensis statuam posuerunt in Ceramico. q̄ Fuit præterea Chrysippus filius Pelopis, quem quum pater valde amat, noverca ejus Hippodamia indignè ferens, liberos suos Atreum & Thycstem impulit, qui illum interficerunt: ob quam rem à Pelope pulsi, in exilio vitam dederunt, donec pater è vivis excederet.  
 Chrysoceras, χρυσικερη, Vulgo Pera, Promontorium Thraciæ ad Bosporum situm, in quo situm est oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum. Autor Plin. lib. 4. t. 11. Ratio nominis ducta est partim à figura, quæ cervino cornu simillima est: partim à proventu, quod maxima ibi pelamidum copia accipiatur.  
 Chrysogonus, χρυσογονη, Nomen viri proprium, compositum ex χρυση, aurum & γονη, foetum, quod aurum undecunque parat. Iuvenalis: Sunt quæ Chrysogonum cantatæ vertant.  
 Chrysogonus, χρυσογοنη, Sylla libertus potentissimus, de quo multa Cicer. in Orat. pro Rosc. Amer. q̄ Fuit & Chrysogonus martyr, teste Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatus, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum averti potuit, jugulatus est ad scalas Gemonias. Latinæ foetum aureum sonat: nam χρυση aurum, γονη, foetum significat.

Chrysopoliæ,

**Chrysopolis.** [χρυσόπολις. Germ. Ein Stadt in Bithynia/ nahe bey Chalcedon/ein Goldgrub der Perser.] Teste Plin. lib. 5. cap. ult. oppidum est Bithynie, prope Chaledonem: ita dictum, quod Persae ibi tributum colligerent ex ceteris Asia civitatibus. ¶ Est præterea altera Chrysopolis in Cilicia, teste Stephano.

**Chrysorrhœas.** [χρυσορρήας, Fluvius est Syriæ circa Damascum incipiens, qui penè totus derivationibus exhauditur. Autor est Strabo lib. 16. & Plin. lib. 5. cap. 18. ¶ Chrysorrhœas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas: ut autor est idem Plin. lib. 5. cap. 29.

**Chrysorrhœas.** [χρυσορρήας, Populi dicti ad Phasim fluviū, quod in his locis (ut inquit Strabo) auriferi torrentes sint. Vnde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

**Chrysostomus.** [χρυσοστόμος, Nobilissimi scriptotis Ecclesiastici cognomen, patria Antiocheni: Episcopi autem Constantiopolitani, ab eloquentia suavitate impositum. Latinè sonat Os aureum.

**Chrysostomis.** [χρυσοστόμης, Filia Agamemnonis & Clytemnestrae, soror Orestis, Electra & Iphigeniae: ut scribit Homer. lib. 9. Iliad.

**Chrysothoas.** Vide CHRYSORRHœAS.

**Chryxus.** Ducis Bojorum nomen est apud Silius Italicum lib. 4. qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem ejus originem referit.

**Clithroniæ.** [κλιθρώναι. Vnum ex vetustis Cretæ insulæ nominibus, teste Stephano in dictione κλίθρων.

**Chthonophyle.** [χθονοφύλη, quæ Baccho Phliuntē peperit. Stephanus.

**Chytron.** [χύτρων, Regiuncula Epiri, in qua habitavere quidam ex Clazomenis profecti. Gentile Chyrites.

**Chytri.** [χύτραι, Civitas Cypri: sic dicta à Chytrō filio Aledri, filii Acamantis. χύτραι, regiuncula Thraciæ cives Chytopolites.

**Chytus.** Cyzici portus.

**Chytrium.** [χύτριον, Locus Ionizæ, in quo postea Clazomenæ conditæ fuerunt.

### C ante I.

**Cia.** [κία, Ptolemæo, Vulgo Zea, Insula est sub Eubœa, non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas civitates, Iulidem, Cartheam, & Charclum. Hinc deducitur adjectivum Ciua, κια, & κια, per Crasim.

**Cibarci.** Hispaniæ populi, quorum meminit Plin. lib. 4. in descriptione Hispaniæ.

**Cibotus.** Asia civitas est, eadem cum Apamia. Autor Plinius lib. 5. cap. 29.

**Cibyra.** [κιβύρα, Ptolemæo, Oppidum Asiae propriæ dictæ, non procul à Meandro fluvio. Cic. 6. in Verrem: Hosce opimior Cibyra, quum in suspicionem venissent suis civibus, famum expilasse Apollinis. Et paulo post: Cibyram cum inanibus syngraphis venerat.

**Cibyrates,** vel Cibyrata, nomen gentile. Cicero ibidem: Eò quum venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibiratæ inambulabant.

**Cibyriticus,** a, um, possessivum. Ibidem: Immittebantur ilicid Cibyrichti illi canes, qui investigabant, & perscrutabant omnia.

**Cicero.** [κικέρων. Ger. Ein Hochbegabter Redner vñ auch Bürgermeister zu Rom.] Cuius vitâ Tyro Tullius ejus libertus tribus volu minibus scripsit, teste Pædiano. Præceptores se habuisse fatetur in philosophia quidem Philonem Academicum, tunc Romanæ commorantem: in jure civili, Scævolam: in dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Mollonem. ¶ Sex. Roscius Amerinu parricidii reum, natu annos xxiiii. ut tradit Nepos, ut alii, xxvii, defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offendit, in Græciam abiit, Asiamq; simulata valetudinis causa abiit: ubi se (ut ipse ait) reconquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclemque Adramitenum, Dionysium Magnesium, & Menippum Catem audit: Rhodi verò Apollonium Mollonem magistrum dicendi habuit. Feruntque Posidonium tunc Athenis cum Græcè declamatorem audivisse, ac protinus exclamasse, quod solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis munieribus in Republ. functus esset, Consul conjurationem Catilinæ repressit, legem Agricam repulit. Hujus vitam omnem, & vitæ studia vide apud Plutarchum. ¶ Cicero, ejus filius inter eos qui à parentibus degeneraverunt, ponitur Valerio Binos eum congios haurire solitus scribit Plinius, per temulentiamque M. Agrippæ scyphum impegitse. ¶ Qu. Cicero M. frater, legatus Cæsaris in Gallia primum, deinde ad regendam Asiam præceptor missus, admonetur à fratre per epistolam totius officii. Duxit uxorem Pomponi Attici sororem. Miserandus demum ejus exitus. Proscriptus enim unâ cum filio (quando & Marcus

frater) rogavit percussorem se ante filium interfici: filius contraria, se ante patrem. Vtque igitur simul interfecit. Autor Appianus.

**Ciceronians.** [κικερonianος, a, um, Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: ut Ciceroniana simplicitas. Plin. in Præfatione totius operis.

**Cichelus.** fluvius ponitur ab Hom. in hymno Apollinis.

**Cicimenti.** Populi ex Iaxamatum genere, à Medis oriundi, Tanaïm fluvium accolentes: quorum meminit Plinius lib. 6. capite 7.

**Cicones.** pen. cor. κικηνοις, Populi Thraciæ, iuxta Hebrum fluvium inhabitantes. Tibul. Nam Ciconum ille manus adversis repulit undis. Virgil. 4. Georg. s. spretæ Ciconum quo manere matres Discerpunt latè juvencem sparsere per agros.

**Ciconius.** κικηνος, Nomen ejus qui Bruxiam condidit.

**Cierium.** κιερον, Vrbs Boeotie, alias Arne dicta. Steph.

**Ciliæ, cis, κιλαις, Nomen proprium Phœnicis filii: à quo dicta est Cilicia.**

**Cilicis.** [κιλικια. Vulgò Caramania. Germ. Ein Landeschaft des inneren Asie so an Syrien stößt / heißt jetzt Caramania.] Regio est in minori Asia, Syriæ proxima, tota ferè campifris, Tauri monti subjecta: quæ à Cilice nomen sortita est, quem primita ætas penè ultra ævum memoræ abscondit, Phœnices ortum, qui apud Gentiles antiquior Iove de primis terra alumnis habebatur. Hęc regio ab Oriente Amano clauditur: à Septentrione Tauri jugis: ab Occidente Pamphylia. Hujus metropolis est Tarsos, quam intersecat Cydnus amnis. ¶ Cilicis potest, quæ Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò Golfo delagiazzæ. ¶ Cilicis populi Cilices appellantur, de quibus paulo post: ¶ Gentile sceminiæ est Cilissa, sicut à Phœnix Phœnissa: quod & adjectivi vice positum aliquando legimus. Ovid. in Ibis: Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla, Quotve ferat dicam terra Cilissa crocos.

**Cilicensis.** autem denominativum est, non gentile: ut, Praefetus, vel Proconsul Cilicensis. Cic. Qu. Fr. lib. 1: Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi & Syriaco anteponis, valde magnum facis.

**Ciliæ, cis, a, utm, possessivum: ut, Cilicæ portæ: hoc est, Amasi montis angustæ, quibus Cilicia à Syria dirimitur. ¶ Cilicium exitium, κιλικιον οδης. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam, quam exercebat, & assiduas hostiæ deprædationes infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. ¶ Cilicium imperatores, κιλικιοι σπουργη, dicebantur homines hisuti & pilis obsiti. Vnde & saga pilis contexta, Cilicia vocantur. Autor Diogenianus.**

**Ciliæ, cis, termini dicti sunt à Cilicio Saturnino, centurione cohortis septimæ & vice simæ, qui terminatio nema fecit.**

**Ciliæ, cis, gentile est significans eum, qui è Cilici ortus est. ¶ Cilices piratae fuerunt, quos Cn. Pompeius victos in deditonem accepit, & eorum postea fidei opera usus est in bellis suis navalibus adversus Cæsatrem. Lucan. lib. 3: Itq; Ciliæ juxta jam non pirata, carina. ¶ Crocus ciliæ, pro Cilicio. Lucret. lib. 2. Et quum scena croco Cilici perfusa, recens est. ¶ Ciliæ hand facilè verum dicit. Dionys. in Epist. ad Rufum scholasticum: λόγοι ισι μαλακοι, μικροις άληθειαι, τοις κιλικαις: id est, Vetus verbum est, Cilices hand facilè verum dicere. Quadrabit in hominem avidum lucri, & ob id sæpenerum dicitur non quæ vera sint, sed quæ utilia.**

**Cilla.** κιλλα, Vrbs prope Thebas Actioneas, ubi Cillei Apollinis templum erat, ut habet Strabo lib. 13. Ovid. 13. Metamorph. Chrysenq; & Cillan Apollinis urbes.

**Cillus.** Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad Oenomanum venisset, obiit: cuius nomine Cilla oppidum, templumque Cillei Apollinis à Pelope conditum est. Strabo lib. 13.

**Cimnas.** Insula inter Istri ostia, quæ, ut Pomponius scribit, urbem habet, quam quia Bithyni colunt, Bithyniam appellat.

**Cimbri.** [κιμβρεις. Ger. Wölker so von Mitternacht auf Denmark in Gestalt gezeigt sind.] Populi fuerunt Septentrionales, Saxonici maris peninsulæ incolentes, quæ ab ipsis Cimbrica Cherronesus dicta est, anno ab Urbe condita sexcentesimo & quadragesimo unâ cum uxoriis & liberis Narbonensem provinciam ingessi, à C. Mario ad internectionem fuerunt deleti. Refert Väler. Maximus, Cimbros, & Celtileros in acie gaudio exultare consuevit, tanquam gloriose & feliciter essent excessi: lamentari verò in morbo, quasi turpiter essent peritui. Hodie Dani appellantur, & qui ipsum peninsula lähmum inhabitant, Holsatii.

**Cimbrica Cherronesus.** Vide CIMBRI.

**Cimeliarchium.** Locus est ubi reponitur thesaurus. Vnde Chimeliarcha, custos vasorum & aliarum rerum Ecclesiaz.

**Cimmerii.** κιμμεριεις, Populi fuerunt à Scythis orienti, dextera Ponti partem habitantes, non procul à Bosphoro. qui à nomine ipsorum Cimmerius appellatus fuit: ubi & oppidum fuit

Sicut homine Cimmerion. Hi aërem crassum habuisse feruntur, & densis exhalationib. nebulosum: quod & ipsum Homerus testatur Odyss. lib. 11, ubi sic habet:

Ἐνθά δὲ κιμμερίον αἰδήρων δύμος τε πόλις τε,  
Ηίσα, Εὐφέλη κυκλουμένη, ἀδίπτον αὔτης  
Ηίδε φαῖτον οἰστρέπεται ἀκτίστοις,  
Οὐδὲ οὐτός αὐτούς γέρων ἀσφέντε,  
Οὐδὲ σταύρον ἐπίγαστον ἀπέσφεντε,  
Αἴτη δὲ τοῦ ὅλην πίπτει πλαοῖς βροτοῖς.

¶ Hinc Cimmerie tenebrae proverbo celebrantur, pro densissima caligine. Lactan. lib. 4: O' cæcum pectus, o' mentem Cimmeris, ut ajunt, umbritis atrioem! Ephorus scribit Cimmerios in Italia quoq; fuisse juxta lacum Avernū, eosq; in subterraneis habitasse domiciliis, quorum morem patrium esse, ut nemō Solem aspiciat: noctu vero egrediantur. Eorundem meguinit & Festus. Cimmerii (*inquit*) dicuntur homines qui filioribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Bajas & Cumas, in ea regione, in qua convallis satis eminenti jugo circuata est, quæ neq; matutino, neq; vespertino tempore Sole congettūr. ¶ Cimmericus Bosphorus, κιμμερίος βόσφορος, inde nominatur, cujus longitudine est ducentorum & viaginti stadiorum.

Cimolēs, Vrbs Phrygiae, quæ à veteribus Edonis dicta fuit: deinde & Assus Apollonia & Antandros. Autor est Plin. lib. 5. capite 30.

Cimolēs, pen. prod. Paphlagonia oppidum est, testibus Pomponio lib. 2, & Plin. lib. 6. cap. 2. ¶ Est etiam urbs ejusdem nominis in Galatia, teste Pro. lib. 5. cap. 4.

Cimolēs, penultima prod. κιμμελος Suidæ, Insula est in mari Cretico, è regione Zephyrii promontori, unde optimâ creta advehitur, qua fullones utuntur in abluendis vestium maculis. Ovid. 7. Metamorph. Hinc huiusdem Myconem, creto saque rura Cimoli.

Cimolēs, a, um, adjektivum: ut Cimolia creta: cujus diversa sunt genera, ut videre est apud Plin. lib. 6. cap. 17. Diosc. lib. 5. cap. 94, duas Cimolæ terræ species facit: unam candidam: al teram ad purpure colorem vergentem: quarum utriq; maximas in medicinis vires tribuit.

Chmon, κιμων, Atheniensis fuit, Miltiadis filius, mira erga cives liberalitate ac munificentia: utpote qui refractis agrotum suorum & hortorum sepibus, civibus faceret potestatè, quod visum esset, ex illis decerpdi. Domi quoque tam largo apparatus instruxit convivium, ut non modò familiæ, sed multis etiam pauperibus undique confluentibus abundè sufficeret. Vide latius vitam ejus apud Plutarchum, qui cum cum Lucullo in contentionem adducit.

Cinædocolpitæ, κιναιδοκλίτης, Fœlicis Arabiæ populi, quorum regina Zadrane dicitur. Steph.

Cinara, Vide CINYRA.

Cinæc, Locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit. Festus.

Cinæc, Romanii Senatoris nomen, qui seculi sui luxu insensus, vehementissimus suasor fuit legis Fannic sumptuariae: orationeque ad populum habita, acerrimè invectus fuit in mores suæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui solidos porcos Trojanos in convivium inferebant. Ita enim vocabat aprum, qui inclusi minoribus animalculis gravidus erat, quemadmodum equus Trojanus gravidus erat armatis.

Vide Macrobius. lib. 9. cap. 13.

Cindapsus, κινδάψος, Filium habuit Masonardum, qui Cariæ civitati nomina dedit. Steph.

Cindra, κινδρα, gens Thraciæ. Vide CONDRAE.

Cineas, κινέας, Plutarcho, Vir Thessalus fuit, Pyrru amicissimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes: cujus tanta fuit eloquentia, ut Pyrrhus fateretur, plures à Cineca oratione, quam à se armis esse subactos. Hic legatus Romam missus, ut Pyrrhi nomine de pace ageret, obstante sibi Appio Claudio Cæco, re infecta reversus est. Interrogatus deinde à Pyrrho de statu Vrbis & Senatus, respondit: Senatum sibi deorum consilium vixisse esse: populi autem tantam esse turbam, ut veretur, ne regi cum hydra quadam Lenæa res esset. Huic tanta fuisse fertur memorie fœlicitas, ut postridie quam Romam adventasset, sine ulla nomenclatoris ope Senatu, equestrique ordini sua nomina reddiderit. Autor Plin. lib. 7. cap. 24.

Cinesias, κινεσίας Suidæ, Dithyramborum scriptor, qui impietatis, improbitatisque nomine male audivit. ¶ Fuit hoc & Pyrrhi & Achillis filii cognomen, à corporis agilitate impeditum. Fertur enim Pyrrhicam saltationem vehementer excoluisse, & à suo nomine eam appellasse. Vnde natum est proverbium: κινεσίων ιμπερία κινεσίων: hoc est, Cinesias Pyrrhicam didicit, vel quod in choris multo motu uteretur contra comedos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cinesias corpore pigro, & fracto cruce.

Cinga, Hispaniæ fluvius est in Iberum influens. Lucanus lib. 11: quos Cinga pererrat Gurgite, &c.

Cingulum, Civitas est inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habentur in pretio. ¶ Hinc Cingulani populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

Cinnæ, Civitas Thessalia, à Cinno gigante, & Cœl fratre dicta.

¶ Est etiam Cinnæ civitas Hispanæ in regno Castella: à qua Cinnenses populi, quos commemorat Plinius in conventu Tarracensis, lib. 3. cap. 3. ¶ Fuit item Cinna Marianis & Syltanis temporibus, Romanorum omnium crudelissimus, quatuor Consulatibus functus, qui primo consulatu, servis ad pleium vocatis, adversarios vicit, Octavium interfecit, Ianiculam occupavit. Iterum & tertid se Cösulem fecit. Quarto Consulatu, quum bellum cōtra Syllam pararet, Anconem ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occisus est. ¶ Fuit etiam Poeta eruditissimus hoc nomine, cuius meminit Virg. in Bu. col. Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, sed argutos interfrepere anser olores.

Cinna, tribunus plebis, qui quæ pernitosas leges de revocandis exilibus ferret, pulsus à Cn. Octavio collega, magistratus exultus, ex urbe profugit, & bellum urbi intulit, accersito C. Mario & aliis exilibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompei, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum vixtor mortuum spoliaret, cognitus fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extucto, se insuper cremavit. Tadem Cinna & Matius in urbem recepti, cedibus omaia compleveré: inter quos Cn. Octavium consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem jugularunt, eorumq; capita pro rostris posuerunt. Ex Livio. ¶ Cinna item alias, qui per errorem necatus à populo Romano fuit, fôro mediò in funere C. Cæsaris, quum unus ex intersectoribus fuisse crederet: præterea L. Cinna res novas affectans, quem ex hoste O. Octavius amicum fecerat, & usque ad judicium dignitatem evexerat, aduersus se insidias moliti cognovit, & iratus nova in eum exempla meditabatur. Livia tandem consilio usus mitior est factus, cumq; separatim in cubiculū vocavit: ubi ejus ingratitudinem reprobrando: Vitam, inquit, Cinna, tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pateriter contendamus, utrum ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. Seneca de Clementia.

Cinnæræth, in tribu Naphthali juxta lacum Genesareticum civitas est, quam Herodes magnificis ornavit & dñciis, atquæ in honorem Tiberii Cæsaris Tiberiadæ nominavit, à qualacus & regio circumiacens nomen invenerunt. Iosepho Iudaicarum rerum scriptori, hac fuit urbe Iustus historicus, qui bellum à Vespasiano contra Iudeos gestum, scriptis.

Cinxia, luno dicebatur, quod nuptis præcesset. κινησίας. Initio enim conjugio solvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. Fest.

Cinxias, κινέας, Suidæ Cypræ rex fuit, qui cum filia Myrrha, atq; nutricis deceptus, concubuit: ex qua & Adonin suscepit quem Venus postea in deliciis habuit: qui quum majore animo, quam viribus, feras sectaretur, apti dente in inguine vulneratus, interemptus fuit, & in florem Anemonem cōversus. Vide Ovid. lib. 10 Metam. ¶ Vbi Nafo satis indicat hujus Regis regionem opulentissimam fuisse: unde locus factus Proverbio: Cinxias opes, κινέας καλλος, de immissis divitiis dici solitum Adagii meminerunt, Plato de Legib. 2, & Suidas.

Cios, Phrygiae emporium fuit, à Milesiis conditum eo in loco, qui Ascania Phrygia appellatur. Plin. lib. 5. cap. 32.

Cirannus, Vir fuit Lycius, & Sarpedonis comes, quem, teste Homero in Iliade, Ulysses in bello Trojano interfecit.

Circe, κιρκη. Germ. Ein grosse Buhldin oder Zauberin.] Solis & Perses Nymphæ filia, & Actæ Colchorum regis soror, veneficiorum peritisima: quæ Sarmatarum rēge, cui nupserat, veneno sublatu, regnoq; per scelus pāto, quum crudelius imperaret, ab incolis pulsa, in Italiā profugit, & in Circæo mōte (qui antiqui olim Latii terminus erat, & efficacissimis herbis abundabat) sedem sibi delegit: ubi quium Glaucum marinum Deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperebat, infestis fontibus, in monstrum marinum commutavit: Ulysses item, vi tempestatis ad se delatum hospitio suscepit, fōciosque ejus, quos in porcos commutaverat, eidem restituit: cui & Telegonum filium peperit. Postremo & Picum Latiniorum regem, quod uxorem suam nomine Canentem sibi præferret, in aveni sibi nominis commutavit.

Circæus, a, um, κιρκας: ut, Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Circæos quidam appellantur. ¶ Hinc Circæenses populi. Liv. lib. 6: Ad hoc Latini, Herodiisque accesserunt, & Circensium quidam. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Quantquam Circem quoq; coloni nostri Circæenses religione collunt. Circæi vero quondam, insula fuit immenso mari circumdata (si Homero creditur) ubi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib. 5: Post Autium Circæum est stadiorum ducentorum

torum & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulæ circundatus. Habet etiam castellum, & Circæs facillum, & Mineræ aram. Virg. lib. 6. Aeneid. Proxima Circæs raduntur littora terre, Dives in accessu ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu. Vide plura apud Homer. 10 Odyss.

Circæo poculo, Cicero de homine subiò in alium mutato dixit, Actione in Verrem prima: Sic repente è vestigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Sic dicimus Virga Circæa, qua Circæe credebat mentem admirare, ac reddere: pecudes facere & homines.

Circæs domus, Oppidum Campanæ, Pomponio: Strabo Circeum vocat, à quo Circæi. Plinius tradidit Circeos insulam aliquando fuisse immenso mari circundatam, mox continentis adnexam. Circæi, Ciceroni Circeenses dicti, libro 3. de Natur. deor. Vide præcedentia & sequentia his statim, & Pontina in P.

Circæum, Promontorium Tusculorum, Ptolemæo: alio nomine Sancta felicitas.

Circiūs (quod hic pro insula Mytilæ adjacentem corruptè legebatur) Vide GYZIGVS.

Circus, de Circis Romanis vide Nicol. Perott. in Cornucopia, & Alexand. ab Alexand.

Ciris, dicitur Scylla Niù regis filia, mutata in avem Cirim: id est, alaudam. Vide SYLLA. A. 2. p. 5, scribitur Oppiano lib. 1. de Auctuio.

Cirrhæ, Κίρρης, Vrbs est in Phocide ad radicem Parnassi montis: à qua campi vicini Cirrhæ dicti sunt. Plin. lib. 4. ca. 3. Et Apollo Cirrhæus, & Templa Cirrhæ: hoc est, aedes Apollinis, apud Senecam in Hercule Oetæo.

Cirthæ, sive potius Cirtha, Κίρθη, Numidiæ fuit urbs munitissima, in qua lugurtha Adherbalem necavit, ut est videre apud Salust. in lugurth. Vide & Strabon. lib. ult. Vulgæ Constantia.

Ciriada, Vicus Atticæ, Vide CERCIA DA.

Cirtiscus, fluvius est memorandus in Scythia, teste Herod.

Cis, nomen patris Saul, ut habetur in lib. 1. Reg. cap. 9.

Cisalpina Gallia, quæ & Citerior Gallia, & Gallia togata dicitur, fluvio Rubicone finitur, cuius basim Alpes efficiunt. [Germ. Das heil Italia so jetzt Lombardy genannt wird.] Cic. pro Lege Manil. Inde quum se in Italiam receperisset, duabus Hispaniis & Gallia Cisalpina præsidii ac navibus confirmata, &c.

Cisamus, Κισαμός. German. Ein Staat in Candia / heißt jetzt Chisamopoli. ] Vrbs est Cretæ apud Ptolemæum, quæ hodie Ephesus appellatur.

Cisapennina Italia, à Catone in Orig. dicitur quæ respectu Romanorum cis Agéninum montem est: [Germ. Das Italiæ so der Statt Rom hießt dem Berg Apennino gelegen ist.] sicut Transapennina, quæ trans Apenninum est.

Cisianchi, Populi sunt inter Scythes, qui Oceanum accolunt, Cimmeriis vicini. Plin. lib. 6. cap. 13.

Cisia, Κισιά, mater Memnonis, à qua Susorum cives Cisiū dicti, Stephan.

Cispinus, Mons in urbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Cispini dictus, ut inquit Festus. Varr. lib. 1. de ling. Latina: Exquilinus est Cispinus mons sexticeps apud eadem Iunonis Lucinæ.

Cissa, Ptolemæo, fluvius est Ponti, in ea parte, qua Cappadocia coharet. Vulgæ Quisa.

Cisseus, Κισσός, Rex Thracæ, pater Hecubæ uxoris Priami, à quo Cisseis patronymicū: ut Hecuba Cisseis, apud Euripidē.

Cisthena, Póponio libro primo, Vrbs est Acolidis in Isthmo, qui est inter Elaiticum sinum, & Idæum. A Plinio Cisthene vocatur lib. 5. cap. 30.

Citarii, Populi Siciliæ, Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Cithæron, Κιθαιρών. Germ. Ein Berg in Beotia dem Baccho genannt ] peri austrum, Mons est Beotiae, teste Strabone, cuius radicem Asopus amnis alluit. Servius credidit alterum esse ex jugis Parnassi: quod omnium Geographorum judicio secus se habet. Est enim Cithæron mons à Parnasso discretus, & ab eo plusquam triginta passuum millibus distans. Hic mōs Libero patri sacer erat: unde etiam ibi eius Orgia celebrabantur. Ovid. 3. Metamor. Vadit, ubi festus facienda ad sacra Cithæron Canibus & clara Bacchantum voce sonabat.

Cithæristæ, sive Citharistes, Κιθαιριστæ, Promontorium Gallæ Narbonensis: testibus Ptol. lib. 2. c. 10. & Antonino, qui in suo Itinerario ab hoc promontorio Massiliam usque navigio triginta millia passuum facit.

Cittium, Κίττιος, Oppidum Cypri: unde Citticus Zeno, Κιττιος, apud Laert. lib. 7.

Cius, Κίος, Fluvius Thracæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens, medium intersecans Hemum, ut scribit Herod. lib. 4. q. Fuit item Cius Bithyniæ oppidum, postea Prusias appellatum. Hoc (ut testatur Strabo lib. 12.) Demetrius evertit unum cū Myrlea, buic vicia: easq; Prusig Zelz dedit, qui utranq; tursus

à ruinis excitans, Cium, à se Prusias: Myrleam verò ab uxore Apamiam nominavit.

C ante L.

Clæon, κλαῖων, Fons est juxta Celænæ Phrygiae oppidum, ab effectu fletus dictus. κλαῖε enim idem est quod fleo. Huic vicens alter fons Gelon, λάν τε γαλᾶς: hoc est, à ridendo appellatus. Refert Plin. ex Theophrasto lib. 31. cap. 2.

Clampetia, Locus Italæ, in Brutis apud Plin. lib. 3. cap. 5.

Clanfus, γλαῦκος, Stephano, Fluvius Campanæ juxta Aceras urbem, crebris ejus inundationibus bona ex parte haustam ut annotavit Servius in illud Virg. 2. Georg. - vacuis Clanius non equus Aceris. Plin. lib. 3. c. 5: Glanicum vocat, eundemq; esse testatur cum Lyri, Minturnas intersecate. Stephanus Glanum appellat, Sillurumque piseem ab eo Glanum vocati existimat. Plinio tamen Glanis Thuscæ fluvius est juxta Arethum: de quo infrâ suo loco.

Clariæ, Populi sunt Thraciæ, Plin. lib. 4. cap. 11. in descriptione Thraciæ.

Clâros, κλάρος, Vulgæ Calamo, Ionizæ civitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem. Hanc Manto Tiresias filia condidit, fugiens Thebanorum vñctores Epigones. Quæ quæ patriæ cladem lugeret & suam, manantibus ubertim lacrymis fontem fecit: unde Claro, λάν τε κλάρων, locus appellatus. Nearchus verò autor est, inde huic urbi nonuen factum, quod Apollo per sortem Claro obtigit. Nam sortem κλάρων Graeci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & famam habuit, ia quo responsa, epota aqua zdebantur. q. Est & Clarus in insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ovid. 1. Metamorph. - mihi Delphica tellus, Et Claro & Tenedos, Paræzaq; regia servit.

Clârtum oraculum, In Ionia fuit juxta Clarum oppidum, non procul à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus est: ibi enim specus fuit & lacuua, cujus potu mira oracula redditæ sunt: breviore tamen vita bibentium, κλάρος μαρτίας. Hujus Plin. lib. 2. cap. 103, & alicubi Macrobius meminerunt.

Claterna, à Pomp. Mel. lib. 2. numeratur inter oppida Picenæ. Claudiæ, κλαύδια, Nomē virginis Vestalis, quæ quæ in suspicionem stupri venisset, & simulacrum matris Idæ in vado Tyberis hæceret, ad corroborandam pudicitiam suam, ferre cingulo duxisse navem, quam multa hominum millia trahere nequivarent. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribunoplebis de curru detrahi animadverteret, pietate mota, in currum insiliit, patremque tam acrè est amplexa, ut divelli non potuerit: quo facto populum tam acriter in Tibunum concitatavit, ut illæ vitæ metuens destiterit ab incepto. Autor Valerius lib. 5. cap. 4.

Claudiæ, Plin. lib. 3. cap. 24. Norici oppidum est, quod à Ptolemæo Claudiivum appellatur. Vulgæ Closterenberg.

Claudiæ gens, tribus maximè cognominibus usa est. Nam & Pulchri, & Nerones, & Marcelli nominantur, patricii fücre Pulchri & Nerones, plebecii Marcelli: nec minus multos ex plebeis, quæ ex patriciis, virtute præstantes, meritisque claros in rempubl. licet invenire, ex nostro commentario ad Qu. Fratrem.

Claudiæ familia, ab Appio Clauso Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cum quinq; millibus clientum Romanum venit, partemq; urbis habitandam accepit. q. Ex hac familia fuit Appius Claudius Cæsus, qui viam Appiam stravit, & aquam Appiam in urbem duxit, Pyrrhumque intra urbem non esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Ex hac Familia Nerones & Drusi originem traxerunt. Nam Nerones Sabinius lingua fortis, & strenui dicuntur. Drusi autem cognominati à Claudio Druso, qui occiso Druso Gallorum duce, primus sibi, & posteris hoc cognominis indidit. Autor Träquilus in Claudio. q. Fuit & Appius Claudius Regillianus, unus ex Decemviris legibus scribendis creatus, summa iuxta collegas autoritate, qui post multa imperiosè & crudeliter gesta, rādem Virginæ amore captus, submisso quodam ex libertorum numero, nomine Clodio, in servitutem eam afferere est conatus. Quare intellecta, accurrens è militia pater, exiguum cum filia colloquendi spatiū petit, eamq; paululum extra turbam abductam, quæm alia ratione pudicitiam ejus & libertatem adversus Decemviri libidinem tueri non posset, non invitam intefecit: quo nomine Decemvir in carcerem conjectus, sibi manus intulit. q. Præter hōs fuit & Claudius Appius, Caudex cognominatus, quod primus Romanis auctor fuerit caudice secandi, & classis conficiendæ. Hic Carthaginenses Messana expulit. Hieronem prælio viatum apud Syracuse, in deditionem accepit. q. Fuit & Claudius Nero, Lilius Salinatoris in Cöfularu collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppetias ferentem, acie superavit, occisiq; caput in fratri castra abiciendum curavit.

Claudiæ tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher instituit, ut ludis factis post scenam cōjectus lapidum ita fieret in circumactam

circumactam pelvim, ut veri tonitru speciem representaret. Vide supra BRONTEVM.

Claudiānūs, κλαυδίανος, Poëta Aegyptius, ut Graeci & Latini affirman, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augusto. Scriptis de Raptu Proserpinae libros tres. Item laudes Honorii, Arcadii, Stiliconis, Olibrii, & aliorum, cum aliquot investitis, patria fuit Alexandrinus, nobilissima urbe Aegypti. Quidam florentinus faciunt, sed falsi. Autores Graeci, qui de poëta Claudiano scripsierunt, Alexandrinum appellant, & autor ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximeq; apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit feliciter, variisq; figuris ac sententiis mirificè delectat. Hi ejus versus præcipuum laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosii contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parva manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis  
Obruit adversas acies, revolutaq; tela  
Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.  
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris  
Aeolus armatas hymnes, cui militat æther.  
Et conjurati veniunt ad classica venti.

¶ Fuit & Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligulae successit in imperio, vir inauditæ crudelitatis, ut scribit Suet. in Claudio. Claudiani poëta Alexandrinus meminit Suidas.

Claudiōpōlis, κλαυδίοπολις, Cappadocia urbs, cuius mentionem facit Plin.lib. 5. cap. 24.

Claudium, κλαύδιον, Vrbs Italie: gentile Claudianus, Steph. Claudiūs, κλαύδιος, Nomen Romani Imperatoris, & Caligulae patrum. Hic Britanniam insulam in deditioinem accepit, & Orcadas Romanos adjectis imperio. Postrem ab Agrippina uxore venenato boleto sublatu est, ut Nero filius Imperio potiri posset. ¶ Fuit & aliis Claudius Romanorum item Imperator, qui Gothos Illyricum vastantes bello adortus, incredibili clade superavit. Vnde in curia clypeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus scè annis imperasset, apud Smyrnam morbo interit.

Clausemburgum, Transsylvania urbs.

Clausus, antea Claudius dictus, Rex fuit Sabinorum, qui post exacos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romanum venit, & suscepimus, habitandam urbis partem suscepit: ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, ut habetur apud Maronem libro 7: Ecce Sabinorum prius de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magni; ipse agmina instar: Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

Clazōmēnæ, pen. corr. κλαζόμεναι, Vrbs Ionie Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Gryna nominabatur, vicina Colophoni: unde & Apollo Gryneus dictus est apud Virgilium, quod ibi esset ejus oraculum.

Clazōmēnæ, Insula ante Ioniæ, quæ & Marathusa, κλαζόμεναι dicitur: à qua Clazomenii, κλαζομέναι, Ionie populi originem traxerunt.

Cleānthēs, κλαίανθης, Nomen philosophi, qui Zenonis Citensis scholam successor exceptit: Hic Phani Asii filius, egregius pugil, quem Athenas venisset, Zenoni adhærens, generosè philosophatus est, & in ejusdem permanuit dogmatibus. Hic quum valde pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in horris aquam hauriebat: per diem verò in studiis exercitabatur. Vnde Phreantes appellatus est, quasi putoe hauriens. Traditum illum, quæ à Zenone audierat, offibis bœum, & testis fictilibus prescribere solitus, quum pecunia non sufficeret ad chartas emendas. Hujus insignis diligentia & acerrima censura abiit in proverbium. Nam quum aliquid summa cura, industriaq; elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam esse evigilatum.

Cleānthis, Mulieris nomen est apud Suid.

Cleārchus, κλεάρχος, Philosophus fuit, cuius meminit Hieronymus contra Iovin. ¶ Fuit & aliis hoc nomine Lacedæmoniorum dux. Hic dicebat exercitu Imperatorem plus, quam hostem metui debere. Autor Frontinus lib. 4.

Clemens historicus, scripsit de regibus & imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum, de figuris Isocratis. Autor Suidas. ¶ Clemens item Alexandrinus præfus, Pantherrii discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Severo, & Antonino principibus. Hieronymus & Eusebius lib. 6.

Cleobis, κλεόβης, Alter fuit ex Argiæ sacerdotis filius, qui cum fratre Bitone, quum jumenta morarentur, jugum subiit, matisque cursum ad fanum pertraxit. Pro quæ filiorum pietate mater superos precata est, ut filii præmium darent, quod longe maximum homini dari posset à Deo. Postridie itaque ambo inventi sunt in lecto mortui: tanquam ita dii judicarint, maiorem homini felicitatem non posse obtingere, quam sta-

tim ex hujs mundi etiæ calamitatibus. Vide supra in dictio- ne BITON.

Cleobulus, κλεόβουλος, Lyndius, Evagoræ filius, unus ex septem sapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumeris dicta, quæ versu hexametro ænigmata quædā conscripsit. Meminit puellæ hujs Plutarchus in convivio septem sapientum.

Cleocritus, κλεόκριτος, apud Comicos taxatur ut mulierosus, & cinædus, & obscurus, & ut Cybeles filius. Nam in mysteriis Rheæ molles tantum interfunt. Vnde id nominis contumelæ jaciebatur in cinædos ac molles & parum viros. Hæc Suidas.

Cleodamas, κλεόδαμος, Thasius philosophus, Platonis tempore in geometria floruit. ¶ Alius Cleodamas Achneus (Achne autem civitas est Thessalæ) scripsit de cura equorum, auctore Stephano.

Cleodora, penul. prod. κλεόδορη, Nymphæ nomen, matris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cælium libro 16. capite 19.

Cleomachus, κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinædi cujusdam & ancillæ amorem incident, quæ à cina abebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædæ orationis primus inventor fuit Sotades, postea Alexander Actolus, sed in soluta oratione Lysis etiam adhibito camtu. Autor Strabo.

Cleombrotus, κλεόμπρωτος, Pausanias filius, Lacedæmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminunda hoste sentire, temerè cum eo pugnavit, seque & patriam in præceps dedit: nam & ipse vulneratus occubuit, & exercitus deletus est. ¶ Fuit & alter hujs nominis, Academicæ sc̄æ philosophus, qui cum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem astruit, relegisset, scipsum ex sublimi saxo præcipitavit, ut citius ab beatorum cœtum perveniret. Cic. in Tusculan.

Cleomedes, κλεόμεδης, Astypalæsis pugil fuit, incredibili corporis robore, qui quum Epidaurum quædam pugilem interfecisset, victoria præmiis fraudatus, doloris impatientia insanus factus est: Astypalæamq; reversus, se in puerorum ludum recepit, apprehensamq; manu columnam, cui tectum innibatur, median confregit, plurimosque pueros ruina tecti opprescit. Quamobrem quum ad supplicium peteretur, se in sepulchrum quoddam conjectit, adductumq; operculum intus rata vi retinuit, ut ne multis quidem simul adnitentibus potuerit revelli. Conciso deinde ferramētis sepulchro, Cleomedes neq; vivus inventus est, neq; mortuus. Consulto itaq; oraculo Apollinis quid de illo actum esset, responsum est: Vltimus Herorum Cleomedes Astypalæus.

Cleomenes, κλεόμενης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono victus ad Ptolemyum regem confugit, à quo primum magno in honore habitus, mox calumnia cuspidam Nicagoræ regi suspectus redditus, in carccrem plenum captivorum conjectus est, qui omnes inflincti Cleomenis mutuis concurrentes vulneribus spontanea morte se tyranni crudelitati eripuerunt. Cujus facinoris quum Cleomenem autorem fuisse Ptolemyus compserisset, mortuū excoriari jussit, & cruci affigi. Plura de hoc Plutarchus in vita ejus.

Cleon, κλεών, Cleæneti filius, dux Atheniensium in re publicæ administratione ad versari solitus Nicerati filio, qui misus in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum insestat Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur iuxta: id est, Equites. ¶ Fuit & Cleon poëta, qui Argonautica scripsit à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, ut ejus enarrator scribit. ¶ Fuit item Cleon Halicarnasseus orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Autor Suidas.

Cleone, κλεών, & Cleonæ, harum, mediocre oppidum, distas ab Argis stadiis centum viginti: à Corintha nonaginta, non procul à Nemæa sylva. Ovid. 6. Metamor. hūmilesq; Cleonæ. Et Nelea Pylus.

Cleontus, αὖτις, κλεόντος, ut Leo Cleonæs, qui & Nemæus. Lucanus: Ille Cleonæs projectis terga leonis.

Cleonymus, κλεόνυμος, Atheniensium dux fuit timidißimus, qui in prælio abjecto clypeo suos deseruit: unde & πρόσφετος dicitur est. Hunc insestat Aristophanes in Nubibus.

Cleopatra, κλεόπατρα. Germ. Ein Königin in Egypten/ ein gott Web.] Aegypti regina, Auleta filia, soror & uxor Ptolemaei ultimi, mulier impudicissima, à Cæsare primum adamata: cui filium Cæsaronem peperit: deinde ab Antonio justæ uxoris loco habita fuit, reliqua Oæavia Augusti sorore. Postea vixit apud Attium prælio navalii Antonio, admotis corpori aspidibus se se interemit. Stat. lib. 3. Syl.

Aetas Ausonias Cleopatra catena.

¶ Cleopatra altera, que ex Cosméricis citatur à Galeno in lib. 1. de Compositione phat. cap. 1. mulier medicinæ peritißima, quam

quam & Paulus Aegineta lib. 3. cap. 2. & Aetius tetrabibl. 2. Ser. cap. 6. memorat. Nonnulli tamen hunc virum suisse arbitrantur. qd Ab eo fit Cleopatricus, a, um, ut Cleopatrica dapes, apud Sidonium.

Cleopatrus, Praestit nomen apud Corinthios, cuius Plutarchus in Arato mentionem facit.

Cleophantus, Medicus, cuius meminit Plin. libro 24. cap. 16. qd Fuit & Cleophantus, pector Corinthius, ut scribit idem Plin. lib. 35 cap. 3.

Cleophilus, κλεοφός, Poeta tragicus Atheniensis, cuius nonnulla fabulæ commemorantur à Suida.

Cleostratius, κλεόστρατος, Antiquissimus philosophus, qui primus in Zodiaco signa Arietis, & Sagittarii deprehedit. Autor Plin. lib. 2. cap. 8.

Cleoxenus, & Democlitus, κλεόξενος, κλεόκλιτος, historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam ab illis incheatam facetur se absolvisse Polybius Megalopolitanus. Autor Suidas.

Clethys, κλέθης, uxorem habuit Pallenem Ithonis filiam, quæ Thraci urbi nomen dedit, Steph.

Clibanus, κλίβανος, Mons est in extremis Italæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, cuius meminit Plin. libro 3. capite 10. qd Est item Clibanus oppidum Isauricæ, quæ est Asia regio, inter Ciliciam & Pamphyliam sita: de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

Clidemus, pen. prod. κλεδημος, Scriptor antiquissimus fuit, cuius opus de plantis sacer citatur à Theophrasto. Scripsit & Protagoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clinias, κλινιας, Musicus & philosophus sectæ Pythagoreæ, qui si quando ad iram provocaretur, sumpta statim cithara, motus animi leniebat, haud aliter quam Achilles, quem iratus stabat ad litus, animi sui dolore cithara cantu leniebat. Autor Aelianus de Varia historia.

Clio, [κλιον. Ger. Eine auf den nach Mysis so treu siebhaberen Rhum und Herkunft berichtet.] Una Musarum ex novem, apud Hesiodum in Theog. δαν τε κλιον: id est, à gloria, quod potius gloria ex carmine nascatur.

Clithenes, κλιθηνος, Primus ostracismi autor apud Athenenses, primusq; eo genere exilio mulctatus. Vide Cælium lib. 21. cap. 44. qd Clithenem video, κλιθηνων ιρον. Suidas refert, & ait convenire iā eos qui lævi, derafaq; sunt cute. Nam is mos Clitheni, barba derafa semper esse, quo juvenis etiā dum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλιθηνες ἀργετες, Clithene intemperantior. De cinzido & deliciis effeminato.

Clitarchus, κλιταρχος, Historicus fuit, & Alexandri Magni

perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cuius etiā res gestas conscripsit: sed ea vanitate, ut fidem Historici non mereatur. Autor Quintilianus.

Clitellæ. Vide in APPELLAT.

Cliternia, Pomponio libro 2, Italæ oppidum est, in tractu Apulæ, ad Garganum montem, Vulgo Celano. Ptolemæo Cliternum.

Clitomachus, penultima correp. κλιτομαχος, Philosophus Carthaginensis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audivitq; Carneadum, cuius & successor fuit, tres sectas sectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, de quo Cic. li. 3. Tuscul. mentionem facit. qd Clitomachus alter, Athleta, & Pancratia feste nobilis fuit, qui pudicitia tantæ suisse dicitur, ut canes si forte coētentes vidisset, statim vultum averteret: in convivio si quis sermo lascivus incidet, statim surgens abiret. Autor Aelianus de Varia historia.

Clitor, oris, κλιτωρ, Oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo vicinus fons Clitorius appellatur, ei qui gustaverit, vini fastidium inducet. Meminit hujus oppidi Ptolemæus libro 3. capite 16.

Clitumnus, Agri Falisci fluvius est, cuius aquæ potatæ candidos faciunt boves. Autor Plin. libr. 2. cap. 103. Virgil. 2. Aen. Hinc alibi Clitunane greges, & maxima taurus Victima. Sihius: Et lavat ingentem profundens flumine sacro Clitumnus taurum.

Clitus, κλιτος, Mantii fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam postea apparuit. qd Fuit præterea Clitus inter præciuos Alexandri Macedonis familiares, eidemq; charissimus, tūm quod filius esset nutricis ipsius, tūm quod ab illo in duobus vitæ discrimine suisset servatus. [Germ. Einer aus den geheimsten frenndes des grossen Kaisers Alexandri/ welchen er auch in einer vollen weis jämmerlich erstochen hat.] Hunc tamen in convivio quodam liberiū in Persicos mores inventum, rex jam temulentus spiculo trajecit. Cuius facti cum ostendit tanta cœpit pœnitentia, discussa jam ebrietate, ut totum triduum cibo abstinuerit, decreveritq; omniu[m] inedia sibi necem conscidere, amicu[m]q; optimè de se meritum ad inferos persequi. Tadēm agre admissa amicorum consolatione, qui Clitum jure occi-

sum asserebant, sumptuosissimo cum funere sepelevit. Historiam hanc vide latius apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutar chum in vita Alexandri.

Cloanthus, Vir Trojanus, Aeneas comes.

Clodius, Romana (à qua Cicero prædium emere volébat) copiosa & locuples foemina fuit, de qua sic Cicero ad Attic. libro 13: Sed quando, inquit, Clodia Romæ futura est, & quā rem æstimas, eo pro�us expecto: nō quin illud malum, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clodii forum, Italæ oppidum in octava regione, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 13.

Clodiorum familiam, à Clodio Aeneas socio dictam putavit Festus. Verius tamen est, Clodios (qui & Claudii dicuntur) à Sabinis ortum traxisse, nominisq; originem cepisse ab Appio illo Claudio, qui primus ex ea familia cum quia; claram nullibus se Romanum contulit.

Clodius, prænomine Publius, Adolescens fuit nobilis ex antiquissima Claudiorum familia, sed civis factiosus, & notissima libidinis: ut qui & tres sorores per incestum polluerit, & in sacris Bonæ deæ mulierib[us] veste deprehensus sit. Hic gravissimas cum Cicerone inimicities exercuit: cui, ut majus negotium facessere posset, Tribunatum plebis petuit: quem quum per leges obtinere non possit, quod Patrius esset, cuidam ex plebe se adoptandum dedit: atque ita tribunatum natus, nō quievit, donec Ciceronem per vim civitate expelleret. Verum quum & Pompeio molestus esse cœpisset, & optimum quemque laceceret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio revocare: qui in urbem reversus, Milonis auxilio inimici impetu compescuit: à quo etiā Clodius ipse in via Appia fuit interfactus. De hoc sic scribit Cicero ad Attic. lib. 1: Credo (inquit) te audire, quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eō mulierib[us] vestitu virum, idque sacrificium quā virgines instaurasset, mentionem à Qu. Cornificio in senatu factam (is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes) postea rem ex S.C. ad Virgines atque Pontifices relataam: idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex S.C. Consules rogationem promulgasse: uxori Cæsarem nuntium remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio quam ipse fert, & fert ex S.C. & de religione, antiquetur. Haec tenus Cicero. qd Fuit & Clodius Pulcher, orator Romæ inter patronos, simul cum Cicerone in causa Scauri. Pædianus. qd Clodius cuiusdam meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum scripsit. qd Sex. Clodius rhetor Siculus, Latinus, Græcæ; eloquentia professor, malè oculatus, familiaris, ac præceptor M. Antonii triumviri, cuius meminit Cicero in Philip. & Træquilus. qd Clodius Quirinalis Arelatensis, rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora, teste Eusebio. qd Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu imperator salutatus, & à Severo juxta Lugdunum aces superatus. Autor Heodianus.

Et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.  
Iuvenalis:  
Quod miraretur cum Coelite Mutius, & quæ  
Imperi & fines Tiberinum virgo natavit.

Clonius, κλωνος, Vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta navibus ad Trojam navigaverunt, ut scribit Homerius libro Iliad. 2.

Clota, Ptolemæo, Aestuarium maris in Britannia insula, ex quo terren spatio à Bedotria altero estuari diremptum. Cornel. Tacit. in vita Agricolæ Glotam vocat.

Clotho, κλωθο, Vn parcarum, quæ humanae vitæ stamina dispensat. Græcæ κλωθο, Circuvolvo, neo, destruo. De his non nihil Orpheus in hymnis, pluraq; tradita in magica sua, sed involuta & obscura. Hesiodus autem in Theog. Themidos filias facit, & Iovis: Clotho, Lachesis, & Atropon. & οὐρανοῖς εἰρηνῆς, εἰρήνης, περιπολῆς, περιπολῆς, περιπολῆς.

Cluentius, Ex municipio Latino, accusatus à matre Sassia, quod Oppianicu[m] vitricu[m] interfecisset, defensus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

Clunia, Oppidum est Hispanæ in extremis Celtiberorum finibus. Vnde unus ex Hispania citerioris conventibus Cluniensis dictus est. Vulgo Ciudad real. Sunt enim septem (inquit Plin. li. 3.) Carthaginensis, Tarragonensis, Cesaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Braccarum.

Clupea, quæ & Clypea dicitur, Vulgo Quipia, Civitas Africæ propriæ

proprie dicitur, in promontorio Mercurii sita: ita dicta à clypei figura: unde & Aspis dicitur, teste Solino, quod etiam annotavit Hermolaus in Pliniū, & Vadianus in Melam. Silius lib. 3: In clypei speciem curvatis turribus Aspis. Lucanus libro 4: Et Clupeam tenuit stationis littora nota Ptolemæus verò duas urbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarū unam Clypeam, alteram Aspidem appellat, q̄ Clupea etiam exiguis pisciculus est apud Plin. lib. 9. cap. 15, qui venā quamdam in fauibus Thynni erodens, ipsum exanimat.

**Clusini.** Novi & veteres populi Hetruriaz. Plin. lib. 3. cap. 5.

**Clusinijs.** [Germ. Der *Groß Lanus* hat diesen Namen vom beschlossenen her, darumb daß man in frieden geht alle Idem an seine Temps bestehlos.] Dietus est lanus, quod pace templi ejus portæ clauderentur. Virg. 1. Aen. Claudetur bellum portæ, furor impius intus Sæva sedens super arma, & centum vincit ahenis.

**Clusulum.** Oppidum Umbriæ, quod interiit: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

**Clusium.** Oppidū est Tuscī mediterraneū, ubi Porsena Hertrurū rex sepultus creditur. Plin. lib. 36. cap. 13. Vulgo *Chiuse*.

**Clymēnē.** penult. corr. κλυμένη, Oceanī & Tethyos filia, lapeti uxor, teste Hesiodo in Theogonia: de qua Virgilii libro 4. Georg. Inter quas Clymene curam narrabat inanem. q̄ Fuit & altera Clymene mater Phæthonis, ut scribit Ovid. libro 1. Metam. quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu ejus potitus, ex ea Phæthonem, & sorores geruit. Ovid. lib. 1. Metam. Et tulit ad Clymenem Epaphi convitia matrem. q̄ Inde Clymenis, idos, patronymicum & Clymeneius, a. um: ut, Clymeneia proles: id est, Phæthon. q̄ Tertia fuit ministra Helenæ decoris oculis prædicta, ut est apud Homer. lib. 3 Iliad. Hujus meminit & Ovidius in Epistola Helenæ ad Paridem: Cetera per socias Clymenem, Aethramque loquemur, Quæ mihi sunt comites, consiliumq; duæ.

**Clytæmnestrā.** κλυταιμνήστρα. Nomen proprium uxoris Agamemonis, quæ ob amorem Aegisthi adulteri virum occidit. Vnde etiam ab Oreste filio in patris ultiōne fuit occisa: de qua Euripides in Oreste, & Homerus in Odyssea.

**Clytia,** vel Clytie, ες, κλυτίν. Vna fuit ex Oceanī nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cū Leucothoe concubitum Orchamo patri ejus indicavit. Quare iratus Apollo, Clytien gravissimo odio prosequutus est. Illa verò amoris impatientia cibo & potu abstinent, manè orientem, & vesperi occidentem spectabat Apollinem: & quacunq; ille iter faciebat, Clytie oculis sequebatur. Vnde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. Fabula hanc refert Ovid. lib. 4. Metam.

**Clytius.** κλυτός. Filius Laomedontis, & frater Priami, ut refert Homer. lib. 20. Iliad. q̄ Est & Clytius, adolescentis nomen apud Virg. lib. 10. Aen. quem Cydon quidam in deliciis habuit.

C ante N.

**Cnemides.** κνημίδες, Oppidum Locrorum, ad sinum Oponiū, secundum Daphnuntem, è regione Cæni Eubœæ promontori: à quo Locrorum quidam Epicæmidii cognomati sunt. Vide Strab. lib. 9, & Pompon. lib. 2. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, lib. 4. cap. 7.

**Cnēl's.** κνηλός, per e scribitur, sed profectur per g. Prænomē fuit Romanis peculiare: à nævo (ut volunt) tractum, quod eo prænomine p̄cipue nominarentur, qui nævum aliquem nascentes attulissent. Festus à Græco γνηλά deducit.

**Cnidōs.** κνιδός, Valg. Cab. cr. Est urbs, in extremo cornu penisula Cariae adhærentis, in qua Venus colebatur: unde Cnidia dicta est. Potest etiā scribi Gnidōs per g. q̄ Est & herba nomen, de qua Plin. lib. 21. cap. 16. Vnde Cnidium oleum, quod è grano cnidio: de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

**Cnīpolōgūs.** κνηπολόγος, Aristoteli Hist. lib. 9. cap. 3. dicta quod κνηπολίδ est, Cosmos venetur. Gaza Culicilega. Avicula est achantylis magnitudine, coloris cinetici, ac distincti maculis.

**Cnīsērā,** κνησίν, Navale Megerorum juxta Peloponnesum. Stephan.

**Cnōpūpōlīs,** κνηπολίς, Ioniz civitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. Stephanus.

C ante O.

**Cōastræ,** sive pōtiūs Choatæ, Indiæ populi sunt, apud quo arbores in tantam altitudinem exereunt, ut ne sagittis quidem queant adsequari. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Lüca. lib. 1: Aethera tangentes sylvas liquere Choatæ.

**Coboris,** Insula est in sinu arabico apud Plin. lib. 6. cap. 28. Cobry's, καβρίου, Urbs Thraciæ à qua fit gentle Cobrytes, καβρίτης. Stephanus.

**Cocalus,** κακόλος, Siciliæ rex, ad quem Daedalus et Creta au fugit, quem illuc usq; persequutus est Minos Cretensium sex: sed à Cocali filiabus (ut Aristoteles refert) interfactus est.

**Cocanicus,** Siciliæ lacus, ex quo saltem Cocanicum nomina: mus. Autor Plin. lib. 31. cap. 7.

**Cocles.** Nomen Horatii cuiusdam Romani, qui Porsenæ regi (ut docet Livius lib. 2. Decad. 1.) per Sublicium pontem trâire conanti, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à sociis frangeretur: quo fracto, se cum armis precipitavit in Tyberim. Et liceat lassus in coxa fuerit: Tyberim tamen traendo ad suum pervenit. Vnde est illud ab eo dictum, quū ei in comitis coxa vitium obiceretur: Persigulos gradus admoneat triumphi mei. Hujus meminit Valerius lib. 3. cap. 2. Virg. quoque Aeneid. 8:

Illi indignata similem, similemq; minanti  
Asperces, pontem auderet quodd vellere Codex.

**Cōftiæ Alpes.** Vide COTIAE Alpes.

**Cōcynthium,** κοκκύνθιον, Italiz promontorium, quod Meridianam plagam spectans, Ionium, & Siculum mare discriminat. Polybius lib. 2, & Plin. lib. 3. cap. 10.

**Cocytia,** κοκύτιον, Sacra erant, quæ siebant in honorem Proserpinæ, quam Pluto rapuit: à Cocytio inferorum fluvio nominata. Autor Porphyrio in illud Horatii in Epod. Inultus ut tu riseris Cocytia.

**Cōcýtūs,** pen. prod. [κοκύτης. German. Der Jamersbach in der Hell. Poloni. Pickelne reijere. Vng. Pekolnak füralmas folyo virg. Ang. Mourning.] Latinè dicitur lucus: quo nomine dictus est Inferorum fluvius à Styge profluens. κοκύνθιον enim gemere ac lamētari significat. Virg. 6. Aen. Coccyri stagna alta vides, Stygiām q; paludem. Claudianus: prelio lacrymarum fronte rededit Cocytus, tacitis Acheron obmutuit undis.

**Codanus,** Sinus maris est ante Albinum fluvium, totius Germania maximus. [German. Des Deneckdæschen Meershof.] In quo sita est Scandinavia incomptæ magnitudinis insula. Plin. lib. 4. cap. 13.

**Codanonia Pomponio,** Insula est una ex Hemodibus, earū, quæ in Codano sinu sunt, longè maxima: fortasse eadē cum illa quam Plin. Scandinaviam vocat. [German. Noitwigen.]

**Cōdērā,** autē Festo, Dicta sunt ab antiquis loca trans Tyberim, quod in iis virulta nasceretur equinis caudis similia. Cōdrūs, [κόδρος. German. Ein Röntg jü Athen het sich gutwillig in tot ergeben hat / als des Waterlands wölfart daran stand.]

Nomen proprium regis Atheniensis, qui pro patriæ salute certissimæ se morti objectavit. Responsum enim accepérant Peloponnesenses, ita demum se superaturos, si hostium regem nō occidissent. Fecellit ergo eos habitu pauperis, eosque in suam necem per iugia provocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo: unde Virgil. 5. Aeglōg. - si quos aut Phyllidi ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iugia Codri. Hujus ranta fuit nobilitas, ut locum fecerit proverbiali hyperbolæ. Nam quū nobilitatem cujuspiam volebat extollere, cum Codro nobiliorē esse dicebant. Generosior Codro, κόδριστης ο κόδρος: aut, Antiquior Codro, κόδριστης ο κόδρος. Per ironiam etiam dici poterit in istos, qui majorum sumos imaginibus & natūlīm antiquitate gloriantur. q̄ Hinc Codridē dicti sunt Codri posteri.

**Cōelā,** κοιλία, Atticæ regiuncula est, Miltiadæ & Thucydidis sepulchrī nobilitata: cuius meminit Martellinus in vita Thucydidis.

**Cōelēsyrīā,** sive Syria Cœle. [κοιλαστρα. Ger. Die Landeshälfte in Syrien so zwischen den Bergen Libano und Antilibano gelegen ist.] Ea Syria pars est, teste Strabone lib. 16. quæ ultra Seleucidem in Aegyptum & Arabiam recedit, proprieq; ea quæ Libano, & Antilibano includit. Ita dicta à cavitate, quam Græci κοιλία nominant. Pomponius Mela, lib. 1: Syria latè litota tenet, terrasq; etiam latius introfus, alias, aliisq; nuncupata nominibus: nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudea, & Sophene.

**Cōelōs,** κοιλάς, Thraciæ portus est, ubi Lacedemonii ab Atheniensibus navalí prælio superati sunt. Mela, lib. 2: Est & portus Cœlos Atheniensibus & Lacedemonis navalí acie deceptricibus, Laconica classis signatus excidio. Quæ Pomponii verba nonnulli referunt ad prælium illud navale, quo Lacedemonios vicerunt Athenienses, Thrasyllo, & Thrasyllo ducibus. Alii ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedemonios juxta Thraciæ Cherronesum navalí prælio superasse, autores sunt Plutarchus & Iustinus.

**Cōemba,** Ptolomæo est Gedrosiæ urbs, hodie Cambais, sive Cambaisa, regni caput.

**Cōenocnum,** Ptolomæo, Urbs esse creditur Germaniæ, quæ vulgo Leubenburg vocatur.

**Cœranus,** κοιλαστης, Naupragus à Delphino servatus. Vide historiam apud Plutar. lib. 5. circa finem libelli: Vrum terestria aut aquatilia plus sapient.

**Cœrus,** κοιλαστης. Hesiodo, per se diphth. Fuit Terra filius, frater Iapeti, & Typhæi, quos omnes uno partu à Tellure quinta luna genitos esse fabulatur Virg. lib. 1. Georg. Cœrumq; laetumq; creat, sœvumq; Typhæa. Et conjuratos cœlum recindere fratres.

G Cogamus,

**Cogamus**, Fluvius est Mæoniæ ad radicem Tmolimontis: de quo Plin.lib.5.cap.29.

**Colaicum**, promontoriū est Taprobanæ insulæ. Autor Plin.lib.6.cap.21.

**Colapis**, sive Galapis, Pannoniæ fluvius est, in Saum influens juxta Sisciam gemino alveo insulam efficiens, quæ Segestica appellatur: de hoc Plin.lib.3.cap.25.

**Colapiani**, Pannoniæ populi, juxta quos Colapis fluvius in Saum influit: unde & nomen acceperunt. Meminit horum & ibidem Plinius.

**Colaxes**, apud Flaccum lib.6. Argon. nomen est cuiusdam Pisalitæ, Iovis ex Ora nymphæ filii, qui ab Iasonе fuit interfectus. **Colchis**, dis. κολχίς, Regio Asie juxta Pontum. regnum Aeetæ regis, & Medæ patriæ. Corace monte (qui est Tauri pars) à Septentrione: ab ortu Iberia: à Meridie Phaside: ab Occidente Euxino ponto clausa. Huc ferunt Iasonem cum Argonautis navigasse, Medæque artibus adjutum, aureum vellus retulisse. qd Hujus regionis incolæ dicuntur Colchi, κολχοι. Hæc (ut Ptolem. ait) monte Corace à Septentrione clausa est, qui est Caucasus pars, & Nomades excludit: ab Oriente Iberia: à Meridie Phaside, & Armeniæ montibus: ab Occidente Euxino ponto. **Colchis**, Asie populi, veneficii maximi autores, & Iasonis memoria, fabularumq; involucris nobiles: habent ab Ortu Iberiam & Albiam usq; in Caspium. Autor Ptolemaeus. Amianus lib.22: Colchos antiquam, Aegyptiorumq; sobolem esse refert. Nam in siccum adeò apud eos vulgatum est, ut in peregrina quoque loca exportetur: unde quidam cognationem Colchorum cum Aegyptiis ostendere volentes, fidem ex his capiunt, inquit Strabo.

**Colchis**, dos, tegio est Asie juxta Pontum, in qua juga Caucasus ad Riphœus montes torquentur: altero latere in Euxinum Maeotin devixa: altero in Caspium seu in Hyrcanum mare. In eo est Phasis amnis. Regnum fuit Aeetæ patris Medæ: unde sæpiissime Colchis pro Medea sumitur.

Martialis:

Ignipedes posset sine Cholcide vincere tauros.

**Colchicus**, a. um. possessivum. κολχικός. Horat.2. Carm. Ille & veneha Colchica, Et quicquid ulquam concipiturn nefas Traetavit.

**Colchicus**, a. um. Propert. Colchis Colchiacis urat ahena focis. Vbi ipsam Medeam gentilitio nomine Colchidæ appellat. **Coli**, κολοι. Populi juxta Cœcum. Inferiores autem Caucasus partes Colici mōtes, κολυκαὶ ὄγη vocantur, regio Colica, Steph. Kōlos. φεύγει, Populi quidam Bœotiae, Steph. in αποκρύθεισ.

**Colias**, κολιας, Promontorium vel litus Atticæ in vico Phaleaco, ubi & Venus Colias. Est autem lacus ibi similis cruri, κολλα, humano: gentile Colias, & Colias scemna generis, & Colius, a. um. Steph. qd Et item Colias genus lacerti pisces apud Plin.lib.32.cap.ult. Colias Parianus sive Saxitanus è patria Betica, Lacertorum minima: sic enim legendum est. Scombro omnium similis est differens lineis obliquis punctisq; nigris. Vide Arist. Hist.lib.9.cap.2.

**Colidos**, pen. cor. Insula in Oceano Indico, Veneri sacra, quæ tantæ altitudinis esse perhibetur, ut illuc aves non advolent. **Collatæ**, Civitas fuit in prima regione Italæ, quam Tarquinius constituisse dicitur, qui (ut erat superbus) eam ex collata pecunia constituitunde & Collatæ dicta est. Potest tamē fieri ut ab Albanis fundata sit, & aucta à Tarquinio. Autor Servius, enarrans illud. Virg.6.Aen.

Hi tibi Nomentum & Gabios urbemq; Fidenam,  
Hi Collatinas imponent montibus arcæ.

**Collatensis**, Tarquinii cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus post exactos reges cum Junio Bruto factus est Consul. Postea non aliam ob causam, quām quod Tarquinius appellaretur, populo suspectus, magistratus se abdicare coactus est, & in exilium proficisci. Liv.2. ab Urbe.

**Collatina porta Romæ**, à Collatia oppido prope Romam, ad quod per eam portam fiebat iter. Festus.

**Collatina Dea**, Quæ collibus præsidebat. [ German. Die Büchel. Gœm. ]

**Collina**, Vna ex quatuor regionibus urbis Romæ, à quinque collibus quos completestebatur, Viminali, Quirinali, Salutari, Mutuali, & Latiali, appellata, autore Varro de Ling. Latina 4. & quum singulæ quatuor regiones urbis tribum urbanam facerent, Tribus quoq; Romanæ nomen est. qd Est etiam collina porta quæ fuit in colle Quirinali sita: unde & nomen accepit. Ovid. Tempa frequentari colline proxima portæ Nunc decet, à Siculo nomina rege tenent. Ea posterioribus temporibus Salaria vocata, quod nōmē quoq; viæ est in quam extit. Corn. Tacit. Tertium agmen per Salariam collinæ portæ apportionabat: per eam Salam Sabini deferebant, ideoq; Salaria vocata.

**Collodis**, Insula est Sardiniae adjacens, de qua Plin.lib.3.c.7. Colmaria, Vrbs Alsatiae, Vulgo Colmar.

**Colocaurum**, Germaniæ urbs Ptolemaeo.

**Colonæ**, Troadis locus est, non procul à Lampaco, Milesorum colonia. qd Sunt & alia Colonæ ad exteriorem partem Hellesponti, stadiis centum & quadraginta ab Ilio distantes. Meminit utriusq; loci Strabo lib.13.

**Colonia Agrippinensis** [ German. Köln am Rhin. ] Vbi rum civitas potentissima, cis Rhenum fluvium sita: ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ ut sociis quoque nationibus potentiæ suam ostentaret, in hoc oppidum ubi genita erat, coloniam ex veterani deduci imperavit. Autor Tacitus Annal.lib.12.

**Colonis**, Insula est in sinu Argolico, contra Hermioneum ligerum, cujus meminit Plin.lib.4.cap.12.

**Colonois**, κολωνοί, Agger fuit, sive locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles tragœdiam de Oedipi calamitatibus conscriptam, Oedipum Coloneum appellavit. qd Erat autem hic locus Neptuno sacer, ubi etiam equestris ejus statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pitithoi, Adrastii & Oedipidis. Ita hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine, hominumq; odio μισθητος cognominatus est. Hæc Pausanias in Atticis. qd Pollux verò libro septimo, autor est, duo hujus nominis loca in Attica fuisse: alterum ιππεῖον appellatum, in quem cōfugit Oedipus: alterum in foro juxta Euryfacium, άγρον τον cognominatum. qd Vnde locus factus proverbio: Serò venisti, sed in Colonum ito, οὐδὲ ήδε, οὐδὲ γ' ἐσ τολμαίος. Dicebatur in eos qui post tempus advenirent: aut quid mercede quippiam facerent.

**Colopena**, κολοπένη, Cappadociæ pars est, Sebastiam, & Sebastopolim urbes habens. Vide Plin.lib.5.cap.3.

**Colophon**, penultima correpta. [ κολοφών. German. Ein bürümpte Statue in Ionia von wegen der Weissagungen im Tempel Apollinis. ] Vrbs est Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophoni navales opes satis amplas habuere, & in equestribus certaminibus tantum excellueré, ut victoriani sibi certam pollicerentur, quibus Colophonius accessisset equitatus. qd Hinc factus est locus proverbio: κολοφωνικής: hoc est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponebatur & Colophoniam ferocitas, κολοφωνικής. In insolentes qui ferociter despiciunt, & affligunt humilioris fortunæ homines: Aut in eos, quibus sua ferocitas existimatur attulit. Sumptum ab arrogatiæ, superbiaq; ejus gentis. Diogenianus. qd Ex Colophone originem duxerunt Minerminus Libicen, & poëta Elegiacus, Xenophanes Physicus, & Polymastus Musicus: quibus nonnulli ipsum etiam adjicunt Homerum. Virgilius in Ceti: Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

**Colopani**, Pannoniæ populi, Plin.lib.25.cap.4.

**Colops Magnus**, Κολοφωνικός Ptolemaeo. Zeugitanæ prævinciæ utibz, hodie Giger, regia civitas.

**Colobrasus**, Nomen hetetici, qui vitam omnium hominum in septem syderibus consistere affirmabat.

**Colossæ**, aratum, sive Colossi, Strab.lib.12. [ κολοσσαί. German. Etat in Phrygia dahin auch S. Paul sein Gebüst am die Colosse geschildert hat. ] Oppidum Phrygiæ nō procul à Laodicea, quod sub Nerone, teste Orosio, cù Laodicea & Hierapolis terræ motu concidit. Meminit hujus oppidi & Plin.lib.5.cap.32.

**Colotes**, Nomen pictoris Teii, cuius meminit Quint.lib.2.

**Colous**, κολοῦς. Lacus est Lydiæ, quadraginta stadiis à Sardibz distans, qui & Gyges à Poëtis nominatur, juxta quæ & Diana templum fuit cognomento Coloënæ, ubi simæ solennibus diebus saltare dicebantur. Vide Strabonem lib.12.

**Colpæ**, ες, κολπη, Ioniæ civitas fuit, cuius meminit Plinius lib.5.cap.39.

**Colubæ**, Populi Plinio inter gentes Indicas numerantur, lib.6.cap.19.

**Colpedi**, κολπεῖ, Thracum vel Arabum populi regio.

Colpilica, Vide COLPEDI.

**Colpistes**, κολπιστες, Vide PHOENICE.

**Colubraria**, Insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophis, sive vocatur, Vulgo Dragonera. Vt unque nomen ducum est à serpentum noxiorum multitudine, quibus tota insula infestatur. Plin.libro 5. capite 5: Ebusi terra serpentes fugat, Colubraria parit. Ideò infesta omnibus, nisi Ebusitam terram inferentibus.

**Columbella**, Cuius inscriptio prænominis L. Moderatus Columbella, Gaditanus genere, scripsit absolutissimos libros de Re rust. temporibus Claudii principis.

**Columnæ Regia**, Civitas in agro Brutio, ut est apud Pompeii. lib.2. Hunc locum Græci κολοῦς vocant: id est, Columellam. Ea turricula modo erecta, ex adverso turrem in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur stylarion.

**Columnæ Herculis**. [ κολοῦς στῦλος. German. Die Götter Herculis sind in den spätzeitlichen Berg: einer zu Tussert in Hispania; der andere innerhalb des Iberischen Gebirges. ] duæ esse perhibentur in Occidente; quia ex Occano



Oceano mare nostrum intrantibus, duo montes occurunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant: alterum in Europa Calpen. Hos quondam juncos perpetuo jugo fixerunt, sed Herculem diremisse colles. Aliqui tamen hos motes procul spectantibus geminas columnas videri dicunt. Alii dicunt columnas Herculis in Gaditana insula fixe ex aere octo cubitum, ad quas proficisci solebant qui navigationem absolvissent, tanquam Herculi sacra facientes. qd Ad Herculis columnas, *ηγείαν τολμητικήν*, jam olim Proverbio dicebatur, ut admonet Pindari interpres. Sic enim vulgo dicitur solere, *πάντες γαρ οὐδέποτε, εἰ μηδὲν* id est, *Quae ultra Gades, inaccessa.* Quo significatur, ultra columnas Herculis non esse quod progrediatur: si quis ergo præterea quidquam laudis requirat, id perinde esse, ac si quis ultra Columnas ab Hercule fixas conetur transire.

**Colytus**, *κόλυτος*, Viri nomen, de quo vide in DIONIA.

**Comagenā**, vel Comagene, p. prod. *κομαγενής*, Pars Syriæ, supra Ciliciam in Ortam sita; trans Amanum montem, excursus usq; in Mesopotamiam, à qua Euphrate fluvio dirimitur. qd Hinc Comagenum medicamentum dictum est, quod siebat ex adipi anserino, in vase aere cum cinnamo multa nive obrutu, addita etiam herba quæ Comagenæ appellabatur. Plin. lib. 10. cap. 22: Reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur, adipem anserum in vase aere cum cinnamo multa nive obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad usum præclarum medicaminis, quod à gente dictur Comagenum. Idem lib. 29. cap. 4: Fit ex anserum adipi medicamentum in Comagene Syriæ parte, cum cinnamo, cassia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis vasis nive, odore jucundo, &c. Comagenus, a. um. lufequal. Saty. 6:

Spondet amarorem tenerum, ve divitis orbi  
Testamentum ingens, calidae pulmone columbae

Tractato, Armenius vel Comagenus aruspex.

**Comana**, orum, Civitas est in convallis Antitauri montis, insigni Bellona fano celebris. qd Inde Comani dicuntur sacri servi Bellonæ, quorum Strabo sua aetate supra sex millia fuisse tradit, qui omnes sacerdotis imperio parebant, & statim quibusdam Bellonæ festis se mutuis laniabant vulneribus. qd Fuerunt & Comana Pontica, idem deinceps consecrata, fanti etiam exemplo à Comanis Cappadociae sumptu, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacrificabant. Vtiusque est autor Strabo lib. 12.

**Comari**, Populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes: quorum meminunt Pompon. Mela, lib. 1. in descriptione ASIAE.

**Comaræ**, *κομαραί*, Portus est ad sinum Ambracium, juxta Nicopolis, isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Autor Strabo lib. 7.

**Comatæ Gallia**, Vno nomine appellata est omnis Gallia Transalpina, à studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis, Gallia Brachata dicta est, à Brachis vestimenti genere, quo regio illa peculiariter utebatur. Plin. lib. 4. cap. 17: Galliam Comatam in tres partes dividit, amnibus distinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnam Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliam appellat. Inde ad Pyrenæi montis excursionem Aquitaniam vocat. Ex hac descriptione satis constat, Galliam omnem quæ à Cæsare describitur, uno nomine vocari Galliam Comatam, excepta fortassis Romanorum Provincia, quæ Gallia Brachata dicta fuit.

**Combe**, *κομῆν*, Asopi filia fuit, quæ primæ senecam armaturam tradidit invenisse: unde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ovidii libr. 7. Metamorphos.

Adjacet his Pleuron, in qua trepidantibus aliis

Ophias effugit natorum vulnera Combe.

**Comini**, Populi fuerunt Italæ, in tractu Aequicolatum. Plin. lib. 3. cap. 12. In hoc tractu interierunt ex Aequicolis Comini, Tadiates, Acedici.

**Commisena**, *κομμισενής*. Armeniæ pars est apud Strabonem libro 11.

**Commōdūs**, M. Antonini Philosophi filius fuit, patri dissimilissimus, cui etiam in imperio successit. Vitam ejus, et quod dignum exitum vide apud Herodianum lib. 1. De hoc sic scribit Ausonius in Tetraechi. Cæsarum:

Commodus insequitur pugnis maculosus arcu;

Threcidico princeps bella móventes gladio.

Eliso tandem persolvens guttute pœnas

Citrinibus, fassis matris adulterium.

**Commone**, Insula est adjacens Ephesō urbi, ut autor est Plin. lib. 5. cap. 31.

**Complutenses**, Hispaniæ populi, sic à Compluto urbe dicti. Plin. lib. 3. cap. 3. Vulgò Alcana de Hanares.

**Compostella**, Vrbs Hispaniæ.

**Compsacūs**, *κομψάκης*. Fluvius est Thraciæ, non procul ab Abderis, in Bistonidem lacum influens. Autor Herodot. libro 7.

**Compsani**, Hirpinorum populi in Italia. Plinius libro 3. capite 11.

**Compsa**, *κομψώνας*. Bithyniæ oppidum, ad Thraciæ Bospori angustias situm, non procul à Chalcedone. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

**Comum**, *κομός*, Ptolemæo. Ital. **Como**. Germ. Chum in Italiæ am See gelegen. ] Civitas Galliæ cisalpinæ juxta Larum lacum. Hæc primum mediocris erat colonia trans Padum; à L. Scipione deducta, & deinde à Pompeio restaurata: postrem autem à Iulio Cæsare multis partibus aucta, missis eō quinque millibus colonorū: quo tempore etiam pro Como Novum comum cœperit appellari: & incolæ Novocomenses, qui anteà Comenses dicebantur. Meminit hujus oppidi Plinius in nona regione Italæ, lib. 3. cap. 17.

**Comus**, *κομός*, Deus apud veteres habitus comedationum, nocturnarumq; saltationum præses: in cuius militia autorabant juvenes, qui coronati nocte cum facibus, musicisque instrumentis ad avicarum fore saltandi, canendique gratia concurrebant, procaciterq; lasciviebant, ut fores non unquam effringerent, quod optimè describit Philostratus, *περὶ ἀκρωτηρίου*. Imagine tertia. qd Hinc Comessati verbum, *κομψός*, & Comessatio, ut inquit M. Varro. Item Crepalocomus, vinolentorum hymnus apud Aristophanem in Ranis.

**Concītabulā**, quæ primum fuerunt, nonnulla postea in municipijs suis relata: de quo sic Frontinus in libro de Limitibus agrorum: Quarum urbium, &c. Vide in APPELL. Concīcio.

**Concordiæ**, *κονκορδία*, Veneriæ oppidum, non procul ab Altino, & flumine Liquestria: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 18. Vulgò Concordia. qd Est item Concordia cognomento Iulia, Hispaniæ Bæticae oppidum; in conventu Hispalensi, teste eodem Plinio, lib. 3. cap. 1. Hujus incolæ dicuntur Concordienses, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 20. qd Concordia item dea apud Romanos, cuius ædem C. Flavius Cn. filius dedicavit in area Vulcani summa invidia nobilium, teste Livio, lib. 9. ab Urbe. Cicero pro Domo sua: Si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordię devinxisset. qd Cella concordiz. Cicero 2. Philip. Quum in hac cella concordiæ (ð di immortales) in qua me Consule salutares sententiae dicas sunt, &c.

**Concubientes**, Populi sunt in Umbria sexta Italæ regione, ut est apud Plin. lib. 3. cap. 14.

**Condaltus**, *κονδαλός*, Mausoli Caria regis in Lycia præfetus, mirus pecunia emungendæ artifex: de quo tradit Aristot. in Politicis, quod quum Lycios maximo comæ autriendæ studio teneri animadverteret, occasionem sibi eam oblatam ratu, qua auri quamplurimum & sibi possit congerere, & ad regem mittere, literas sibi à Mausolo allatas simulavit: quibus illi jubenter comam tondere, & ad regem mittere: si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ jacloram facere, se datum operam, ut in Graecia comæ coemerentur, & pro Lycis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis avidè accipientibus, mirum dictu quantam eo commento pecuniæ vim extorserit.

**Condante**, Ptol. lib. 2. capite. 8: Rhedonum urbs est in Gallia, quam credimus esse eandem cum ea, quam hodie vocant Rennes en Bretagne.

**Condigrammæ**, Carmaniæ oppidum, apud Plinium libro 6. cap. 23.

**Condōndūs**, rex Alemannorum. Vide Ammianum.

**Conē**, Insula ad ostium Istri. Lucanus lib. 3: & bárbara Cónē

Sármaticæ ubi perdit aquas, &c.

**Confluentiæ**, Vrbs sita eo in loco ubi Mosella Rheno miscetur. Vulgò Coblenz.

**Congédūs**, Amnis est Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri planitem fluens, exiguum lacum efficit tenetibus aquis. Mart. lib. 1: Tepida natabis lenè Congediava, Mollesq; Nympharum lacus.

**Coniades**, *κονιάδης*, Scriptor Græcus; cuius opus de Apparatu vini citat Plin. lib. 14. cap. 19.

**Conibrica**, Lusitanæ oppidū, ut autor est Plin. lib. 4. cap. 21, in descriptione Lusitanæ. Vulgò Coymbra.

**Conisalus**, *κονιάλος*, Deus habitus est apud Athenienses, qui simili feri ritu colebatur, quo apud Lampsacenos Priapus. Autor Strab. lib. 3.

**Conilium**, Theutraniq; oppidum, non procul à Caico fluvio, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

**Conistoris**, Vrbs Hispaniæ citerioris in tractu Celtaico: cuius meminit Strab. lib. 3.

**Conon**, *κονῶν*, Atheniensium dux fuit, qui prælio victus à Lyandro, Lacedæmoniorum duce, sponte abiit in exilium ad



tus fuit ex ejusdem nominis Nympha, Asopī filia raptā à Neptuno, & ad insulam delata, cui nomen fecit: Vbi gravida facta Neptuno peperit Phæacem, qui fuit pater Alcinōi. Lucan. lib. 2: Hinc latē patet omne fretum, seu vela ferantur In portus Coryra tuos, seu lœva petatur Illyris. Hujus meminit & Homerūs Odyss. Plin. lib. 4. cap. 12: Insula autē ex adverso The-sprotiæ Coryra, à Butroto XII. M. pass. eadem ab Acroce-rauniis quinquaginta millibus, cum urbe ejusdem nominis Coryra, liberæ conditionis, & oppido Cassiope, temploque Casii Iovis, passus XCVII. M. in longitudinem patens: Home-ro dicta Scheria & Phæacia. Hæc Plin. Venetorum est hodie. Hujus insulæ meminit Virg. s. Aen. ut annotavit Servius:

Linquere rūm portus jubeo, & considerare transitis:  
Certatim socii ferunt mare, & æquora verrunt.  
Protinus aërias Phæacum abscondimus arcas,  
Littorāq; Epri legimus, &c.

Aërias arcas Phæacum, inquit Servius, insulam dicit sitam inter Epirum & Calabriam, ubi regnauit Alcinous. Hæc ille. q. Libera Coryra, caca ubi liber, ἡλιός καὶ νέφες, οὐρανὸς: Proverbiali figura dicitur ab Eustathio in Dionysiu, quo significamus libertatem quidvis agendi: sed magis quadrabit ubi significabimus impunitatem esse maleficis. q. Est & altera ejusdem nominis insula, cognomēto Melæna: hoc est, nigra, viginti tantum M. pass. distans ab Issa, quam Pomp. lib. 2. inter Eleæridas numerat. Meminit ejus & Plin. lib. 3. cap. ult. Coryris, Κορύρη, Vrbs Aegypti, Steph.

Cordilio, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, patria Pergamenus, qui quum omnium & regum & principum amicitias spernaret: à Catone tamen se exorari passus est, ut illum in castra comitaretur. Volaterranus lib. 14.

Cordubā, æ. pen. cor. Κορδοβα. Vulgo Cordova, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, utriusq; Senecæ, & Lucani patria, ut testatur Martial. lib. 1. ad Licianum: Duosq; Senecas, unicumq; Lucanum Facunda loquitur Corduba. q. Hinc Cordubensis conventus dictus est, unus ex juridicis Bæticæ conventibus: qui sunt omnino quatuor, Astigitanus, Hispalensis, Cordubensis, & Gaditanus: de quibus Plin. lib. 3. cap. 1.

Cordus, inter præceptores Alexandri Mammez nominatur. q. Cordus item Cremitius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tranquillus in Caligula. q. Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui virtus vertitur, quod eorum qui obscuriores essent, minima etiam persequetur. Nam quando processerit, & quando cibos viuaverit, ut quoties vestem mutaverit, sanè de clarissimis, notisque viris commemorandum est. Autor Capitolinus.

Cordylus, Κορδύλη, Vrbs Pamphyliæ, Steph.

Coresa, Helladis: id est, Græcie insula. Plin. lib. 4. cap. 12: At in Hellade, inquit, etiamnum in Aegæo Lycaes, Scarphia, Coresa, Phocasia, compluresq; aliae ex adverso Atticæ, sine oppidis, & idèo ignobiles.

Corfinium, Oppidum est in Pelignis, quod belli civilis tempore Domitius, quum pro Pompeio occupasset, obsidione coactus Cæsari dedidit. Hanc Marsi postea Italicanam appellavere, bellieq; Marsici tempore aduersus Romanos receptaculum, atq; adèò propugnaculum sibi constitüre: ut est videre apud Strabonem lib. 5. Vulgo Penitius à Campi di S. Pellino.

Corfinenses, ejus oppidi incolæ: quorum meminit Plin. libro 3. cap. 12.

Coricæ, Insulæ duæ sunt ante Peloponnesum. Plin. lib. 4. ca. 11. Coricondamic, Κορικονδαμικη, prope Sinopen est, gentile Coricondamites: unde & palus Coricondamitis, Steph.

Corinum, Κορινθη, Liburnia urbs apud Ptolem. libro secundo, capite 17. quæ Corianum Plinio dicitur. q. Est etiam hoc nomine apud Ptolemaeum urbs Britanniæ, quæ vulgo Claudiostria vocatur.

Corinnæ, Κορινθη, Doctissimarum aliquot poëtridum nomen fuit, quarum prima Thebana fuit seu Tanagra, Archelodori & Procratiz filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindatum quinques viciisse, & epigrammatum quinq; libros edidisse fertur. Secunda fuit Thesbia, veterum monumentis plurimum celebrata. Tertia floruit Ovidii temporibus ipsi poëtæ charissima. De hac Martialis: Norat Nasōnem sola Corinna suum.

Corinnus, Κορινθη, Iliensis poëta fuit, qui primus Iliada cōscriptissime creditur, & Homero majoris operis argumentum suppeditasse. Suidas.

Corinthus, Κορινθη. Ger. Die weiterläufige Stadt Corinthus in Achaea des Peloponnesi gelegen, so liegt die Itali neben Corinno. Vn. Korintus vāras. ] Vrbs Achaia, fere in medio Isthmi Peloponnesi sita (Isthmos autem Græci vocant angustias, quibus à peninsula ad continentem est aditus) ab Ortu Saronicum, ab Occasu Crissæum sinum habens, qui & Corinthiacus dicitur: duabus inclita portibus, quorum Lechæum Ionio, Schænus Aegæo immixtæ mari. Vnde & Bimarem Corinthum poëtæ

peculiaris epitheto appellarunt. Ovid. 4. Fastor. Adriacumque patens latē, bimaremq; Corinthum. Horatius libro 1. Carm. Ode 7: Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem, Aut Ephesum, bimariisve Corinthi Moenia. Fertur autem Corinthus primò à Sisypho latrone Acoli filio condita fuisse, & Corinthia nominata, autore Strabone: postea Ephyre: deinde eversa, & instaurata à Corintho Marathonis, seu Pelopis (ut Suidæ placet) sive (ut alii malunt) Orestis seu Iovis filio, Corinthus appellata. Habuit autē hæc urbs montem præruit, iisdem mœnibus conclusum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Musis sacer. Hanc urbem Cicero pro lege Manilia, Græciæ totius lumen appellat. Ed enim potentia propter situs opportunitatem excrévit, ut vix Romanæ urbi concederet: tantumq; in fastum evasit, ut populi Romani Legatos in injuriosius appellare, & (si Straboni credimus) etiam ferdibus perfundere non dubitaret. Quare commoti patres quoniam etiam ante crescentem in dies urbis potentiam suspectam haberent, bellum illi inferendū censuerunt. Missus itaq; in Græciam L. Mummius, Corinthum obsedit, tandemq; captam incendit, soloque æquavit, adeò ut vix ullum Corinthi vestigium fuerit relictum. Quo incendio quantæ opes fuerint absumptæ, docet Florus his verbis: Quid signorū, (inquis) quid vestrum, quidve tabularum raptum, iacentum, projectum est! Quantas opes vitor & abstulerit, & cremaverit, hiæc scias, quod quicquid Corinthi æris toto orbe laudatur, incendio huic superfluisse cōstet. Nam & æris pretiosiorē notam ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria: quia incendio perustis plurimi statui atque simulachris, æris, argenti, aurique venæ in commune fluxerunt. q. Non est cujuslibet Corinthum appellare, & πόλις αὐτὸς ἐστιν οὐδὲ οὐδὲς. Vetustum juxta ager venustū adagium de rebus arduis & aditu periculosis, qualque non sit cujuslibet hominis affectare. Suidas & Gellius. q. Apollodorus autor est, fuisse & alias hoc nomine dictas civitates, quarum una fuit in Thessalia: altera in Epiro: tertia in Elide.

Cōlinthiūs, & Corinthiensis, adjectiva, quæ sic ab invicem distinguuntur, ut Corinthi. [ Κορινθιοι. Vng. Korintus vāras bēliek. ] sint, qui Corinthum habitant, seu qui ex Corintho natū sunt: Corinthenses, qui alibi natū sunt, sed negotiantur Corinthi. q. Ut Corinthia videris corpore quæcum factura, & Κορινθια τοιαχα προπονάντων. In mulierem intempestivū libidinamentem. Sic & Corinthi, Κορινθια, veteribus vulgato ioco dicebantur ii, qui scortationibus ac lustris indulgerent, quive lenocinium exercebant.

Cōrinthiā vasa, Κορινθιανά, dicuntur ex ære Corinthio fusa, quæ tanto olim in pretio habita sunt, ut sèpè argenti, non unquam etiam auri estimationem excederent. Aeris autem Corinthi non naturalis erat, sed artificio quælita nobilitas, auro, argentoq; æri permisto. Hæc autem metallorum commissio casu primum est ad inventa confusa ex Corinthi incendio metallis. Triæ autem sunt genera Corinthiæ æris, ut docet Plin. lib. 34. cap. 2: Candidum, quod nitore accedit quam proximè ad argentum: in quo scilicet argenti mixtura prævaluit. Alterum in quo auri fulvus color inspicitur. Tertiū, in quo æqualis temperie oronum fuit. Cic. lib. 2. Tuscul. Scis igitur siquid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam supellestilem salvam.

Cōrinthiācūs, a, um. [ Κορινθιανοι. Vngar. Korintus bol valo. ] Quod ex Corintho est. Ovid. lib. 3. Trist. Illa Corinthiacis primum mihi cognita terris. Cornel. Front. de diff. vocab. inter Corinthium, & Corinthiacum distinguit. Corinthium inquit Civem dicimus, & Corinthiacum vas.

Cōrinthiārūs, à Suetorio positiū est pro amatorenimio Corinthiorum vasorum.

Coriolanus, Martii civis Romani nobilissimi cognomē fuit, ab eo in memoriam Coriolorū urbis à se expugnatæ usurpatum. Hic plebis odio in exilium actus, Volces pop. Rom. hostibus se conjunxit, patriæq; infestissimū bellum intulit: neq; à quoquam aut precibus aut minis flecti potuit, nisi à Veturia matre & Volumnia uxore: vide historiam latiū apud Livium lib. 2. ab Urbe. Hunc Cicero in Bruto cū Themistocle confert, his verbis: Bellum (inquit) Volcorū illud gravissimū, cui Coriolanus exul interfuit, idem ferè cum Periarum bello fuit, similisq; fortuna clatorum vitorum. Siquidem uterque quævis civis egregius fuisse, populi ingratu puluis injurya, se ad hostes contulit, conatumque iracundia suæ morte sedavit. Hæc Cicero. Coriolani vitam vide latiū apud Plutarchum.

Corioli, Κοριολη, Latii oppidum fuit, à Cn. Marcius expugnatum. Vnde & ipse Coriolanus dictus est. q. Coriolani eijs oppidi incolæ. Plin. lib. 2. cap. 4.

Corissius, Κορισσος, Vrbs Ephesiæ: vocis originem Steph. explicat, sed locus mutius & corruptus videtur. Hinc Corissius, Corissites. q. Est & Corissia, Κορισσια, oppidum & navale Cōinsulæ, Steph.

**Coritus.** Vide CORYTHVS.

**Cornē.** Collis suburbanus agri Tusculani, qui olim luctū habuit faginum, antiqua religione Diana consecratum: de quo Plin. lib. 15. cap. ult.

**Cornicetes.** Populi sunt Pannoniæ, apud Plin. lib. 3. cap. 23.

**Corneliā.** *κορνέα*, Matrona nobilissima fuit, Sempronii Gracchi uxor, & Tiberii & Caii Gracchorum mater, & majoris Africani filia, quæ à Valerio Maximo laudatur, quod matronæ Campanæ ornamenti sua pulcherrima ostentanti, nō aurum, non gemmas, non denique vestes opposuerit: sed liberos, qui maxima sunt matronarum ornamenti. Fuit hæc mulier doctissima, & Latinæ puritatis diligentissima obser-vatrix, quæ etiam Epistolas telescopiæ scriptas reliquit: quarum meminit & Cicero in Bruto: Legimus, inquit, epistolas Corneliae matris Gracchorum: appetit filios non rām in gremio educatos, quām in sermone matris. *q* Quintilianus item Cornelias eloquentiam commendat his verbis: Magni interest (*inq*uis) quos quisque audiat quotidie, quibuscum loquatur, à puero, quemadmodum patrés, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelius pro illo tempore plurimū contulit: Hæc Quintilianus. Fuit & Cornelius P. Seftii uxor, cuius meminit Cic. lib. 5. Epist. Famil. his verbis: Nō satis, inquit, credidi homini prudenti, tam valde esse mutatam voluntatem tuam: sed posteaquam & Cornelius tua Terentia convenit, & ego cum Qu. Cornelio loquutus sum, adhibui diligentiam, quotiescumque Senatus fuit, ut adessent.

**Corneliorum** familia Romæ fuit in primis illustris: ex qua non minimi nominis fuit Cornelius ille Cossus, qui quā Tribunus esset militum in exercitu, Volumnium Lartem Vejen-tum regem occidit, secundaq; opima spolia Iovi Feretrio re-tulit: Cossus cognominatus à corporis rugositate. Cossos enim eos qui rugosi sunt, & aspera facie, à multitudine vermiū, qui in ligno nutruntur, Festus dicit vocari. *q* Cornelius Asina, quum fundū emisset, sp̄nsorq; preti ab eo expeteretur, postera die asinam fasculis pecunia plenis in forum adduxit pro sponsote: unde cognomenū accepit. Autor Macrobius. *q* Cornelius Balbus, genere Gaditanus fuit, & à Cn Pompeio Magno civitate donatus: qui deinde eo nomine in jus accessi-tus, quasi per imperitiam legis cum civitate Pompeius dona-set, Ciceronis patrocinium meruit. Hic postea ex Cæsarib[us] fa-miliaribus factus, plurima apud eum & gratia & autoritate polluit. Cicero Attic. Fuit apud me Cornelius: hunc dico Bal-bum Cæsarib[us] familiarem. *q* Cornelius Centimus, & Sulpicius Galba Consules, quum Annibal mœnibus appropin-quaret, occurrentes magna urbis trepidatione, extra urbem castra habuere. Plutarchus in Annibale. *q* Cornelius Epita-dius, L. Cornelii Sylla Dictatoris libertus, librum quē Sylla de suis rebus gestis imperfectū reliquit, supplevit, Tianquillus. *q* Cornelius Gallus, poëta fuit elegiographus, Foro Juliensis, qui Augusti favore condescendit ad gradum Praetoræ. Fuit pri-mūm summus Octavii amicus: sed postea suspicione conju-rationis, quum in ejus odium impigisset, sibi ipsi mortem cō-sciavit anno ætatis quadragesimo tertio. Ovidius lib. 3. Eleg. Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ. Cornelius Gallus (inquit Servius) primus Aegypti præfectus fuit, & poëta ex-i-mius. Nam & Euphorionem Græcum trastrulit in Latinum sermonem, & amdrum suorum de Cytheride conscripsit li-bros quatuor. Hic primūm in amicis Augusti Cæsarib[us] fuit: postea quum venisset in suspicionem quod contra eum con-jurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilii adeò ut quartus Georgicon à medio usque in finem ejus laudes teneret: quas postea, jubente Augusto, in Aristi fabulam commuta-vit. Hic Gallus amavit Cytheridem meretricem, libertam Vo-lumnii: quæ, eo sperto, Antonium euntem ad Gallias est secu-ta: propter quod dolorem ejus cōsolatur Virg. Aegl. 10. Hæc Servius. Cytheridem autē quam deperibat, mutato nomine, Lycoris vocavit. Ovidius: Gallus & Hesperis, & Gallus no-tus Eois, Et sua cum Gallo nota Lycoris erat. *q* Cornelius Merula Consul contra Bojos in Galliam missus, duodecim millia hostium cecidit. Autor Livius de bell. Macedon. libro quinto. *q* Cornelius Merula superioris nepos, Flamen Dialis, partium Syllanarum, ingresso urbem Mario in Iovis æde, venis succisus, se necando mortis contumeliosa damnatio-nem effugit: sacerdotisque sui sanguine socii vetustissimi ma-duere. Valerius de Morte. *q* Cornelius nepos, Ciceronis tem-pore, vir disertus, vitas illustrium virorum scripsit: quarum tā-tum Pomponii Attici extat, totiusq; ævi historiam, tribus (ut Martialis verbis utar) charitis explicuit. Huic Vallerius Catullus Veronensis opus suum dedicat, ut indicat primum operis epigramma. Vide plura de hoc apud Crinitum. *q* Cornelius Severus inter poëtas Epicos ab antiquis autoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facilis. Con-stat eundem fuisse versatum in declamationibus, qua in re in-genium suum atque eruditionem maximè probavit: quum in

éodem officio essent alii complures, ut Asinius Pollio, Pomi-pei Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A' Fabio Quintiliiano ita commendatur, ut versificator quām poëta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo absolum nō est propter immaturam mortem. Quod opus si absolvere potuisset, merito sibi secundum locū vendicasset, ut idē Quintilianus autor est. Extatq; ejus carmē illud, quo eleganter deslevit Marci Ciceronis interiū: quod etiam ab Anneo Seneca magnopere commendatum est: Oraque magnum spirantia penè virorum la rostris jacuēre suis: sed enim abstulit omnes, Tanquam sola foret rapti Ci-ceronis imago, &c.

**Corniculus.** *κορνικός*, Vrbs Latinorum, Steph.

**Cornificius.** Poëta eruditissimi nomen fuit, cujus egregia opera usus est Augustus in bello Siculo. Hic milites fugientes non infaceret Galeatos lepros solebat appellare: à quibus tandem destitutus ab hostibus circumventus est, & occisus. Huius foror fuit nominē Cornificia, cujus carmen magno in pretio habitum fuit.

**Cornicarum dīva, um.** Locus trans Tyberim erat, cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela cornices esse putabantur. Autor Festus.

**Cornūtūs,** *κορνύτης*. Suidæ Philosophus fuit ex Lepti civitate Africæ, qui, teste Suida, non pauciores discipulos morum comitate, quām eruditio nominis ad se pellexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiam fuit intercessus. *q* Fuit & Cornutus Prætor urbanus Romæ Cicer. temporibus: de quo sic scribit libro Epistol. 10: Placuit nobis, inquit, ut statim ad Corutum Præt. urb. literas deferremus: qui quod COSS. ab-erant, Consulare munus sustinebat more majorum. Item At-rici lib. 1. Epistol. 9: Bonis utimur Trib. pleb. Cornuto verò Pseudocatone.

**Cörcebus,** sine aspiratione, *κορεῖς*. Suidæ Filius fuit Mygdonis (unde à Virgilio Mygdonides appellatur) qui incensu amore Cassandrae, quam etiam Priamus ei pater desponderat, ad Trojam venit, socero & Phrygibus latus auxiliū, quamvis ei à sposa ipsi exitium, nisi abiaret, esset prædictum. Nam ea nocte, qua Ilium cecidit, occisus est à Peneleo quodam Græco. Virgilius secundo Aeneidos. juvenisque Co-rebus Nygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus Venerat insano Cassandrae incensus amore. Vnde proverbium: Stulti Corcebo, *καθάπτεται κορεῖς*, Proverbialis hyperbole in stupidos & vecordes.

**Coromane,** *κορωνίς*, Vrbs ad Sinum Persicum: gentile, Co-romanus, Steph.

**Corona,** sydus, de quo in ARIADNE.

**Cornē,** es, pen. prod. sive Corona, *κορώνη*. Peloponnesi op-pidum est, ad sinum Messeniacum, nō procul à Pamisi flumi-nis ostio, etiam hodie nomen servans. Vulgò Coron.

**Cōrōnātūs, a, um,** *κορωνάτης*, ut, Sinus Coronæus, *κορωνάτης*. Vulgò Golfo de Coron, qui & Messeniacus, ab Acritâ pro-monitorio ad Tænaron usq;, agri Laconici promontorium extensus. Vide Plin. lib. 4. cap. 5. & Strabo. lib. 8.

**Cōrōnātā,** *κορωνάτης*. Vrbs est Boeotia non procul ab Helicone, in colle sita: ita dicta (ut Stephano placet) à Coronæ Thersandi filio. In hujus agro negant talpas aut gigni, aut aliundē illatas vivere posse. *q* Est & altera ejusdem nominis urbs in Phthioide, non procul à Pagasis, cujus meminit Strabo libro nono, Plinius libro quarto, capite septimo: Iuxta Cephisum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grepis, Coronea, Chæronia. *q* Stephanus & alias ejusdem nominis ur-bes cōmemorat, quas quod nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum inventarimus, hic consulto præ-termisimus.

**Cōrōnīs, idos,** *κορωνίς*, alio nomine Arsinoë, Nympha fuit, Phlegis, vel ut alii tradūt, Leucippi filia: quæ quā forma esset non inclegati, Apollini placuit, à quo & virtuata & grida fa-fa est. Verū quā postea Ischidi cuidā Thessalo, mutuo ejus amore capta, sui copiā faceret, à corvo deprehensa est: ex quo quā Apollo amicę perfidiam cognovisset, telis eam cōfodit: puerūq; qui postea Aesculapius appellatus est) ex utero ejus exemptū, Chironi Centauro tradidit educandū. Ovid. lib. 2. Metam. Pulchrior in tota quām Larissæ Coronis Non fuit Aemonia. &c. Vide latius in dictione AESCVLAPIVS.

**Cōrōnātā,** Vrbs Acarnaniz, *κορωνάτης*. Gentile *κορωνάτης*, Apparet alterutrum esse corruptum.

**Cōrōnūs,** *κορωνός*, Filius Lapithæ. Vide PHILAIDE.

**Cōrōpē,** *κορωπή*. Vrbs Thessaliz, ubi Coropæi Apollinis ora-culum, cujus meminit Nicander. Sed videtur legendum Oro-peus. Oropē enim Eubœa civitas est, Apollinis templo cla-rissima, Steph.

**Cōrōpīlī,** Populi sunt Thraciæ, Hebræ accolentes, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 11.

**Cōrōsæ,** *κορωπή*, Stephane, Insulæ sunt Ioniæ adjacentes, ere-gione

gione Sami. Plinius lib. 5. cap. 31: Ioniæ ora Aegæas & Cor-  
feas habet.

Corsica, penult. corr. Frvgo. Prolemzo. German. Die Insel  
Corsica dicitur ab aliis Galli nennen sie Corsega. ] Insula maris Li-  
gustici, longa passuum C.L.M. lata autem quinquaginta: sex-  
ginta circiter stadiis distans à Sardinia. Castella habet Bles-  
nos, Caracem, Emiconias, Vapanen. Tota autem malignè col-  
litur, quod aspera sit, & multis in locis inaccessibilis. A Gra-  
cis Cyrus dicitur, à Cyrno, ut Fabio pictori placet, Herculis  
filio. Corsicam autem appellatam volunt à quadam bubulci  
ancilla, cui Corse nomen erat, ut refert Stephanus. q Vnde  
Corsi, Κορσοί, hujus insulae incolæ appellantur: quorum Stra-  
bo scribit miram sua ætate fuisse morum feritatem, aded ut  
ex rapto viverent, ipsasq; etiam belluas immanitatem supera-  
rent. Vide plura de hac insula apud Strabon. lib. 5. & Plinius  
lib. 3. cap. 6 Genuensisbus diu patuit, Ademarchi navarchi au-  
spiciis Mauris erepta.

Corsicā, inquit Plin. lib. 3. cap. 6. insula in mari Ligustico, sed  
Tusco propior, Septentrione in Mendiem proiecta, &c. Notis-  
fima est in vino præstante, durante etiamnum nomine, inter-  
quam & magis Meridianam Sardiniam, angustum mare in-  
terfluit. De qua Ptol. lib. 3. cap. 2. q. Cingitur ab occasu qui-  
dem, & Septentrionibus mari Ligustico: ab ortu autem Tyr-  
renio marijā meridie pelago, quod inter ipsam & Sardiniam  
interjacet. Scribit Strabo Corsicam maligne coli, asperam &  
plurimis in partibus inaccessibilem, adeo, ut qui ejus montes  
habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitatemq; feras su-  
perent. Hinc factum esse dicit, ut quum Romani Imperatores  
in eos irruant, magnum servorum gregem captum advehant.  
Corsica forma apud Prolem. 6. Europæ tabula depingitur.  
Athenæus tradit Corsicę incolas idē longevos esse, quod  
mellis cibo, quo plurimum abundant, utrantur assidue. Quod  
alicui mirum videti potest, quum ejus insula ncl ob taxio-  
piam, venenarum sit, ut est testis Ovid. Eleg. 1:

Melle sub infami Corsica mittit apis.  
Præterea Servius grammaticus Corsicana mella esse amara  
scribit, explicans illud Virg. Georg. lib. 4:

*Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum, &c.*  
*Dulcia, inquit, non est superfluum epitheton. Nam idem sit dulcia : quia etiam sunt amara, ut Corsicana. Hæc ille. Vide COR SIS.*

**CORSIA.**  
Corſis, Insula in Maro Tusco, à Corſe ancilla bubulci, a-  
llata ~~agorū~~, Corſica dicta: gentile Corſi, Stephanus. De Corſi-  
ca proximè dictum est.

Cortona, Κόρτων, Thefliae civitas, distans à Cranone centum  
ciciter stadiis, Stephanus ex Strabone.

quorum meminit Plin.lib.3.cap.5.  
Cerynā, sive Gortyna, per Stephano, Κέρυνα Straboni,  
insignis urbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lethus amnis.  
Plin.lib.4.cap.12, & Pompon Mela lib.2. Circa hanc urbem  
calami nascabantur sagittis conficiendis in primis idonei. Si-  
lius lib.2: Eois quanvis certet Cerynā sagittis.

**Cortynus**, **a**, **um**: ut Cortynia tela. **Sil. lib. 1**: -celsis Cortynia  
muris Tela sonante fugat nervo. q Cortynia vestis, pro vena-  
toria apud Claudianum lib. 2 de Rapt. Proserp. -unde Dianae  
Cortynus aemina e. q. **Cortynia** s. f.

Crispatur gemino vestis Corinna cinctu.  
Coruncanus, Primus Romæ pontifex maximus fuit de ple-  
be, quem Cicero pro Doimo sua ad Pontifices, Pontificum juris  
peritissimum fuisse testatur. Is cum legatus ad Teucam Illy-  
ricorum reginam missus esset, in redditu contra jus gentium  
interfectus est. Quidam & alter Coruncanus, qui adversus A-  
milcatem & Barcham in Siciliam missus est, cuius meminit  
Polybius.

Corus, sine h, penult. prod. [ αρίστας. German. Der Wind von dem Sommerlichen ubergang der Sonnen her wdyet. Fland. Roidwesten west. Polon. Wiatr wiejący od wsapadu słońca leciec. Vng. Nap nyugati szd. Ang. The north westwind.] Ventus flans ab occasu solstitiali, Aquiloni oppositus, teste Plinio, libro 2. cap. 47. Iuvenal. Atque habites Coro semper tollendus & Austro. Quandoque mutantur o in au, Caurum dicimus. Virgilii 3. Georg. Semper hycms, semper spirantes frigore Cau- n. q Est item Corus, ρότος, mensuræ genus, quadraginta quinque modios continens: modius vero xx, capit sextarios. In qua significatione prior hujus dictionis syllaba corripitur.

**Corybantes**, [κορύβαντες. Germ. Unstinnige Pfeffer der Göttin Cybeles, welche ein haarschwarzer Saturn gewesen ist.] Cybeles sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitaque saltando jastantes, alios in similem rabiem agebant. Homerius *βαρύγυρας* vocat. Hinc (inquit Strabo libro 10.) qui capita saltando jastant, & numinis aspiratione, furiiisque agitantur, **Corybantes** dicimus. **Hi primùm Idam Phrygia mon-**

tem quisque dicuntur: postea autem in Cretam navigasse  
montemque quandam incoluisse, quem à nomine reliquit se-  
dis, etiam Idam appellant: ubi & lovem infantem aluerunt  
tympana jugiter pulsantes, ne Saturnus (qui cum Titano fra-  
tre convenerat, ut sibolem omnem masculam interficeret)  
puerum vagientem audiret. Sunt qui Curetas, & Coryban-  
tas, & Caberos & Idæos dactylos eisdem esse putent. Dictos  
volunt à ιχεύσθαι, quod est caput saltando; & facte: vel (ut Her-  
molaus in Cast. sentit.) à pupillis oculorum & genis, quas  
Græci ιχεύονται vocant, quippe qui quium Iovis custodes essent,  
non modo excubare, sed etiam apertis oculis dormire cog-  
eretur. Inde ιχεύσθαι est insanire, & ιχεύδωμα: prædicto est, ma-  
lo quadam genio agi. Diodorus Corybantes scribit Iafo-  
nis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra Ma-  
tris Deum in Phrygiam detulisse, eosq; qui in sacrificiis ejus  
deæ incumbere voluerunt, de suo nomine Corybantes ap-  
pellasse. Alii à galea dictos volunt, quæ Græcè ιχεύονται dicitur,  
quæd galero quadam capita testi infantiendo luderent.  
**Corycia**, ιχεύσις, Promontorium Cretæ, & portus Aethio-  
pæri Stephanus.

**Corycus**. pen. cor. xáργυρον. Nomen est urbis, & montis excelsi in Cilicia, optimum crocum ferentis.

**Corycius**, a, um, κερύκης, ut Crocum Corycium. Mart. lib. 11:  
Ultima corycioque cadit auro croco. Specus Corycias non  
longè abest ab urbe Coryco : à quo Corycides Nymphæ di-  
ctæ sunt. Ovid. lib. 1 Metam.

**Kάρκεως**, Stephan. Vrbs Cilicæ, apud quam fuit Corycium antum illud nympharum, res maximæ admirationis, quavis & aliud ejusdem nominis in Parnasso feratur. Vrbem etiā **Coryceam** vocat. Est etiam **Kάρκεως**, mons excelsus & rubens prope Teon Ioniz., & portus, & parva insula ejusdem nominis, ubi Corycæ maximè piraticam exercabant, de mercibus & navigationibus per vicinos portus futtim auscultantes: unde proverbium de curiosis circa secreta. **Corycæus** auctoravit, Steph.

**Corycides**, Nymphæ à specie vocantur apud Ovid. lib. 1.  
**Corydalla**, κορύδαλλα, Vrbs Rhodiorum: gentile κορυδαλλαῖς,  
Stephan.

**Corydallos.** Κορύδαλλος, Vicus in Tribu Hippothontide: tri-

**Corydon, Pastor Theocrito & Virg. memoratus.**  
**Corydon, pastor Vrbis Accanorum in Italia Steph.**

*Coryton, κορύτων, Vtbs Accanorum in Italia, Steph.  
Coryleum, κορύλειον, Vicus insignis in Paphlagonia: incola  
κορυλεῖς, Stephanus.  
Corynetus, κορύνητης Suidæ, Latrō fuit famosissimus. Vulcani  
filius, qui juxta Epidaurum hospites clava quadam, quæ co-  
ryna dicebatur, peremit: unde & hoc nominis sibi sumpsit:  
priùs enim Periphatum vocatum tradunt. Hunc Theseus in-*

**Coryphaeus.** Κορυφαῖος, Mons est circa Epidaurum, Diana sacra. Stephanus.

**Coryphasium.** Κορυφάσιον, Regiuncula est agri Laconici, circa Pylum, Stephanus.

**Corythus**, penult. corr. **κορύθης**. Vulgo **Cortona**. Oppidū Tuscā prope Arectium, in parvo colle cuiusdēcim nominis situm, à **Corytho** rege ita appellatum. Virg. lib. 9. Aen. Nec satis extre-  
mas Cortinī pene curvavit ad urbes.

Cos, xdr., Insula est in mari Aegæo, una Cylcladum, quam Hercules olim diripiisse fertur, & regem Eurypylum Neptuni filium unum cù liberis & uxore Clyticæ occidisse, cù quod ipsum tempestate eò ad pulsum & impeditum, ab urbe & hospitio prohiberent, postquam à vastatione Trojæ & Laomedontis rediisset. Celebratur propterea suavitatem vini, quod in ea nascitur. Ab ea sicut Cous, a. um. Vocabatur etiam olim Caria, vel Caris, Kas, Stephan. teste: & Meropos, à Merope gigante: Cos autem à Coo Meropis filia, xai xai Κύριος, Homerus. Dicitur etiam κόσ, vel κόσ, & κίσ, ut videtur: quo nomine etiam conditor eius dicebatur. Gentilia, κίσ, κιδ, κάσ, κάλος, κάλι. q Est item Cos urbs Aegypti. Item fossa Corinthi, in quam fures & fugitiivi includebatur: quæ & Cous, & enutriti in ea Coes. Coos enim fossas & speluncas omnes appellabant, Steph.

**Cos.** Insula Cartæ attributa, ut Rhodos Lyciæ. Cos alia est à Chio, & à Chea. Con. Prolem. Coan nominat: alii quoque Coon, & Coum: à qua Cous Apelles cognominatus: & Hippocrates Cous, qui medicinam Clinicam revocavit, densissima nocte latenter, ut in lib. 29 scribit Plin. Fuit in ea Aesculapii templum augustissimum. De lunonis æde nemo ignorat, adeò clara, ut de ejus insignibus librū scripsit Theod. auth. lib. 7. Vitruv. lib. 7: Est inibi pectunculus pisces, insigniter sapidus, Varroni celebratus, ut testatur Gellius. Est & bombyx mirabili fœtu operosa: unde & bombycioæ vestes Coæ. Plin. lib. 1. i. & s. Arist. de natura Animalium, qui eam Con appellat, velut Plin. Coon.

**Cosiana**, *κόσια*, castellum Palæstinae, in maritima p[ro]p[ter]a Syria gentile, *κοσιανός*, Steph.

**Cosmanates**, Ligurie populi sunt Ptol[em]y lib. 3. cap. 5.

**Cosmūs**, *κόσμος*, Nobilis unguentarius fuit Rom[an]us. Maritalis: Quod Cosmi redolent unguenta, sive deorum. q[ui] Hinc Cosmianum unguentum. Petronius: Affer nobis alabastrum Cosmiani. q[uod] Kōsmō autem Græcis ornatum significat, & totum universum, quod coeli ambitu complectitur. [German. Die Welt.] Cicero de Univer. Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμος, nos Mundus nominamus.

**Cossæ**, *κόσσαι*, Oppidum est in Umbria Italiae regio[n]e. Autor Plin. lib. 3. cap. 5. hodie Orbistellum vocant.

**Cosseia**, *κόσσαι*, pars Persidis: incola Cossæ: est & Thracie op[er]idum, Steph.

**Cossili**, *κόσσαι*, mons Bithyniae: incola Cossæ, Steph.

**Cosyræ**, pen. prod., *κόσυραι*, Insula nomina est in mari Libyc[o], cuius incola Cosyræ, *κόσυραι*, dicuntur. Ovid. 3. Fast. Perilis est Melite, sterili vicina Cosyræ, Insula, quam Libyci, verberat unda freti.

**Cothon**, *κόθων*, Insula exiguæ nomen, quæ Byrsa Carthaginensium arcis subiacet, Euro[pe] circuata, circunquaque navalis usum præbens. Autor Strabo lib. 17. Servius vero in illud Virg. Aeneid. 1: Hic potus alli effundunt: Portus manu factos Cothonas vocari afferit. q[ui] Est & Cothon, genus poulli fistilis, parvus quidem, sed militum usui accommodatissimum, ut quod nullo negotio gestari posset, & in pera militari circumferri. Autors Suidas & Athenæus lib. 11.

**Cotiso**, Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Augusti Legato in Pannonia superatus.

**Cottæ**, Clarissimus Orator fuit Ciceronis coetaneus, quem etiam interlocutorem induxit in lib. de Oratore. q[ui] Fuerunt eodem tempore & alii Cottæ duo, quorum alter contra Mithridatem infeliciter pugnavit, & Syllam Cæsari conciliavit. Alter legatus Cæsaris in Gallia, insidiis circumventus, ab Ambiorigis ducis exercitu intersectus est. Pædianus.

**Cottæ Alpes**, pars Alpium, Leontis proxima, duodecim olim civitatis insignis, quæ Cottæ dicebantur, nomine accepto à Cottio rege, Augusti Cæsari amico, qui cum traetatu structis milibus transiit cõmodiorem reddidit. [Ger. Das hoch Alpygebirg so sich von St. Bernharts Berg an richtig gegen Mittag an das Ligurisch Meer strekt/so auch den Montenisch begreift. Stumpff. Vulgo Monte Cinto.]

**Cotylum**, *κότυλος*, Scribit Strabo vocari collem in Ida monte, centum viginti millibus passuum à Scæpsi distantem, in quo Scamandri, & Granici, & Aesepi fluminum origo. Vnde & nomen Cotyo inditum, δῶν τοις κότυλαις, quod conceptaculum & acceptaculum significat.

**Cotys**, *κότυς*, Thracie rex fuit, qui in bello civili Pompeii partes sequutus est. De hoc tradit Plutarchus, quod quælibet est conscius modum se in castigandis servis egredi, pocula quædam, pretiosa quidem, attamen fragilia, ab hospite dono accepta, ubi donatorem benignè remuneraverat, universa cōfregit: veritus ne si à ministris strangerentur, in iram excandesceret, & nimis atrocem in illos pœnam statueret. q[ui] Fuit & alias ejusdem nominis Thracie rex, qui Tiberii tempore Rheusuporis patrii fraude circumventus est & occisus. Autor Tacit. libro 2.

**Cotytto**, *κοτύττος*, Dea impudentie habita est, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur ejus sacerdotes) nocturna sacra siebant, quæ ab illa vocabatur Cotytta. Hanc Probus saltatricē fuisse existimat: unde etiā sacerdotes ejus lascivis saltationibus mores ejus referebant. Iuvén. Satyr. 2: Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto. Vide Politiani Miscel. cap. 10.

**Cotytta**, *οὐρανός*, Saera erant nocturna (ut dictum est) quæ Athenis siebant à Baptis in honorem Cotytus impudicitæ deæ. Vide supra in dictione BAPTAE.

**Cous**, *κότης*. Vide COOS.

C ante R:

**Crabætia**, *κραβατία*, urbs Iberorum, Steph.

**Crabra**, *κράβρα*, Aquæ nomen in agro Tusculano. Cie. pro Cor. Balb. Ego Tusculanus pro aqua crabra vestigal pendam, quin à municipio fundum accepi. Idem in Epist. De crabra quid agatur, etiā nunc quidem nimis est aquæ, tamen velim scire.

**Cracovia**, Urbs ad Isthulam fluvium sita, Poloniæ metropolis. [Germ. Credam in potestate.]

**Crade**, *κράδη*, urbs Cariæ, Steph.

**Crægus**, *κράγος*, Stephano, Mons Lyciz, Tauri pars, ut scribit Pompon. lib. 1, & Plin. lib. 5. cap. 27, ex opposito habens montem Anticragum. Sic dictus à Crago Tremilexis & Praxidice Nymphae filio. Horat. lib. 1. Carm. Sylvæ aut viridis Cragus, q[uod] Ovid. Metam. lib. 9. iam Cragon, & Lymira, Xanthiq[ue]; reliquerat undas.

**Crambusa**, *κράμβουσα*, Insula est circa Seleuciam Mauritæ. Autor Strabo lib. 14.

**Crambutis**, *κραμβοῦσα*, *κραμβουσα*, urbs Aegypti, Steph. **Cranae**, *κραναῖ*, Insula Laconica, quæ nunc Helena, an[te] Ge[ra]theum, γεραῖ, sita: hinc Craneus, vel Cranaates. Sic & Attica vocabatur à Cranao rege, Steph.

**Cranaus**, *κραναῖ*, Athenatum rex fuit, qui Cecropi in regno successit, à quo regionis incole Cranai dicti sunt.

**Craneum**, *κρανεῖ*, Gymnasium erat apud Corinthum. Cicero.

**Cranea**, *κρανεῖ*, prod. *κρανεῖ*, Exigua regio est Ambraciotorum, cujus incole dicuntur Craneates, Steph.

**Craneus**, *κρανεῖ*, Primus Macedonum rex, à quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo intervallo reges circiter xxxvi i, in Macedonia regnauerunt. Autor Volaterranus lib. 13.

**Crânia**, *κρανῖα*; Tarsus Cilicie olim vocabatur à Crano quædam, Steph.

**Craniides**, *κρανιδεῖ*, Vicus juxta Pontum: gentile Cranire, Steph.

**Craniion**, *κρανιον*, Cephallenæ civitas est, quam Thucydides lib. 5, *κρανία* vocat plurali numero.

**Cranon**, *κρανον*, Vrbs Thessaliæ Pelasgiotidis, in campis qui Tempe appellantur, centu stadiis distans à Gyrtone, Stephanus ex Strabone. Est & alia Athamanie à Cranoe Pelasgo. In hac duos duntaxat corvos esse traduat, & quæ pullos excluserint, partibus relicti discedunt. Abest Crasos stadiis centu à Gyrtone, ut Strabo inquit. Homerua Cranonios Ephyros vocat, Phlegyas Gyrtones, Steph.

**Crannus**, *κραννος*, Vrbs, aliæ Ephyre dicta, Steph.

**Crantor**, *κραντον*, Solensis, Academicus philosophus fuit, Platonis auditor, & cōdiscipulus Xenocratis, & Palaemonis, qui novis opinionibus Academiam Platonicam repleverunt. Hic scriptis librum de Consolatione, quem Cicero æmulatus est.

Perit aquæ intercutis morbo. Taxavit Stoicorum indolentiam, quæ esse nullo modo potest, nisi planè hominem saeum esse velimus, & omni sensu carentem. Horatius libro 1. Epist. Trojani belli scriptorem, maxime Lohi: Dum tu declamas Roma, Prenestine relegi, Qui quid si pulchrū, quid turpe, quid utile, quid nob̄. Plinius ac melius Chrysippo & Crantore dicit. q[ui] Alius fuit Pelei armiger, de quo Ovid. lib. 14. Metam.

**Craterium**, *κρατεῖον*, Sicilie regio, Steph.

**Crassiflûs**, Genere Surrentinus, ordinis Libertini, cognomi-

ne Pasidæ, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitq[ue] inter alios Iulianum Aantonium, Antonii Triumvir filium. Autor Tranquillus.

**Crassus**, P. Licinius, ante statu Pont. Max. factus (quod nunquam ante contigit) Consul creatus, profectus est contra Aristonicum, Eumenis filium. In quo prælio, profigato exercitu, ipse ne in manus hostium veniret, baculo Barbarum quandam in aie oculo converberato, in sui necem provocavit. L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio à Cicer. introducitur in libris de Oratore, mirifico quodam pandore prædictus fuit: qui tamen non modò non obesse eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodebat. Accusavit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescentem: ex quo summam ingenii non laudem modò, sed etiam admiratio m est consecutus. Defendit postea L. Liciniam virginem, quam annos viigintiseptem natus esset. In ea ipsa caula fuit eloquentissimus, orationisque eius scriptae quasdam partes reliquit. Voluit adolescentem in colonia Narbonenæ causæ popularis aliquid attingere: eamque coloniam, ut fecit, ipse deducere. Hæc ex libra de Orat. & Brut. Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Scævola comparatio. Deploratur multas verbis Crassi mors à Cicero in exordio 3. lib de Orat.

P. Crassus, Oratoris frater, juris peritissimus fuit, qui in dominatione L. Cæsare quum Marianatum estet partium, ne incideret in manus inimicorum, scipsum interemit. Hujus filius M. Crassus, Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumviratum init: quorū planè autoritate Respub. aliquot annos regebatur. Ad bellum missus gladiatorium, qui duc Spartaco in Campania infurierant, Variumque, Gelium ac Lentulum Romanos imperatores fugaverant, duodecim millibus hostium unā cum eorum duce cæsis, apud Rhenum juxta Leucadis paludē victoria potuit: ex quo Vrbem ovans ingressus est. Postrem quum ei Syria sorte obvenisset, profectus ad bellum Parthicum, ibi sitiens Publum amans. Ipse demum infeliciter rem gerens, à Surina regis præfecto captus, atque interfactus est. Autor Cic. in Paradoxis. q[ui] Alter Crassi filius, Cæsar's legatus fuit in bello Gallico, & in Cæsarianis tandem partibus adolescentibus occupavit: fuit autem discipulus Ciceronis. De quo hæc in Bruto: Erat enim Crassus (inquit) cū institutus optimè, tūm etiam perfecte, planeq[ue] eruditus: gravis, & sine segnitie verecundus esse videbatur. Sed hanc quoque absorbut æstus quidam insolitus adolescentibus glorię: qui quia nayaverat miles operam Imperatori, Imperatorem se statim esse cupiebat. Hæc Cicero.

Crassus,

**Cratius**, praenomine Marcus, Romanorum omnium dilectissimus fuit, qui negabat quempiam habendum esse divitem, nisi qui exercitum annuo redditu posset alere. Hic postea cum Pompejo & Casare Triumvir factus, cupiditate auti, ut fertur, in Paribus expeditione suscepit: à quibus ipse cum filio adolescenti & uaneris exercitu delectus est.

**Cratius**, *x̄γ̄θ̄*. Urbs Sicanorum in Sicilia, ubi formosissime mulieres nascuntur, patria Epicarmi comici, & Laidis mercenaria gentile Crastinus, Steph.

**Craterus**, pen. cor. Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res ejus gestas scripsit, cuius meminim in Anistide Plutarchus. De hoc Persius Sat. 3: Et quid opus Cratero magnos premitere montes?

**Crates**, *x̄γ̄θ̄*, Nomen est Philosophi Thebani: qui ut philosophie vacare posset, projecto in mari non parvo auri pondere. Abite (*λαγκάς*) pessum malæ cupiditatem: Ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Neque puravit se polle & virtutes, & divitias simul possidere. Suidas autem tradit, Cratetem omnem pecuniam in substantiam redigisse, & apud trapezitam depositisse, ea lege, ut si filii philosophi essent, eam egenè plebi dividerent: sin idiotae, eis quod acceperat, bona fide restitueret. Ita enim judicabat vir sapiëssimus, homini philosopho, sapientis sectatori nihil deesse ad beatè vivendum. ¶ Fuit & Poeta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. ¶ Item & Grammaticus, qui sub Ptolemaeo Philometore claruit, aquilis Aristophanis Grammatici, Criticus, sive Homericus cognominatus. Scriptus in Iliad. & Odys. lib. 9. Comment. Autor Suidas. Hic, ut ait Tranquillus, studium Grammaticæ primùm Romanum intulit: missus enim ad Senatum ab Attalo rege, sub ipsam Eanii morte plurimas atrocies fecit, assidueq; per omne tempus legationis disseruit: nostris quoq; exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

**Crathis**, cum thū spirato, *x̄γ̄θ̄*, Nomen est duorum fluviorū, quorum unus est in Achaia propriè dicta, prope Aegas oppidum in sinum Corinthiacum influens: cuius meminim Strabo lib. 8. Alter in magna Græcia, juxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis, comisq; flavum colorem inducere tradit Strabo lib. 6. [Vulgò Grathis, fuisse d'Escaura in Calabria.] Ovid. lib. 15. Metam. Grathis & hinc Sybaris nostris conterminus oris, Eleo similes faciunt, auroq; capillos. Et lib. Fast. 3: Est prope pescos lapidosi Chrathidis amnes Parvus ager.

**Cratinus**, *x̄γ̄θ̄*. Poëta fuit comicus, clarus apud Athenienses, qui primus in Dionysia Athenis satyricam fabulam induxit. Horatius: Eupolis aq; Cratinus, Aristophanesq; poëta. Hic autem fuit supra modum gulas ac omni voluptatum geni deditus, principiè ebrietati: ad quod alludit Horatius in Epistol. Prisco si credis Meconas docte Cratino Nulla placet dies, nec vivere carmina possunt, Quæ scribantur aque potibus.

**Cratippus**, *x̄γ̄θ̄*. Mityleæus philosophus fuit, Ciceronis filii præceptor, qui Pompeio Pharsalicu prælio videlicet apud Mitylenem occurrens, verbis ex Philosophie penetrabilibus petitis, ad meliorem spem eum erexit. Plutarch. Pompeio.

**Cratis**, sine aspiratione, *x̄γ̄θ̄*, Africæ fluvius, è Sycione lacu profluens in Oceanum, juxta quem nonnulli fabulati sunt elephanti nasci. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

**Cratylus**, pen. cor. *x̄γ̄θ̄*. Nomen philosophi Atheniensis, Platonis, mortuo Socrate, præceptor, ex cuius nomine idem Plato librum de Significatione nominum inscripsit.

**Cremē**, es, *x̄γ̄θ̄*, Urbs Ponti, à qua gentile Cremensis.

**Cremērā**, pen. cor. *x̄γ̄θ̄*, Fluvius Tusciae, apud quem Fabii à Vejentibus occisi fuere, auctore Livio lib. 2. Decad. 1. Ovid. 2. Fastor. Ut celeri passu Cremaram tenuere capacem, Turbidus hybernus ille fluebat aquis, Juvenalis: Quid Cremeras regio!

**Cremmyōn**, *x̄γ̄θ̄*. Stephano, Oppidum ab protul à Corintho, juxta quod Theseus suem, quæ omnes agros devalsat, occidit. Ovid. lib. 7: Quodq; suem securus arat Cremyna colonus, &c. Vbi alterum m versus gratia, à poëta est claram: Cremmyum autem per o urbs juxta Ascalonem: de qua infra.

**Cremona**, [Ger. Ein Statt in Lombarden/nicht ferne von Mantua.] Urbs est Gallæ Cisalpinæ, non procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. Cujus cives quum contra Augustum cu Antonio senserint, Cæsar victor veteranis suis coru agros dedi: qui quam nō sufficerint, acceperunt, etiam vicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Hinc Virgil. Aeg. 9: Mantua, vñ, misera nimium vicina Cremonæ. De hac Strabo lib. 5. sic scribit: Cis Padum verò, circunq; Padum, celeberrimæ sunt civitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

**Crenides**, *x̄γ̄θ̄*, urbs Siciliæ, quæ Philippus postea Philippos nominavit: gentile Crenite, Steph. Vide PHILIPPI.

**Creón**, oatis, *x̄γ̄θ̄*, Nomen Corinthiorū regis, qui Creusat

filiam Iasoni desponsavit, de quo Seneca in Medea. ¶ Alter fuit Thebanus, Oedipi regis Thebanoru socius, & pater locastæ. Fuerunt & alii hoc nomine.

**Creón**, onis, *x̄γ̄θ̄*, Mons est Lesbi insulæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

**Creontiades**, Herculis filius ex Megara, quæ pater cum Theoni macho fratre ab inferis rediens, & in furorè versus à luno-ne, quod Lycum interficeret, interemit.

**Creophilus**, pen. cor. *x̄γ̄θ̄*. Nomen Samii poëta, qui Homeris hospes & æmulator fuisse fertur, quem aliquando tradunt suscepito in hospitium Homero, accepisse ab eo donum inscriptionem poematis, quod Occhaliæ captivitatem vocat. Sed Callimachus per Epigrâma quoddam contrariu ostendit, quod nunquam Creophilus opus composuerit, Homeri tamen dicatur propter diutum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt: quidam nō hunc, sed Aristæum Proconnesium: author Strabo libro 12. Vide Apulcium in Floridis.

**Crêpsâ**, Ptolemaeo Liburniæ urbs, Crexa dicta Plinior. Cres, Vide C R E T A.

**Crescens**, *x̄γ̄θ̄*, Philosophus Cynicus Iustino martyri infensus, ut pluribus testatur Tatianus in bello contra gentes.

**Crescis**, Nymphæ marinæ nomē à fontibus dictæ, *x̄γ̄θ̄* enim fons dicitur Perottus.

**Crèsium**, *x̄γ̄θ̄*, urbs Cypri, Steph.

**Crëlla**, *x̄γ̄θ̄* Oppidum Paphlagoniæ est, teste Stephano, post excidium Trojanum à Mætrone conditum. ¶ Est & portus Caræ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28. ¶ Cressa etia dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione G R E T A.

**Cressæ**, Herodot. lib. 7, regio Palleneæ vicina, ac Thermæ si-

nui contermina.

**Creston**, *K̄̄θ̄*, Oppidum, de quo Herodot. libro 1: Quæ lingua Pelasgi sunt usi, affirmare non possum, sed conjectura signorum, licet dicere eadem qua nunc Pelasgi utuntur, qui supra Tyrrenos urbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitiimi eorum qui nunc Dore vocantur. ¶ Est & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Iustinus libro 38.

**Cretâ**, tæ, & Crete, tes, *x̄γ̄θ̄*. Ger. Ein grosse Insel im Negelshæder Meer gelegen / heißt jetzt Candia.] Insula in medio Ponto, centrum urbium fama clara, quæ (ut scribit Strabo) à Septentrione Aegeo alluitur simul & Cretico pelago: Austro Libycō: ad Occidentem Aegylam & Cytheram spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta millia septuaginta passuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus ejus quingenta octoginta novem millia passuum complectitur. Hodie Candiam vocant. Insignes in ea urbes sunt, Cortyna, Cydon, Gnossus Minois regia, & Strabonis Cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxiū est, optimique vini fertilissima est: de qua Virgil. 3. Aenid. Creta lovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus ubi, & gentiū cubanula nostra Centum urbes habitant magnas, uberrima regna. Primū dicta est Cureta, ab habitantibus Curetibus, & per syncopam Creta. Alii dicunt Cretam dictam à Crete quodam lovis filio Curetum rege. Alii à Crete nympha Hesperidis filia: Arianus non à Crete nominativo, sed à Cretis genitivum faciente, nominatam dicit: sic enim vocatum ait eum qui lovem abscondit in monte Lycæo. ¶ Est & Creta oppidum Scythæ. Valer. Flac. lib. 1: quoties paucos ad litoris iustus Deficiam, Scythicum metuens Pontumq; Cretamque.

**Crêtæ** vocatur ejus insulæ populi, & mulieres Cressæ, *x̄γ̄θ̄*.

**Crëssæ**, & Cressius, adjectivum, *x̄γ̄θ̄*. Sunt autem hæc nomina, quæ ex masculino sceminitum ad similem formam mitunt: scilicet Cres Cressa, Libys Libyssa, Phoenix Phœnissa; Thrat Threissa. Tibullus: etiæ Phœbo grauissima dona Cres tulit. Ausonius: Præptibus pennis super æra vextus homo Cres. A' Crete verò sunt Creticus, *x̄γ̄θ̄*, & Cretensis.

**Crêtæ**, a, um, Quod ex Creta insula est, *x̄γ̄θ̄*. Ovidius: Strataq; Cretæam bellua stravit humum.

**Cretensi**, *x̄γ̄θ̄*, Nomen gentile à Creta insula deductum. Vide proverbium: Cretizare cum Cretensi, *x̄γ̄θ̄*; K̄̄θ̄ *x̄γ̄θ̄*: id est, adversus mendaces mendaciis ut. ¶ Cretensis Cretensem, *x̄γ̄θ̄*, subaudi, quod erit commodum sententia, provocat, conatur circumvenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagiup à Cretensem moribus, quos plurimis convitiis incessivit antiquitas. ¶ Undem obtinet sensum, Cretensis cum Aegineta, K̄̄θ̄ *x̄γ̄θ̄*: subsudiendum, agit. Quadrat in pariter improbus, qui mutuis inter se fallacijs a- gunt. Cicero 3. de Natur. deorum: Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius.

**Creticus**, a, um, adjectivum formatum à Creta insula. *x̄γ̄θ̄*: ut, Creticum Marc. Horat. 1. Carm. Ode 26.

G 5 Cretenia,

**Cretenia**, *xεντίων*, locus Rhodi, ubi Althemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem se occisum accepisset, dum fugit, ne hoc perpetret, noctu in navigium incidit, in quo piratas esse ratus, patrem occidit. **Supta Cretenia Arabyni monates** sunt. Steph.

**Cretheus**, *δισύλλαβον*, in Genitivo **Cretheos**, *κρητός* Aecoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonae fratris filia Aesonem genuit, Alcimedontem, & Amythaonem.

**Cretheius**, *δενομινατυμ*: ut, **Virgo Cretheia apud Flaccum lib. i.** dicitur. **Helle Crethei neptis**.

**Crethon**, *ονίς*. Filius fuit Dioclis', qui cū fratre Orsiacho ad bellum Trojanum Gracis auxilium latus profectus est: sed quum hi duo nimis suis viribus confiderent, cum Aenea congregari non dubitaverunt, à quo etiam ambo sunt interfici. Quin & eorum cadavera vix à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahi potuerunt.

**Creüsā**, *κρέουσα*, Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iason, repudiata Medea, uxorem accepit: quam obrem Medea indignata, carminibus suis ignem inextinguibilem scrinio inclusum per filios suos Creusa muneri loco misit: filios vero præmonuit, ut statim oblatu munere discederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilq; malis suspicans, scriniolum aperuit, & continua evolavit ignis, Creusamq; & totam Creontis regiam exussit. Ovidius lib. i. de Arte: Cui non deflita est Ephyrae nata Creusa. q; Alia fuit Priami & Hecuba filia, Aeneas conjunx: cui Ascanium filium peperit. Hanc in excidio IIII, ab Aenea, qui fugiens, patrem humeris gestabat, filiumq; manu ducebatur, perditam fuisse in itinere dum vias notas excessisset, tradit Maro lib. 2. Aeneid. Sed nonnulli eam ab ipso Aenea ex passione cum Gracis facta occisam volunt, ne quis ex semine Priami supercesset. Verum his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Graci captivos abduxerunt.

**Creüsīs**, *κρεούσης*, Oppidum est in confinio Bœotie, Locorum & Aetolorum: ut annotavit Vadianus in Pomp. lib. 2.

**Crimissa**, *κριμίσσα*, Oppidum est in extremis Italie finibus, juxta Tharium & Crotonem: ita dictum à Crimissa Nympha. Gentile est Crimissæ. Strab. lib. 7.

**Crinissus**, *κρινίσσης*, Sicilia fluvius, Segestæ urbi vicinus: de quo Servius bujusmodi refert fabulam: Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum IIII recusaret, Neptunus iratus Troja cetum immisit, ut eam vastaret. Consultus Apollo sisistra dedit responsa, pueras scilicet belluz esse objiciendas. Hippotes igitur nobilis Trojanus, timens ne & Hegesta filia sua ceto, ut Hesiona expondere, navi eam imposuit, ut potius se non videante mergereetur flutibus, quam coram devoraretur. Sed illa casta in Siciliam delata, Criniso placuit, qui in canem, seu ursum mutatus, eam oppresstit, suscepitq; ex eo concubitu Acestero, Sicillæ regem. Virgil. lib. 5. Aeneid. Troja Criniso conceptum flumine mater Quem genuit, &c.

**Criona**, *κριώνα*, Stephano, Vicus est Atheniensium, in tribu Antiochide.

**Crios**, Vide in APPELLAT.

**Crispus Salustius**, *Latinae historiae princeps* fuit (teste Martiale) cujus hoc de illo extat elogium: **Crispus Romana priamus in historia**. [Ger. En Dömischer Historienschreiber.] Thucydidi ex Gracis opponitur à Quintiliano elegantiae dicendi, Attica brevitate, levitatemque crebritate. Taxatur autem à Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: **Trogo** autem, quod orationibus nimis longis utatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utriusque investivis constat. Ejus de avaritia sententiam laudat Gell. lib. 3. cap. 1: **Avaritia** (*inquit*) pecuniae studium habet: quam nemo sapiens concupivit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus, animumque vitilem effeminat: semper infinita & insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. Gell. libro 17. capite 18, de Crispo Salustio sic scribit: **Marcus Varro** (*inquit*) in literis, atque vita, fide homo multa, & gravis, in libro quem inscripsit Pius, auct. de Pace, Crispum Salustum scriptorem seriae illius & severæ orationis, in cuius historia notiones Censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Anno Milone, & loris bene cœsum dixit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. Hæc Gellius. q; Fuit & Crispus Constantini Cæsaris filius, à patre interfectus. q; Crispus item Vibius, ore compositus, & jucundus: privatis tamen causis, quam publicis melior, ut ait Quintilianus.

**Crisſā**, *κρισσά*, Oppidum maritimum Phocidis, à Crisso Phoci filio conditum: unde Crisſeū sinus, *κρισσαῖς κόλπος*; qui & Corinthiacus appellatur, per octo stadiorum fauces, quæ inter Rhium sunt, & Antirrhium, in Ionium mare fesse exonerans.

**Critchote**, *εἰς κριθόνην* Stephano, Vrbs est Thracie ad Helle-

spontum octoginta stadiis à Cardia distas: cujus memini: & Plin. lib. 4. cap. 11.

**Critias**, *κριτίας*, Philosophus fuit, qui dixit animam esse sanguinem, sicut & multi alii, unde Virgilius: Purpuream vomit ille animam. q; Fuit item Critias quidam, unus è trigintatratibus Atheniensibus, à Lacedæmoniis impositis, eloquens quidem, cæterum omnium avarissimus, atque etudestissimus, qui quum plurimis in commodis civitatem affecisset, tandem à Thrasybulianis, eo in prelio, quod circa Munychiam fuit gestum, est interfectus. Vide Xenophonem Rerum Græcarum lib. 2. Hujus meminit Cic. lib. de Orat. 2: Consequuti sunt hos (*inquit*) Critias, Therameas, Lysias: multa Lysias scripta sunt, nōnulla Critias, de Therameac audivimus. Rursum idem lib. 3: Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atq; eloquentes, nōnne Socratis erant disputationibus cruditi?

**Crito**, *κριτός*, Nomen philosophi Atheniensis, qui ita Socratem amavit, ut nunquam aliquid exiis, quæ sunt ad vitam necessaria, ipsi deesse passus fuerit. q; Crito item Pierota (Pteria autem urbs est Macedonia) historicus fuit: scriptorq; res Pericas, Siculas & Macedonicas. q; Fuit præterea aliis, Naxius genere, historicus & ipse. Autor Suidas.

**Critobulus**, *κριτόβουλος*, Medicus fuit insignis, qui sub Philippo Amyntæ filio Macédonum rege claruit. Plin. lib. 7: Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & circa deformitatem oris curata orbitate luminis.

**Critolaus**, *κριτόλαος*, Peripateticus scilicet Philosophus fuit, qui unâ cum Carneade & Diogene Stoico Româ missus fuit Legatus, ut scribit Cic. lib. 2. de Orat. de Critolaus libra scribit idem Cic. Tusef. quæst. lib. 5: Quo loco, *inquit*, quætro, quam via habeat libra illa. Crotolai: qui quam in alteram lancem animi bona imponat, in alterâ corporis & exteris, tantum pendere illam boni lancem putet, ut tertâ & maria deprimat. q; Alter Critolaus, Achæorum dux, belliq; Achæi concitarat: unde etiam Corinthi eversione illi imputat. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Critolaus (*inquit*) evertit Corinthum, Carthaginem Adraba. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effuderunt. Hunc Plutarch. in Parallelis Horatio Curiatiorum victori comparat in eo, quod uterq; fotorum occiderit: idq; eadem omnino de causa, quod scilicet cæteris omnibus victori applaudentibus, solœ strati suo non essent gratulatae. Hic post: emò à Q. Cælio Metello vietus apud Thermopylas, veneno sibi mortem consivit. Autor Livius.

**Criteis**, *κριτής*, ut ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mæonis fratri tutela reliquit. Hic autem quum puellam vitiasset, gravidamque fecisset: aq; ob id facti veteretur infamiam, Phemio eam Smyrnæ Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa vero non multò post, quum ad lavacra, quæ prope Meletem fluviis erant, proficiseretur, Homerum juxta fluvium pergitob idq; Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomen accepit: Cumæi nang; & Iones oculis captos, Homeros appellat, quod Homeris: id est, itineris ducibus égeant.

**Criometopon**, id est, arietis frons, Cretæ insulae promontorium est ad Occidentem, versus Cyrenas, ut scribit Rufus ex Dionysio: hic procul ingens Inclinat rupes fese, obvia fluctibus altis. Vide Pomp. Melam, lib. 2, in descriptione Cretæ insulae, & Plin. lib. 4. cap. 12.

**Crobialus**, *κροβίαλος*, Oppidulum est juxta Heracleam Ponticam, cuius meminit Apollonius Argonaut. lib. 3.

**Crobyzzi**, *κροβύζι*, Stephano, Populi Ittri accolæ, quorum meminit & Plin. lib. 4. cap. 12.

**Crocea**, *κροκεία*, Vrbs Laconia, una ex centum, cuius incolæ dicuntur Croceatae. Steph.

**Crocōdilōn**, sive Crocodilorum oppidum, *κροκοδίλων πόλις*, oppidum Phoenices ad Carmel montem, cuius Strabonis state nihil præter nomen extabat: ut ipse testatur lib. 16. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 19. q; Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura, ad Nilum fluvium: ita dicitum, quod in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc urbem postea Arsinoën appellauit, teste Strab. lib. 17.

**Crocōdilis**, pen. prod. *κροκοδίλη*, Mons est Cilicia apud Plin. lib. 5. cap. 27.

**Crocōtūs campus**, *κροκοτός παρελθόντος*, Campus est juxta Thessaliam ad Amphytum fluvium. Stephanus in dictione Δημητρίου. Crocum, venatorem ac sagittarium fuisse dicunt, precibusq; Musarum in astra relatum, Sagittarii nomen accepisse. Sido-nius: Faliceris Crocos vectus per summa polorum.

**Crocycleum**, *κροκύλην*, locus Ithacæ, alias δέρμα dictus, Stephano.

**Crocylion**, *κροκύλιον*, Insula Ithacæ. Heracleon Ithacam quadruplicitatem facit, ut prima pars ad meridiem & maritima sit altera Nejum: tercia *κροκύλην*: quarta *αἰγαῖα*, Steph.

**Crocyllus**,

Crocyllus, Vir Atheniensis, cuius nonnunquam Plutarch. meminit.

Crocyllus, Nomen pastoris apud Theocritum.

Croesus, [κρεος] Ger. Ein König in Lydia so über schwere Leid reich gewesen ist. Rex Lydorum fuit, Alyattes filius, omniū quos hominū memoria celebrat, dicitur: unde etiam hodie, quā immensas opes significare volumus; Croci dicitur dicitur. Hic quā se omnium mortalium felicissimum crederet, monitus est à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum: quod quoad vivimus, periculum sit, ne instabilis hujus mundi felicitas dolore aliquo contaminetur. Quā Solonis sententiam verissimam esse, Croci calamitas postea declaravit. Virtus enim à Cyro, pīrāq; impositus, tandem salubre Solonis consilium agnoscit, ejusque nomen sapientia inclamavit. Vnde admiratur Cyrus, quānam esset deorum, hominumque, quem ille in extremo periculo solum invocaret: remque rotam eductus, humanæ vicissitudinis memor, Crocem ab incendio liberavit, summoque semper apud se in honore habuit. Autor Plutarchus in vita Solonis, & Herod. lib. 1.

Crommyōn, onis, κρομμύων, Urbs Palæstinæ, non procul ab Ascalone. Item alia in Libye.

Crommyonius, a, um, Gentile, κρομμύων. Autor Steph.

Crommyōnnēsus, κρομμύων. Insula est Asiae adjacens ē regione Smyrnae, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Cromnā, κρόμνα, Paphlagoniae oppidum est, apud Strabonē lib. 12. De hoc Valerius Flacc. lib. 5: Mox etiam Cromnā atq; jugo pallente Cytoron. Steph. ait, Amastrin postea dictam esse, & Cromnā, κρόμνα vocat. vide Amastris apud Steph. Idē in: Cromnam, inquit, alii Amastrin, alii Amastris regiūculam faciunt: gentile Cromates, Cromnae, κρομνά. Est & Peloponnesi urbs, quae in masculini & feminini generis item singulari & plurali numero profecta est, à Cromno Lycaonis filio.

Cromyusa, κρομνίσα, insula Iberia, Steph.

Croniā, orum, [κρονα]. Ger. Festtag so man dem Saturno ḡt ehren beginnt Rom auf den 19. tag Novembris. Saturni festa erāt, quæ celebabantur Romæ decimoquarto Calendas Ianuariastis dicta dīta dīta: hoc est, à Saturno: unde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum Macrobius latè meminit, citata etiam antiqui poëtæ autoritate, apud quem legerat: Maxima pars Graicūm Saturno, & maximæ Athenæ Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

Croniōn pelagus, κρόνιον πέλαγος, à nonnullis appellatum sicut mare concutetur, teste Plin. lib. 4. cap. 16. Apollonius tam in Argonauticis, κρόνιον πέλαγος κρόνιον πέλαγος: hoc est, Cronion mare, pro Adriatico posuit (si interpreti ejus credimus) ed quod Italiæ alluat, quam olim Saturnum volunt tenuisse.

Cropia, κρωπία, vel κρωπία, vel κρωπίτης, Vetus in tribu Leontide, Steph.

Cros, κρός, urbs Aegypti, civis Croites, & præfectura Croitisi. Est Crois, κρός, Arابūm civitas, Steph.

Crossa, κρώσα, Urbs juxta Pontum: gentile Crossæus. Steph.

Crōto, sive Crōton, κρότον, Vulgo Crōtōn, Urbs fuit maritima in ea parte Italiz quæ olim Magna Græcia dicta est, non procul à Tarento, rāta salubritate acis, ut inde ortum sit proverbum: Crotone salubrius, κρότον οὐ πατέει. De re nequam noxia, sed undequaque salutifera. Strabo lib. Geogr. 6. q Nihil aliæ civitates ad Crotoneum, κρότον πάλαι κρότον πάλαι: id est, sunt reliqua præ Crotone frivola oppida. Theoretici interpres meminit hujus proverbi. Licebit accommodare ad rem aut hominē usq; ad cō præcellentem, ut reliqui cum hoc cibillati, nihil esse videantur. Urbs hæc à Diomedæ condita creditur, cum pleriq; aliis, in eodem littore.

Crotōnītā, hujus incola dicti sunt, eo nomine celeberrimi, quod maximam in exercendis corporibus curarū ponent. Vnde etiam frequentissimè ex sacris certaminibus coronas retulerunt. Inter hos fuit Milo ille Crotoneates, qui integrum uno die bovem fertur absumpsiſſe. Hinc locus factus proverbio: Crotoneatūm postremū, reliquorum Græcorū primus est, κροτωνατοι εἰχατο, κροτωνατοι εἰχατο. Licebit ut quā genus aliquod tāto intervallo præcedere dicemus, ut qui in hoc sit vel infimus, in illo possit vel primus videri. Hinc Crotoneata, gentile nomen, & Crotōnīus, Crotoneas, Steph. Crotone, insignem Italiz urbem esse scribit juxta Rhegium & aliam Thuscæ metropolim, & montem, qui Axium flumen effundit. κρότον etiam est animalculum canibus infestum, Latini Ericinum vocant, quo quidem significato ultimam acuit, Steph. Vide SYRACUSÆ.

Crotōpūs, pen. prod. Rex Argivorum fuit, pater Psamathe; quæ ab Apolline compressa Linum peperit: quem quā inter vepres abscondit, canes extractum dilacerarunt.

Crotōpīdēs, patronymicum mascul. Ovid. in Ibin: Quiq; Crotōpiadēs diripuere Linum.

Cruīnī, orum, κρυῖνοι, Stephano, Thraciæ urbs est maritima, teste

Plin. lib. 4. cap. 11, quæ postea Dioysiopolis dicta est: nomen habet à fontium scaturiginibus quibus abundat: Eas enim Græci κρυῖνοι appellant.

Crusis, κρυῖνοι, pars Mygdoniæ, à Cruso Mygdonis filio: inde κρυῖνοι, & Crusis adject. sc̄m. Steph.

Crustumērūm, κρυῖνοι Stephano, Oppidum in Latio, Albanorum colonia: cuius meminiſt Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. lib. 2 Aen. Ardea, Crustumēriq; & turrigeræ Anteanæ.

Crustumērūm, Oppidum Tusciæ juxta Vejorū: à quo Crustumērūm dieti, & Crustumēna tribus, & Crustumēna pyra, & Crustumēnum vinum laudatissimum.

Crustumērūm, apud Lucan. lib. 2, fluvius est ex Apennino ortum trahens, Ariminumq; præterlabens. In lœvum (inquit) cecidere latus velocq; Metaurus, Crustumēnumq; rapax, & junctus Sapis Esaro. Meminiſt hujus fluvii & Plin. lib. 3. cap. 15. Vulgo Conciario de Romana.

Crya, κρυῖνα Stephano, Urbs Lyciæ.

Cryassūs, κρυῖνος, Urbs Caria, ita dicta à Cryasso Caretis filio, Stephanus.

C anté T.

Créatūs, pen. corr. ετερος, Pater Amphimachi, unus ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta navibus ad Trojanam expeditionem sunt profecti: ut testatur Homerus in Catalogo navium.

Crēmēne, κρημήν, Urbs Thessalizæ, à Peleo Phœnici donata, cuius cives Homerus Dolopes vocat, & Crēmenē Dolopiadem Gentile Crēmenius, & Crēmenæus. Apollonius per iotā κρημήν scribit, quod magis placet.

Cresfās, κρησίς, Cresfachi, vel (ut alii malunt) Cresfochi filius, Medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxes cognomento Meliorum curavit, & historiam Persicam xxx. libris conscripsit. Autor Suidas.

Cresiphōn, pen. corr. [κρησφόν], Ger. Ein herlicher Werthe ist so den sibönen Tempel Diane in Epheso soll gebauet haben.] Nomen architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ traditur extrixisse, opus mirabile, & toto orbe celebratur: quod postea ab Herostrato incensum fuit, hac tantum de causa, ut facinore illo nominis immortalitatem sibi compararet. Fuit & Cresiphon locus Parthorum. Strabo lib. 15: Prope Seleuciam vicus maximus est nomine & re Cresiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic vicus civitatis potentiam & magnitudinem habebat, adē ut Parthorum multicudinem & apparatum omnem reciperet, ac venalia, necessariaq; atque illis suppeditaret. Quidam & Cresiphontē Babylonicī regni capit fuisse Plin. lib. 6 scribit. q Cresiphon etiam Athenæsis civis nobilissimus, qui Athenæsibus autor fuit decreti, quo Demosthenem aurea corona in theatro coronandum decreverunt. Ob quam sententiam ab Aeschine, qui contrarias Demostheni in Republica partes fovebat, tanquam perniciosi decreti autor accusatus, elegantissima illa Demosthenis oratione, quam κρησίς inscripta, defensus est. Vide Cic. lib. de Optimo genere oratorum.

Cresippūs, κρησίππας, Chabria filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter, singulari, humanitate exceptit, quod impuros adolescentis mores componebat: cuius tam cū duro, tūm minimè liberali ingenio nusquam adduci potuit, ut curam & labore in illo instituendo dimitteret: cujus ineptias non modò pertulit patienter, verum etiam studiosè tegebat. Quanquam semel ajunt, Phocionis constantiam importunitate levissimi homines superatam. Nam quum ille imperatorum quoddam munus studio accuratio obiter, Cresippus, ut erat futilis, delirusq; gravissimumq; peritissimumq; Imperatorem coepit fatus quibusdam interrogatiūculis obtundere, atque illum monens, docēnsve importuniū perurgere. Tum stomachatum Phocionem dixisse fama est: O' Chabria, Chabria, cumulatam tibi pro amore nostro gratiam nūc persolvo, qui natūrū deliramenta sustineo. Autor Plutarchus in vita Phocionis.

C anté V.

Cuma, κυμα, Urbs Aeolidis ex adverso Lesbi sita, Aeolicarum urbium maxima & optima, & fētē metropolis ceterarum civitatum, quæ numero erant circiter xx. Ab hac civitate cognomina est Sibylla Cumæ, κυμαία, quam aliqui à vicinitate loci Erythream appellant: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Item patria fuit Ephori, vii d. Etina clari, & Isocrati Oratori familiaris, præterea & Hesiodi Poëtæ, qui patrem suum, reliqua Aeolica Cumæ, in Bœotiam migrasse dicit. Plutarch. de eo in Symposium multa, & Suidas, Stephan. q Cumæ Aeolica ante Lesbum sita nomen habet à Cyme Amazon: quæ & Amazonium dicta est: gentile κυμαίας (κυμαία autem ab urbe Italiz sit.) Hæc & Lesbus stoliditatis notantur. Est & alia Phriconitis dicta, φρεγοῖς. Quartæ Elidis. Quinta Eubœæ & Pamphyliæ. Item insula prope Siciliam, Stephan. Hujus oppidi incolæ, Cumæi, κυμαιοι, dicti sunt; qui

sunt, qui stupiditatis nomine male audierunt. Olim enim vulgatum erat tota Asia proverbium: Cumæi serò sapiunt, àvè nō dicitur cùm aq̄os. De cuius origine duæ assertuntur sententiae. Sunt enim qui dicant, Cumæos quū ad mare urbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea recipere posse ventum, vix demum trecentesimo anno ab urbe condita intellectis, ex portorio redditum non contemnendum posse confici. q̄ Alii, pecunia sc̄enori accepta, amplissimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quum cōstituta die non exolvissent, creditores in ipsarum porticuum possesso nem fuisse miseros; qui deinde cives à deambulatione arcebāt. Verum quum ingens pluvia repente inguiisset, creditores statim edictum promulgasse, ut Cumæi se in porticus reciperet. Præcone itaq; identidem acclamāt̄. Subite porticus, viri Cumæi: qui ibi tuuc aderant hospites, rem in jocu verterunt, tanquam nō intelligenter Cumæi, nisi iussi, pluvia tempore porticus esse subeundas. Hæc Strabo lib. 13. Sunt & alia ejusdem nōminis urbes, quas vide apud Steph.

**Cumæi**, arum, κυμαι, Civitas Lucanæ ad mare, juxta Puteolos, condita ab his qui ex Chalcide urbe Eubœæ venerūt. Servius in illud Virgil 3. Aeneid. Huc ubi delatus Cumæa accesseris urbem. Eubœa (inguit) insula est, ex cuius civitate Chalcide coloni profecti sunt ad novas sedes quærendas, & haud longè à Baïs (qui locus à socio Ulyssis Bajo illic sepulto nō men accepit) invenerunt vacuum litus: ubi visa muliere grava (quod illi fecunditatis augurium interpretabantur) civitatem considerunt, quam Cumæas appellaverunt, sive κυμαι: hoc est, à p̄agnante: sive ab undis, quas Græci κυμαι appellat. Nam τοις κυμαις undam significat: autem Latini in u convertunt, ut Byrrhia, Buthia.

**Cumæi** & **Cumæi**, κυμαι: quævis κυμαι: etiam dicantur à Cumæa civitate Acolica.

**Cuneus**, ὁρὶ Straboni, Vulgo *Cabo de S. Maria*. Ager est, aut si mavis, promontorium Lusitanæ, Anæ fluvio proximū, quo Hispania in Occidentem, quā longissimè excurrit: nomina habens à figura cunei, quo ligna sindūtur, cujus extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: unde etiā Artemidorus promontorium hoc navalì rostro assimilavit. Pomp. lib. 3: Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum: quia latæ sede procurrens paulatim se ac sua latera fast. giat: Cuneus ager dicitur. Sequens, Sacrum vocant. Magnum, quod ultrius est. Hæc ille. Ptolemæus non levè errebat hoc promontorium Sacrum esse existimat: ut apertissimè docet Vadianus in locum Pomponii jam citatum.

**Cuniculariæ**, Insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicæ adjacentes. Autor Plin. lib. 3. cap. 6.

**Cuninæ**, Dea quam priisci coluerunt, quæ cunis infantū praesidere putabantur.

**Cupido**, dinis, masculini generis. [ερ. Ger. Der Gott der Liebe/oder Holdlichkeit/ein Sohn Marii und Veneris.] Amoris deus, quem Hesiodus natum vult ex Chao & Terra: Simonides & Cicero ex Marte & Venere: Arcesilaus ex Nocte & Aethere: Alceus, ex Lite & Zephyro: Sappho, ex Venere & Cælo: Seneca, ex Venere & Vulcano. q̄ Duplex autem est, Ovidio dicente: Alma fave, dixi, geminorum mater Amorum, &c. Honestus videlicet & turpis: illumq; ex Venere & love patre natum volunt: hunc autem Erebi & Noctis filium esse, quod & ipsum refert Cicero lib. 5. de Natur. deor. Fingitur à poëtis armatus flammis & telis, aureo videlicet & plumbeo (ut patet ex Ovidio, lib. 1. Metamorph. de Daphne & Apolline.) Item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, volatilis, &c. Ejus quoq; formæ descriptio extat multis verbis apud Apuleium de Asino aureo. Virgilius de Vino & amore: Bellum sæpè petit ferus exitiale Cupido.

**Cupidinæ**, a. um, ιερησ: ut Cupidineæ sagittæ, Ovid. 1. de Remedio amoris.

**Cupra**, Piceni civitas est, non procul ab Asculo: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

**Cupra**, Italæ oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta est, haud vana conjectura, à Cypro templo, illic à Tuscis, qui Cypram lunonem dicunt, extructo, ut Strabo scribit: ut Cupra sive Cypra una appellatione continueatur. Nam vocabula quæ Græci per y pronuntiant, per u literam proferre possimus: ut Larumna, Sulla, &c. pro Larymna, Sylla, autore Hermolaio.

**Curcura**, Insula in mari Adriatico, non longè à Melitine, aliâs dicitur Melena. Vide C. R. C. Y. R. A.

**Cûræs**, κυραι, pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cuius cives Quirites, κυραι, dicebantur. Cōveneruntq; Romulus & Tatius in hanc sententiam, ut è duobus populis unus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaq; noinen retineret: sed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ovid. lib. 2. Fast. Te Tatius paruiq; Cures Cen-

naq; sensit. Hinc etiam populi, Cures. Virg. li. 9. Aen. - Tatioq; seni, Curibusq; severis.

**Cûrætes**, κυραι. Ger. Wölker in der Inst. Cæstia.] Populi Crete insulæ, qui & Corybantes, & Daetyli Idæi appellati sunt: ex Ida Phrygiæ monte (ut quidam volunt) oriundi: à cuius etiam nomine, Cretæ montem, quem primum infedere, Idam appellariunt. Dicti κυραι, teste Strab. lib. 10. & οὐ κυραι: hoc est, à tonsura. Anteriorum enim capitis partem detonsam gehabant, ne hostes eos cæstie apprehenderent. Alii Curetes dicos putant, καὶ τὸς κυροτοφίας, eō quod lovem aliusse dicuntur. Autor est idem Strabo loco iam citato, Curetes in Graeciam quoque traciebant, tandemque consedisse trans Acheloum fluvium, ibique quum intonsa servarent capita, Acarnanas vocari cœpisse. q̄ Curetum os, κυραι τὸς κυραι. Dicis solitum si quando quis numine afflatus loqui videretur: propterea quod Curetes Cybeles comites furore quodam facio perciti divinare viderentur. Refertur à Zenodoto: meminit & Hesychius.

**Cûræia**, Rhetorum Urbs primaria, vulgo Θεα dicitur. q̄ est & alia ejusdem nominis in Voylandia, quam Germani θεο vocant.

**Cûræfugia**, Nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditū, quam in agro Sentinati habebat, inter duo fluenta, Sentinum & Nevolum, ubi est saluberrima coeli temperies.

**Curionia sacra**, quæ à Curionibus in Curiis fiebant.

**Cûrio**, Prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæstrem in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellavit. q̄ Hujus filius C. Curio Tribus plebis fuit eo tempore, quo primum bellum civile inter Pompeium & Cæstrem exarsit: & q̄um ex perditissimo luxu sece ære alieno obruiisset, Cæstrem ad bellum civile incitavit, causamq; illius absensis defendendam suscepit. Vnde etiam à Lucano, venali lingua fuisse dicitur. Periit in Africa, cui à Cæstare erat præpositus, à Iuba Mauritanæ rege cum toto exercitu deletus. Et Curioni gratulatur Cicero Epistol. libro 2: Sera, inquit, gratulatio reprehendi non solet, præserum si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum, audio sero. Is Curio, ut se ære alieno liberaret atque emerget, Cæstrem ad bellum civile impellebat, ut scribit Cicero in Epistol. ad Qu. Frat. Et ipse Cæstus, inquit, amicus noster, minaces ad senatum, & acerbas literas miserat: & erat adhuc impudens, qui exercitum & provinciam invito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat. Huc etiam accedit quod scribit Lucanus:

Tolle moras semper nocuit differre paratis.

**Curi**, ut habet Strabo lib. 5, Urbs quondam insignis: nūc autem viculus, in Sabinis, &c. Vide C. V. R. E. S.

**Curiūm**, κυραι, Urbs Cypri, à Cureo Cinyræ filio: gentile Curieus, Curias sc̄en. & ipsa regio. Est etiam urbs Actoliz, Stephan.

**Cûrtius Dentatus**, Romanus civis, exactissimæ frugalitatis, & perspicacis fortitudinis. Hic quum in scaeno sederet, rapaciq; in foro torqueret, & Samnitum legati magnū auri pondus publicè missum obtulissent, invitaretq; ut eo uti vellet: respondit M. Curiū malle imperare locupletibus quā locupletem fieri: & qui acie viaci non potuit, cum pecunia corrumpi non posse. Hic primum de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum pacavit. Reversus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissim. Tantum hominum porro cepi, ut fame essent perituri, nisi tātum agri cepissim. Deinde de Sabinis triumphavit: postrem de Lucanis ovans urbem intravit: Pyrrhū regem Epitomarum Italia repulit. Quaterna dena agri jugera viritum populo divisit: sibiq; totidem constituit dicens: Neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Hujus meminit Iuvenal. Satyr. 11.

**Curopolis**, Urbs Cariæ. Steph.

**Curtius**, prænomine Marcus, adolescentis Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patris diis manibus devovit. Nam quā terra in medio foro ingenti hiatu desedisset, responsumque esset non coitram labem, nisi quispiam ex primæ speci adolescentibus sese in hiatum deiecisset: Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitavit: consensuque equo sine mora, se in specum præcipitavit: unde etiam Curtius lacus nomen creditur servasse. q̄ Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri Magni gesta memoriarum prodidit.

**Curtius** fons, Insigni aquæductu memorabilis, ut qui à quadragesimo lapide in urbem fuerit: per ductus opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis mōtes facile distribueretur. Vide Plin. lib. 36. cap. 15.

**Cuth** vel **Cuthath**, regio est Persidis à lumine Cutha (sicut Ioseph. lib. 9. scriptum reliquit) vocata. In de Cutha, de quibus idem in 10. sic scribit: Salmanasar etiam transigrans Istrællatas, in

tas, in eorum regione constituit Cuthæorum gentem, quæ prius in interiori parte Persidis & Mediz morabatur. Diodorus Siculus hosce populos Cossæos vocat, cum ita scribit: Alexander Macedo Cossæorum gentem summa fortitudine præditam, quæ Mediz montem incolit, superavit. Hi sacrum galum lucis nuncum coluere, & in cœlum posuerunt.

Cutilia, Agri Recatinus lacus est, in quo sylvestra insula innatet, quæ nunquā die & nocte eodem permanet loco. Autor Plin. lib. 2. cap. 95, & lib. 3. cap. 12.

C ante Y.

Cyalius, κύαλιον, Vrbs Lydiæ à love condita: gentile Cyalius. Stephan.

Cyane, ες, κυανή, Nympha Sicula, de qua vide in APPENDIX, in voce CYANE, & paulò post in dictione CYANIPPS.

Cyane, ες, κυανή, Oppidum est Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27. Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem Poëtæ fabulantur ejusdem nominis nympham fuisse communatam, quem Plutoni Proserpinæ rapienti obseruere conaretur. Hic Anapo mistus, iuxta Orygiam insulam in mare illabitur. Ovid. 3. de Ponto: Quaq; suis Cyanen miscet Anapus aquis.

Cyane, ες, κυανή, Ger. zwei kleine Inseln unterhalb dem engen Meerstäbchen in Thracien, heissen jetzt Pervenare.] sive Cyanæ, Insula, seu magis scopuli sub Thracio Bosphoro, modico spatio inter se distantes. Vnde factus est locus Poëtarum fabulæ, qui Cyaneas inter se concurrere tradiderunt, quod ex adverso intrantibus geminæ cernebantur: nave verò paululum in alterum latus deflexa, unâ tantum videbatur. Multa de his insulis mentio est apud Valer. Flaccum lib. 4. Argonaut. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Cyane, κυανή, Per quatuor syllabas, Mæandri Phrygiæ fluminis filia fuisse fertur, quæ à Mileto compressa Cauam & Byblida genuit. Ovid. lib. 9. Metam. Hic tibi, dum sequitur patriæ curvatina ripæ. Filia Mæandri toties redentis eodem Cognita Cyaneæ præstanti corpore nymphæ, Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam. Producit autem hæc dictio primam syllabam & ultimam: duas autem medias corripit, ut conficiat choriambum. Cyane verò pro Siciliæ nymphæ, tres tantum habet syllabas, quarū ultima longa est, duæ priores corripuntur, ut sit anapæstus. Quod ideo admonere visum est, quod non paucos etiam magni nominis viros hic in errorem videamus impégisse.

Cyanippus, κυανίππος, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, ut filia Cyane in tenebris, quanvis reluctanti, vitium intulit. Filia verò cognito ex anno, quem violatori detraxerat, parente, tuac quidem, ut potuit, dolorem dissimulavit. Postea autem ingenti exorta pestilentiæ, quum ab Apolline remedii promitteretur, si ab autore flagitiæ pœnas sumerent, admiratis omnibus quod nam esset tantum scelus, quod etiâ superis curæ esset autoris morte expiari: conscia rerum Cyane arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, coque primum macrato, sibi quoque manus intulit. Autor Plutarch. in Parallelis.

Cyanos, κύανος, Fluvius est Cholcidis, qui juxta Aecam oppidum in Phasis insuit. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Cyaxares, κυάξαρης, Phraortes regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asia populos in provincias distinxit, primusq; in suum quoq; ordinem distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quū prius omnia promiscua essent atq; implicita. Hic & cum Lydis signa cōtulit, & omnem trans Halym flumen Asiam sibi subjecit. Mortuus est quadragesimo impeti sui anno. Eiusq; filius Astyages in ejus locum suscepit est. Autor Herod. lib. 1.

Cyarda, κύαρδη, Vrbs Caria, à Cyardo rege Carum, Batgasii filio, ut autor est Stephan.

Cythus, aluminis nomen, Vide CYATHVS in APPENDIX.

Cybale, ancilla fuit pauperis cuiusdam Symili, cuius paupertatem describit Virg. in Moreto:

Eruit interea Cybale quoq; sedula panem.

Cybasius, κύβασιος, Vrbs Caria, ut Cabassus: de qua supra. Stephan.

Cybæla, ες, pen. corr. (nam ut docet Servius, anapæstus est in dictione Cybæla) κύβελη, Fuit uxor Saturni: ita dicta à Cybælo Phrygiæ monte seu oppido, ubi ejus sacra primæ sunt instituta. [Ger. Die Frau Saturni ein Mutter der Götteren.] Scribit Festus, Cybæla à nonnullis ideo appellata: quia ageret homines in furorem: quippe Græci κύβελη, in caput saltare dileunt: quæ etiam utitur Homer. 16. Il iad. Sacerdotum autem Cybæles proprium erat caput rotare. Suidas scribit, Rhea quoq; vocari, & montanam esse deam: ideo vehi leonum jugo. Cynædæ ei sacri sunt. Hæc primum Ops, & terra dicta fuit, quod sit dea telluris: quæ & Vesta dicitur, propter quod cursu uchi à poëtis singitur: quia terra pendet in aere: & rous

fusineri: quia rotatur semper & volvit mundus. Mater deum: quia omnia gignit. Diodorus lib. 4. cap. 5. cui assentitur Eusebius de præparatione Evang. ideo Cybælem matrem omnium dictam tradit: quod cùm esset medicina perita, puerorum morbis remedia adinvenit, quamobrem & Orpheus de ea sic ait: πέτρη μητέρα θεῶν τοῦ πόνου. Et mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit: à quo Dindyme & Dindymene à nonnullis vocatur. Item Berecyntia, à monte Phrygiæ, qui βερεκύντη appellatur. Et Pales, quod sit pabulorum dea. Rhea, ῥέα, fluo, quod terra affluens sit omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. Claudian. Turrigeramq; petit Cybælem. Martialis: Et Cybæles picto stat Corybante tholus. Ex Apulii sententia cædem erat dea Cybæle, Bellona, & Iulis. Quandoque tamen metri gratia scribitur per duplex l. & sit Cybæle: ut sit Bacchus pes, ex prima brevi, & duabus longis. Propertius: Vertice turrigerò juxta dea magna Cybæle: Lucan. lib. 1: Et lotam parvo revocant Almone Cybællen.

Cybæle sic dicta est, autore Servio, οὐδὲν δέ τι καὶ φέλει, quod semper Galli per furorem, motu capitinis comam rotantes ululatu futura pronunciabant. Lucan.

-crinemq; rotantes

Sanguinei populis ululatun tristia Galli.

Alii a Cybælo, Phrygiæ monte, deam dici volunt, cujus meminit Virgil. lib. 3. Aeneid.

Hinc mater cultrix Cybæla, Corybantiaq; æra,

Idæumq; Nemus, &amp;c.

Scriptit Martian. Capella, Cubum Cybælio nomini dicatum, indeq; οὐδὲν δέ τι καὶ φέλει, deam ipsam appellationem duxisse. Cybæla porrò & Cybæle scribitur. Nam Cybæla, Bacchus est, inquit Servius: Cybæle anapæstus.

Cybæla, pen. prod. κύβελη, Vrbs Ionia, Steph. Herod. Cybæla, κύβελη, Phœnicia civitatem esse scribit. Est & Cybella, κύβελη, Phrygiæ, & Cybellon, κύβελον, templum à quo Rhea Cybæle dicitur, & κύβελη, ιονιον, Steph.

Cybelus, Mons Phrygiæ.

Cybira, κύβηρα, Oppidum est Lycaonia, non procul à Mæandro fluvio. Cic. 6. in Verr. Hosce opinor Cybira, quæ in suspicione venissent civibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulò post: Cybira cum inanibus syngraphis venerat.

Cybirates, vel Cybirata, nomen gentile. Cicero 6. in Verr. cō quum venio, Prætor quiescebat, fratres illi Cybirates inambulabant. Cybirates, a, um, possessivum. Cicero 6. in Verr. Immitabant ilicò Cybariti illi canes, qui investigabant & perscrutabant omnia. Sunt qui scribunt Cybira transpositis vocalibus.

Cybus, κύβος, Vrbs Ionum in Libya Phœnicum. Vide Stephanum. Inde Cybites Steph.

Cychreus, κύχρεος, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morte asperitatem, οὐπος: hoc est, serpens, coghominatus est. Huc Eurylochus, quum insulam vastaret, expulit: suscepit autem eum Ceres in Eleusine, suumq; fecit sacerdotem. Ab hujus etiā nomine Salamis insula aliquandiu Cychreæ appellata est. Vide Stephanum.

Cyclades, pen. corr. [κυκλαδεῖς. Ger. Inseln in dem Aegeischen Meer so ringweise herum liegen.] Insulæ sunt maris Aegæi, teste Strabone lib. 10, circa Delum, in æquem sitæ: unde & nomen accepérunt. Ovidius 1. Tristium: Cycladas Aegæas obstupuisse reor. Alii dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem sitæ sunt: sed quod longo ordine eas circumire necesse sit propter promotoria. Vnde & Virgilius dixit 3. Aeneid. -sparsasq; per æquor Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres. Advertendum obiter, & morem esse veteribus auctoribus ut quæ sint Sporades, Cyclades etiam vocent, contraq; Hermolaos teste. Cycladaruri méminit Plin. etatimq; nomina persegitur capite 12. libro 4. Et item Pompon. libro 2. Varrô libro 10.

Cyli, κύλιον. Ger. Rauchhæffer in Athenis welches man ehæuse tenet seit hat.] Quasi circuli, loca erant Athenis, ubi mancipia vénabant. Id autem nomen est tractu à circulari circumfæstentia vendendo. Cyclus enim rotundum significat. Quare Menander ait: Itaq; ego mihi videor per deos immortales videre, me ipsum indutum currere circum, ac vénire.

Cycloborus, Fluvius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluens. Vnde proverbium: Cyclobori vox, κύκλωρες φον. De clamoris & vehementer obsteperiis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa, raucaq;.

Cyclopæs, pen. prod. [κυκλωπεῖς. Ger. Einwürtige Riesen bei dem Berg Athos in Sicilia so das Schwindwetzen sollen erfunden haben.] Gigantes, seu populi antiquissimi in Sicilia, iuxta Athos, uno oculo in fronte, qui omnium primi æris fabricam inventisse

nisse traduntur. Hinc factus est locus fabulæ, ut Vulcani ministri credatur, & Iovi fulmina fabricare. Inter hos præcipue celebrantur à Poëtis Brontes, Steropes, & Pyramon. Virg. li. 8. Aen. Ferū exercebat vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyramon, &c. q; Dicti aut putantur Cyclopes ab eo quod oculum unū orbicularem in fronte haberent. <sup>xv. 2. 3.</sup> enim circulum significat, v. lumen sive oculum. q; Cyclopis donū, <sup>xv. 2. 3.</sup> dñe, pro eo quod est, munus inutile. Lucianus cōtra cyclopem.

Cyclopēus, adjectivum, <sup>xv. 2. 3.</sup> ut tela Cyclopea: id est, fulmina. Claud. lib. 1. de Raptu Proserpinæ. q; Cyclopea vita, <sup>xv. 2. 3.</sup> pro vita vehementer effeta ac barbara, quæ neque legibus, neq; disciplina civili coaster, neque religione deorum gubernetur.

Cyda, <sup>xv. 2. 3.</sup> proprium viri Cretensis, de quo sic Cie. Philip. 5. scribit: Antesignanos inquit, & manipulares, & alaudas judices se cōstituisse dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O confessum iudicū præclarum, o dignitatē concilii admittandam: pavet animus apud concilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portatū insulæ, hominem audacissimum & perditissimum, sed fac ita non esse: num Latinè scitis num ex iudicij genere & forma? num leges nostras, morēs venovit? nū deniq; homines? est enim vobis Creta notior, quam Roma Cyda. Hæc Cicero.

Cydathenæum, <sup>xv. 2. 3.</sup> Vicus in Pandionide tribu, patria Democharis Comici. Steph.

Cydias, <sup>xv. 2. 3.</sup> Pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam CLXIIII, talentis Hortensius orator mercatus est, eique adem in Tusculano suo fecit: emicuit Olympiade CXIIII. Plin. lib. 35.

Cydippæ, <sup>xv. 2. 3.</sup> Puella quædam pomo decepta ab Aconio, ut superius traditum. Ovid. Litera Cydippem pomo prælata fecellit: Insciaq; est verbis capta puella suis. Est etiam nomen nymphæ apud Maronem lib. 4. Georg.

Cydnæ, <sup>xv. 2. 3.</sup> Olim dicta fuit Macedoniæ civitas, quæ postea corrupto nomine Pydna appellata est. Autor Steph.

Cydnus, <sup>xv. 2. 3.</sup> Ger. Ein fluss dieses Namens in Cilicia / dī Wasser soll den Podagrāischen ihren Schmerzen mitteren. Cilicæ fluvius, nō spatio aquarū, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrit. Hujus meminit Iustinus lib. 11. Tibul. lib. 1: At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis Cœruleus placidis per vada serpis aquis. Solinus scribit atnem à candore, Syrorum lingua nomen sortitum. Vitruv. lib. 8. cap. 3: Cydni aquas podagra laborantibus apprimè salubres esse, cruribus in eis meis: de cuius rei experientia Cassius Parmensis poëta ad M. Antonium epistola extitit, ut Plin. lib. 15. adnotavit. Constat Apolloniu aliquando per epistolam Tarsenses fuggillasse, quod juxta Cydni aquas occidentes, tanquam fluviatiles aves federant, quietæ aquæ pulchritudine quasi ebri fasti, ut Philostratus scribit lib. 1. de ejus vita.

Cydnus, Fluvius amenus & saluber, ex Tauro mōte ostens, ut inquit Strabo, Tarsum urbem dividit, à candido colore nomen habens. Syri enim quicquid candidum est, Cydnum vocant. Priscian.

Flexilis & Cydnus dirimit qui flumine Tarson.

Cydonia, <sup>xv. 2. 3.</sup> Insula est ante Lesbon, dicente Plin. lib. 2. cap. 103: In Cydonia insula (inquit) ante Lesbon fons est calidus, Vere tantum fluit.

Cydori, <sup>xv. 2. 3.</sup> Ger. Ein Statt in der Insel Candia / heißt jetzt Cania. Insigne Cretæ oppidum: à quo Cydonius, a. um. Ovidius 2. Metamorph. Cydonio fundebat spicula cornu. Virgil. Aeglog. 10: Ite: libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneū appellavit. Plin. lib. 15. cap. 11: His proxima amplitudine mala, quæ vocamus Cotonæ, & Græci Cydonia, ex Creta insula advecta. Serenus: Aut quæ poma Cydon Cretæ misit ab oris. q; Est item viri proprium apud Virgilium 10. Aeneidos: Dum sequeris Clytium infelix nova gaudia Cydon. Quem in locum Servius annotavit nomen hoc, quem viri proprium est, priorem producere: eademque corripere quando est gentile. Idem 12. Aeneid. Parthus sive Cydon telum immedicable tortit. <sup>xv. 2. 3.</sup> Stephan. Vrbs Cretæ, Apollonia prius dicta, à Cydone Apollinis filio, & Achallidis filiæ Minois. Alia est Sicilia: tertia Libyæ: civis, Cydoniates, Cydon, Cydonius.

Cydōnæus, Cydonicus, & fœm. gen. Cydonis. q; Est & Cydon viri proprium apud Virgil. 10. Aeneid. Vide Servium. <sup>xv. 2. 3.</sup>

Cydōnitem appellat Palladius cibum ex cydoniis decoris, & melle confectum. Cotonatum vulgo dicitur. [Ger. Rübenmus / oder Rübenkäse. Pol. Pigmentum / confect. Virg. Bis alma likiārum.]

Cydones, dicuntur urbis hujus incolæ, sagittandi peritia lignes.

Cydræ, <sup>xv. 2. 3.</sup> Vrbs Byrsarū in Thessalia, ut videtur, alias Cydræ. Strab lib. 7. Steph.

Cylbæni montes, <sup>xv. 2. 3.</sup> Majoris Phrygiæ colles sunt, ex quibus Cayster fluvius profluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 25.

Cyllärūs, <sup>xv. 2. 3.</sup> Nomen unius ex Centauris. Fuit etiā hoc nomine equus Pollucis, secundum Virg. 3. Georg. Talis Amyclæ domitus Pollucis habens Cyllarus, & quoru Graueminere poëta. Atqui Castor equorum dominus fuit: sed fratrem pro fratre posuit, poëtica licentia: ut, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item: Revocato à sanguine Teuci, pro Dardano. Hæc Servius.

Cylleborus, Stheleni filius, qui vigente bello Trojano cum Aegiale Diomedis uxore confuetudinem habuit. Servius.

Cyllénæ, <sup>xv. 2. 3.</sup> Mons Arcadiæ, in quo Maja à love comprehensa, Mercuri peperit, ut autor est Virgil. lib. 8. Aen. Vobis Mercurius pater est, quæ candida Maja Cyllenes gelido concepi vertice fudit. q; Hinc Cyllenis, idos patronymicum.

Cyllénīus, pena prod. & per duplex l. [xv. 2. 3.] Ger. Ennam Mercurii. Mercurius dicitur, sive quod omne rem letimone sine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, <sup>xv. 2. 3.</sup> vocantur: sive quod in Cyllene via, aut certè Cyllene Nympha fuerit educatus: sive quod in Cyllene Arcadia mōte tuerit genus: quam opinione ipse etiā Virg. sequitur lib. 8. Aeneid. cujus verba citavimus paulò ante in dictio ne Cyllene. Lucan. lib. 1: motuq; celer Cyllenus hæret.

Cymæ, <sup>xv. 2. 3.</sup> & y more Latinorum in uiratata, Cumæ, Oppidum est Acolidis: de quo vide paulò ante copiosius in dictio ne C V M A.

Cymæs, <sup>xv. 2. 3.</sup> Vide Sirenum apud Steph.

Cymīnūs, pen. corr. [Ger. Ein See in Hetraria/ so jetzt die Itali ennen/ Lago di Vico.] Hetruræ lacus est, ad sex milia passuum ab urbe Viterbio, Cymino monti suppositus, qui vulgo Monte de Viterbo dicitur: ut Appiantus ostendit. De hujus lacus origine talia refert Servius: Ali quando Herculem ad hos populos venisse: & quum à singulis provocaretur, ad virum ostentationem, vescem ferreum, quo exercebatur, humili defuisse: quem quum nemo illorum posset evellere, Herculem tandem cum sustulisse: tantamque repente aquæ vim erupisse, ut Cyminum efficerit lacum. Hæc Servius, illud Virgili explicans Aeneid. 7: Hi Sorætis habent arces, Flaminiaq; arva, Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.

Cymodōce, vel Cymodocæ, <sup>xv. 2. 3.</sup> Ger. Ein Meerdom/ die Wellenstürze. Nympha Marina, Nerei & Doridis filia, à placandas fluctibus ita dicta, teste Hesiodo in Theog. Virg. 10. Aen. Cymodocæ enumerat inter eas, quæ ex navibus Aeneæ in Nymphas marinas cōmutatæ fucrunt. Quarum (inquit) quæ fandi doctissima, Cymodocæ.

Cymothiæ, pen. corr. <sup>xv. 2. 3.</sup> Nympha marina Nerei, & Doridis filia, teste Hesiodo in Theogon. ita dicta, quod per fluctus discutat. Virg. 1. Aeneid. Cymothoë, simul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naves scopulo. q; Est ite Cymothoë, fons notissimus Achaia proprie dictæ, inter Patras & Pheras urbes: cuius meminit Plin. lib. 4 cap. 5.

Dejone, Δέιον, Mater fuit Miletii ex Apollinis concubitu. Vnde  
Miletum Dejonidem vocat Ovid. lib. 9. Metam. ubi sic habet:  
Tunc erat invalidus, Dejonidemq; juventæ Robore Miletum,  
Phœboq; parente superbum Pérmituit.

Deiopæta, pen. prod. sive Deiope, Διοπέτα, Vna ex nymphis lu-  
nonis, quam illa apud Virgil. lib. 1. Aeneidos, Acolo uxorem  
pollicetur. Sunt inquis, mihi bis septem præstanti corpore nymphæ,  
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopætam Connubio jungam stabili proprietate, dicabo.

Dejotarus, Διόταρος; Galatæ rex fuit populo Romano ami-  
cissimus, qui tempore belli Phœbaci Pompeii partes sequu-  
tus est, eoq; profigato ad Cæsaris victoris clementiam con-  
fugit, à quo Regis quidam nomen retinuit: parte tamen regni  
mulkatus est. Postea accusatus quodd Cæsari apud se diver-  
tenti insidias struxisset, à Cicerone defensus est elegantissima  
oratione, quæ etiam hodie extat. q Fuit & Dejotarus alter  
Adramytrenus, iudi literarii magister, apud Gargara Troadis,  
ut scribit Steph.

Deiphile, Διφίλη, Nomen Adrasti regis filia, & Tydei uxoris,  
matris Diomedis, Græcorum omnium post Achillem & Ajaxem  
Telamonium fortissimi.

Deiphobæ, ες, Διφόβη, Nomen proprium Sibyllæ Cumææ,  
Glauci filia, quæ Aeneam ad inferos duxit. Virgil. 6. Aeneid.  
Phœbi Triviæq; sacerdos. Deiphobe Glauci.

Deiphobus, pen. corr. Διφόβη, Nomen filii Priami ex He-  
cuba, qui interempto Paride Helenam duxit uxorem: cuius  
tamen dolo & præditione interfactus est à Græcis, quos illa

in cubiculum dormientis introrsus, ut autor est Virgil. lib. 6.  
Aeneid. Atq; hic Priamidem lanatum corpore toto, Deiphobo  
bum vidit, &c.

Deiphylus, pen. corr. Διφύλος, Fuit Stheneli filius: Capaci  
in bello Trojano amicus fidissimus: teste Homer. 3. Iliad.  
Deipites, Vir Trojanus, quem Ulysses in bello intercepit, teste  
Homer.

Delas, & Tygris minor, Fluvii, Apameam Mesonorum civi-  
tem circundant, Steph. in Apamea, Διάσ.

Delacus, Vide DELOS.

Delium, Δελιος, Oppidum Bœotiaz in Tanagra, & templum  
Apollinis, Stephanus.

Delius, Vide DELOS.

Delli. Lacus erant breviores, bullientibus aquis insignes, non  
lögè à Catana, mirè profunditatis, quos incolæ Crateras vo-  
cant. Hos poëtæ singunt fuisse fratres Palicos Iovis & Thalæ  
filios. Nam quum Thalia se videret ex love gravidâ, metuens  
iram Junonis, optavit ut sibi terra dehisceret. Instante autem  
partus tempore, reclusa terra ea in parte, ubi nunc Delli lacus  
sunt, duo pueri emeruerunt, quos Palicos fratres vocaverunt,  
Διόπαλος ιχειός, quod prius in terram demersi, denud reversi  
sunt. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quod  
per eos credantur in lucem esse reversi, & lacus ipsos Dellos  
vocant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, ut circa  
eos juramentum exigi soleret, si quis in furti suspicionem ve-  
niasset: prius tamen accepero fidejussore, qui si juraret quid ac-  
cidisset, præstaret quod exitus ostenderet, qualia etiam ho-  
die juramenta ad D. Antonii aram à Christianis videmus  
præstari.

Delminium, Δελμῖνον, Vulgo Densæ, Dalmatæ oppidum est,  
apud Ptolem. lib. 2. cap. ult.

Delos, [Δελος. Ger. Die sünneteste Insel auf den Cycladen, wo  
der ringeweis herumb im Hegelischen Meer liegen heißt das sieben.] In-  
sula est maris Aegei, Cycladum omnia clarissima, in qua  
Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. De hasc  
scribit Cic. 3. Ver. Proditum est memoriaz ac litteris, Latonam  
ex longo errore & fuga gravidam, & jam ad partendum vici-  
nam, temporibus exactis fugisse Delum, atq; ibi Apollinem,  
Dianamq; peperisse. Qua ex opinione hominum, illa insula  
corum deorum sacra putatur, tantumque ejus autori religio-  
nis & est, & semper fuit, ut ne Persæ quidem, quum bellum te-  
ti Græcie, diis, hominibusq; indixissent, & mille numen na-  
vium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur,  
aut violare, aut attingere. Hæc ille. q Aristoteles, Delum Ap-  
pellatam existimat Διόλη, quod quum ante mari opera  
eſſet, repeteſſe ostenderit. Aliis nominibus appellata est Or-  
tygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Py-  
ripæ, ab igne ibi reperto. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Deliacæ, Δελιακæ, Quod est ex Delo. Vnde Deliacæ vasa  
dicta sunt ex ergo pretioso, ab insula Delo, ubi fuit prima nobilis  
artis æris. Plin. lib. 34: Antiquissima æris gloria Deliacæ fuit  
mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cic. pro Rosc. Do-  
mus Chrysogoni reserta vasis Corinthiæ & Deliacæ. Ex arte  
Deliaco fiebant pedes trieliniorum, & fulera.

Deliacæ supellex, in qua erant trielinia, & lecti cum pedibus, &  
fulcris ex ære Deliaco factis.

Delius, Δελιος, Qui est ex Delo insula: unde Apollo Delius, &  
Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam  
ex love gravidam, quum partui vicina esset, metu Pythonis  
serpentis, qui eam toto terrarū orbe lunonis jussu persequen-  
tatur, in Delum insulam fugisse, ibiq; Diana & Apollinem  
codem partu edidisse. q Delius natator, Διλιος οὐλομέντης:  
olim vulgo dicebatur admodum natandi peritus, quiq; pos-  
set in summa naturæ aqua.

Delphæ, Διλφοι, Tum pro oppido, quæ pro oppidanis, plura-  
li tantum numero: sicut Gabii, Leontini, Puteoli. Est autem  
civitas in Bœotia juxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni  
filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepito: magis rupibus  
& loci natura, quæ humana arte resuunt. [Ger. Ein Etat in  
Griechenland nahe bey der Berg Parnass gelegen in welcher der Zeus  
durch ein Bild den Rhatsfragen die Antwort gab.] Delphæ Apol-  
linis erat oraculum toti terrarum orbi celeberrimum. Vnde &  
ipse Apollo Delphicus dictus est. Horatius lib. 1. Carm. Lau-  
dabunt alii claram Rhodon, aut Mytilenen, Aut Ephesum,  
bimarisse Corynthe Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apol-  
line Delphos. q Macrobius in Saturnibus: Apollinem Del-  
phicum appellatum existimat à prisca Græcorum voce Διλφοι,  
quæ solum significat, eò quod interduellis omnibus  
obscuratus, solus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis ap-  
pellatus est.

Delphicæ, ca, cum, Διλφοι. Vnde Delphica laurus, quod vi-  
ctores Pythiorum (qui ludi Phœbæ sacri erant) ea coronaren-  
tur: & est viridior laurus. q Delphicus gladius, Διλφοι οἱ φοι. De re dicebatur ad diversos usus accommodabili. Quicmad-  
modum

modum iisdem vasculis, & poculorū vice in conviviis, & clā-  
porum vice in bellis utebantur. Nam Delphī gladius ad  
eum modum erat fabrefactus; ut eodem simul & sacras ma-  
terarent viātīas, & nocentes afficerent suppicio. Meminēre  
hujus adagii Eurip. in Traged. & Arist. tūm Polit. lib. 1. tūm  
De partibus Anim. lib. 4.

Delphīcā vasa. Vide in APPELLE.

Delphīsā Διάφορα, Fons est insignis apud Delphos: Delphī  
la verū. Διάφορα, urbs Arcadiæ cit. Vtiusq; autor Steph.

Deltā, [Δέλτα. Ger. Ein Dreiecksh. Insel wie das Griechisch hñch.  
stab Δ, so der Rhîs in Egypten macht an dem ort da er sich anhebt  
seine aufgang in theilen.] Insula est in Nilo Aegypti fluvio, non  
procul ab Alexandria: ita dicta, quod literæ Græcæ Δ imaginem  
referat. Hircius lib. 4. bell. Civit. Locus, inquit, estellarum,  
ferè regionum nobilissimus, nō longè ab Alexandria, qui no-  
minatur Delta, quod nomen à similitudine literæ coepit. Nam  
pars quædam fluminis Nili derivata inter se duobus itineri-  
bus, paulatim medium inter se spatiū relinques, diversissi-  
mo ad litus intervallo à mari adjungitur. q. Est item Delta no-  
men urbis non procul à Syria, teste Stephano.

Deltōtōn, pen. prod. Διλτων, Sigmaū est in celo supra Arietis  
caput positiū, trianguli figura Δ. Græcæ literæ imaginem  
referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis latribus,  
uno breviori, in uno quoq; angulo stellā habens. Cic. in Arati  
Phænom.. Deltotœa dicere Graii Quod solit, simili quia for-  
maliter claret.

Demades, Δημάδης, Atheniensis orator fuit, Demosthenis  
simulus, eiq; adversas in Republica partes fovens. Nihil enim  
aliud Demosthenes quām patriæ libertatem spectabat: ille ex  
Macedoniam gratiā potentiam quærebat & opes. Hunc jam  
statē confectum & ex nimio luxu ad summam jam inopiam  
redactum, cavillatus est Antipater viātīas cæsis similem esse,  
de quibus nihil, nisi lingua jam superest. Vide Plutarch. in vita  
Demosthenis.

Demænētūs, Δημήτης, Nomen viri propriū apud Plaut.  
in Asin. & significat populare & idiotam.

Demaratus, Δημάρατος, Lacedæmoniū dux fuit, qui quām  
Atheniensis apud quos exulabat, ingens aduersus Lacedæ-  
monios bellum parare animadvertiscit, plus se patriæ, quam  
vis ingratæ, debere ratus, quām privatæ amicitiæ ornariū quæ  
agebātur cives suos fecit certiores. Vixit autem tempore Phi-  
lli regis Macedonum. q. Alius fuit (ut scribit T. Livius lib.  
1. ab Urbe) Corinthius negotiator dives, qui ob seditiones  
domo profugus, tyrannidem Cypseli fugiens, in Hertrianam  
commigravit, comportatis opibus luculentis; qui à Tarqui-  
niasibus Hertria populus exceptus, Tarquinium Priscum  
regem populi Romani ex illustri Hertria uxore genuit. Huc  
comitati sunt duo ex Corintho histores, Eucratus & Eugra-  
nius, à quibus Italie traditam plasticen hoc est figuriam ar-  
tem ferunt.

Demārchiūs, Δημάρχης, Princeps populi, aut Tribunus plebis  
dicitur. Spartanus in vita Adriani: Fuit Demarchus in patria  
sua, Athenis Archon.

Demēter pen. prod. Δημήτη, dicta est Ceres, quasi Gameter: id  
est, terra mater. Hinc apud Galen. lib. 2. de Alimentis, legitimus,  
Demetria signa: id est, Cerealia, & frumentaria.

Demētriās, Δημητρᾶς, Vulgo Dimitriada, Thessalizæ oppidum  
est, quod prius Pagasa dicebatur. Autor Plin. lib. 4 cap. 8 Ste-  
phanus à Demetrio rege dictum putat, qui ea in ora regnavit,  
& civitates quotquot sub Pelio erant, evertit. Idem alteram  
ejusdem nominis urbem in Macedonia collocat: & tertiam in  
Persicæ juxta Arbelum.

Demētrīum, Δημητρῖος, Locus in finibus Thessalizæ, circa cam-  
pum Crocotum & Amphrysum fluvium. q. Est præterea ejus-  
dem nominis civitas in Aculide, teste Stephano.

Demētrīus, Δημητρῖος, Antigoni Macedonum regis filius &  
patri in regno successor, qui propter insignem in expugna-  
dis utib[us] virtutem, πεπλόγενος: hoc est, urbium expugnatō  
dictus est. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas no-  
mine ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam oc-  
cupavit: Athenas Cassandi, Ptolemæi quæ imperio liberavit:  
Cyprum, vieto Ptolemæo navalī p[ro]lio, recepit: Pyrrhum ab  
oppugnatione Thessalizæ repressit. Postremo quum bellum  
adversus Antiochum suscepisset, acie victus, vivus in illius po-  
testatem pervenit: & in Chersoneso lib[er]z custodiz permis-  
sus, quum majorem voluntatum, quām salutis rationem ha-  
beret, morbo ex incontinentia corruptus, periret. Hunc Plutar-  
chus in Parallelis cum Antonio Triumviro in contentionem  
adducit. q. Fuit & aliis Demetrius Phaleteus, Theophrasti  
discipulus, qui ob eximias virtutes Atheniensibus præfuit an-  
nis decem, trecentisq; sexagiāta statuī æris honoratus est.  
Hic (ut Plutarchus inquit) monebat Ptolemæum regem, ut de  
regno, imperioq; libros sibi compararet atq; perlegeret. Quæ  
enim amici non audent monere reges, hæc in libris scripta

sunt. De hoc sic scribit Cicero. in Bruto: Demetrius Phaleteus  
eruditissimus quidē ille omnium horū, sed non tam aīmis in-  
stitutus, quām palæstra. Itaq; delectabat magis Athenienses,  
quām inflammabat. Processerat enim in solem & pulvrem,  
nos ut è militari tabernaculo, sed ut è Theophrasti doctissimi  
hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, eamque  
mollem, teneramque reddidit, & suavis, sicuti fuit, videri  
maluit, quām gravis. q. Fuit præter hos & Demetrius Syrus,  
dicendi magister non ignobilis: cuius etiam meminit Cicero  
in Bruto.

Democedēs, pen. prod. Δημοκέδης, Fuit Crotoniata, medi-  
cus illustris, qui quā inter Darii captivos esset, & Darius ipse  
ob luxum pedem graviter egrotaret, ita ut jam septem dies,  
noctesq; insomnes c[on]sideret, nec à medicis ullis juvaretur, du-  
ctus in medium Democedes vinclis compedibus, Darium  
penitū liberavit: dehinc summo in honore apud regem ha-  
bitus est.

Demochārēs, [Δημοχάρης. Ger. Ein Redner von Athene ein Schwie-  
gersohn Demosthenes.] Orator Atheniensis, Demosthenis ex so-  
nore nepos: qui missus cum aliis ad Philippum regem Lega-  
tus, petenti regi quid gratum Atheniæibus facere posset: Si  
(inquit) te suspendas. Indignantibus ob eam rem ceteris, Rex  
dimisit in columnem: Vos (inquieti ceteris) renuntiate Athe-  
niæibus, quos censeant superiores, qui talia dicunt, an qui  
audiunt patienter. Hæc Seneca lib. 3. de Ira. Hic etiam histo-  
riam earum rerū quæ gestæ erant sua aetate Athenis, non tam  
historico, quām oratorio genere scripsit. Autor Cic. in Bruto.

Democles, Δημόκλης: sive (ut apud Valerium legitur) Damo-  
cles, adulatoris cuiusdam nomen fuit, qui quām coram Dio-  
nyso regum felicitatem supra modum exaggerasset, quād  
& splendidissime amicratur, & laudissime viuitatē, Rex quæ-  
sivit velle suam cum eo conditionem permutare. Quumq;  
annuisset, ornatum regia purpura jussit cum accumbere, mea-  
sa omni genere deliciarum copiosissimè instructæ: sed supra  
caput strictum eadem de tenuissimo filo jussit suspensi. Me-  
tuens itaq; Democles, ne fracto filo ensis sibi in caput recide-  
ret, maluit ad pristinum vitæ genus redire, quām tam manife-  
stum vitæ adire periculum, intellexitq; quod res erat, regum  
vitam in speciem quidem felicissimam videri: si tamen pro-  
pius inspicias, plenam esse solitudinis & periculi.

Democōn, Δημόκων, Fuit nothus Priami, qui velocissimos  
patris equos apud Abydum custodiebat. Hunc Ulysses in bel-  
lo interemuit, ut eit apud Homer. lib. 4. Iliad.

Democrātēs, Δημόκρατες. Insignis athleta fuit, qui consistens

in circulo à se circunscripto, à nemine loco moveri potuit.

q. Fuit & alter Democrates insignis architektus Alexiadū Ma-  
gnum aetate, qui illius iussu Alexandriam in Aegypto metatus  
est. Suidas.

Democritūs, pen. cot. [Δημόκριτος. Ger. Ein Philosophus wel-  
cher ab allen glückseligen / vnd Menschlichen wäsen lachet] Nomen  
philosophi Abderitæ, qui accepta à fratribus natu majoribus  
paternæ hæreditatis p[ro]missione, cognoscendarum rerum cupi-  
dite accēsus, bonam orbis partem peragrat Postea in pa-  
tiam reversus, cum summa ihopia, in hortulo juxta suæ urbis  
muros, se ad solas rerum naturas contemplandas contulit.  
De hoc memoria proditum est, quod quocunq; fortunæ ca-  
su, & mutabilium rerum auditu, in risu solvebatur, sicut He-  
taclitus in flatum: unde Gelasinus nomihattus est. Tandem, te-  
ste Cic. lib. 5 Tuscul. se occæcavit, ut naturæ secreta subtilius  
rimaretur. Agebat centesimum & nonum annum quum mor-  
tuus est. Dixit omnia ex atomis fieri, ac plures esse mundos, &  
corruptiles. Fertur theologia ac astrologiam didicisse à  
Magis & Chaldæis: cum gymnosophistis quoq; congressus  
est. In omni deniq; Philosophiæ genere adeo profecit, ut Pen-  
tagathlos, sive Quinquerinto dici posset. Namq; naturalia, mora-  
lia, mathematica, liberales disciplinas, artiumq; omnium pe-  
nitiam callebat. Hunc Plin. virum sagacem, & vitæ utilissimum  
fuisse resent, sed nimio juvanti mortales studio prolapsum.  
Constat patre locupletissimo natum fuisse, ut qui totus Xerxis  
copiis epulam dederit.

Demodōcūs, Δημόδης, Nomēn citharædi, quem Hom. lib.  
8. Odys. inducit in convivio Alcinoi regis Phæacum citharæ  
pulsantem, & simul accidentem.

Demolchus, Syracusanus comicus, Epicharmi medici filius;  
docuit fabulas quatuordecim lingua Dorica. Suidas.

Demōnax, Δημόναξ. Philosophus insignis fuit Adriani tēpōri-

bus, pecuniae contemptor, & omnis sollicitudinis expers. Ni-

hil sibi unquam viatici parabat: sed quum esuriret, quām do-

num primū aperiat offendebat, ingressus jubebat sibi ci-

bum apponi. Gætanarius decessit, & funere publico est elatus,

ut refeat Lucianus.

Demōnētūs, Δημόνης, Insula est circa Chaledonem, in qua

cyanus lapis, chrysocolla, & aurū invenitur, si Stephano cre-  
dimus:

Dēmōnīcā, Δημονία. Ephesia mulier fuit eo tempore quo Galii Scones omnem Europam infestabant, quæ cupiditate auxi capta Brenno hostiū duci Ephesum prodidit. Hanc Plutar. in Patal. cum Tarpeia puella comparat.

Dēmōphōn, ἀντις, Δημόφων, vel Demophon per contrationem, Δημόφων, Thesel ex Phædra filius & rex Athenarum, qui ab expeditione Trojana rediens, adversis ventis pallus est in Thraciam, ibi q. à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio & lecto suscepit est: apud quam quā aliquādiū delitūset, Athenas abiit, ibi q. mortuo patre imperium suscepit oblitus Phyllidis, cui se redditum juraverat. Quapropter illa videns se de-relictam, amoris impatientia de amygdalo se suspendit. Vide infra PHYLLOS, ubi hæc copiōsū tractantur. Ovid. lib. 2. de Arte: Et tibi Demophoon Thesel criminis hæres, Phyllide decepta nulla reiecta fuit, &c.

Dēmōpolis, penult. corr. & Neocles Themistoclis clarissimi Atheniensis ducis filii fuerūt, qui quum apud cives suos meninisseat, legum, quæ adversus exules latrarent, à paternis inimicis, lapidibus obruti sunt. Cæl. lib. 8. cap. 12.

Dēmōsthenes, pen. corr. Δημόσθενης. Ger. Ein färtrefflicher verständiger Redner der Griechen / welcher die anderen all weit übertraffen hat.] Nomen Oratoris clarissimi, & Græcorū omnium Oratorum principis. Hic natus patre qui Cultellarius cognominatus est, quod domi haberet officinam & operarios cultellorum. Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude, & negligētia direptis bonis, vix habuit unde præceptoribus mercem solveret. Verum quum multo studio, & labiorio per vigilio in clarissimum oratorem evasisset, libertatis, Græciæ defensor, publicè gravibus concionibus Philippum insestus est, utpote publicæ libertatis insidiatorem. Post cujus mortem patria pulsus, tandem revocatus est. Sed jam mortuo Alexandre, & Antipatro rebus Græcis præposito, quum manifestam sibi necem imminentem vidaret, relatis Athenis, in Calauriam insulam (ut scribit Suidas) ubi asylum erat Neptuno sacrum, concessit. Quò quum venisset, Archias auctor tragediarum, qui ab Antipatro missus erat, ut Demosthenem comprehendet, primū ei persuaderet conzus, ut una secum ad Antipatum se conferret, nihil molestia ab eo perperurus. Cujus fraude intellecta Demosthenes: Nihil est (inquit) Archia quod conteris. Neque enim in scena mihi unquam placuisti minus, neq; nunc persuadebis legatus. Quum autem Archias se per vim detraeturum minaretur. Tandem (inquit) Macedonica oracula aperiuit: nam prius quidem tanquam histrio simulabas. Verum age, parumper expecta, dum pauca domesticis scribo. Hæc locutus, sumpto libro tanquam scribere vellet, calamus ori admovit, deinde caput vestre tegens, se inclinavit, quumque ab ora retraheretur, cecidit, spiransq; animam emisit. Hic eloquentia studio flagrans jugiter lucubrabat, adeò ut duos vel tres menses continuos domi inclusus, sine intermissione studeret, abrasa parte capit, ut excundi facultatem sibi prætiperet. De hoc Hieronymus: Demosthenes plus olei quam vini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper vigilis prævenisse.

Dēmūs, Δημος. Locus in Ithaca, alias ιχεύλας, dictus. Apud Athenenses virum significat, Stephanus. Est etiam pars tribus.

Dēo, Δέο, Ceres à Gracis appellatur, ηγετής τῶν διώκτων, ed quod frugum fuerit inventrix. [Ger. Die Ceres, eu θεά των οἰκτηρίων des Getreids.] Hinc Deo's patronymicum, filia Dæus, quæ est Proserpina. Ovidius 6. Metamorphos. Addidit ut Satyri celatus imagine, pulchram luppiter implerit gemino Nycteida fœtu Mnemosynem pastor, varius Deo'sa serpens.

Dērā, Δέρα, Iberia regio, per quam Sicanus fluit, Stephanus. Quanquam civitas an regio sit, in Græco non addatur.

Dērbē, es, Δέρβη, Castellum est & portus Isauria, patria Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit.

Dērbētēs, Δέρβητες, Gentiles.

Derbices, Δέρβις. Ger. Grafsamme Wölker in Asia/naher dem Hircanischen Meer / durch welche Landeschaft der fluss Oxus løuft.] Populi sunt Asia, autore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos Oxus amnis medios fecat. Hi acerrimi delictorum vindicatores creduntur: utpote qui levissimum quodq; delictum capite puniant. Parentes grandævos, postquam annum septuagesimum fuerint egressi, jugulatos devorant, satius arbitrantur à cognatis illos, quam à vermbus absungi: citra septuagesimum annum obeuntur, nō edunt, sed humant, ut scribit Strabo lib. 2. Hos Hieronymus. Derbies vocat: Massagetae (inquit) & Derbies miserrimos putant, qui ægrotatione moriantur: & parentes, cognatos, propinquos, quum ad senectutem venerunt, jugulatos devorant: rediviū esse dicentes, ut à se potius, quam à vermbus comedantur.

Dērce, Δέρτη, Fons est frigidissimus æstate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Hæc Calepinus ex Petrizotto. Martialis tamen hunc fontem Dircennam vocat, non

Dercem. Sic enim scribit, lib. 1. ad Lucian. Tepida natabis in ne Congediada, Mollesq; Nympharum lacus: Quibus remissum corpus astringes brevi Salone, qui ferrum gelat Avitam rigens Dircenna placabit sitim, Et Nemea, quæ vincit nives. Quo in loco, si Dirce legatur, versu deerit syllaba.

Dercetō, Δέρτη, Nomen est fabulosæ dæz, quæ apud loppæ, autore Plin. aut (ut Diodor. lib. 1. placet) iuxta Ascalonem colitur humana facie, reliquo corpore pisces. Hinc Syri Atargatis vocant. Filiana habuit Semiramidem, quam à columbi educatam ferunt. Ob id sacras genti aves eas esse, ostendit T. Ballus: Alba Palæstino sancta columba Syro.

Dercyllus, Vnus è præfectis Pyrrhi, teste Plutarcho.

Dercæ, Δέρτη, Vrbs Arcadiæ, Steph.

Derrhæ, Δέρτη, locus Laconicæ: Gentile Dertheus, vel Dertes: unde Dertheatidis Dianæ templum, Stephanus.

Derrhan, Δέρτη, Stephanus: populi Thraciæ. Herodotus Dersos vocat, ut sequitur.

Dersæ, cum z diphthongo, sive (ut alii legunt) Derses, Δέρτη, Populi sunt Græcorum in litoribus Thraciæ, quorum nominat Herod. lib. 7.

Dertona, x, pen. prod. Δέρτη, Stephano, Insubrig oppidum est ad Padum fluviū, quod à Ptolæmo Taurinis annumeratur. Hodie vocatur Tortona.

Dertosa, Vrbs Hispaniæ, vide Lertosa, ut spud Ptol. scribitur, quod nō placet sed potius Dertosa, quum hodie Tortosa nancipatur.

Derūsæ, fuerunt oratores Persici, teste Herod. lib. 6. Δέρτη, Steph. populi sunt Persici, ex 1. lib. Herod.

Dessili, Δέρτη, populi Thraciæ, Steph.

Desitiae, Δέρτη, Liburniæ populi in cōventu Narbonensi: quos commemorat Plin. lib. 3. cap. 22.

Desticōs, Δέρτη, Insula est exigua, Thraciæ adjacens, nō procul à Cherroneso: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Dēvā, Δέρτη, Britanniæ oppidum est in tractu Orientali, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. 3.

Dēvānā, Δέρτη, Oppidum Tazalorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie scotia dicitur. Autor Ptolem. libro 2. capite 3.

Dēucallion, Δέρτη, Ger. Ein Sohn Promethei, welcher es sich mit seiner Haushälften Pyrrha te dem als gemeindem Wassergash oder Gundsfliß in Thessalia ist erhalten worden.] Nomen proprium filii Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrha filiam conjugio junxit. Porro quum hic apud Thessalos regnaret, ingens diluvii contigit: quapropter arrepta navi solus Deucalion cum Pyrrha servatus, in Parnassum montem delatus est. Cessantibus verò aquis Themistos oraculum adiit consultaturus de humani generis restituitione: quæ respondit, ut ossa Magnæ matris post tergum jacerent, Conjectis igitur post tergum lapidibus, quos Deucalion jecerat, in mares: quos Pyrrha, in foeminas vertebantur. Iuvén. Sat. 1: Ex quo Deucalion nymbis tollentibus æquor, Navigio montem ascendit, fortisq; poposcit, Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa. Vide fabulam apud Ovid. lib. 1. Metam.

Dēucallion, Δέρτη, a. um, ut Deucalionem imbræ, qui pro maximis & copiosissimis imbribus ponuntur à Poëtis, sive pro universo totius orbis cataclysmo, quem illius volunt Poëtæ contingit temporibus. Lucan. li. 1: Deucalioneos fudisset Aquanus imbræ. Vndæ Deucalioneæ, Ovid. 7. Metam.

Develton, Plinio, Δέρτη, Ptolemæo, Oppidū Thraciæ mediterraneum lacum habēs ejusdem nominis. Vtriusq; meminit Plin. lib. 4. cap. 11. Vulgo Deveto.

Dēvērrā, Dea ab antiquis putata est, quam venerabantur, ut scopis num vertere possent.

Dēxamēnē, Δέρτη, una ex nymphis marinis, à recipiendo dicta. Δέρτη enim recipio dicitur.

Dēxamēnæ, plurali numero, Δέρτη, Ambraciæ regiunculus est: ita dicta à Dexameno Mesoli filio, & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. Autor Stephan.

Dēxārī, Δέρτη, Populi Chafonum Encheleis propinquus, Stephanus.

Dēximontani, Carmenæ populi, dexterâ ripam Crani amnis accolentes. Autor Plin. lib. 6. cap. 23.

Dēxiphanes, Pater Sostrati architecti, Stephanus in Pharo.

Dēxippus, Δέρτη, Orator Athenensis fuit, sub Valeriano & Aureliano principibus. q Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis. Autor Suidas.

De ante I.  
De, Δέ, Insula est maris Aegæi, una Cycladum, distans à Delo X VIII. M. pass. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionysias à vini fertilitate. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. In hac Liberi pater Ariadnem à Theseo destitutam, uxorem duxit: qua de causa etiam Baccho sacram esse volunt. Ovid. in Trist. Quæ brevis æquoreis Dia fertur aquis. q Er item Dia Thessalia urbs Aeaco condita. Alia item Thraciæ, ad Athos montem.

Tertia

Tertia, Eubœa. Quarta, insula juxta Scyllæum Peloponnesi promontorium, oppidum habens ejusdem nominis. Quinta, Lusitanæ ad Oceanum. Sexta, Italæ juxta Alpes. Septima, Scybiæ, circa Phasim. Octava, Cariæ. Nona, Bithyniæ juxta Pontum. Autor Stephanus.

Dia, *die*, deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliasios colebatur: quæ eadem fuisse creditur cum Hebe Iuventutis dea, vide Strabonem lib. 8.

Diabitæ, *Διάβηται*, Stephano, Insulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenset Plin. lib. 5. cap. 31.

Diacopēnē, *ες*, *Διακοπήνη*, Cappadocia regio ad Halym fluvium. Strabo lib. 12.

Diacræ, tribus Atticæ Pallantis sedes, Steph.

Diades, *Διάδης*, nomen dedit Diadi urbi in Lycia, quam condidit Stephanus.

Diaðochi, Vrbs est in Persia non procul ab Ctesiphonte, *Διάδοχη*, Stephan.

Diadumenus, *Διάδημος*. Quasi vittatus, diadematusq.: quo nomine dictus est juvenis quidam speciosus, quæ Polycletus ex ære expressit. Plin. li. 34. cap. 8. Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit molliter juvenem, centum talentis nobilitatum.

Diagoras, [Διαγόρας Ger. Ein Gott oder Philosoph in Athen der von diesem Gott nichts gehästet hat.] Nomē philosophi qui Διαγόρα cognominatus est, quod nullos deos esse putaret, mysteriaq; omnia ita contemneret, ut alios etiam ab iis averteret. Quare ab Atheniensibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas. Hujus Diagoræ meminat Cicero lib. 1. de Natur. deor. Quid Diagoras, Atheos qui dictus est: posteaq; Theodorus: nonne aperiè deorum naturam suscuerunt? Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cuius meminat Gell. lib. 3. cap. 15, his verbis: Diagoras tres filios adolescentes habuit: unum pugilem: alterum pancretiasten: tertium luctator, cōsq; omnes vidit vincere, coronariq; eodem Olympi die: & quum cum ibi tres adolescentes complexi, corona suis in caput patris positis, suaviarentur, quumq; populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, ibi in studio inspectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflavit. Hujus Diagoræ meminat Cicero. libro 1. Tusc. quæst.

Dialls, *le*, *Διάλιθος*, *ο Γλώσσας*, Quod Iovis est, quem Graeci vocant. Vnde flamen Dialis, Iovis ministerio assignatus à Nummo Pomplilio, ut docet Liv. lib. 1. ab Urbe: Graeci etiam Τίταν, pro ære ponebant, quo pacto nos etiam Iovis vocabulo utimur. q Vnde sit adjektivū Subdialis, *τυπωθεὶς*, id significans quod extra teatum est aëri, & cælo expositum. Plin. lib. 34: illa super terram ex dialibus petris cæditur hæc ex obrutis. Idem lib. 36. cap. 25: Subdialis pavimenta Graeci invenerunt: id est, quæ permanent sub dio. q Dalem Consulcm, *ἱρμαῖς τύποις*, dixit Cicero pro Consule unius die, iudens nimitem in voce ambigua, non secus aësi à die dialis diceretur. Vnde celebratur illud scisma ejus in Caninis: Olim Flamines, nunc Consules diales sunt. Hujus compositū potest videri novendialis: de quo vide infra sub loco.

Dianæ, Iovis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu ædita. [Σέπτημις Ger. Ein Tochter Latone und ein Schwestern Apollinis.] Eadem & Luna dicitur, sive quod noctu una: hoc est, sola & sine fratre lucet: sive quodd lumen à sole accipiat, quasi lucē lucens aliena. [Ger. Der Mon.] Præterea & Noctiluca dicta est, sub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes lunonis Lucinæ nomine invocabant: lunonem quidem appellantæ à juvando: Lucinam verò quod partum in lucem proferre putarentur. Virg. 4. Aeglog. Castra fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. Graeci à lucis vocant. Alii Lucinam dictam putant quod oculis & luci præst: alii à luco quem Romæ in Exquilis habebat. Eadem & Proserpina, *πυρετόν*, dicta est, & Dictyna: quarum appellationū ratione vide suo loco. Apud inferos Hecate dicitur, vel quod centum victimis placetur, vel quod centum annos errare faciat insepultos. Dicta est & Pergæ *πιγμαλία*, à Perga Pamphyliæ opido, in quo templū habuit insigne. Plures tamen Dianas fuisse Cicero libro ultimo de Natura deorum scribit: sed illa nominatissima est quæ eodem partu cū Apolline ex Iove & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertut hominum consortia fugisse: & ut à le libidinis pruritum ansoyeret, venando sylvas incoluisse, pauçarū virginum comitatu contenta. Arcum ferebat & pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induita. Ob hanc causam sylvarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Falcelis à fasce lignorum, ubi ejus simulachrum abditum erat, quod occiso Thoante Tauricæ regionis rege ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Laudatissimum templum habuit apud Ephesios: aliud itē in Taurica regione, ubi carne tantum humana litabantur. De hac Lucan. lib. 1: Et Tauroscythicæ non

mitior ara Diana. q Dianam autem dictam putant, quasi Iovinianam, *Διάνη*: fuit enim (ut jam diximus) Iovis filia ex Latona.

Dianum, *Διάνη*, Vulgæ Denia. Oppidum est Hispaniæ Terræconcis in ora maris Balearici. Ptolemæus inter Edetanorum oppida enumerat, lib. 2. cap. 6.

Diphantes, *Διφάντης*, Fluvius est Siciliæ, ea in parte qua Syria, cotermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. lib. 5. cap. 27.

Dias, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostrato.

Dias, adis, *Διάσης*, Lycia oppidum à Diade quodam conditum: à quo & nomen accepit. Autor Stephanus.

Dibutades Sicyonius, teste Plin. lib. 37. cap. 2. primus Corinthi figulus fuit, qui ex creta vase cœpit conficere, & extremis imbrigibus tegularum personas imponere.

Dicæa, *Δικαια*, Vrbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

Dicæarchiā, *Δικαιάρχησσα*, Vrbs olima celeberrima in ora Lucrenæ, quæ nunc Puteoli, quod ea civitas quondam justissime regebatur. Nam Graeci *Δικαιος* justum vocant, *ἀρχεὺς* principatum. Sunt qui Dicarchiam vocant hanc urbem per quatuor syllabas. Vnde & possessum Dicarchæus apud Sidonium Apollinarem legitur: Nanq, Dicarchæ translatus pulvis arenæ. Loquitur illic de pulvere Puteolano, qui in aspergendis Palæstritarum corporibus primam laudem habebat.

Dicæarchiūs, *Δικαιάρχης*, Philosophus fuit Siculus, ex Messina civitate, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, juvenesq; auditum convenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum exitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse quam vim quandam atq; potentiam æquabiliter fusam, tam in corporibus brutorum quam hominum, eamq; à corpore credebat esse inseparabilem, & unâ cum corpore interire. q Fuit item alter Lacedæmonius grammaticus, Aristarchi auditor. Suidas.

Dicæogēnēs, *Δικαιόγενης*, Poëta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Autor Suidas.

Dictæ, *Δικται*, teste Ptolem. lib. 3, Mons est Cretæ: sic dictus à Dictæ nymphæ quæ in eo colebatur.

Dictæus, *Δικταιος*, Cretenis. Virg. 4. Georg. Dictæo cœli regem pavere sub antro.

Dictynna, pen. prod. *Δικτυννα*, Cognomen est Diana. Scribit Theodorus lib. 6. Dictynnam ex love genitam, in Creta cōsuetudine Diana familiarissimè usam esse, quæ res causam præbuit ut quidam Dictyanam, Dianamq; eandem esse existimat. Callimachus ait: Dictynnam à retibus pectoriis (quæ dictynna dicunt) denominatam, intra quæ fugiens evaserit violentiam Minois regis eam libidinis causa in sequentis. Alii à retibus venatoriis ita dictam volūt, quorum ultum prima traditur invenisse. Vide ea quæ supra annotavimus in dictione BRITOMARTVS.

Dictynnæum, *Δικτυννα*, Dictynnae templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityus: cuius meminat Strabo lib. 10.

Dictys, *Δικτυς*, Vnus ex Centauris fuit Pirithoi manu interfectus, ut est videre apud Ovid. ii. 12. Metam. q Fuit etiā hoc nomine historicus Cretensis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Trojanam profectus, rotū illud bellum Phœnicum lingua conscripsit. q Fuit & Dictys pescator quidam qui Perseum educavit, de quo Stat. lib. 2: Fluctivagus volucr̃ comedat Persea Dictys.

Dida lex. [Ger. Ein Gesetz das zu Nem gemacht ward / in welchem man alle überflüssige Unzucht in den Maßnahmen durch das ganze Italien bei einer gewissen Straff verbot.] A' latore Dido nominata, A' Macrobi. lib. 3. cap. 17, inter leges sumptuarias numeratur, quæ post Fanniam legem duodeviginti annos sequuta est, cuius ferendæ duplex ratio fuit. Prima, ut nō sola civitas Romana, sed universa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, ut non modò qui convivia majore sumptu se cissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atq; omnino interfuerint, pœna legis tenerentur.

Dido, dūs, *Διδώ*, Filia fuit Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis sacerdoti juncta fuit: quem quum Pygmalion Elisa frater, thesauris ejus inhiās, ante aram obtunçasset, illa in somniis monita, cū iis quibus Pygmalionē invisum esse sciebat, effossis claram thesaurus navim concedit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quantum taurino corio posset circūdare. Quo in loco quum corium in tenuissimas partes dissecisset, locumque satis amplum complexa esset, urbem condidit, quam Carthaginæ appellavit, arcemq; in medio urbis, quam à corio bubalo Byrsam vocavit. Deinde quum larbas Gerulig

Rex nuptias ejus ambiret, recusantemq; vi, armisq; cogeret, sibi ipsi manus intulit, præferens nimurum honesta morte occumberere quam prioris lecti jura, secundis nuptiis polluere. [Ger. Ein Tochter Beli des Königs zu Tyro, welche die Stadt Carthago soll erbaumen habe.] Virg. lib. 1, & 4. Aen. fabulatur Aeneā capta Troja à patria profugum, vi tempore statis Carthaginē fuisse delatum, Elīsamq; amore ejus captam, quū præter spem deseretur, mortem sibi consivisse. Quę tamen res gravissimorum Histōricorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt septuagēsimū dēnum anno post Romanam conditam ab Elīsa condi cœpisse. Ab Aeneā vero in Italiam adventus usque ad Vrbem conditam numerantur anni ampliū quam trecenti, quibus Albus regnatū est. Hac de extat elegans apud Aūsonium Epigramma, quo illa se ab impudicitia nota vindicat, monens lectorē, ut de morib⁹ suis incorruptis potius Histōricorum monumentis, quam Poëtarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elīsa dicta fuit. Dido autē cognominata fuit à rerum gestarum magnitudine, quasi virago. **Dīdymaōn**, Διδυμόν, Insignis faber ferrarius fuit, cuius meminit Virgil. lib. 5. Aen. Et clypeum efferi jussit, Didymaōnis artes, Neptuni sacro Danis de poste refixum. **Dīdymaē**, ες, pen. corr. Διδυμη, Insula in mari Siculo, una est Aeolis. Pomp. Mela, lib. 2.

**Dīdymaōs**, Διδυμός; Apollo dictus est, quod geminā speciem sui numinis præferat. Ex uno enim fonte latus, gemino sydere spatia dici & noctū illustrat: interdiu per seipsum lumen præbens: noctū verò lunam illuminans. Vnde & Romani (ut inquit Macrobius) Solē Didymaei Apollinis appellatio ne venerantur. q̄ Dictum est & Didymaōm templum Apollini dicatum apud Meletum, quod prius oraculum Brancidaram (ut autor est Plin.) appellatum est. De quo templo sic scribit Strabo lib. 4: Post Posidēum Miselium est oraculum Apollini Didymaei sacrum apud Brastidas, ad decem & octo stadia ascendentē. Id à Xerxe incensum est, quemadmodū cetera templo omnia, Ephesio excepto. Postea Milesii templū cōstruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine testo, variis antiquarū astium donis sumptuosissime honoratum.

**Didymus**, Vide in APPELL.

**Digeri**, Διγέρει, populi Thraciæ, Steph.

**Diglito**, appellatur Tigris fluvius, ubi tardior fluit: hoc est, usq; ad Medorum fines. Autor Plin. lib 6 cap. 27.

**Dīōvīs**, Iuppiter appellatus est, Vide DI E S P I T E R.

**Dynamēne**, ες, Δυναμήν, Nympha marina, Nerei & Dorides filia: ita diēta ab eo, quod in mari plurimā polleat. Hesiod. in Theogon. Δυνάμη η. Πλευτή η, φίγων η, Δυναμήν η.

**Dīnārchūs**, Δινάρχης, Corinthii civis nōmē est, apud Plutar-chum, qui Polypercontis fraude fuit interemptus.

**Dindryme**, Vrbis Macedoniæ, Διδύμη, Steph.

**Dindymēnē**, Διδύμη, & Dindyme, dicitur Cybele, quod in Dindymo Phrygia monte ejus sacra fierent. Mart. lib. 8: Non per mystica sacra Dindymenes lurat Gellia.

**Dindymus**, pen. corr. Διδυμός, in singulari māsc. gen. in plurali neut. Iuga sunt montis Ideæ Phrygiæ, matri Dēum dicata. Propert. Dindymus & sacræ fabricata invēta Cybellæ. Virg. lib. 9. Aen. O' veræ Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta Dindyma, ubi assuetis bitorem dat tibia cantum.

**Dīnōcrates**, Δινοκράτης, Messenius fuit, lascivia, luxuria, viceq; incontinentia insignis: cui tamen alioqui in arduis negotiis suscipiens non defecit animus. Hinc quum quodam die in multam noctem produxit et convivium, habituq; muliebri sumpto, coram convivis saltasset: postero die adiit Q. Flaminium, penes quem tum summa potestas erat, ostendens, si sibi daretur præsidium, posse se Messanam ad defensionem sollicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effeminato tantā audaciā: De his (inquit) postea videbimus. Te verò miror unā tractare, saltare, & mulierem mentiri posse, quum rem tantam animo audeas concipere.

**Dīobūlūm**, Διοβούλος, oppidum prope Pontum, Steph.

**Dīochites**, Διοχῖτης, vicus Aegypti, in quo sepultus est Osiris, Stephan.

**Dīocles**, Διοκλῆς, Atheniensis, antiquæ Comœdiae scriptor, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. q̄ Diocles item medicus Carystius, Darii, Hyksaspis tempore, qui & cōmentarios quoddam de re medica scriptos reliquit.

**Dīodeus**, Oisilochi filius, teste Hom. habitavit in Phæra, loco infigni.

**Dīoclinītæ**, [Pol. Dogorti.] Quid sint dīoclinitæ, indicat Am-mianus Marcellinus li. 27: Explorat̄ novissimis rebus, luxuq; adjumento militari marcente, adhibitis semiermibus paucis, quos dīoclonitas appellant. Julius Capitolinus in Antonio philosopho: Armavit & Dīoclonitas.

**Dīodorus**, pen. prod. Διόδης, cognomento Chronus, Dia-lecticus ex Ialle Asia civitate fuit, ut Strabo est autor lib. 14.

qui Platonis tempore Euclidem audivit. Dīctus Chronus ab Apollonio Chroao ejus præceptore, cujus ut famam obsec-ravit, ita & cognomen usurpavit. Dialecticus etiam appellatus, quod (ut sit Laertius) primus involutum disserē di genus invenerit. Hic apud Ptolemaeū Soterem commorans, quum aliquando inter epulas à Stilpone s. r̄mones quoddam diale-ticos propositos, exempli nequissim exsolvere, & ob id à rege per iugium Chronus appellatus esset, convivium dese-ruit, ac edito per otium super ea propositione libro, ex animi moerore extinctus est. Autor Diogenes Laertius. q̄ Fuit item Diodorus quidā Stoicus philosophus, utroq; lumine orbus, cuius sic meminat Cic. in Bruto: Erāt cum Stoico Dīodoro, qui quā habitat̄ apud me, cū Quinto vixisset, nuper est domi mea mortuus, à quo cū aliis rebus, tūm studiosissimè in dialectica exercebat. q̄ Diodorus Comicus poēta, cuius Co-mœdias enumerat̄ Athenæus. q̄ Diodorus Alexandrinus, filius Pollio's philosophi ejus, qui cōposuit Dictionarium At-ticū. Floruit Adriani tempore. Suidas. q̄ Dīodorus præterea duos ē Lydia Tiberii tempore. Strabo cōmemorat, ambos ora-tores. Præterea fuit & Dīodorus Siculus nobilissimus histori-cus, qui variam historiā libris quadraginta cōscriptis, quā bī-blio hēc nominavit. Floruit Augusti temporebus. q̄ Dīodo-rus Tar-sensis, præsul, cuius meminit Hieronymus, & Suidas. **Dīögēnes**, pen. corr. Διογένης. Ger. Ein vermängter unflätigē Philosophus zu Athen/ welcher in eini fas dabein ware/ und dasselb hin und her lebt wie er wolle.] Nomen philosophi Cinici celeberrimi Antisthenis discipuli, de quo scribitur, quod quum Anti-sthenes nullum discipulorum recipere, & perseverantē Dio- genem removere non posset, novissimè clava minatus est, nisi abiret. Cui ille subiectissime dicitur caput, atq; dixisse: Nullus tā durus baculus erit qui me à tuo posset obsequio separare. Vt ebatur Diogenes palliolo dupli proprie frigus, p̄tā pro cellario habuit, secumq; portabat clavā ob corpusculi fragilitatem, qua jam senex membra sustentare solitus erat. (ut scribit Hieronymus) hoc est, in diem vivens vulgo appella-tus est, quod omni abjecta solicitude cibum suum insig-nulos dies emendicaret. Habitavit autem in portarum vesti-bulis, & porticibus civitatum: quumq; se contorqueret dolio, volubilem se habere domū jocabatur, & se cum temp̄ribus immutante frigore enim, os dolii vertebat in Meridiem: æsta-te ad Septentrionem: & utcunq; sol se inclinaverat, Diogenis prætorium vertebar. Ferunt accedente Alexandrum ro-gasse ne sibi apricanti à sole obstaret. Obiit secundū nonagenarius. Hic (ut autor est Cic. lib. 1. Tuscul.) jussit cadaver suum in-humatum abjici, quærentibusq; amicis, volucribusq; & feris corpus suum dilaniandum vellet relinquere: Minimè, inquit, sed bacillum apud me. quo illas abigam, ponitote: irridens nimi-um amicorum præpostera curam, qui tantopere de huma-tione cadaveris omnis sensus expertis erat solliciti: quasi magnum quiddam interest, à ferisne, an à vermis absumere-tur. q̄ Fuerunt alii quatuor Diogenes, quorū unus fuit Apol-loniates Anakimenis auditor, temporibus Anakagoræ: alius Sicyonius, qui Peloponēsiaca scripsit: alius Stoicus ex Seleu-cia, qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit: alius Tar-sensis, quæstionum poēticarū scriptor. q̄ Postremo fuit & Diogenes Laertius, qui de vita & moribus philosophorum opus sc̄iptum reliquit.

**Dīögēnianūs**, Διογένης: Heraclensis insignis grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alpha-beti ordinem conscripsit Autor Suidas.

**Dīögēnētūs**, autore Plin. lib. 2 cap. 17, Διογένης, fuit unus iti-nerum Alexandri regis mensur. q̄ Alius fuit sub Antonino philoso-pho pictor egregius: de quo Iulius Capit. q̄ Alius Clitomachi Poeni pater, qui successit Catneadi: antea Asdrubal nominatus. Fure & alii hujus nominis. Dicitur autē Dio- genetus per syncopen pro Diogenetus, Διογένης: hoc est, love genitus.

**Dīomedā**, Διομήδη, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Les-bo raptam concubinam habuit. Homer. lib 9. Iliad.

**Dīomedēs**, Διομήδης, Vrbis Danorum, à D. omede condita, Stephan.

**Dīomedēs**, Διομήδης, Rex Aetoliæ, Tydei & Deiphiles filius, qui cum reliquis Græcis ad Trojam profectus adeò strenue se gescit, ut post Achilleum & Ajacem Telamonium fortissimum haberetur: Nā præter occisos à se reges, & singulares pugnas adversus Hectorē & Aeneam, aliasq; insignes Trojanorum principes, & captos Rhœsi equos, Palladiumq; Trojanis sub-tractum, Martem quoque in eo bello vulneravit, Venereq; in dextra manu, dum Aeneam protegere vellet. Quamobrem dea indignata, Aegiale uxori ejus tantam libidinem immisit, ut cum Cyllabaro Stheleni filio concumberet. Quare cognita, Diomedes domum reverti noluit, sed in Apuliam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibique Arpos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Aenea dolo occisum, quusq; socios

socios ob peremptum regem in aves diomedeadas, vel (ut Græci vocant) heroidas mutatos. Horat. lib. 1. Serm. Qui locus à forti Diomede cōditus olim, &c. q̄ Diomedes alter rex Thraciæ, qui dum equos suos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipsiis ad devorandum objec̄tus est. Ovid. in Ibin: Ut qui Threicū quondam præsepia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis. Idem 9. Metam. Quid quum Thracis equos humano sanguine pingues, &c. q̄ Fuit & Diomedes grammaticus multi ingenii vir.

Diomedē insulæ, διομέδεια ἡπολιτεία, duas è regione Gargani sunt: quarū altera habitatores habet: altera deserta est, ubi dilpariſſis ajut Diomedē, & socios ejus ob dolorē in aves cōvertos, que ob id Diomedē vocitatae sunt. Has Iuba Cataraetas appellat. Dentes eis esse dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candida sunt, quæ in sola Diomedæ insula vi- suntur. Vocem edunt similem pueris vagientibus. Solem ferent hō possunt, noctuq; pīces venātur, carum pinguedo morbis frigidis maximè salutaris. Vide Plin. lib. 10.

Diomedē campi, διομέδεια πεδία, vocati sunt in Apulia, qui in divisione regni, quam cum Dauno fecisse dicitur, Diomedē cesserunt.

Diomētā, διόμετρος, m., vel διόμετρος, per omicron, pars tribus Aegeidis: quod d' Hercules illic Colyci hospitio suscep̄tus, Diomētum filium amaverit. Steph. vide C Y N O S A R G E S.

Dion, δίων, Nomē proprium Syracusani nobilis, qui adē Platōnem amavit, ut se eidem totum traderet. Hic patriam aſſertuit in libertatem, expulso Dionysio tyraano. De quo Plutar̄chus refert, quod quum Calippum, cui omnium uni maximē fideret, in ſuasib; ſibi tendere accep̄ſſet, cum arguere paſſus nō eſſt: Mori, inquiens, longē præſtare quām vivere, ubi non ho- ftes ſolum, ſed etiam amicos cavere oportuerit. q̄ Dion Cai- lius, patria Nicæus historicus, ſcripsit Romanam historiam libris LXXX. Præterea res gestas Trajanī principis, vitā Arriani philofophi. Autor Suidas. q̄ Dion Prusius, ſophista & philo- ſophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Trajanum plerūq; vixit, cujus fa- miliaris fuit, eodemq; curru dignatus. ſcripsit pro Homero cōtra Plato ſiem libros 1111. De virtutibus Alexandri magni libros decem. Præterea An mundus eſſet interſtūrus, De co- me laudibus. De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

Diōne, διόνη, Vna ex nymphis, Oceani & Tethyos filia, (ut quidam perhibent) Veneris ex love mater. Vnde & Dionæ, dionæ dicta eſt. Virg. 3. Aen. Sacra Dionæ matrē diuiſiq; ſerebam. Et alibi: Ecce Dionæ processit Cæſaris aſtrum.

Diōne, διόνια, Vrbis Cypri, Steph.

Diōnyſiā, διονύσια, Vrbis Italiz. Eſt & Diōnyſias, Steph.

Diōnyſiā, διονύσια, Insula eſt quam aliter Naxum vocant, à vinearum fertilitate ſic dicta. q̄ Eſt & genoma, miſtis nigro ru- bentiſib; maculis, quæ in aqua trita ſaporem vini facit. Ebric- tati reſiſtere exiſtūtūt. Plin. lib. 37. cap. 10.

Diōnyſiōpolis, διονύσιον πόλις, civitas in Ponto, Cruni, Κρονι, prius dicta, ab aquarū defluxu: quum verò poſtea Diōnyſiō ſimulachrum ē mari ad locum appulifſet, nomen inde recepiſſet. Sunt etiam Cruni regio quādā occidentalis ſub imperio re- gis. Secunda eſt Phrygiæ ab Attalo & Eumene condita, qui Diōnyſiō ſimulachrum eo loco repererunt. Tertia Indiæ: qua- ta, Lybiæ: quinta, Thraciæ. Stephanus, vide C R V N O S.

Diōnyſiōpolis. penult. cor. διονύσιον πόλις Stephano, Thraciæ urbs eſt, autore Plin. lib. 4. cap. 11. & Mela lib. 2.

Diōnyſiūs, [διονύσος]. Germ. Bacchus der Gott des Weins. Polon. Bacchus bog. Vng. Bor. Stein, Bakkus.] Dictus eſt Bacchus: & Diōnyſia, διονύσια, Bacchanalia, Bacchi festa. q̄ Fuit & hoc nomine philofophus. Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quū renū morbo laboraret, cruciareturq; cruciatu im- patibili, ſuccumbens dolori clamabat, falsa eſſe que à Zeno didicerat. Zeno enim, & Stoici hoc omnes habent dogma, dolorem ſcilicet nō eſſe malum, ſed indifferente. q̄ Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracusanorū Tyranni, quorū ſu- perior quū Carthaginenses tota Sicilia expulifſet: & bonam partem maritimæ Italia in ditione ſuam redigifſet, tandem à Carthaginibus ſuperatus, ſuorū fraude occidit. q̄ Huic ſucessit filius ejusdem nomiñis, qui quū civitatem Syracusanā cædibus repleſſet, expulſus eſt. Iterumq; receptus, quū ciude- lior indies fieret, rufus extortis Corinthum in exilium proſi- ciscitur: ubi in ſordidissimū vita genus deſcedit, in popinis, lupanaribusq; residens, ut contemnendus magis, quām me- tuendus videretur: Vnde proverbialis allegoria: Diōnyſius Corinthi, διονύσος ὁ κορινθός, qua ſignificamus aliquē ſumma dignitate atq; imperio ad privatam, humilemq; redactum fortuam. Cicero Attic. lib. 9. Quintil. Orat. Inst. lib. 9. & Plu- tar̄chus: Novissimè ſeſtiū magiſtrū profeffiſſi, pueros in trivio docebat: ut quoniam viris imperare nō poterat, ſaltem pueris imperaret. Erat enim eruditus, utpote Platonis audi- tor olim. Interrogatus jam exul, quid ei philofophia proſuif-

Elorūs, pen. prod. ἑλόρος, Vulgo Labio, Sicilie urbs est Pachyno promontorio proxima: ita dicta ab Eloro amne, qui adiacentibus campis superfunduntur, sicut Nilus: in quo pisces cibum è manu capiunt. Plin.lib.32. cap.2: De hoc Silius, Sidonius, Drepene, atq; unda clamosus Elorus. Virgil.lib.3: Ex uno præpingue folium stagnantis Elori.

Elotia, ἑλωτία, seu Elotia, ἑλωταί, Publica appellant mancipia Lacedæmonii: id est, publicos & ministros, ut sunt apparitores, litores, qui apud Thesfias dicuntur Penestæ.

Elyenor, penultima producta, ἑλενή, Nomen comitis Vlys-sis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum cōversus fuit: & deinde pristinę formę restitutus, delapsus de scalis, cervicem fre-git. Autor Homer. 10. Odyss. Iuvenal. Sat.15: Et cum remigibus gruñissile Elpenora porcis.

Elpia, ἑλπία, Vrbs in Daunis, à Rhodiis condita. Steph.

Epls, ἑλπίς, Nomen proprium Boëthii uxoris. Cujus epita-phium vide in suo loco.

Elinia, Dicta est Ceres ab Eluio oppido, vel ab Eluide fluvio in quo colebatur. Iuvenal. Saty.3: Me quoq; ad Eluinam Cererem, vestramq; Dianam.

Eluri, ἑλυροί, Populi Scybici, Steph.

Elusa, ἑλυσα, Vrbs nunc quidem Palæstinæ tertia, olim verò Arabiæ. Stephanus.

Elysium, ἑλύσιον, Locus ubi piotum animæ habitant: ἑλύσιον, à solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corporis deyenient ad Elysios campos. Virg.lib.5. Aeneid. sed a-moena piorū Concilia, Elysiumq; colo. q; Sunt & Elysii campi in Boëtia circa Thbas, ut inquit Lycophron: de quibus seassisse videtur Virg.lib.2. Georg. quum ait: Quamvis Elysios viretur Græcia campos.

Elymatis, idis. [□] V. belam. ἑλυγία. ] Regio ad sinum Persicum, ab ipsa Perseide Orati flumine discreta. Autor Plinius libro 6. capite 25.

Elymæ, ἑλυμα, Regio Assyriorum juxta Persiam prope Susidem, Stephanus.

Elymum, ἑλυμον, Insula in Eubœa, cum civitate: dicitur etiam ἑλυμεία, Steph.

Elymnus, ἑλυμνός, Heros, Elymici civitati Macedoniæ nomen dedisse putatur, Steph.

Elyrus, ἑλύρος, Vrbs Cretæ, Stephan. qui & alibi Syriam navale ejus appellat.

E ante M.

Emath. [Ἐμάθια, chamath.] Nomen fuit duarum Syrie urbium: quarū major, Antiochia: minor appellatur Epiphania. Vnde etiam hodie proficiscitibus in Mesopotamiam prima manu. Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinēte. Hemath verò in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

Emathia, ἑμαθία Stephano & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata: [ German. Die Landstrecke in Macedonia.] Ita dicta (ut quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Aurora fili. Plin.lib.4. cap 10: Macedonia centum quinquaginta populo-um, duobus inclita regibus, quondamq; terrarum imperio, Emathia ante dicta. Poëtæ Emathiam aliquando usurpat pro Thessalia, suo quodam jure vicinorum locorum appellatio-nes confundentes. Virg.1. Georg. Non fuit indignum superi-bis sanguine nostro Emathiam, & latos Hæmi pinguis cere campos? Lucan.lib.1: Bella per Emathios plusquam ciyilia

# EMB EME EMP ENC 127

campos: hoc est, per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, teste Plin.lib.4. cap.8.

Embatum, ἑματον, Locus Erythræi est, maris rubri. Steph. Emerita, Augusta, ἑμερίτη, Vulgo Merida la grande. Hispaniæ oppidum est, ad Lusitaniam spectans. Est hæc urbs cocco ce-lebris, quod est rubrum granum, cuius succo vellera tinguntur. Tyro splendori neutiquam cedentia, ut Plin. scribit libro 9. capite 41.

Emilia, penult. prod. ἑμιον, aliás, ἑμιον, licet Dionysius corripiat: urbs Phœnicie Licanusæ. Gentile. Emisæus, vel Emesenus. Emissa foemininum est, licet Dionysius declinare videatur, ἑμιον, m. Steph.

Emmaus, mai, Plinio, sive Emmaus, ὑπέντιον, ἑμιον, Ptolemæo; Castellum sive oppidū Palæstina, alio nomine Nicopolis appellatum, ubi Christus à duabus discipulis panem frangens fuit agitus. Plin.lib.5. cap.14: Hierichuntem palmetis consi-tam, fontibus irriguam Emmaum.

Emodus, ἑμοδός, Mons qui circa finem Indię in duos ramos dividitur. Alteri Ortocorcas nomen est, alteri Semantinus. Vide Ptolemæum lib.6. cap.15.

Empandæ, Paganorum Dea fuit, teste Festo: ita dicta quod patentibus pagis, non clausis urbibus praefuerit.

Empedocles pen. cor. [Ἐμπέδοκλης, Germ. Ein Philosophus natürlicher dingे höherschafft.] Nomen est philosophi Agrigentini, quem necias utrumque inter Poetas, an inter Philosophos annumeres, quippe qui rerum naturam elegantissimo carmine explicuit, ut apud Romanos Lucretius. Hic (ut autor est Hieronymus) omne quod vivit & moveatur, non putavit edendum, sicut & Pythagoras: & ex concordia, amicitiaq; elementorum cuncta constare affirmabat, & eorum inimicitia & discordia aliquando dissolutum iri. Prima item elementorum complexione segregatum aëra contendebat: & post cum ignem erupisse, cumque cum aliis locum non reperiret, sustinum à frigore esse repulsum. Circa terram autem duos circumferri dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aere maxime, ac ex igne admodum exiguo: & illum diem, hunc noctem esse putat. Solem natura non esse ignem, sed ignis repercussionem ei similem, quam in aquis fieri cernimus. Lunam ex relicto ab igne aere cōgelatam, sicut grandem congelatur, & per se factam, lucem à Sole r̄cipere. Mente non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse, ac illis partibus homines magia sentire quibus plus sanguinis inest. De hujus morte nonnulli memoria tradiderunt, clam reliquis sociis Aetnam Siciliæ montem ascendisse, & in ardorem ejus craterem se conjecisse, eo consilio, ut quin nulquam appareret, crederetur factus esse immortalis: sed ejus impetu ignis ferreis ejus crepidis, rem fuisse deprehensam. De

Empedocle extat honestissimum illud Lucretii elegium: Carnina quia etiam divini pectoris ejus Vociferatur, & exponit preclaræ reperta, Ut vix humana videatur stirpe creatus. q; Empedoclis similitas. E' μπέδοκλης ἑρχεται, dicebatur pertinax & irreconcilabilis: Empedoclem eam ajunt iis fuisse moribus, ut assidue similitates cum aliquibus suscipieret, easque pertinacissime exerceret. Quadrabit etiam ubi quis levè causa ex amico fit inimicus.

Emporæ, Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo.

Emporium, ἑμπόριον, Oppidum, quod alias Tanais, juxta Tanaidis fluvii ostia in Mæotin, Steph.

Emporium, ἑμπόριον, Vrbs Celica, à Massiliensib. conditas altera est Macedoniæ: tertia Siciliæ: quarta Campaniæ, Steph.

Empulæ, ἑμπολæ, Genus larva & terribilament dicatum Hecataz, uno pede incendens: unde & nomen. Autor Eustathius. Vide Cælium Rhœdig.lib.6. cap.38. lect. antiqu. & Erasmus in proverbio: Proteo mutabilior.

E ante N.

Enalus, ἑναλος, Lesbius adolescens, qui quū servanda pueræ eijusdam gratia se in mare abiecisset, opera delphinum ser-vatus, unā cum illa ad continentem transvectus est. Autor Plus-tarchus in Symposium septem sapientum.

Enclædius, [ἴνκλαδος, Stephano] Germari. Ein gewaltige Höhle welches Jupiter mit dem Straat zu bauen geschoffen hat/vond den Berg Aethnam oben auss ihn gewissen. ] Gigantum maximus, Titanis & Terra filius, quem Jupiter sub nomine iustum Aetnae monte supposuit. Virg.lib.3. Aen. Fama est Encladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac.

Endelææ, ἑνδελαι, Stephano, Oppidū in Illyride juxta quod Cadmus & eisdem uxori in serpentis versi sunt. Lucan.lib.3: & nomine prisco Enchelææ versi testantes funera Cadmis. Meminit huius oppidi & Plin.lib.3. cap.21.

Endymion, ἑνδυμίον, Nomen proprium ejus qui primus Luna cursum invenit. Apollon. libro quarto Argon. Οὐκ ἔχει πάντα τὸ Λάρνακαν αὔτην ἑνδυμίαν, οὐδὲ εἰς τὴν οὐρανον. Hinc origo fabulæ quam Cicer tangit 1. Tuscul. Endymionem à Luna adamatum fuisse, & ab ea in Latmio Cariæ monte

monte fuisse sopitum: non alias ob causam quām ut illum semel exosculetur. Endymion (*inquit*) si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormivit: qui est mons Cartæ nondum (opinor) experitus. Num igitur cum curare censes quum Luna labore, à qua consopitus putatur, ut cum dormientem osculetur? Haec tenus Cic. q Hinc natum proverbium: Endymionis somnum dormis, E<sup>m</sup>du<sup>m</sup> p<sup>m</sup> u<sup>m</sup> s<sup>m</sup> d<sup>m</sup>as. In eos quadrabit qui se se modico somno saginant, aut qui diuturno in ocio versantur, nec ullis se negotiis exercent, sed mollem, seriatamq; agunt vitam.

E<sup>n</sup>ēt<sup>e</sup>, c<sup>m</sup> habitabant olim iuxta Paphlagoniam: inde Homerus sylvestres multos educi scribit. Dicuntur & eque Enetes, c<sup>m</sup>, etiam possessivum est, & civitas Myrmecis dialectici patria, Steph. Vide HENETI.

E<sup>n</sup>gaddum. [7. 1<sup>m</sup> hengaddi.] In tribu Iudeæ (ut scribit Hieronymus) vocatur usque hodie vicus prægrandis Iudeorum, iuxta mare mortuum, ubi opobalsamum provenit, quas vineas Engaddi Salomon in Cantico nominat. Idem alibi Engaddum ager est terra Iudeæ, non tam vineis quām bal- samis florens.

Engelanes, populi Illyriæ, idem qui Encheleg, l<sup>m</sup>slavus, Steph. Engyon, i<sup>m</sup>slavus, Vrbs Siciliæ, Steph.

E<sup>n</sup>loch<sup>i</sup>, Vide HENLOCHI.

E<sup>n</sup>lop<sup>e</sup>us, h<sup>m</sup>loph<sup>e</sup>s, Hectoris auriga fuit, à Diomedelancea confixus. Autor Homerus, 8. Iliados.

E<sup>n</sup>ip<sup>e</sup>us, penultima prod. h<sup>m</sup>ip<sup>e</sup>s, Fluvius Thessalizæ, cam- pos Pharsalicos rigans, juxta quem Cæsar vicit Pompeium. Lucan. li. 7. Sanguine Romano quām turbidus ibit Enipeus. q Est & alter hujus nominis fluvius in Elide, in Alpheum illa- bens, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teste Stra- bone lib. 8.

E<sup>n</sup>isp<sup>e</sup>, c<sup>m</sup>, Vrbs Arcadiæ, quæ non amplius extet. Quidā Cleotriæ, alii Phocidi annumerant.

E<sup>n</sup>na, c<sup>m</sup>. German. Ein Statt gelegen miten in Sicilia, heit fert Anne. ] Civitas Siciliæ edito in loco & undique præcipiti sita, à Syracusanis (Stephano teste) condita, quæ umbilicus Siciliæ dicitur, quod in medio insulæ constituta sit. Imminet subiacentibus campis, ubertate & florum varietate conspi- cuiusq; solim templum Cereris (ut Strabo testatur) habuit vetu- stissimum, ubi dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misere Romani. Hinc raptam à Plutone Proserpinam, Cereris filiam, dixit antiqui- tas. Vulgus hodie Annam appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius insulæ solet conventum habe- se. Cicer. in Verrem: Vetus est (*inquit*) opinio, iudices, qua cō- stat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis, in- sulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cū cetera gentes sic arbitrantur, tum ipsi Siculis tam per- suasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse vi- deatur: nam & natas esse has in iis tercis deas: & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Eanensis nō more: qui locus quod in media insula est littus, umbilicus Siciliæ nominatur. Haec tenus Cicero.

E<sup>n</sup>ne<sup>a</sup>us, a, um, c<sup>m</sup>, ut, Ennae Ceres, quæ augustinissimo in templo apud Ennam colebatur: cuius simulachrum tanto erat effectu artificio, ut qui illud intueretur, aut ipsam videre se Cerem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed coelo delapsam arbitrarentur. Autor Cic. 7. Ver.

Enneacrunos, c<sup>m</sup>, Nomen fontis apud Athenas à Pisistrato conditi: à numero fistularum dictus, quos Greki ḡȳrus appellant: nostri verò Salientes.

E<sup>n</sup>nīus, c<sup>m</sup>. Germ. Ein vreiter lateinischer Poët. ] Poëta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio & C. Manilio COSS. natus fertur. Hic Tarentinus (si Eusebium credimus) fuit. At Pompon. Mela scribit, Rudias Apulizæ, seu Calabriæ oppidum, Ennio civis esse nobile. Cui astipulatur Silius: Miserrunt Calabri, Rudia genuere vetustæ. Quia ipse etiam Cic. in Orat. pro Archia Poëta Ennius, Ruditum hominem vocat. Eusebius dicit Ennium & Catone Quæstore Romanum translatum, in Aventino habitasse, ac unius ancillæ ministerio contentū fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: unde & in sepulchro Scipionum putatur es- se constitutus. Sequutus est M. Fulvium Nobiliorem ad bel- lum Aetolicum, cuius filium erudiit. Ab hoc & Cato jam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scriptus plurima, inter quæ Annales, bellum Punicum secundum hexametrus, quæ omnia penitus intercidet, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumptis Virgilium, & paucis monu- tatis in suos transstulisse. Sententiæ gravitate in primis ex- celluit, sed cui verborum cultus minimè respöderet. Vnde in- terrogatus aliquando Virgilius quid ageret: Aurum se ex En- ni stercore colligere respondit. Perit articulari morbo, quem ex immodico viari usu contraxerat. Horatius: Ennius ipse

pater nunquam nisi potus, ad arma Prosiluit dicenda, ex. q Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris coascripti: autor est Tranquillus. E<sup>n</sup>ōsīg<sup>e</sup>us, c<sup>m</sup>, German. Ein erschütter des Erbba- dens / ein junger Neptun. ] Dictus est Neptunus, quod terram quatiat. Vnde etiam Enosichthon, c<sup>m</sup>, dicitur. Extra car- men melius nō scribeatur. Dicitur enim d<sup>m</sup> r<sup>m</sup> s<sup>m</sup> c<sup>m</sup> d<sup>m</sup> s<sup>m</sup> z<sup>m</sup>: hoc est, à terra concussione. Iuvenal. Satyr. 10. de Xere. Ipsum compedibus qui vinxerat Enosigzum.

Enoch, E<sup>r</sup>och, Nomen virti in sacris literis, qui significat Gracia Dei. Fuit septimus ab Adam doctör & gubernator Ecclesiæ Dei ante diluvium, ab ipso Deo vivus in celo traductus est, anno post mortem Adæ lvij, Genes. 5.

E<sup>n</sup>ōdīa, c<sup>m</sup>, Hecate, quod in via inventa sit ab Inacho, Stephanus in Troadis.

Enona, z, Oppidum in ora Liburniæ, apud Plinium libro 3. capite 21.

E<sup>n</sup>ōpē, c<sup>m</sup>, Stephano, Vrbs Peloponnesi, in tractu Messeniano, juxta Pyram, sub ditione Agamemnonis, teste Homero lib. 9. Iliad.

E<sup>n</sup>ret<sup>e</sup>, c<sup>m</sup>, Siciliz urbs à Campanis habitata, Carthaginensium primi belli Punici tempore socia. Stephanus. Vulgo Castro vetere.

Entribæ, c<sup>m</sup>, Populi Thraciæ à Stephano commemorati. Enyalius, c<sup>m</sup>, Vnum est ex Martis cognominibus, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 16, qui Enyalius dicitur quād c<sup>m</sup> d<sup>m</sup> s<sup>m</sup>: hoc est Bellonæ filia. Accipitur & pro bellico.

E<sup>n</sup>y<sup>b</sup>, c<sup>m</sup>, Bellona dea, bellorum præses: quanquam etiam figuratae pro ipso bello sive prælio accipitur. Martial. libro primo: Nec te decipiatur ratibus navalis Enyo: hoc est, prælium navale.

E<sup>n</sup> ante O.

Eordæx, i<sup>m</sup>ord<sup>e</sup>, duæ regiones Mygdoniæ: item alia due, una Iberia: altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia, Eor- dæus, Eordista, Steph.

E<sup>o</sup>rdi, i<sup>m</sup>ordi, populi Thessalizæ, Steph. in Amyro.

E<sup>n</sup> ante P.

E<sup>p</sup>æcrla, Attica, Attici agri oppidum, unum ex iis quæ Cecropie in civitatis formam sunt redacta. Autor Steph.

Epagris, i<sup>m</sup>pagris, Insula una ex Cycladibus, quæ notiore a- mine Andros appellatur, teste Plinio, lib. 4. cap. 12.

E<sup>p</sup>amīndās, i<sup>m</sup>amīndās, German. Ein Herrscher Edes man von Thebis, mit sonderbarer weisheit, d<sup>m</sup> p<sup>m</sup> schet begabet. ] Nobilis Thebanus, Polymni filius singulari modestia, prudentia, & gravitate prædictus, rei militaris peritus, manu strenuus, animo maximo: adeò autem amans veritatis, ut ne joco quidem menteiretur. Adhæc multiplici artium cognitione eximus fuit. Nam & fidibus novit, & ad eatum sonum accinere: quæ in re præceptorem habuit Dionysium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hauisit, quem admodum saltationem à Calliphrono. In Philosophia verò Lysias Pythagoræ operam dedit. Hic quum apud Leuctram Lacedæmonios plaga pesti- feria adeò affecisset, ut ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græcia amissum ultra reparare nequiverint, dicere solebat: Orbum sc. no<sup>m</sup> tamen sine liberi- mo, & ex senatam relinquere opugnam Leuctram. Hic post clarissima facienda edita, extremo tempore apud Mantinam, cum acie instruta, & ducis optimi, & militis fortissimi officio fungitur, sparo, agresti telo, percussus i<sup>m</sup>tu mortifer. Relatusque in castra semianimis, requisivit à circumstantibus salvus esse clypeus: quum salvum, esse flentes sui respon- discent: allatum, veluti socium laborum, gloriæque osculatus est. Iterum qualivit essent ne fusi hostes, quum id quoque ut cupiebat, audiisset, evelli tum denique spiculum jussitque ita multo sanguine profuso, in lætitia & in victoria motuus est. Cujus morte Thebanorum vires ita hebetatae sunt, ut non tam illum amississe, quām cum illo interiisse omnes viderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt, & post interitum ejusdem in servitatem pristinam revolu- luti sunt: ut manifestum sit gloriam Thebanam cum illo na- tam, & cum illo extinctam fuisse. Vide Xenophonem lib. ult. Rerum Græcarum.

E<sup>p</sup>aphroditus, pen prod. i<sup>m</sup>aphrodit<sup>e</sup>, Grammaticus patria Chæroneus: Archiæ grammatici alumnus, & discipulus, quæ Modestus Aegypti Præfes sibi coemit, cuiq; filium Pitelium idem in disciplinâ tradidit, quem ille Romæ instituit sub Ne- tone. Mortuus est hydropsis. Reliqua vide apud Suidam.

E<sup>p</sup>aphlus, i<sup>m</sup>aphl<sup>e</sup>, Iovis filius ex Io, qui Memphis in Agypto condidit. Ovid. 1. Metam. postquam fabulam lus in vacca coaversa recitavit, subdit: Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Iovis.

Eparitæ, i<sup>m</sup>eparitæ, populi Arcadiæ, quorum civitas Eparis di- ci debet: non reperitur tamen id nomen. Steph.

E<sup>p</sup>eūs, pen. prod. i<sup>m</sup>eūs, Nomen proprium Endymionis filii, & Paxonis

& Paxonis fratri, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & aries dicitur. Plin.lib. 7. cap. 56. quæ res locum fecit fabriliæ: Epeum fabricatorem fuisse equi lignei quo Troja prodata est: q[uod] Epeo timidior, E[st] tuus deus noster. De magnopere pavidio dicebatur: ab Epeo quopiam ductum, notæ timiditatis homine.

E[st] p[ro]p[ter]e, pen. prod. i[st]as. Populi in occidentali ora Peloponnesi, alto nomine Elii dicti, teste Plin.lib. 4. cap. 5. Cujus sententia etiam Stephanus subscrivit. Homerus tamen in Catalogo navium Epcorum urbem diversam facit ab Elide, quam videtur Epcorum juri subjecere. Vide Strabonem lib. 8.

Ephesiades, Vide EPHÆSTIADES.

Ephesus, pen. corr. i[st]as. Germ. Ein berühmte Stadt gelegen zu Asie in der Landschaft Ionia, heißt jetzt Foglie d'Epheso. ] Vrbs Ioniae, celeberrimo Diana templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Asia factum fuit, in solo palustri, ne terræ motus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt, singulæ à singulis regibus factæ sexaginta pedum altitudine, inter quas triginta sex cœlatæ facerunt miro artificio. Hoc templum impensa non facile æstimanda ab Herosfrato quodam (qui h[ab]et potissimum via sibi nominis immortalitatem venabatur) incensum totum conflagravit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc urbs navale & portum habuit, & loci opportunitate multorum crevit, & maximum citerioris Asie emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermendorus, qui propter excellentiam ingenii, & doctrinæ, vitæque probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hippoanax poëta, & Parrhasius piator, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotus Iudeus, qui sacram Scripturam interpretatus est. q[uod] Ephesus, inquit Stephanus, urbs Ioniae clarissima, vel ut Herodotus, Lydiæ, & portus in sinu. Dicta olim Trichia, & Onygia, & Ptelea (πτλαι, unde Pteleas, & Pteleates) & Sarmona ab una Amazonum quam & reginam & Diana sacerdotem fuisse tradunt, & filiam habuisse Amazonem, à qua Amazones dictæ sint. Hæc civitas in loco cavo olim habitata, diluvium passa est: quo cum plurimi extincti essent, Lysimachus civitatem in eum locum, ubi nunc est, transtulit, & ab uxoris nomine Arisinoen vocavit: eo mortuo, pristinum nomen receptum est. In hoc diluvium Duridis elegans tetraстichon Stephanus recitat. Est & Ephesus insula Nili, ut etiam Chius, & Lesbus, &c. Stephan.

Ephesinus, pen. prod. Adject. ut Ephesina, Cic. 3. Philip.

Ephesius, i[st]as. Adjectivum. Cic. 1. de Divin. Qua nocte temp[or]um Ephesia Diana deflagravit. q[uod] Ephesia literæ, E[st] φίσια γένεσις. Dictum videtur de iis qui mira felicitate, tanquam divina virgula, quicquid optarent, assequerentur. Ajunt enim, Ephesius notulas quasdam & voces magicas fuisse, quibus utentes, in omni negotio victores evaderent.

Ephorus, pen. corr. i[st]as. Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi: cuius vitam & scripta vide apud Suidam. q[uod] Ephori item apud Lacedæmonios magistratus ejusmodi fuerunt, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic appositi Regibus sunt, ut apud Romanos Consulibus Tribuni. Ut enim à Consulibus ad Tribunos provocare quisque poterat: sic Lacedæmonii à Regibus ad Ephoros. Satis cōstat ab Ephoribus Reges alios ejectos fuisse, alios interemptos. Olim pro ministris Regum fuerunt: paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiae pervenerunt, ut sensim à Rege magistratum, proprium constituerent, nomine Ephoram. Ita dicti d[icitur] i[st]as i[st]as, quod est intuiri, quod ad civitatis salutem oculos intentos haberent.

Ephyra, yræ, i[st]as. Vulg[o] Corante, urbs Peloponnesi, in ipso sita isthmo, quæ alio nomine Corinthus dicta est. Ephyra autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceanæ & Tethyos filia: cuius meminit Virg. 4 Georg. Lucan.lib. 9. Aut Pelopis lati Ephyren erumpere regnus.

Ephyraeus, ræ, ræum, i[st]as. Non ita complebant Ephyraæ Laidos ædes. Lucan.lib. 6: Infedit castris, Ephyraæque mœnia servat. Virg. 2. Georg. Ephyraeus per quinque syllabas extulit: Illusas auro vestes, Ephyraæque æra. q[uod] Fuit & alia ejusdem nominis urbs in Epiro, aliaque rursus in finibus Thessaliz: item alia nonnullæ, quas vide apud Stephanum.

Epicerides, i[st]as. Vir Cyrenensis, qui ob singularem suam in populum Atheniensem liberalitatem, amplissimis vicissim ab illo honoribus est affectus. Vide Demosthenē in Oratione adversus Leptinem.

Epicharmus, i[st]as. Philosophus Syracusanus, Pythagore auditor, Tityri (ut Suidas scribit) vel Chimari filius, vir multa eruditio clarus, comedie autor Horat.lib. 2. Epist. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Scriptis de natura rerum, & medicina commentarios. Hujus mentionem facit Cic.lib. 1. Tusc. quæst.

Epici, i[st]as. Italiz populi, Stephanus in i[st]as.

Epicnemidius, i[st]as, pars Locrorum. Vide OZOLAE. Epictetus, pen. prod. i[st]as. Nomen Philosophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ urbe originem ducens, Romæ Ephrodito cuidam Neroni familiari servivit, atque ad Marci usque Antonii tempora pervenit. Domitiano autem imperatore, ejus dominatu offendus, Roma Herapolim migravit, ratus verum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cujusque ubi quis recte ageret. Tanto verò apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob ejus autoritatem venisse tradat. Scriptis Enchiridion, opus utile, quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Epicurus, [i[st]as]. German. Ein philosophus so den wohlfahrt des gemüts für das bestre Gut hielt. ] Ejus sectæ autor fuit, quæ ab eo Epicurea dicta est. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodū Aristippus: sed in voluptate animi: hoc est, in absentia dolorum omnium. Dialecticam damnabat, quod Philosophiam simplicibus verbis affirmaret posse comprehendendi. Deorum providentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucretius fātum tribuit, ut non dubiter affirmare Epicurum reliquorum omnium Philosophorum lumen obscurasse, quemadmodū Sol suo splendore aliorum coelestium corporum claritatē obtenebrat. Traditur fuisse continetissime vita: nomen tamen illud voluptatis, in qua summum bonum ponebat, efficit ut ab eo homines voluptari, Epicurei dicantur.

Epidamus, sive Epidamnum, [i[st]as]. Vulg[o] Durazzo. German. Ein Stadt Macedonie am Adriatischen Meer gelegen/von welcher ein brachlicher überfahrt ist in Italiam. ] Oppidum in ea parte Macedoniam quæ Adriatico mari incumbit, tritissimo è Græcia in Italianum trajectu, nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plin.lib. 4. cap. 27.) Dyrrachium dicere maluerunt, propter inauspicatum nomen Epidamni, tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludēs Plautus in Menæchmis, inquit: Ne mihi damnum in Epidamno duas, tanquam nomen inditum sit Epidamno, quod illac nemo sine damno divertat. De hac Lucanus lib. 10: Ad campos Epidamne tuos. Appianus sic habet: Epidamnus rex urbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Hujus ex filia nepos Dyrrachius portum urbi adjecti, quod Dyrrachium appellatur.

Epidaphne, i[st]as. Vrbs insignis Syriæ, ad Orontem fluvium, una earum quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicanoris patre. Epidaphne verò dicta à Daphne vicino suburbano, quod lucum habebat amoenissimum, octoginta stadiorum, & fanum Apollinis, cum Diana delubro. Iulius Capit. Verum postea quā in Syriam venit, in deliciis apud Antiochiā & Daphnen vixit. Ammianus: Apud Daphnē amœnum illud & ambitum Antiochiæ suburbanum.

Epidaurus sive Epidaurum, [i[st]as]. Germ. Ein Stadt in Peloponneso gelegen/so heist Malvasia heißt. ] Vrbs in Peloponneso, Aesculapii templo celeberrima: de qua Plin.lib. 4.ca. 5: In Saronico (inquit) Epidaurum oppidum, Aesculapii delubro celebre. Fuit hic Podalirii & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus: obq[ue] artis præstantiam, in deorum numerum relatus, quum Apollinis filius existimatus esset. Vetustas ei dicavit anguem, quod multa huic animali remedia insint, ut scribit Plin.lib. 19. cap. 4. Inde fertur Romanos quum gravi pestilentia laborarent, consultoq[ue] oraculo juberent Aesculapium Romam advehere, tritemem cum legatis ea de causa Epidaurum misisse. Verum quum Epidaurii decum opiferum à se inviti dimitterent, ferunt, illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum tritemem adnavisse, seleq[ue] in puppi in gyrum cōplicuisse: quem illi Aesculapium arbitrati, magna cum veneratio Romam advexerūt. q[uod] Hoc etiam nomine dicta fuit urbs Dalmatæ, ad Illyricum mare sita, de qua Lucanus lib. 2: Illyris Ionias urgens Epidaurus in undas. Pausanias & Straboni Lymira cognominata, quod sit portuosa: diruta à Gothis, è cuius ruinis Ragusia juxta ædificata Raph. Volaterranus.

Epigenes, i[st]as. Nomen Philosophi Byzantini. Item Poëta cuiusdam Comici cuius fabulæ recensentur à Suida.

Episodii, Vide in APPELLATIVIS.

Epiçide, E[st] περιδαι, Vetus in tribu Cecropide. Steph.

Epileucadii, i[st]as. Vrbs post Acarnaniam. Steph.

Epimachus, pen. corr. i[st]as. nomen proprium viri, & Latinè facilis expugnari dicitur.

Epmenides, pen. corr. i[st]as. Poëta Epicus fuit, patria Cretenis, teste Apul.lib. 2. Florid. qui à patre Agiasarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quodam antro obdormivit annos LXXV. [ Ger. Ein poët aus Candia bärig/welcher quiss dem Weide Vieho hüten soll/fünff vnd siebenzig Jar an

einander

etander geschlossen hat.] Vnde emanavit proverbium: Ultra Epimenidis somnum dormisti, ὅτι τὸ Επιμηδίου κακόμανον. Ia eos dictum qui perpetuum agunt otium. Lucianus in Timone. q Epimenidum corium, Επιμηδίου θέρευ. De re reposita, miraculiq; loco servata. Hic idem Atheniesib. pestilenta laborantibus dixit civitatem purgari, expariq; oportere. Itaq; quum rogatus eō venisset, jussit oves albas atq; nigras apud Areopagum immolari. Revertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit. Meminit hujus Plato in primo & tertio de Legibus.

E pīmētheūs, per quatuor syllabas, ἐπιμήθεος. A Poëtis sapienti filius fuisse fertur, & frater Promethei, qui ingenio valēs, ho minis statuā primus ex luto fiorit: qua re indignatus lupiter eum vertit in simiam, atq; in insulas Pithecius relegavit. Hic pater fuit Pyrrhus uxoris Deucalionis, que ab illo Epimēthis dicitur. Ovid. Inde Promethides placidis Epimēthida dicitis Mulcer, &c. Vide infra de Prometheo, Pandora, & Pithecius insulis.

E pīphānēs, ἐπιφάνης, Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriā urbem condidit, que etiam à cognomine ejus Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

Epiphania, ἐπιφάνης, Vrbs Syriā juxta Raphaneas, in confinio Aradi, ubi natus est Euphrates Stoicus: altera Cilicia: ter tertia Bithynia: quarta juxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesicta, utpote ab Arcesio condita. Steph.

Epipolē, ἐπιπόλαι, regiūcula prærupta, juxta Syracusas, Steph. Vide BVR Y ALVS, & LAB DALON.

Epipoli, ἐπιπόλαι, Vide BVR Y ALVS.

E pīrus, pen. prod. [Ἐπάρχος]. Germ. Ein Landeschaft in Griechenland heißt jetzt Cimera, oder Albania.] Regio est Græcia, in qua olim Pyrrhus regnavit: hæc primū Molosia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia: nunc vero Albania vocatur. Quondam urbibus populisq; fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, quum sepius deficeret, pend in solitudinem redacta est. De ea multa Strabo lib. 8. Ovid. 8. Metamor. Misit a pros quanto majores herbida tauros Non habet Epirus, &c. Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia: ab Oriente, Achaia: ab Occidente, Ionio mari. In ea sunt civitates Nicopolis, & Ambracia.

E pīrōtā, ἐπιρότης. Qui est ex Epiro. Liv. li. 2. Decad. 5: Martius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, consilio Epirotarum habito, cum magno omnium ascensiū auditū sunt.

E pīrōtīcīs, α, um, ἐπιρότης. Cic. Att. lib. 12: Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortasse altere promeridianæ, nisi te Epiroticæ literæ impediunt, quas ego non inter pello. Epirotici boves, qui ex Epiro sunt. Var. 2. de Rust. ca. 5: Transmarini Epirotici nō solum meliores totius Græcia, sed etiam Italiae. Epirotica mala, ἐπιρότητα μῆλα, dicuntur, que in Epiro Græcia regione nascuntur: à nostris dicuntur orbicula, à figura orbis in rotunditatem circumacti.

E pīrōtōphūs, ἐπιρότης. Nobilis fuit Phocensis, Iphiti Nau boldiç filius, qui unā cum fratre Schedio Phocēsisbus præfuit in bello Trojano. Autor Homerus in Catalogo navium.

Epitalium, ἐπιτάλιο, Vrbs Tryphaliae, Steph.

Epithetas, civitas in sinu Arabico, alias Arsime dicta, ut supra indicatum est.

Epii, populi sunt, qui Elidenses postea dicti sunt, auch. Tortellio. Vide EPEI.

E pīzēphyrī, ἐπιζεφύρη, Populi in extrema ora Italiz, que olim magna Græcia dicta est: à Locris, qui Crissæum accolit sinum, originem trahentes. Dicti Epizephyrii, quod supra Zephyrium promontorium inhabitareat. Vide Strab. lib. 6.

E pīpē, es, pen. corr. ἐπόπη, Stephano. Corinthiorum arx, que & Acrocorinthō dicitur. Epope dicta, à verbo Græco ἐπόπη, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iovem conspexisse Aegiam rapacitem.

E pōrēdiā, ἐπορέδια, Ptolemaeo. Salassiorum oppidum in Gal lia trāspadana: olim ex Sidyllinorū libroru oraculo à Romanis conditum, & ab Eporedicis (eo nomine Galli præstites c. quorum domitores sua lingua appellabāt) nominatū, ut non obscurè innuit Plin. lib. 3. cap. 17. & Dom. Mar. Nig. lib. 7.

Epuia, ἐπούια, Vrbs que nuūc Ambracia dicitur prius Paralia, Steph.

E pūlō, Virgil. 12. Aen. Archetum Mnestheus, Epulonem ob truncat Achates.

Epy, nomen urbis, Scribendum est Aepy, ut suprā.

E pīlūs, Ovid. Fast. 4: Propius est titulus, illius alba tuis.

Equestris, Colonia, Galliz Belgicæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 17.

Equitius, nomen viri proprium, & cognome famillæ Romanæ ab equo deductum.

Equicolus, Virg. 9. Aen. Cōtinuo Quercens & pulcher Equ colus armis.

E rāphīstēs, ἐραφίστης, Bacchus dictus est, ab inducenda contumie: quoniam virum, iram, atq; certamen inducit. Iesu enim contentio: φάνη, ostendere.

E rāstīnūs, penul. prod. ἐραστής, Fluvius est ex Symphalide Arcadię lacu profluēs, qui deinde terra occultatus in agro Argivo denud crumpit, & in sinu Argolicum illabitur. qd & alijs ejusdem nominis, iuxta Buræ ruinas, in sinu Corinthi illabens. qd item alius in Eubœa insula, iuxta Eretriam urbem. Rufus alius in Aetia juxta Babronem. Autor Strabo lib. 8. Erafistratus, ἐραστής. Nomen medici eximii, ex Aristote lis familia natu: in quem non raro invenitur Galenus. Hujus etiam frequens est mentio apud Plinium.

E rātē, tes, pen. corr. ἐρατη, Nympha Oceani & Tethys filia: δαν νύμφης: hoc est, ab amore nomen habens.

E rātō, pen corr. ἐρατή, Vna Musarū, ab amore dicta, q; presit his qui amoris face rapiuntur. Virg. li. 7: Nunc age, qui reges Erato, qua tempora rerum, Quis Latō antiquo fuerit status.

E rātōthēnēs, penul. corr. ἐρατίθηνης, Cyrenæ, Antiochæ, Chn & Callimachi poëtæ discipulus. Plato minor à quibusdam ob doctrinam vocitatus: præfuit bibliothecæ regia: cosmographus insigalis, qui primus universum totius orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum milium stadiorum esse prodidit: unde & orbis terrarum mensur appellatus est. Scripsit præter philosophicas historias, astronomica, de fictis dialogos, & poëmatu quædam, autore Suida. Obiit anno ætatis octogesimo primo, quem annum maximum climactera, & humanæ vite periculosissimum veteres crediderunt. Et enim numerus quadratus cōstans ex novem novenariis. Eodem etiam ætatis anno decepsit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

Erbēsus, ἐρέσος, Vrbs, Steph.

Ercīnīa sylva, Vide HERCINIA.

Ercīus lupiter, Vide HERCIVS.

Erebidae, ἐρεβῖδαι, pars Lophagorum, Steph.

Erebūs, pen. corr. ἐρέbus, Fluvius inferorum. Virg. 6. Aeneid. magnos Erebū transvimus amnes. Q; quandoq; pro obscurissima inferorum parte: ut, imas Erebū descendit ad umbras. Varro ex Erebō natam Noctem ait: Vnde & illud, Erebō creati fuscis crinibus Nox te invoco. Haec Festus. q; Alii maluunt noctem Erebū uxorem suiss: ex quibus est Cic. de Natur. deorum: Amor (inquit) dolus, metus, senectus, labor, inadvertia, fatum, mors, tenebrae, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, paræ, hesperides, somnia: quos omnes Erebō & nocte natos ferunt. q; Frequentissime autem Erebūs pro ipsa infernum sede accipiunt. Vnde etiam Proserpina ab Ovid. lib. 5. Metam. Regina Erebū vocatur.

Erechthēus, ἐρέχθεος, Athenæsium rex fuit, cuius filii mortem pro patria cōtempserunt. Cic. pro Sestio: Mortem quam etiam virginis Athenis regis (opinor) Erechthei filie pro patria contempssisse dicūtur, ergo vir Consularis tantis rebus gestis timerem?

Erechthiā, ἐρέχθια, vices Atticæ in Aegide tribu, ab Erechtheo, qui Cérerem hospitio suscepit.

Erembi, ἐρέμοι, Populi in Arabia, qui prærupta saxa audi in habitant: Autor Strabo lib. 16.

Eremī, ἐρέμη, nomen insulæ, Steph.

Eresichthon, Vide ERISICHTHON.

Eressūs, ἐρέσσος, Vrbs in Lesbo, Theophrasti Eresii patria, ab Ereso Macaris filio dicta, Steph.

Eretīa, ἐρετία, Oppidum est Eubœa insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ usu præstantissima, quam ab ea Eretriam vocant. Ejus Dioscorides duas facit species: unam vehementer albam: alteram ad cineras colorē vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat lib. 35. cap. 6. Hujus urbis meminit & Homerus 2. Iliad. in Catal. navium.

Eretūm, pen. prod. ἐρετη, Oppidulum est Sabinorū, non procul à Tyberi, in colle litum, quem etiam veteres montem Eretrum vocaverunt: hodie Italorum vulgus corrupto vocabulo Montem rotundum vocat. Ejus meminit Virgil. lib. 7: Ereti manus omnis, ohviferaq; Mutusca.

Erevatis, ἐρεβῖται, Vrbs Libyæ, à Revaste & Eleuthera, Steph. Ereuthalion, ἐρευθαλίον, Vrbi proprium, quem Nestor intermit, dixitq; cum miraculo corporis, tūm excellentia armorū præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

Ergalērī, orum, ἐργαλεῖα. Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringētis & quadraginta stadiis à Pergamo distans, metallorum fodiaris nobilis: a quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Galeno lib. 9. Simplicium medicamentorum.

Ergafylus, nomen proprium viri, Tertlio.

Ergavica,

Ergavica, *ięz̄as ovīs*, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tra-  
etu Vasconum, teste Ptolem. lib. 2. cap. 6. Plinius quoque li-  
bro 3. capite 3: Ergavicenses populos enumerat in codem Hi-  
spaniæ tractu.

Ergétium, *ięz̄as*, Oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur  
Ergetini, *ięz̄as*, quorum meminit & Plin. lib. 3. cap. 8.

Ergiuſ, *ięz̄as*, Tyrannus fuit ab Hercule & Minyis Or-  
chomeni urbe expulsus, postea & extinctus est. q. Erginus  
Thraciæ fluvius, auctoribus Plin. libro 4. cap. 11, & Pomponio  
Mela lib. 2 in descriptione Thraciæ.

Eriboræ, *ięz̄as*, Dicta ab Homero Iuno, quasi buculæ mole-  
stia, quod lo in bovem versam multis afficerit molestiis. Nam  
legas contentionem, litem, sive molestiam significat bovæ, bo-  
vem. q. Est etiam hoc nomine urbs Macedoniæ, teste Ptole-  
mæo lib. 3. cap. 13. Vulgo *Preſſa*.

Eritacætes, pen. prod. Viri cuiusdam Lycaonii nomen, à Mc-  
sapo Turni comite interfecti, ut Virgilio placet, 10. Aen. Cedi-  
cuss Alcathoum obtrucat, Sacrorum Hydaspe: Mcsapus Clo-  
niumq. Lycaoniumq. Ericatem. Interpretari potest, ita con-  
tractus. *ięz̄as*, ita: *ięz̄as*, infringi.

Ericæta, *ięz̄as*, Vicus Athenis in tribu Aegide, Steph.

Erichtheus, *ięz̄as*, Nomen proprium fuit Athenarum re-  
gis, quem Minerva è tute ubi natus erat, suscepit, educavit, &  
Atheniensis populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erich-  
theæ dictæ sunt. Virg. in Ciri: Qualis Erichtheis olim portatur  
Athenis,

Erichthoniūs, *ięz̄as*, Qui etiam Erichtheus dictus est,  
Atheniensium Rex fuit ex semine Vulcani in terram projecto  
editus: Vnde & nomen habet, *ięz̄as*: id est, ex  
certamine, atq. humo. Nam quum Vulcanus diis arma feci-  
set, eiq. Iupiter optionem dedisset præmii quod vellet postu-  
landi, jurasq; per infernam paludem se nihil negatu: tum  
ille Minervæ nuptias postulavit, quas quum Iupiter juramen-  
to obstrictus, ei negare non posset, Minervam tamen monuit  
repugnare, pudicitiamq; defendere. Tum in illa collutatio:ne  
Vulcanum in terram profudisse ajunt eis, acq; inde editum  
fuisse puerum draconum pedibus nomine Erichthonium: qui  
quum adolevisset, ut pedum deformitatem tegeret, primus  
currus usum adinvenit. Hanc fabulam refert Servius in illud  
Virg. h. 3. Geor. Primus Erichthonius currus, & quatuor au-  
sus lungere equos, rapidissq; rotis insisteret vitor. Ab eo po-  
pulus Atheniensis Erichthonius dictus est.

Erichthō, *ięz̄as*, Mulieris Thessalæ nomen est apud Luca-  
num lib. 6. multititudine veneficiorū famosæ. Eo nomine usus  
est Ovid. in Epist. Sapph., pro Furie cuiusdam infernalis no-  
mine. Illuc (inquit Sappho) mentis inops, ut quam furialis E-  
richtho Impulit, in collo crine jacente, feror.

Eritis, portus Ptolem. Liguriæ oppidum: Plinio Delphini  
portus.

Eridanus, pen. corr. *ięz̄as*. Vulgo Po: Italiæ fluvius in Ve-  
sulo monte nascens, & per agrum Gallicum in mare Adriati-  
cum influens. Hodie notiore nomine Padus appellatur. Eri-  
danus autem dictum voluit ab Eridano Apollinis & Cly-  
menes filio, qui à luce illius incendi quo bonam terram par-  
tem exsulit, Phæthon cognominatus est. Hunc Poëtæ fabu-  
lantur, quum paternum currum regendum suscepisset, auri-  
gandiq; imperita orbem terrarum in discrimen adduceret, à  
love fulmine istum in Padum fluvium decidisse, eiq; Eridano  
nomen fecisse. Virg. quod Italorum omnium maximus sit,  
regem fluviorū appellat. q. Est item Eridanus coeleste signum  
Antæ proximum. Cic. ex Arato: Nanq; etiam Eridanum cer-  
nes in parte locatum Cœli.

Erigone, *ięz̄as*, Icarii filia fuit, teste Hyg. 110, que ex dolore  
paterne necis, quem rusticæ temulenti occiderant, se ipsam su-  
pendit, deorumq; miseratione in cœlum translata. Virginis  
nomen obtinuit. Virg. 2. Georg. Qua locus Erigonem inter,  
Chelasiq; sequentes Panditur.

Erigoneids, adjectivum, *ięz̄as*: ut Canis Erigonius, a-  
pud Ovid. libro 5. Factor. Nocte sequente diem Canis Erigo-  
nius exit: id est oritur Canis, sydus coeleste. Vide Hyginu. Et  
canis Erigones vocabatur Chimera. Porro quum ejus umbra  
regionem illam infestaret, ad iram mitigandam imaguncularum  
ex cera confectas arboreis appendenterunt, quod in Bacchis sa-  
crificiis fieri consuetum est. Vnde Virg. lib. 2. Georg. -tibiique  
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Erimantus, qui lites disseminando divinat, *ięz̄as*, lis, *μέλις* di-  
vinus. Iuvenalis: Aut Dysphilus, aut Erimantus.

Erimum, *ięz̄as*, Urbs Oenotrorum in mediterraneis, Steph.

Eřinēs, *ięz̄as*, Locus asper sub Ilii mœnibus à caprificorū,  
quos Græci *ięz̄as* appellant, multitudine dictus. Meminist  
hujus loci Andromache, apud Homerum Iliad.

Erineum, *ięz̄as*, Urbs in Doride à caprificio dicta, ut autor est  
Strabo. *ięz̄as*, Steph. urbs Dorisnum sub Parnasso, dicitur  
etiam *ięz̄as*. Est & alia Italiæ, & Achææ.

Eřinnā, *ięz̄as*, Nomen poëtriae: ex Teni urbe Laconica, quæ  
floruit circa Olympiadem centesimam septuaginta.

Eřinnys, *ięz̄as*, Vna Furiarum: ita dicta *ięz̄as*: hoc est, à corrupta mente. Virg. 2. Aen. quod tristis  
Erinny, Quod tremitus vocat. q. Erinny ex tragedia, Eřinnys  
ex *ięz̄as*: De fœdis omniculis, quales exhibant è scena, repre-  
sentantes Erinny. Ex Aristophanis Pluto.

Erionia, *ięz̄as*, regio circa Sardes, quæ & Asis, Steph.

Eriphæcia, *ięz̄as*, Scincatris cuiusdam nomen fuit, de quæ  
vide Erasmus in Adagiis.

Eřiphyle, *ięz̄as*, vel Eriphylla, *ięz̄as*, pen. prod. *ięz̄as*, Nomen uxoris Amphiarai, & sororis Adrasti: quæ accepto à Polynice au-  
reo monili, maritum latenter, ne ad bellum Thebanum ubi  
se moritum sciebat, proficisci cogeretur, Polynici prodidit.  
Virg. 6. Aeneid. His Phædram, Procrinq; locis, mestamq; Eri-  
phylen. Cic. 6. Vertina: Eriphylla accepimus in fabulis ea fuisse  
cupiditate, ut quū vidisset monile ex auro, ut opinor, & gemmis,  
pulchritudine ejus incensa, salutē viri proderet. Iuvenal.  
Satyræ sexta: Occurrunt multæ tibi Belides, atque Eriphyllæ.

Eřiphysæ, *ięz̄as*, Insula una ex Acoliis. Strabo. li. 6.

Eřischthon, *ięz̄as*, Vir impius fuit in Thessalia, qui quū  
Cereri nemus consecratum: præcipue verò querulum in qua  
Nymp̄ha quædam succidisset: irata Ceres famem ad eum mi-  
sit, quæ toto exhausto patrimonio, ed coegerit etiā ut propria  
membra ipse absuaseret. Huic erat filia puella præstatæ forma,  
nomine Metra, quam ubi prostituit, adolescentes qui com-  
meabant ad illam, varia munera deferebâ: alius equos, aliis  
boves, alius vervecæ: nam id temporis nondum auti, argēti,  
gemmarumve erat usus. Portò Thessali per jocum dicebant  
Metram Erisichthonis, verti in ea omnia, quæ illi ab amato-  
ribus filiæ donabantur: Atque hinc proverbium: Mutabilior  
Metra Erisichthonis, μετελετόν τε καὶ μηγε τε Εροιχθων. In  
eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam arq;  
aliam personam sumit. Fabulam Erisichthonis tractat Ovid.  
lib. 8. Metam.

Eřō, *ięz̄as*, Puella formosissima ex Sexto Thraciæ urbe, ad Helle-  
ponum sita, & Veneris sacerdos: cuius matuo amore corre-  
ptus Leander Abydenus adolescentis, noctu ejus causa Helle-  
ponum solebat trajicere. Verum quum aliquando nimio a-  
matæ desiderio, mari tempestatis agitato se commississet,  
viribus destitutus, submersus est. Cujus cadaver quum flu-  
tuum impulsu Sestum esse delatum, Ero doloris impatiens  
ex editissima scæle specula in mare precipitavit. Musæ ho-  
rum amores elegantissimo carmine excœlitur.

Eroeiaðæ, *ięz̄as*, Vicus in tribu Hippothoontide, Steph.  
Eropia, Insula una ex Cycladibus, aliter Acis: & postea Syph-  
nus appellata.

Eropolistides, nomen apud Plautum, quo significatur ob a-  
more vendita, *ięz̄as*, amor, *μάλιστα*, vendo.

Erotium, *ięz̄as*, Malierculæ nomē est apud Plautum per  
diminutionem: *ięz̄as*: hoc est, ab amore detortum.  
Erotium item Græcis Cupidinis imaguncularum significat.

Ephordia, Urbs Thuringiæ celebris. [Vulg. Erford.]

Ertha, *ięz̄as*, Vibis Parthiaæ ad Euphratem.  
Erycūs, *ięz̄as*, Cicerone in 4. Verrina appellatur Siciliæ mōs,  
quem Strabo & ali Erycem vocant. Non enim (inquit) Quæ-  
stor petat (ut est consuetudo) is qui Erycum monte obtinebat  
Et paulo pōst in eadem Actione: Hoc de homine, ac de hujus  
bonis etiam in Eryco mōte monumentū posuisti. Vide plura  
in dictione ERYX.

Erycīa, *ięz̄as*, Egyx, Veneris cognomentū est ab Eryco Siciliæ  
mōte, in quo religiosissime colebatur. Ovid. 2. Amorū: Quid  
geminas Erycina meos sine fine dolores? Vide Cic. in Div.  
in Ver.

Erymānthūs, *ięz̄as*, Mons Arcadiæ, in quo aprum a-  
grorum vastatorē Hercules domuit, vivumq; in humeris ad  
Eurystheum detulit: quo conspecto, Eurystheus in æro se va-  
se abscondit. Virg. lib. 8. Aen. Fixerit æripedem cervam licet,  
aut Erymanthi Placarit nemora, & Lernam tremescerit arcu.  
q. Est & fluvius hoc nomine in Alpheum defluens, ut ostendit  
Plin. lib. 4. cap. 6.

Erymānthūs, a. um: ut Monstrum Erymantheum. Valer. 1. id  
Arg. Quicq; Erymanthe sudantem pondere moastri Amphitryon adem, &c.

Erymānthūs, a. um: ut Aper Erymanthus. Cic. 6. Vert Ajebat  
in labores Herculis nō minus hunc immanissimum Verrem,  
quam illum aprum Erymanthium referri oportere.

Erymānthīs, idos, Aliquando legitur pro ipsa Arcadia. Ovid.  
2. Metamor. Ne xilibusq; plagi sylvas Erymanthidos ambie-  
tus. q. Erymanthis u. d. dicta est Cillito Lycaonis filia, quæ versa  
est in ursam: ut docet Ovid. lib. 2. Metamor. ph. q. Custos Eri-  
manthidos Ursæ, Arctophylax. Idem 2. Trist. Eleg. 3. Tingitur  
Oceanus custos Erymanthidos Ursæ, Acquoreasq; suo sidere  
turbat aquas.



tissimo: ad Septentrionem, Cæneo, teste Plin.lib.4.cap.12.  
Eubœus, a, um, adjectivū: ut Plebs Euboëa. Stat.lib.5.Syl. -stu-  
puit primæva ad carmina plebes Euboëa.

Euboïcīs, a, um: ut cārmen Euboicūm, Ovid.4.Fast. Carminis  
Euboici fatalia verba sacerdos Inspicit. Sibylla Euboica: id est  
Cumana. Stat. 1. Syl. -- Euboicæ cārmen legit illæ Sibyllæ.  
¶ Hinc Euboicūm mare, θεσίης πελαγος, quod duplex esse  
dicitur: alterum in Aegeo mari: alterum in Campano, seu Tu-  
scō, quod in Aegæo, Euboëa adjacet insulæ, à qua denomi-  
natum est: quod autem in Tusco, Cumarum, Bajaramque  
alluit oram, ab Euboicis advenis & Cumarum conditoribus  
nuncupatum.

Eubulus, pen. prod. Εὐβούς, Atheniensis civis fuit, contrā-  
rias ferè Demostheni in Reipubl. administratione partes fo-  
vens. ¶ Fuit & Eubulus media comedie poëta, ut scribit Suidas.  
¶ Eubulus præterea nomen fuit historici, qui historiam  
Mithra multis voluminibus explicuit.

Eucarpia, Εὐκάρπια, Vrbs Phrygiæ, in qua racemī feracitatem  
ac magnitudine spectabiles sunt: unde & nomen, quasi uber  
fructuum proventus. Meminit hujus oppidi Strabo libro 12.  
Eucarpia Stephano, vicus est minoris Phrygiæ, in qua Metro-  
phane teste, racemus tantus provenit, ut cetrus medius p̄  
onere aliquando rumpatur. Hanc regionē Barbari Iovem Ce-  
ri & Baccho fecunditatis gratia donasse fabulantur. Est etiā  
Eucarpia castellum Siciliæ, inter Timæos.

Eucleides, Εὐκλέας, Philosophus fuit Megarenensis, Socratis au-  
ditor, ad quem belli tempore assumpta muliebri vesti sapientia  
commeatæ traditur. Defuncto vero Socrate in patriam sese  
cōtulit, ibiq; celebri auditorio (in quo etiam Plato fuisse per-  
hibetur) Philosophiam professus est. Scriptis dialogos quam-  
plurimos, quorū nomina recensent Suidas & Diogenes Laë-  
tius. ¶ Fuit & alter ejusdem nominis Platonicus philoso-  
phus, & geometra insignis, tempore primi Ptolemaei, poste-  
rior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt, anti-  
quior vero Eratosthenes, & Archimede. Hic multa de Geome-  
tria & Musica conscripsit, quæ etiam hodie omnium manibus  
teruntur.

Eucratida, urbs Baetrorum (Steph.ex Strabone) ab imperatore  
cognominata.

Eudæmon, onis, pen. prod. genitivi corr. Εὐδαίμων, Aegyptius  
grammaticus, teste Suida, patria Pelusiotæ, Libanii sophistæ  
contemporaneus. Scriptis varia poëmata, item artem Gram-  
maticam, & de recta scribeendi ratione.

Eudemus, Εὐδήμος, Orator fuit Megalopolitanus, Philopœ-  
menis preceptor. Autor est Plutarchus in vita Philopœmenis.  
Eudamides, pen. corr. Εὐδαμίδης, Nomen filii Archidami, &  
fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

Eudæpne, Εὐδαιπνη, insula Libyæ Phœnicum, Steph.

Eudora, pen. prod. Εὐδώρα, Nympha Oceani & Tethios filia,  
ut placet Hesiodo in Theogonia. Item una ex Atlantidibus,  
quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pa-  
lithoë, Coronis, Plexora, Pithoë, Tyche.

Eudorus, Εὐδόρος, Mercurii filius fuit ex Polymela Phylan-  
tis filia, qui Achillem ad bellum Trojanum sequutus est, ut eſt  
videtur apud Homerum 8. Iliad.

Eudoxus, Εὐδόξος, Ger. Ein erfarnet Astrologus der erſtlich beg-  
den Griechen des Jars lange von des Mons lauff gestellter hat.] Peri-  
fissimus Astrologus fuit & Geometra, filius Aeschini, patria  
Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum  
ordinavit. Lucan. libr. 10: Nec meus Eudoxi concedet fasti-  
bus annus. Scriptis leges, & de Geometria atq; Astrologia li-  
bros edidit. Cic.lib.2.de Divin. Ad Chaldeorum, inquit, mon-  
stra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor, in Astro-  
logia judicio doctissimorum hominum facilè princeps, sic o-  
pinatur (id quod scriptum teliuit) Chaldeis in prædictione  
& notatione cuiusq; vitæ ex natali die, minimè esse credendū.  
¶ Fuit & alias Eudoxus Rhodius historicus: alias Siculus, fi-  
lius Agathoclis, poëta comicus.

Evelgia, Εὐλύγια, Vrbs quædam, Steph.

Euenetus, pen. corr. Εὐενέτος, Nomen historici, de quo Læ-  
stantius: Evenetus, inquit, antiquus autor fuit è civitate Mes-  
sana. Res gestas Iovis, & ceterorum qui dii putantur, collegit,  
historiamq; cōtexit è titulis, & inscriptionibus sacris, quæ in  
antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpre-  
tatus est Ennius, & sequutus.

Evenetus, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ad arcēdum Thes-  
salia finibus Xerxem, Themistocli datus adjutor fertur. Au-  
tor Herod.lib.7.

Evenus, pen. prod. Εὐενός, Ger. Ein fluss in Aetolia.] Fluvius  
est Aetolæ in Callidromo monte nascent, & juxta Calydo-  
nem in mare Ionium influens: ita dictus ab Eveno Martis fi-  
lio, & Marpesia patre, qui se in hunc fluvium præcipitavit.  
Ovid. libr.9. Metamor. Nanque nova repetens patrios cum  
conjugem muros, Venerat Eveni rapidas Iove natus ad undas.

Lucanus: Et Melcagream maculatus sanguine Nefsi, Evenus  
Calydona iecat, &c.

Evenus, Εὐενός, Philosophus qui famam optimum ciborum  
condimentum esse dicere solebat, ut resert Plutarchus. ¶ Fue-  
runt item Eveni duo Parti, Elegiarum scriptores: quorum mem-  
init Suidas.

Evergetes, Εὐεργέτης, Cognomen Ptolemaei Aegyptiorum  
regis, qui Philadelpho successit, à maximis ejus in Græcas ci-  
vitates meritis impositum. Nam Εὐεργέτης à Græcis dicitur  
quem nos beneficium, vel benemeritum appellamus. ¶ Everge-  
tas item dicti sunt populi Scythæ, qui & Arimaspi, quod be-  
nefici fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum lit-  
tora delatos, Steph.

Euganei, Εὐγανεῖς, Populi fuerunt ad intimum maris Adriati-  
ci linum, Alpes versus, qui deinde à Trojanie & Henetis, qui  
Antenore duce in eam Italæ partem venerant, sedibus suis  
pulsi, Alpes Grajas tenuerunt. Liv.lib.1.ab Vrbe: Casibus de-  
inde variis Antenore cum multitudine Henetum, qui sedi-  
tionæ ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylymeno  
ad Trojam amissi, quærebant, venisse in intimum maris Adriati-  
ci sinum, Euganicisq; qui inter Alpes, mareq; incolebāt, pul-  
si, Henetos, Trojanosq; eas tenuisse terras, & in quæ primū  
egressi sunt locum, Troja vocatur, pagoq; inde Trojano no-  
men est: Gens universa Veneti appellant. Hæc ille. Dicti autē  
sunt Euganei λόντας Εὐγανεῖς: hoc est, à generis nobilitate, teste  
Plin.libr.3.cap.20. Hinc Euganeus, a, um. Iuvenalis: - Euganea  
quantumvis mollior agna. Lucanus: Euganeo (si vera fides  
memorantibus) augur Colle sedens, Aponus ubi terris sumi-  
fer exit, Atq; Antenore dispersigunt unda Timavi.

Eugia, Εὐγία, regiuncula Arcadiæ, Steph.

Euhýus, Εὐχύς, Germ. Guter Sohn / Ein junam Bacchi, welches  
ihm Jupiter gegeben, als er wie ein Löwe für ihn wider die Riesen gestrik-  
ten hat. ] Vnum ex Bacchi cognominibus, à Iove illi indi-  
tum eo in bello quod Gigantes cum diis gesserunt. Fabulatur  
enim Poëta, ceteris diis perterritos, Liberum patrem se in leo-  
nem convertisse, unumque ex Gigantibus interficisse, & ob-  
tem tam strenue gestam, Euhyon: hoc est, bonum filium à Io-  
ve fuisse salutatum. Stat libro secundo: Et tūc fore dies noto  
signata tonatris Fulmine, præcepti cum te tenet Euhye partus  
Transmiserit patri. ¶ Inde fit foeminum Euhyas, Bacchi sa-  
cerdos. Horat. libro 3. Carm. Non secūs in jugis ex-  
sponsis stuper Euhyas, Hebrum prōspiciens, & nive candi-  
dam Thrætum.

Evi, populi Liguriæ, Steph.

Evila. [τῆς Μεσοποταμίας] Regio ad Orientem vergens, sacrifici  
li-  
teris celebrata, quam circuit de Paradiſo Philion egrediens,  
quem nostri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurum  
purissimum, quod Hebraicè Zaab, & gemmæ pretiosissimæ,  
carbunculus, smaragdusq; nascuntur.

Evíppæ, Εὐίππη, vicus Cariaæ, Steph.

Eumælus, Εὐμαῖος, Subulcus fuit Vlyssis, qui dominū à bello  
Trojano reducem opera sua adjuvit contra procos uxoris.

Homer.lib.22. Odys.

Eumelus, Εὐμελος, Admeti Regis Thessaliz ex Alcesti uxore  
filius.

Eumenes, Εὐμενίς, Vir Cardianus ex intimis Philippi & Ale-  
xandri familiaribꝫ, qui cura, diligētia, patria calliditate, & cele-  
ritate omnes Macedones superavit: de quo multa à Græcis hi-  
storicis traduntur. ¶ Fuit præterea hoc nomine Pergami rex,  
qui Antiochum apud Sardis ingēti prælio superavit: de quo  
vide Strabonem lib. 13, & infra in dictione PER GAMVS.

Euménia, Εὐμενία, urbs Phrygiæ quam Attalus ab Eumené  
Philadelpho sic vocavit: aut Hylas, quod bene in ea māsisset,  
sic eam appellavit. Alia est Caria: tercia in Hyrcania.

Euménides, Εὐμενίδης, Ger. Wütende vnde ungütige hellische  
Weyber.] Furie, καὶ αἰρεψαν διctæ, quod minimè benevolē  
sint. Εὐμενίς enīm benevolū significat. Has autem trés ferunt  
fuisse, Acherontis & Noctis filias, uno parti editas. Et apud  
inferos vocantur Canes: unde Lucanus: -jam vos ego nomi-  
ne vero Eliciam, Stygiasq; canes in luce superna Destituam.  
Apud mortales, Furie, ab effectu. Cicer. secundo de Legibus  
Agitant & insestuantur iriōs Furie non ardētibus tēdis (scilicet  
est in fabulis) sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu.  
Apud Superos dicuntur, Dīræ Virg. lib. 12. Aen. At procul ut  
Diræ stridorem agnoverit & alas, Infelix crines scindit luturna  
solutos. Vocantur & Volucres, ut apud eundem: iamjam lin-  
quo acies, nē me terrete timentē Obscēnæ volucres, alarum  
verbēa nosco.

Eumolpus, Εὐμόλης, Nomen viri Atheniensis, quem Sui-  
das Mufæi poëta filium fuisse scribit, & Pithiorum victorem.  
Alii Orphei vatis filium fuisse credunt, qui Poëta fuit ipso etiā  
Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, sacrorū quorūdam  
præsides dios volunt, quorum meminit Aeschines in ora-  
tione contra Ctesiphontem.

Eumolpides, Εὐμολπίδης, Dicti sunt sacerdotes, seu magistratus Athenis, in memoriam & honorē Eumolpi regis, quem Aegyptii generis fuisse Diodorus refert.

Eumoniades, Εὐμονίδης, Nomē proprium viri Thebani, cuius meminat Plutarchus.

Eunæ, Εὔναι, urbs Cariæ, in qua fluvius est Eunæus. Est etiam Eunæ, urbs Argus, quam habitabant Cyrenæ, Steph.

Euneus, pen. prod. Εὔνεος, lasonis filius ex Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni, teste Homer. lib. 7. Iliad.

Eunonymitæ, Εὐνυμίται, populi Aegyptii, iuxta Aethiopiā, Stephan.

Evonymos, Εὐνόμος, Vulgo Lusigna, Insula est una ex Vulcanis: ita dicta quod è Lipara in Siciliam navigantibus sinistra offeratur. Nam Εὐνόμη, Græci καὶ Ἑρμοῦ vocant sinistra. Autor Strabo lib. 6. q̄ Est item Evonymos Theophræsto, arbor infelix, malo Punicæ similis, in Lesbo insula potissimum proveniens, peccori gustatu lethalis. Vide Plinium lib. 13. capite 22.

Eupalia, Εὐπαλία, Nomē urbis in Locride, apud Plin. lib. 4. c. 3. Eupator, Filius Antiochi Epiphanus, successit patri in regno Syriæ, cui præfuit annos duos. Postea confesus est à Demetrio patruo, i. Mach.

Eupatria, Εὐπάτρια, urbs Lydorum, Steph.

Euphemē, Εὐφήμη, Mulieris nomen, nutricis Musarū, & Croci mattis.

Euphemia, Εὐφημία, Vxor Iustini Imperatoris, cujus meminit Suidas. q̄ Græcis item Euphemia, faustum acclamationem significat, qualis fieri solet principibus recens inauguratis, Euphorbus, Εὐφόρβος, Virti Trojani nomen est, à Menelao occisi: Ovid. lib. ult. Metam.

Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli Panthoides Euphorbus eram. cui pectori quondam Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ. Sunt verba Pythagoræ, qui suo exemplo ntitur probare, animas à corporibus separatas in alia atq; alia corpora commigrare, quod tēpore belli Trojani ipse fuerit Euphorbus à Menelao interfecitus, suumq; clypeum agnoverit à Menelao in templo Diana suspensum.

Euphorion, Εὐφορίων, Nomen Poëtæ Chalcidensis, quæ trans-tulit Cornelius Gallus. Meminit Cic. 2. de Natur. deor. Quid (inquit) poëta nemo? nemo physicus obscurus? ille verò nimis etiam obscurus Euphorion? at non Homerus.

Euphranor, Εὐφρανός, Ger. Ein kanstlicher Bildhauer vnd Mater. Nomen statuarii laudatissimi Ithmii, qui de symmetria & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade: plurimæq; signa nobilissima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio, lib. 34. cap. 8. Idem & pictor, & marmorarius fuit, in unoquoque genere excellens, si. biq; æqualis, teste eodem Plinio, libro 35. cap. 11. Hujus meminit & Quintilianus Institut. Orat. libro 12. Item Iuvenalis Satyr. 13: Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, &c.

Euphranta, Εὐφράντη, urbs Libyca, Steph.

Euphrantis, Εὐφράντη, regio eadem quæ Syria, à vicino fluvio Euphrate, qui cum Araxe fratre ex Niphate monte Armeniæ proficit, Steph.

Euphrates, is, p. pro. [ΓΑΓΙΟΥ perath. Εὐφράτης. Ger. Ein grosser Fluss in Mesopotamia; der auch durch Babylon läuft.] Fluvius Mesopotamia, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ magnum profundū, & celestem nasci: influere autem in Mare rubrum: prius tamen Babyloniam per mediū dividere, & Tigris conjunctum Mesopotamiam facere. Salustias quoq; certissimus autor asserit, tam Tigris, quam Euphratis in Armenia foantes demonstrari. Cui etiam astipulatur Plin. libr. 6. cap. 24, ubi Euphratem in Caranitide: Armeniæ majoris præfectura, a nasci tradit. Quorum testimoniorum consensu adductus Hieronimus, locum Genesios de Paradiſo, quatuorq; fluminib. eum irrigatibus, (inter quos enumeratur & Euphrates) secus intelligendum esse existimat, quam verba ipsa videantur sonare. Dictus autem putatur Euphrates (quod & Ambrosius annotavit) δὲ τὸν Εὐφράτην: hoc est, à latificando: quod circumiacentem agrum restagnationibus suis adeo latum, fœcundumq; reddit, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges, impressis tantum vestigio seminibus. Qua de re vide Plin. lib. 1. & ca. 15. & 16. q̄ Fuit etiam hoc nomine Philosophus, Adriani temporibus, qui rædio senectutis & perpetui morbi imperata prius ab Adriano venia, ne sibi ignominia esset, cicutam bibit, sibiq; voluntariam mortem attulit.

Euphrōsyna, εὐφρόσυνη, & Euphrōyne, es, pen. corr. Εὐφροσύνη, Una ex tribus Gratia, ab hilaritate, seu lætitia (id enim Græcis sonat Εὐφροσύνη) nomen habens.

Eupilis, Lacus Cisalpina Gallia, per quem Lambrus in Padum defluit. Autor Plinius libro 3, capite 19. Vulgo Lago di Pusiano.

Eupolis, Εὐπόλις, Priscæ comedæ scriptor, in reprehendendis hominum vitiis liberimus. Vnde etiā Persius iratum Eupolidem vocat, quasi hominum vitiis vehementer infenum. Scripsit Comœdias septemdecim, ex quibus novem victoria meruerunt. Periit in prælio navalí inter Lacedæmonios & Athenienses iuxta Helleponum commissio. Cujus mors quantum civitati luctum attulerit, vel illud unum abundè magno documento esse potest, quod publico edicto cautum est, ne Poëta in posterum militare liceret.

Eupompus, Εὐπόμπος. Germ. Ein berümpfer vnd hässlicher Mater. Pictor nobilis, patria Sicyonius, Parthasii & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis suæ artifices autoritatis, ut genus quoddam picture, ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Hujus discipulus fuit Pamphilus Macedo, qui Apellem instituit. Euporiæ, εὐπορία, urbs Macedonia ab Alexandro Magno condita, & à sola fertilitate nomen sortita. Autor Stephanus.

Euporus, Εὐπόρος, C. Gracchi servus fuit, qui dominum ex Adventu fugientem, quandiu potuit, tutatus estrocciso deinde domino super ejus cadaver prostratus, sibi quoque mortem confivit. Autor Valerius lib. 6. cap. 8.

Euprosopon, Εὐπρόσωπον, Promontorium est Phœnices ad Byblon oppidum: ita dictum ab aspectus jucunditate. Nam εὐπρόσωπον interpretatur jucundus aspectus.

Euranium, Εὐρανίον, Cariæ oppidum est, Halicarnassorum jurisdictioni ab Alexandro Magno attributum. Plinius libro 5. capite 29.

Euripiðes, pen. corr. [Εὐριπίδης. Germ. Ein farrichterlicher Griechischer Tragedischreiber von Achæa bürdig.] Insignis Poëta tragicus fuit, natus eo die quo numerosus ille Xerxes exercitus ab Atheniæsibus fusus est. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam summo in honore est habitus. Scriptæ fabulas LXXV, ex quibus quinque tantum victoriæ meruerunt. Castitate autem virtus tanta fuit, ut vulgo, μονογυνή: hoc est, mulierum osor fuerit cognominatus. Periit noctu, ab Archelai canibus, ut fertur, discriptus. Offa ejus Regis jussu Peliam sunt translata, repulsis Atheniensium precibus, qui sepe per legatos tentaverant, ut civis sui reliquias sibi in patriam referre liceret.

Euripiðius, Εὐριπίδιος, Numerus in talis quadragenarius ab Euripide inventus eo tempore quo exæctis triginta tyrannis, quadraginta principes Atheniensium Rempubl. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cælium Rhodig. lib. 20. cap. 27.

Euripus, pen. prod. [Εὐρίπος. Germ. Das eng vnrähtig Meer zwischen dem Land Baetia vnd der Insel Negropon.] Dicitur freū: id est, mare angustum, inter Aulidem Baetis portum, & Euœcam insulam, quod unus dici & noctis spatio septies recurrit eo impetu, ut navigia repugnantibus ventis plena secum rapiat. Autor Mela. q̄ Inde locus proverbio: Homo Euripus, Εὐρίπος αἴθριος. In inconstantes ac moribus inqualibus homines dicitur. Quadrat & in fortunæ vices, quæ res mortalium, velut etsu quodam sursum ac deorsum jactat. q̄ Sunt item Euripi, canales, seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium, si paulò minutiiores sint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: si autem majusculi sint, nili dicuntur. Cic. lib. 1. de Legibus: Ductus aquarum, quos isti nilos, euriposq; vocant, quis quum viderit, non irriscit: q̄ Euripi quoque sunt fossæ in ludis circundatae pro septis, quorum loco temporaria prius claustra fuciunt, Autore Plinio.

Eurôme, es, penul. prod. Oppidum est Cariæ, apud Plinium libro 5. capite 29. A Stephano Εὐρώμη appellatur.

Euronotis, [Εὐρωνότης. Gall. Su fues. Ital. Xaloque medioiorne. Ger. Der Wind so zwischen Mitag vnd des Winters außgang herwähret. Fland. Zuyd/Dest. zuyd.] Ventus inter Eurum & Notum flans: cuius meminit Plin. lib. 2. cap. 47.

Euröpa, Εὐρώπη. Ger. Der dritte theit der Welt / so innerhalb dem Hochme/ vnd dē Meere so auf das mitte Erdreich sich vmb das ganz Staaten vnn d Griechenland herumb zeichet / darzu dem sius Tanae begriffen ist.] Tertia pars orbis, ab Asia, Tanaide fluvio: ab Africa, Mediterraneo mari discreta; ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Jupiter (ut Poëta fabulantur) in bovem transformatus, raptam abduxit in Cretam. Habet quatuor sinus magnos: quorum primus est à Gaditano freto ad Lacinium usq; promontorium Italiae in Locris. Secundus, à Lacinio ad ipsa Epiri Acroceraunia. Tertiis inde ad Helleponum. Quartus, ab Helleponto ad Mæotidis ostia. q̄ Hinc Europæ, Εὐρωπα, qui Europam incolunt. q̄ Est item Europa Nymphæ nomen, Oceanii & Tethyos filia, cuius meminit Hesiodus in Theogonia.

Europus, pi, pen. prod. Εὐρώπη, Oppidum Macedoniz ad Axium amnum, teste Plin. lib. 4. cap. 10, ita dictum (si Stephano credimus) ab Europe Macedonis & Orithyiæ filio.

Europum, Εὐρώπη, Syriæ urbs, olim Thapsacum, postea Amphilis

phipolis appellata. Autor Plin.lib.5.cap.24. qd Est item ejusdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas: cuius meminit idem Plin.lib.6.cap.25.

Eurōtās, pen. prod. Ἐρότης, Fluvius Laconiæ, Spartam præterlabens. Liv. li. 34. bel. Maced. tipasq; habens frequentibus lauris consitas. De hoc Virgil. in Sileno: Omnia quæ Phœbo quandam meditante beatus Audiit Eurotas, jussitq; edificare lauros.

Eurīs, Ἐρίθη. Ital. Xalope lenante. Ger. Eine aus den Ostwinden der nemischen se von des Winters aufgang herwähnt. Fland. Brvbd. Dst. Dst. Pol. Wiatr od wschodu s'lonca. Vng. Nap keleri xsl. Ang. The north east wind. Venitus spiras ab Ortu brumali, quæ Latini Vulturnum appellant. Plin.lib. 2. capite 47: Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus: illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant. Colum. libro 5. capite 5: Quum plerunque sideris Canicula tempore, quædam partes ejus regiomia sic infestantur Euro, (quem incolæ Vulturnum appellant) ut nisi teguminiibz vites opacentur, velut balitu flammæ fructus urantur. Ovid. i. Metam. Euros ad Auroram, Nabathæaq; regna recessit, Persidaq; & radiis juga subdita matutinis.

Eurylē, penul. corr. Ἐρυλή. Fuit regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. qd Alia fuit Proeti Argivorum regis filia. qd Tertia ex Gorgonibus una: quæ tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantem montem: quæ omnes unum oculum habebant, quo utentes, quoscunq; aspiciebant, convertebant in saxa. Harū nomina fuerūt Medusa, Sthenyo, & Euryale. Ser viuæximia, pariq; pulchritudine virgines fuisse tradit, quarū solo aspectu adolescentes obstupefcebant: quæ rem fabulæ occasionem subministrasse existimat, ut dicerentur quoscunque aspexissent, in saxa transmutare. Hæc ille, enarrans illud Virgilii lib. 6. Aen. Gorgones, Harpyiæq; & forma tricorporis umbræ.

Euryalus, Ἐρύλας, Vaus ex principibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas urbes incolebāt, & ad Trojam cum octoginta navibus venerunt: ut tradit Homerus in Catal. qd Fuit etiam hoc nomine Trojanus, arctissimo amicitia vinculo cum Niso conjunctus, Virgiliiq; carmine notissimus. qd Fuit & nōmē histrionicus. Juven. Nobilis Euryalam, aut Mirrionem exprimat infans.

Euryalus, Ἐρύλας, vocabatur metropolis Epipolorum. Est autem oppidum Syracusanum in loco prærupto, Steph. Vide EPIPOLAE.

Euryampūs, pi, Ἐρύμαπος, Oppidum Magæsiæ, apud Stephan.

Euryanassa, οὐ, Ἐρύνασσα, Insula est maris Aegæi, cregione Ioniz, non procul ab Arginusa. Autor Plinius libro 5. capite 31.

Eurybates, Ἐρύβατες, Nomen virti Ithaci, Vlyssis præco, ab Agamemnone missus, ut ab Achille auferret Briseidē. Ovid. in Epistol. Briseidē ad Achillem: Nam simul Eurybates me Talthybiusque vocarunt, Eurybati data sum, Talthybioque comes.

Eurybatus, [Ἐρύβατος]. Germ. Ein geschwinder und gescheiter hundieb. Pol. Zl'odziej bargo misterny Vn. Mester lopo Eurybatus.] Fur insigni astutia, qui aliquando à custodibus in furto deprehensus, quem illi videre cuperent quo ingenio domos condescenderet, stimulis quibusdam ferreis, & funibus irrepit in parietem, illisque intuentibus, expeditaque hominis agilitatem admirantibus, per regulas aufugiens periculum evasit. Vnde proverbialiter Eurybattare, Ἐρύβατισσον, dicitur quis qui in re manifesta deprehensus, aliqua tamen arte elabitur.

Eurybiades, δα, Ἐρύβιάδης, Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, universæ Græcorum classis dux à Lacedæmoniis constitutus adversus Xerxes, Vide Herodot. lib. 8. Euryclæ, pen. prod. Ἐρύκλαια, Opos Pisendoridæ filia pulcherrima, quam Laëtes in prima existēs pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem uxori domi habuit, Vlyssemq; nutriendi dedit: quem & prima in patriam redeuntem agnovit. Vide Hom. lib. 1. & 19. Odyss.

Euryclæs, pen. corr. Ἐρύκλης, Vatis nomen, qui de suis incommodis semper aliquid divinabat. Hinc factum est, ut proverbiali quadam figura omnes divinatores Euryclidæ diceretur, ut refert Cælius Antiquæ lect. lib. 5. cap. 10.

Eurycratidas, Ἐρύκρατιδης, Vir Lacedæmonius, de quo Plutarchus.

Eurydämæ, antæ, pen. nomin. corr. [Ἐρύδαμας]. Ger. Ein Trojanischer trewman stieger.] Vir fuit Trojanus, somniorum interpres. Ovid. in lbén. Vtq; vel Eurydamas ter circum busta Thra sylli, Et Larissæ tractus ab hoste rotis. Vbi per Eurydamatæ intelligunt Hectore, qui virtute cuncta domitabat. Ὡρæ enim Græcis latè significat, & ἀρχή, domo.

Eurydämæ, ames, Ἐρύδαμη, Diaconis Lacedæmonii filia

suit, & soror Menii, uxor autem Leotychidæ Lacedæmoniæ regis, ex qua ille Lampito filiam suscepit, quam Archidamo Zeuxidami filio in matrimonium tradidit. Autor Herodotus lib. 6.

Eurydîcē, [Ἐρυδίκη]. Germ. Die häusliche Orpheus so von einer Schlangen ist zu tod gebissen worden.] Vxor Orphei, cujus amore captus Aristeus, quū vim ei inferre pararet, illa per avia fugiēs incidit in colubrum in herba delitescens, cujus mortuus in territ. Orpheus autem uxoris morte ægetrimè ferens, accepta cithara inferos adiit, ubi Plutonem, Proserpinamq; tam suavi carmine demulxit, ut ei uxorem ab inferis reducēdam permitterent: ea tamen conditione, ne prius eam quam ad superos rediisset, intueretur. Quam legem quæ illæ amoris impatiētia esset prævaricatus, Eurydice denuò ad inferos est retracta. Virg. lib. 4. Georg. Restitut, Eurydicemq; suam jam luce sub ipsa, immemor heu, vietusq; animi, respexit, &c. qd Alia itē fuit Eurydice, Clymeni filia, uxor Nestoris, ex qua ille septem filios & unicam filiam suscepit. Autor Homerus, Odyss. lib. 3. Eurydōmēnē, Ἐρυδόμηνη, nymphæ marina, dñs τὸν Ἀρέα καὶ Δίαν: hoc est, abundanter do. Perhibent hanc matrem Gratiæ rum fuisse, quam alii Erymedusam à verbo Græco μίδη, quod regio significat, vocant.

Eurylochus, Ἐρύλοχος, Phlegyatum rex, & conditor Thebærum, quas postea Cadmus initauravit. qd Fuit etiam hoc nomine unus sociorum Vlyssis, qui solus Circæs pocula nō gustavit, neq; in suis figuram transmutatus est. Ovid. 14. Metam. suis solūm caruisse figura Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.

Eurymedon, Ἐρυμέδων, Eurymedontis pen. nom. corr. Ἐρυμεδών, Patet Peribœ, ex qua Neptunus Nausthoum suscepit, regē Phœcum, & Alcinoi patrem. Autor Homerus lib. 7. Odyss. qd Est itē Eurymedon. Pamphyliæ fluvius, juxta quem Athenienses, Cimose duce, Medos profligarent. Autor Thucydides lib. 1.

Eurymachiūs, Ἐρύμαχος, Thebanorum potentissimus fuit: qui quum Platæas noctu per prodictionem cepisset, rebellatis deinde civibus vivus in hostium potestatem pervenit, uñaq; cum suis omnibus supplicio affectus est. Autor Thucydides, libro 2.

Euryñoē, Ἐρύνη, Nympha, Oceani & Tethys filia, mater Leucothoës, quam Apollo assumpta matris illius effigie cōpredit. qd Alia fuit Apollinis filia, quæ Adrastum Argivorum regem, & Eriphylen Amphiarai conjugem peperit.

Euryone, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matre iasidiis liberavit.

Eurypylūs, pen. corr. Ἐρύπυλος, Herculis filius, qui regnavit in Co insula, & cunctorum Græcorum augur peritissimus est habitus. Virg. lib. 2. Aen. Susensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus.

Eurystheus, Ἐρύστης, Suidæ fuit Steneli Mycenarum regis filius, qui lunonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superare quo posset perire. Vnde durus Eurystheus vocatur a Virgil. lib. 1. Georg. quod nullis Hercules laboribus potuerit mitigari: - quis (inquit) aut Eurysthea durum, Aut illaudati nescit Busiridas aras?

Eurytion, tioni, Ἐρύτιον, Faber insignis fuit, qui Pallanti E-vandri filio arma fabricavit. Virg. 10. Aen. Quæ bonus Eurytion multo celeraverat auro.

Eurytūs, penul. corr. [Ger. Einer aus dem Centauri welcher von Theeso ist umbbracht worden.] Vnus fuit ex Centauris, qui cum Hippodamia vi rapere vellet, à Theeso est occisus. qd Alius fuit Eurytus, Ochalis rex, qui loles filie sua nuptias pollicebatur, quicunq; sagittandi arte se: vel, ut alii tradunt, filios suos vicisset: nam ab Apolline hanc artem dono accepérat. Ab Hercule igitur vietus, filiam illi negavit, quapropter Hercules iratus Euryti urbem diripiuit, Iolenq; occiso patre abduxit. Hinc Eurytus, patronymicum foemina. Ovidius:

Eurytidos Ioles,

Et infanti Alcidæ.

Vide ERYTHIUS. Steph. in Feretrio, Melancum Euryti pater nominat.

Eusebia, Ἐσεβία, civitas Cappadocie, Cesarea p̄st dicta, Eusebiūs, Ἐσεβίος, Episcopus Cæsariensis, firmissimo amicitia födere cum Pamphilo martyre conjunctus: à quo & Pamphili cognomen mutuatus est. Floruit temporibus Constantii & Constantini Cæsarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum vide apud Suidam.

Eustachius, Ἐστάχης, Nomē fuit Grammatici Constantiopolitani, cuius extant Commentaria in Homerum, quem admodum Servii in Virgilium. qd Eustachius alias fuit Epiphaneus, qui temporum Epitomen ab Aenea Trojano usque ad Anastatum principem, sub quo yixit, septem voluminibus conscripsit. Autor Suidas. qd Eustachius alias genere Pamphilus, presul Antiochenus, adversus Ariananorū dogma multa composuit sub Constantino principe: pulsus demum est in

exilium Trajanopolim Thraciae civitatem, ubi & sepultus est. Sunt quoq; ipsius volumina de anima, epistolæque complures. Hieronym. q; Præter hos fuit Eustathius martyris inter aulicos Trajani principis, Placidus antea vocatus: qui, quum in venatione cervum sectaretur, conspecto inter ejus cornua crucis simulachro, & voce ferè ejusdem auditu: Cur me persequeris? domi uxori Theophyraz & filiis rem manifestavit: qui verbis ejus fidem adhibentes, Christo nomen dederunt. Martyri palmam accepit sub Adriano unà cum uxore, ænco in tauru exultus. Volaterr. lib. 15.

Eüstéphiliūs, Εὐστέφηλος, Aphrodiseus sophista, scripsit declamationes. Autor Suidas.

Eustochiūs, Εὐστόχιος, Cappadox Sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadocia, aliarumq; gentium antiquitate. Volaterr. lib. 15.

Eustratiūs, Εὐστράτιος, Nomen Philosophi, qui in Etica Aristotelis Commentarios scripsit.

Eutæa, Εὐταια, urbs Arcadiæ, Steph.

Euterpē, Εὐτερπή Ger. Eine auf den neun Muis, so die Mathematice: oder wie andere wöllen, die schwägeln erfunden hat.] Vna ex Musis quæ Mathematica: vel, ut alii placet, tibias invenit: à concentus suavitate nomea trahens: est enim & benè, & rīxas, delectare. Virg. in Epig. de Musarum inventis: Dulcilo quis calamis Euterpe flatibus implet.

Euthenæ, Εὐθηνα, urbs Cariæ, Steph.

Euthydemus, penul. prod. Εὐθύδημος, Philosophus fuit Tarentis, Apollonii Tyanci præceptor: de quo vide plura apud Suidam.

Euthymus, Εὐθύμος, Pugil insignis, in Locris Italizæ, qui Epizephryi cognominatur, ortus, Alcyone patre, vel (ut indigenis persualet) Cecina amne genitus, qui Locros à Rheniginis dividit. Hunc tradit Pausanias perpetuum fusile Olympiorum victorem: semelq; tantum fusile superatum à Theogene Thasio, non justo quidem certamine, sed circumvētum dolo: undē nec Theageni decretus honor: insuper damnatus ut multæ nomine talentum Euthymo representaret. Reversus inde in Italiæ, cum Temesæ heroë congressus, (cui oppidani quotannis eximia forma virginem tributi loco pendebant) vicit potitus est, Temesæosq; servitute liberavit, virginemq; illi destinatam uxorem duxit: quo nomine divinos honores etiam virus meruit. Vide hæc latius apud Suidam. Meminit hujus & Aelianus, Variæ historiæ li. 8: Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pugiles inclytus, & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur: & Temesæum heros, quod cuiq; per vim abstulerat, reddere coegerit, etiam cum fœnore: ut inde natum sit adagium iis qui sordidos & injustos quæstus faciunt, affore Temesæum genium. Hic Euthymus ad amnum Cæcinam, oculis hominum apparare desit. Meminit ejus & Plin. lib. 7. cap. 47.

Eutocus, Autore Bocatio lib. 5. Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeunibus, Cyrenis dicitur remansisse, & iis imperasse; qui unâ secum ibidem remanserit.

Eutrapelus, pen. corr. [Εὐτράπελος] Ger. Der namen eines beschissen Kunden.] Apud Horatium lib. 1 Epist. Viri cuiusdam nomen est in circumveniendis hominibus calidissimi. Eutrapelus (inquit) cuiusque nocere solebat, vestimenta dabat pretiosa. Vox est Græca, idem significans quod urbanus, falsus, & facetus.

Eutresium, Εὐτρεσίος, urbs Arcadiæ, Steph.

Eutresis, Εὐτρεσίς, pagus inter Thespias & Platæas, situs, quem Zethus & Amphitrys muris cinxerunt: sic dictus quod multis pœnas: id est, viis seu vicis prius usus & quasi perforat, fuerit. Hinc Eutresites Apollo, cuius templum ibi & oraculum celeberrimum fuit, Steph.

Eutychiā, Εὐτυχία, Insula est Thessalizæ adjacens, ante sinum Pagasicum. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Eutychē, es, pen. cor. Εὐτυχη, Mulier Tralliana, triginta partus enixa, & virginiter libens rogo illata. Autor Plin. lib. 7. cap. 3.

Eutyches, [Ger. Ein böser lecher von Constantinopel / welcher versteugnet daß Christus warhaftig vnser Fleisch an sich genommen hätte.] Constantiaopolitanus abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, alium affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei. Negabatq; Christi carnem nostræ similem, nec in parte duas in eodem supposito naturas esse. Sed de cœlo corpus descendisse dicitabat, ac in virginis utero tanquam Solis radios penetrasse, ut visum sit sanc ex muliere generatum, quavis vere generatum non sit. Autor Suidas.

Eutychides, Εὐτυχίδης, Insignis fuit statuarius, qui Olympiade centesima vicecima floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Euxinus pontus, [Εὔξινος πόντος] Ger. Das ungeheure oder ungasthar Meer so sich vñ dem engen Meerschlund in Thracien/ gegen Hæftgang vñnd Mitternacht erstreckt.] Mare illud est, quod incipiens à Bosphoro Thacio, vergit in Oriëtem & Septentrio-nem, prius Pontus Axœus dictus. Εὔξινος: hoc est, in hospitalis;

## EXA EXQ FAB

propter immanitatem eorum qui ejus maris littora incolbant. Illi enim & hospites immolare solebant (ut autor est Strabo libro 7.) & carnibus perlesis, ex calvis eorum sibi pocula consumere. Postea vero quum in locis maritimis Iones aliquot oppida condidissent, exhibito Scytharum affectu lacrocio, receptoque Græcotum hominum commercio, pro Axe-no Euxinus: hoc est, hospitalis appellatus est. Idem penè de hujus nominis origine tradit Ovidius de Ponto: Feigida (inquit) me cobibeat Euxini littora ponti: Dicitus ab antiquis Axenus ille fuit.

### E. ante X.

E xampædus ικανταῦ, Scythæ locus est inter Borysthenem & Hypanum fluvios, fontem habens ejusdem nominis utique adeo amarum, ut Hypanis aquas in quem influit, reddat impotabilis. Autor Herodotus, lib. 4.

Exectra, nomina hydæ. Vide in APPELLATIVIS.

Exgyius, Εξγιός, Viba Sicilia dicta, Αἴγιος ιχνα, Steph. Etym. videtur corruptum.

E xquiliūs, arum, ratum plurale. [Ger. Der höchste Bahnel oder Berg in der Stadt Rom / da jetzt die Kirch S. Maria majore ist] Mons Roma, dictus ab excubis regis Tullii Hostili, qui hunc collem urbì adjectit, (ut autor est Liv. lib. 1. ab Urbe) & in eum, ut frequenter habitaretur, domiciliū suum transluxit. Ovid. lib. 1. Fastorum: Addè quod excubias ubi rex Romanus agebat, Qui nunc Exquilias nomine collis habet. Sunt qui ab excubendo, Equilias dictas volunt, quod ea pars urbis quorum ante neglecta jacuerit, à Tullo rege fuerit exulta. Quicquid id est, constat certè per x, & sine dubio scribendum esse, contra receptum abusum.

E xquiliūs, a. um, Quod in Exquiliis est, aut ad Exquilias pertinet: ut Exquilina porta, Mons Exquilius. Vattro: Exquilinus mons septiceps apud zedem lunonis Lucinæ, ubi aditus habitate solet.

## F

A bariā, Insula est in mari Germanico, nō procul à Cymbrica Cherroneo: alio nomine Burchanæ dicta. Fabania à Romanis dicta, propter similitudinem frugis, sponte ibi provenientis. Autor Plinius.

Fabariis, pen. cor. Fluvius in Sabinis, cuius menin Virg. 7. Aen. Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt. Alio nomine vocatur Farfarū, autore Servio. Plautus: Dissipabo te tāquam folia Farfari. Ovid. - & amicæ Farfarus undæ.

Fabiānius, Φαβιανὸς, Martyris nōmē, qui unâ cum Sebastiano, quod Christum proficeretur, supplicio affectus est.

Fabiōrum familia, Romæ nobilissima fuit, cognomen hoc sortita ab eo tempore quo Romani penè omnes nobilissimi agriculturam exercabant: quod primus qui hoc cognomen adeptus est, in faba serenda excelleret: sicut etiam Ciceronis, Pisones, & Lentuli dicti sunt à lente, cicere, & pisis bene serendas. Horum tanta Romæ potèta fuit, ut bellum adversus Venientes, soli cum suis clien: ib. & servis in se seceperint: quicquid ex levibus aliquot pīxillis sapientis victoriam reportassent, tandem ad Alliam fluvium insidias circumventi, ad unum omnes casii sunt. Ovid. lib. 2. Fast. Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellū missos abstulit una dies. Ex tanta Fabiorum clade unus tantum superstitus, qui nondum armis per tractem idoneus, in urbe reliquis erat: ex cuius sanguine per longam nepotum seriem natus Fabius ille Maximus est, qui Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanā aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit. Fuit & alias Fabius, Allobrogum cognominatus, à rege Allobrogum ad Isaram flumen interempto.

Fabius pīctor, homo nobilissimus, juris & literarum antiquitatis bene peritus, ut est autor Cicero in Bruto. Fabianus, a. um, denominativum: Arcus Fabianus, Romæ erat iuxta regiam, in via sacra.

Fabiūs, a. um, aliud adjectivū: ut gens Fabia, Ovid. g. de Ponto. Fabrateriā, Φαβρατερία, Oppidum Campaniæ ad Terum fluvium. Iuvén. Satyr. 3: -- optima Soræ, aut Fabrateriæ dōmus, aut Frusinone paratur. Meminit hujus oppidi & Silius, lib. 8. Hinc deducitur denominativum Fabraternus, a. um.

Fabričiūs, cii, Φαβριχος, Nomen Romani civis frugalissimi, qui in tenuissimo censu, Samnitum munera forti animo spexit. Hic unicum frugalitatis exemplar fuit apud Romanos, patellam & salinam ex argento. tantum coledorum decorum causa domi habuit, ita tamen, ut patella cornicis pediculo sustineretur. Hujus filie ob paupertatem de publico dotata, ad maritos ierunt portantes gloriam domitricam pecuniam publicam. Hic adversus Pyrrhum Epitorum regem & Samnitæ gravissima bella gesit: adversus quos, ut bello invictum, iam munieribus se præstvit incorruptum, Regis euā medicum domini

domini sui mortem per venenum pollicetem, vincitum ad regem remisit.  
Fābričāniūs, Φαβρικιανός, Fabriciani filius, qui matrem Fabiā interfecit, quod illa maritū suum occidisset, ut liberius adulterium cum Petronio adolescentem committeret. Autor Dotiteus apud Plutarchum.

Fābuliūnūs deus, [Ger. Der Sprachberg Gott bey den Römern / welche sie opfereten als bald ihre Kinder ansingen zu reden.] Qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quum primū liberi eorum fari incipiebant. Autor Nonius, citans testimonium Varro de lis beris educandis.

Fādiūs, Pompejanus miles, cujus meminit Asinius Pollio, apud Cic. lib. 10. Epist.

Falacriūs, Φαλάκρος, Ptolemæo 7. Europæ tabula, promotorum est Sicilia, quod nōnulli idem esse credunt, quod vulgo hodie appellatur Melazō, vel Rafoculmo.

Fālērīj, orum, Φαλέριοι, Oppidum fuit Faliscorum in Tuscæ mediterraneis. Autor Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

Fālernūs ager, teste Plin. lib. 14. cap. 5: Campaniæ tractus est, qui à ponte Campano incipiebat lœva potentibus urbanam coloniam Syllanam. Totus hic tractus vitiferos habet colles, generosissimo vino nobiles, quod à regionis nomine etiā Faleraum est appellatum. Huic inter generosa Italiz vina, secunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus dabatur Pucinō, quod à Græcis Pictum appellabatur. Nequaquam verò mirū videri debet, si hoc vini genus hodie, aut prorsus ignotum sit, aut minus celebre, quum etiam Plinii seculo (ut ipse testatur) exoleceret, culpa agricolarum, copia magis studētum quam bonitati. Pro vino frequentissimè neutri generis est: Tibullus tamen in masculino genere usurpat. Nunc (inquit) mihi fumosos veteres proferre Falernos.

Fālērīj, Φαλέριοι, Populi Hetrariorum fuerunt, quorum oppidū Falerii, Φαλέριοι, Stephano vocabatur. Ovidius: Additænam Tatium, Iunonicolasq; Faliscos. Vulgo, Monte Fiasco.

Fāliscūs venter, non dissimilis Lucanicis, inventus primò in Fałiscis. Papin. lib. 4. Sylvarum: Non Lucanica, non graves Falisci. Mart. lib. 1: Et Lucanica ventre cum Falisco.

Fanesiūs, [Germ. Wälder im Mittnächtigen hohen Meer / welche so grossen haben / als Plin. schreibt / daß sie sich mit denen bedecken dürfen.] Populi in Oceano Septentrionali, qui (ut ait) Plin. lib. 4. cap. 13. tales habent aures, ut eorum nuda corpora his tegantur.

Fanēstris colonia, Pomponio Umbriæ, sive agri Gallici oppidum est, nō procul à Pisaurum urbe, & Metauro amne, quod à Plin. lib. 3. cap. 14. Fanum fortunæ appellatur. Vulgo Fano. Vide PANOTII.

Fānniūs, Duorum oratorum nomen, quorum meminit Ciceron in Bruto: Horum (inquit) æstatibus adjuncti sunt duo C. Fannii, Marci filii: quorum C. Fannius qui Consul cum Dominicō fuit, unam orationem de sociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit, sanè & bonam, & nobilem. Alter autē C. Fannius, M. F. C. Lalii gener, & moribus & ipso dicendi genere durior. Hæc ille.

Fānum fortunæ, Φάνο, Stephano, Agri Gallici urbs est, teste Plin. lib. 3. cap. 14. in litore Adriatico, inter Pisaurum & Senogalliam, non longè à Metauro amne sita: sic dicta quod in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit. Hujus urbis incolæ, Faneses: & colonia ipsa, Fanestræ à Pomponio appellatur. Vide Panestræ colonia.

Fānūs, Deus qui cunctibus præterat, vel deus anni. Cujus imaginem quam Phœnices vellent exprimere, draconem finixerunt in orbem redustum, caudamq; suam devorantem, ut appareat mundum in se revolvi. Macrobi.

Faran. [Σύν παράν, Φαράν.] Oppidum trans Arabiam, Saracenis junctum, qui in solitudine vagi errant. Pharan (inquit Stephanus) oppidum est inter Aegyptum & Arabiam: à quo fit gentile Pharanites, Φαρανῖτες, & possessivum, Pharaniticus, Φαρανιτικός.

Farfārūs, sive Farfar, [Germ. Ein fluss in Syrien so vnden am Berg Libano entspringt.] Syriæ fluvius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens, Syriaco miscetur mari. Farfarus etiam dictus est fluvius per Sabinos fluvias, de quo Ovidius: & amoenæ Farfarus undæ. Alio nomine dicitur Fabaris, penultima correpta. Virgil. lib. 7. Aeneid. Qui Tybrim, Fabarimq; bibunt. Farfarum vocat Plautus in Pœnulo arborem populum: Prosternebam (inquit) eos ut folia farfari, quæ levi pulsu venti alicuius, Autumno universa aliquando cadunt.

Fāscellīs, idis, Dicta est Diana, à fasce lignorum, in quo abscon dium ejus simulachrum Oreastes & Iphigenia ex Taurica re gione Artiam attulerunt.

Fātuū, [Germ. Ein Götter der Römischen Weiber / welche sie nacht opfereten / und kein Mannperson darju nur schmecken darf.]

Deç nomen erat cui à Romanis matronis in opero sacra fie bant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab ejus sacris arcebantur, ut vel in ædem ejus inspexisse, capitale haberetur. Rationem hujus assert Macrobi. libro 1. Satur. cap. 12: Fatuam dum inter homines ageret, Fauni uxorem fuisse tanta pudicitia, ut perpetuò gynæcio: hoc est, mulierum conclave inclusa, nullum unquam virum præter maritum aspicerit. Varro eadem esse existimat quæ & Telluris & Terra nomine à Romanis colebatur. qd Fatuæ autem nomine à fando deductum volunt, quod infantes partu editi, nō prius vocem edunt quæ terram attigerint. Eadem & Bona dea vocata est, quod omnium nobis ad vietum bonorum causa est: & Fauna quod omni usu animantium favet: & Ops, quod ipsius ope vita constat.

Fātūlūs, Qui & Faunus dictus est, Pici Latinorum regis filius, cuius uxor Fatua, vel Fauna dicta fuit. Vide Servium in illud Virg. lib. 7. Aen.

Hunc Fauno & Nympha genitum Laurenti Marica Accipimus: Fauno Picus pater.

Fāventiā, Φαέντη Stephano, Civitas in octava regione Italiæ quam hodie Itali sua lingua vocant Favenza. Ejus incolæ vocantur Faventini, Fidentini finitimi, teste Plinio, libro 3. capite 15.

Fāvīj, Antea Fovii à familiæ authore dicti, qui ex ea natus fuit cum qua Hercules in fovea concubuit. Quamvis alii putent ita vocitatum, quod primus ostenderit quemadmodum ursi & lupi foveis caperentur. Vt cunq; sit, constat à fovea di etos fuisse. Vnde Fovii, non Favii primū appellati sint.

Fāuñā, Vide FATEVELVS.

Fāuñī, [Ger. Waldgötter/oder Waldbäder.] Agrorum & sylvarum putati sunt dii, qui post prolixum tempus moriuntur: quod è terra geniti sunt. Ovidius 1. Metam. Sunt mihi semi dei, sunt rusticæ nomina Fauni, Et Nymphæ, Satyriq; & monticola Sylvani. Ex quo loco appetat, alias esse Faunos, alias Satyros, & rursus alios Sylvanos.

Fāuñūs, Φαῦνος, Filius Pici & pater Latini, antiquissimus Aborigine rex, Deus post mortem habitus, qui regnavit in Latio. Is genuisse etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Sylvanos rusticorum numina, quos Poëta singunt & cornigeros, & caprinis pedibus.

Fāvōniūs, [Germ. Der Westwind Belg. West.] Ventus ab Occasiæ equinoctiali spirans, contra Subsolanum, teste Plin. lib. 2. ca. 47. A' foveando dictus, quod cuncta foveat, & φυγεῖ. Est enī genitalis spiritus mundi, quo plantæ hyberno frigore enectæ reviviscunt. Vnde etiam à Græcis Zephyrus dicitur, quasi φύγει: hoc est, vitam afferens.

Fāvōrinūs, Φωνεῖ, Φωνη, Nomen philosophi, de quo fit frequens mentio apud Gellium, Oriundus fuit Arelate celebri Gallie Narbonensis oppido. Inde in Græciam profectus, sub Dione philosophiæ operam dedit. Hic tria præcipue in se sollebat admirari: quod Gallus quum esset, Græcis faret: quumq; evnuchus esset, in adulterii tamē suspicionem aliquibus veniret: & quum imperatore inimicum haberet, adhuc tamē viveret. Erat enim Adriano Cæsari infensissimus. Hunc Heroes Atticus patrem solebat appellare, hæresque librorum ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Aelianus de varia historia, dicit hunc quandoq; in disputatione quadam Adriano celsisse, admiratibusq; proximis: Nōnne cedam, inquit, ei qui videnti habeat legiones?

Fāustūlūs, Pastor, Remi & Romuli nutritor, Vide Liv. lib. 1. ab Urbe.

Fāustūs, L. Sylæ Dictatoris cognomē fuit, quod sibi ille ob perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogavit. Fāustus Quintilius Senator sub Juliano principe fuit. Fuerunt & alii hoc nomine, quorum catalogum vide apud Volaterianum.

F ante E.

Fēlīnā, Vulgo Bologna, Vrbs Italiz, postea Bononia appellata, ut scribit Plin. lib. 3. ca. 15. in descriptione octavæ regionis Italiz: Intus (inquit) colonia Bononia, Felsina vocitata, quod princeps Hetturiz esset.

Fenestella nomen proprium-historici, sœpius à Plinio citati, qui novissimo tempore Tyberii Cæsaris claruit, de hoc nomine ita Alciatus in lib. 11. parergon: Latini, inquit, veteres, calvos in medio capitis Fenestellas vocabant, quod ea calvities sicut vaseculo sudes: ita etiam fenestrae similitudinem præse ferret: hincque historici Fenestellae nomen apud Plinium, quod ea corporis parte glaber autor ejus familie fuisset. Fenestella item alijs fuit, cuius de magistratibus Romanorum liber extat.

Fērentīnum, penult. prod. [Φερενίνη Ptolemæo. Germ. Ein Stad in Tuscia Italiz.] Oppidum est Tuscorum, juxta Fesulas, non procul ab Arno fluvio. Cujus oppidi incolæ dicuntur Ferentini, Φερενίνης. Autor Plin. lib. 3. cap. 5. & Pomponius Me-

I 5 alib.

## 138 FER FES FID FIG FLA

la lib.2. qFerentines autem, Latii populi sunt, apud eundem Plinium loco jam citato: quorum oppidum Ferentinum com memoratur à Strabone, lib.4.

Feretriū, φερέτης. Dictus est Iupiter non à pace ferenda (ut quibusdam visum est) sed à ferendis spoliis. Nam Romulus devictis Ceninensibus hostium spolia ferulo ad id factio, in Capitolium detulit, ibi q; ex quercu suspensa, Jovi cōsecravit, eodemq; in loco Iovi Feretrio templum coadidit, auctorque fuit posteris, ut ed capta ex hostibus spolia deferent. Liv.lib.1. ab Urbe: Inde exercitu victore reducto, ipse cū factis vir magnificis, tūm factoram ostentator haud minor, spolia ducis hostiū cæsi suspensa, fabricato ad id aptè ferulo gerens, in Capitolium ascendi: ibi q; ea quum ad querū pastoribus sacram deposuisset, simul cū domo designavit Iovis templo fines, cognomenq; addidit Deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi vīctor Romulus Rex regia arma ferotemplumq; iis regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico: sedē optimis spoliis quæ regibus, ducibusq; hostiū cæsis me autem sequentes posteri ferent. Hæc templi est origo, quod primum omnium Romæ sacram est. Ita deinde diis visum, nec irritā conditoris vocem esse, qua laturos eō spolia posteros nūcupavit, nec multitudine compotum ejus doni vulgarem laudem. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeò rara ejus fortuna decoris fuit.

Feroniā, [φερονία. Germ. Ein Waldgöttin.] Nemorū dea, à ferendis arboribus. Virg.7.Aeneid. - & viridi gaudens Feronia luco. Tradunt enim cum lucus ejus fortuito arsilissi incendio, & ob id transferre inde dea simulachrum incolæ vellent, nemus subito eviruisse. qFuit & Feronia civitas sub monte Soracte, in qua ejusdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione venerabantur.

Ferrariā, [Vulgō Ferrara. Germ. Ferde.] Nomen urbis celeberrimæ in Italia circumpadana. Item promontorium in Hispania non procul à Carthagine nova: ita nominatum quod habeat ferri fodinas feracissimas. Vide Melam, lib.2.

Fescenniā, [Germ. Ein Stag in Hetruria heißt jetzt Castellana.] teste Plin.lib.3 cap.5, Hetruriæ civitas est, cuius populi originem trahunt ab Atheniensibus.

Fescenniūs, a,um, Virgil.7.Aeneid. - hi Fescenninas acies, æ quoq; Faliscos.

Festus, Domitianus amicus, qui dum mentagra usq; ad desperationē laboraret, gladio se trajecit: prius tamen amicos consolatus. Ejus mortem Martial.lib.1.descripsit.

Fesulæ, arum, Olina Hetruriæ insignis civitas fuit: hodie modicū vicus non procul à Florentia: Conditam autem volunt ab Atlante Mauritaniae rege.

Fidēnā, æ, pen. prod. φιδένη, φιδένη Stephano: & Fidenæ, arum, φιδένη Straboni, Vrbs Latinorum mediterranea. Virg.6.Aeneid.Hi tibi Nomentum Gabios, urbemq; Fidenam. Iuv. Satyr.6: Vivat Fidenis, & agello cede paterno.

Fidēnæs, φιδέναι, φιδέναι Stephano, Dicti sunt Fidenarū incolæ: quorum meminit Plin.lib.3.cap.5.

Fidēntiā, æ, φιδένη. Vulgō Fiorenzola, Oppidum est in octava regione Italiz, cuius incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin.lib.5.cap.15. qEst & Fidentia, Hispaniz Bæticae urbs, inter Bætin amnum & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, autore eodem Plin.lib.3.cap.1.

Fidiculanus Falcula, Senator levissimus, quem Cicero in Oratione pro Ceciana splendorem ordinis Equestris, decus iudiciorum, & exemplar antiquæ religionis per ironiam appellat.

Fidius, Iovis filius creditus est, quem ut fidei præsidem colebant, ὁμοίος. Plaut. per Deum Fidium credis jurato mihi. Unde dicimus Medius fidius: de quo suo loco.

Figites, ut ait Plin. Sunt animalia Aethiopiz, fusci coloris, mammillas geminas in pectore habentia, sicut homo: nec ferunt multum, ut quæ domari non possint, nec ita mansueta, ut nocentibus non noceant.

Fimbriā, Nomen fuit Romanii civis crudelitate insignis, qui quum Scævolæ, quem graviter vulneraverat, diem dixisset, quærentibus quid in Scævola esset accusaturus: Quod, inquit, non totum corpore ferrum receperit.

Firum, Pomponio, φίρων Ptolemaeo, Piceni castellum est, cuius meminit & Plin.lib.3.cap.13.

Fideles, hujus Flaminis, masculino genere, sacerdotē significat. [Germ. Ein Pfaff oder Priester. Pol. Pop, pleban. Vng. Pap, predikator. Äng. Präst.] Sumbant autem Flamines ab eo Deo cognomen, cui sacra faciebant: ut Flamen Dialis. dñs hoc est: hoc est, à Iove, quasi Iovialis: Martialis à Marte: & Quirinalis à Quirino: hoc est, à Romulo. Ratio autem nominis tracta est a filo, quo caput cinctum habebant: ut docet Servius his verbis: Flamines in capite habebant pileum: quod

## FLA FLE FLO

quum per æstus ferre non possent, filo taatū capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erat: unde à filo quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines. Plin.lib.18.cap.11: Varro Flaminem faba non vesci tradidit. Cic.2.de Legibus: Divisq; aliis alii Sacerdotes, omib; Pontifices, singulis Flamines sunt.

Flaminiā, Flaminis domus. [Pol. Plebanya. Vng. Pap haza.] Gell.lib.18.cap.15: Ignē è flaminia id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferti jus non est.

Flaminiā, Flaminis uxoris erat. Gell.lib.10.cap.15: Eædē ferme ceremonia sunt quas Flaminicas sacerdotissas Diales scorum ajunt observitare. Hoc etiam nomine appellabantur virginis Flaminicæ Dialis præministræ. Autor Festus.

Flaminiūm, nii, Est Flaminis dignitas, sive sacerdotium. [Pol. Plebanīwo. Vng. Pap fág.] Liv.6.bell.Punic.C. Claudius Flamen Dialis, quod extra perpetuā dederat, Flaminio abiit. Gell.lib.10.cap.13: Vxorem si amisit, Flaminio decedit. Hic nota, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum, quo abire magistratu, officio, &c.

Flaminiūs lictor, (inquit Festus) dicitur qui Flaminis Dialis sacerorum causa præstò erat. qFlaminius Camillus, puer patriminus & matriminus, qui Flaminis Diali in sacrificiis præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebāt. Autor Festus. Flaminiūrum nobilis fuit Romæ familia: ex qua fuit T. Flaminius, qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cum universis penè copiis delectus est. Hic viam Flaminiam stravit à Roma Ariminum usq;. q Fuit præterea T. Quintius Flaminius superioris filius, cuius vitam latè exequitur Plutarchus. Hic in suo Consulatu Macedonum Regem Philippum acie viðū eō necessitatibus compulit, ut Demetrium filium obseruare, Græciæq; civitatis, quæ illius jugo parebant, abstineret cogeretur. Huic frater fuit L. Flaminius fratri dissimillimus, qui à Catone tum Censore per ignominiam Senatu fuit cœctus, quod quum Galliæ provinciæ præficeret, in gratiam pueri quem turpiter à se amarum per omnē provinciam circumvexerat, Gallum quendam in convivio suis manibus intercessit. Autor Livius.

Flaminiū via, Quæ per portam Flaminiam ad Tyberim sitam, Ariminum usq; dicit. Nomen habet à Flaminio Consule qui eam stravit: à quo & Circus Flaminius, & Forum Flaminium nomē accepert. Cic.12.Philipp.Tres ergo, ut dixi, viæ: à supero mari Flaminia: ab infero Aurelia: media Cassia. Ovid.1. de Ponto, Eleg.9: Spectat Flaminia Claudia juncta via.

Fländriā, ria, [Germ. Fländen ein Landeschaft im Niederschweiz.] Regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita: in qua sunt urbes insignes, Gandavum & Brugæ, Flandres.

Flaviā familia, à flavedine capillorum dicta, quæ tres contubus Romano populo Imperatores dedit, Vespasianum, Titum & Domitianum.

Flaviā colonia, [Germ. Die Stadt Cesarea in Palästina.] Palestina urbs, primum ab Herode condita, & in gratiam Tiburtii Cæsarea appellata. Postea deducta eō à Flavio Vespasiano colonia, Flavia appellata est. Autor Plin.libro 5. capite 13.

Flaviālīs, ut flaviālūm collegium apud Sueton. in Domitione: Assidibus Diali sacerdote, & collegio Flaviālūm pari habitu.

Flaviobriga, φλαβριγα, Oppidum Vardulorum in Hispania citeriori: cuius meminit Plin.lib.4.cap.20.

Flaviopolis, φλαβριόπολις, Thraciæ oppidum, eo in loco conditum ubi antea Zela fuerat. Autor Plin.lib.4.cap.11.

Flavissæ, Vide in APPÉL,

Flavium, φλαβριό, Norici oppidum est apud Plinum lib.3. capite 24.

Flaviniūm, Locus Italiz in Sabinis sub Soracte monte. Vide Servium in illud Virg.7.Aeneid. Hi Soractis habens arces, Flaviniaq; arva.

Flavona, pen. prod. φλαβριόντα Ptolemaeo. Oppidum est Illyrici, apud Plin.lib.3.cap.21.

Flevo, [Germ. Ein von den ausgängen des Rheins/wird jetzt die Wagenneßt.] Rheni fluminis ostium, ut scribit Pomponius Mela, lib.3. Plin.lib.4.cap.15, alterum ostiorū Rheni, Fleuum: alterum Heliinium appellatum scribit. q Cornelius Tacitus lib.3:Fleuum castellum esse ait prope Rheni in Oceanum extum, à quo aut sumptum nomen, quod alveo daretur: aut certe prūs aalveo natum, in castello retentum est.

Florā, ræ, [Germ. Ein Obstsort der Wiesen / ist ein reiche gemeinsame Wiese genannt, welche die Römer zu Erbē gesetzet hat, auf daß ihre jahrzeit gehalten würden.] Dea quædā à Romanis in honore habita, quam floribus præfesse volebant. Hanc meretricem fuisse ajunt, quæ quum magnas opes corporis quæstus quæsivisset, populum Romanum scriptis hæredem, certamq; pecuniā reliquit, cuius ex anno sonore suus natalis dies celebraretur

editione

# FLO FLV FOC FOL FON

editione ludorum, quos appellant *Floralia*, sive *Indos Flora-les*. Quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis videba-tur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæflori-bus præsit, camq; oportere placari, ut fruges cum arborib; aut vitibus benè, prosperè, florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum laetitia, convenientes memoræ meretricis: præter verborum licentiam audabantur flagitante populo meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem usque impudicis motibus detineban-tur. Hæc à Græcis χλωρες dicitur. Ovid. 4. Fastor. Chlōris erā quæ flora vocor.

*Floraliā*, iūm, [ἀρτεμίσια. Ger. *Artemistische Fästtag und Schauwspiele* / so man zu Ehren der Götter zu Rom hält.] Dies festi, ludic; in honorem Floræ instituti, quæ floræ dea habita fuit. Quintil lib. 1. cap. 9: Quædam tamen & faciem solecismi ha-bent, & dici vitiosa non possunt: ut, *Tragœdia Thystes*, & *Ludi Floralia*, ac *Megalelia*. Ovid. 4. Fastor. *Exit & in Majas festum Florale Calendas.* q; *Floralia etiam dicuntur loca in quibus sunt Flores*. Varro lib. 1. de Rust. cap. 23: Nec minus ea discriminanda isti cōserendo quæ sunt fructuosa, ab iis quæ sunt propter voluptatem, ut quæ pomaria, aut *floralia* ap-pellantur.

*Floraliūs*, a, um, adjectivum à *Floralibus* deductum, quo id significatur quod ad *Floralia* pertinet, aut quo in *Floralibus* utebantur. Mart. lib. 8: Et *floralitis* laet arena feras.

*Florētiā, æ*, [Ger. *Floris in Italien*.] Vrbs insignis Hetruriæ, olim *Fluentia* dicta, quod sita sit ad *fluentum Arni flumi-nis*: & populi ipsi, *Fluentini*: quorum meminit Cato in Ori-ginibus, ut resert Angelus Politianus Epistola ad Bartholo-mæum Scalam. Vulgo *Fiorenza*.

*Florētiūs*, Imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militis peritum à magna exercitus parte esse electum, sibi ipsi venas incidit, effusoq; sanguine consumptus est.

*Florius*, fluvius est Gallicæ in Hispania: Plin. lib. 4. cap. 20. *Flumentana porta*, [Ger. *Die Wasserporte der Stadt Rom*.] quam Tyberis in urbē intrans, in sinistra parte ripæ reliquit: dicta quod Tyberis quandoq; in eam influxerit.

*Fluōniā, æ*, Iuno, quam mulieres colebant, quod sanguinis fluorem in conceptu retinere putabantur. Bocatius in Genealogia deorum.

F ante O.

*Focunates*. Plinio populi sunt in Alpibus, lib. 3. cap. 20.

*Folia*, Mulier quædam fuit Ariminensis, beneficii famosa.

Horat. Non defuisse masculæ libidinis Ariminensium Foliā.

*Fons Sōlis*. In desertis Libye est, ultra Cyrenaicam regionē: juxta Iovis Ammonis oraculum, cuius aqua manū & vesperi-tepidæ est: meridiano tempore gelidissima: sub medium no-stem servidissima. [ἰδία μητέρα. Germ. Der Sonnen Brunnen in der einde Libye gelegen / welches Wasser abents und moergens läuft ist: zu Mittag ganz fast: zu Mitternacht ganz heiß.] Fontem autē Solis appellat, quod à Sole regi videatur, & pro ratione di-versorum cardinum: quos ille peralbitur, calorem tepore, te-poremq; frigore permuteat. Apud Ammonios (inquit Herodo-tus lib. 4.) aqua fontana est, quæ sub matutinum quidem repet: sub horam, qua forū frequentissimum est, frigescit: sub meridiem multo frigidior est, eaq; hora hortos irrigant. De-clinante jam die remittitur frigus, donec Sol occidit: tunc te-peccit, magis ac magis calescens usque ad medium noctem, quo tempore fervens exstuat: præterita nocte media, ad au-rotarum usque refrigescit. Cognominatur autem *Fons Solis*. Hæc ille. Meminit hujus fontis & Ovid. lib. 15. Metam. quam-vis Ammonis, nō Solis fontem appelleret: medio (inquit) tua corniger Ammon. Vnde die gelida est, ortuq; obituq; cale-scit. Silius quoq; lib. 3, Ammonis oraculum describens: Stat (inquit) fano vicina novum & memorabile, lympha. Quæ na-scente die, quæ deficiente tepeccit: Quæque riget, medium quum Sol accendit Olympum. Plin. lib. 2. cap. 103, duos hu-jus naturæ fontes commemorat, quorum alterum à vicino oraculo, Ammonis fontem appellat: alterum apud Troglo-dytas collocat, Aethiopis populos, cumq; Solis fontem no-minat. Verba eius sunt hæc: Iovis Ammonis fons, interdiu fri-gidus, noctibus seruet. Deinde subdit. In Troglyditis, fons Solis appellatur, dulcis & circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepeccens, ad noctis media fervore, & amari-tudine infestatur.

*Fonteſā*, Virgo Vestalis, Fonteii soror, cuius meminit Cicero in Oratione pro Fonteio.

*Fontināls* porta dicta est Romæ, quæ alio nomine Capena dicitur, ob propinquitatem scaturientium fontium. Iuvena-lis Satyr. 3: Substitit ad Veteres arcus, madidamq; Capenam. Livius: Aediles alteram porticum ad portam Fontinalem, ad Martis aram, qua in campos iter esset, perduxeré. [German. *Wiesen Thor zu Rom*.]

# FOR FOS FRA 139

*Forcūs*, φόρκυς, Nomen viri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Sthenyo scilicet, Euryalem & Medusam, quæ ni-mis locupletes fuerunt, & Gorgones dicuntur: id est, terræ cultrices.

*Fördicidīa*, dies festus à fôrdis bubus: hoc est, prægnatibus: quod eo die immolarentur boves prægnantes in curiis: à for-dis cædendis fördicidia dicta.

*Foriculus*, Deus putur, forum præses. [γρεῖος. Germ. Der Thüren-gos.] sicut Cardineca Dea, quæ cardinibus præterat: & Liminentinus Deus, qui præterat limini.

*Förmiæ*, arum, φορμία, Vulgo *Nola*; aliis, *Formie*. Vrbs est Campaniæ maritima juxta Cajetam, Læstrigonum quondam se-des, à Laconibus (ut Strabo autor est) condita: à quibus pri-mùm Hormiæ dictæ sunt, sive à frequentia, bonitateq; nō ὄ-μον: id est, stationum, ut Festo placet: sive δῶρο τῆς ὄμον: id est, ab impetu Læstrigonū (ut Servio placet) qui anthropophagi fuisse peribentur. Quicquid id est, primùm Hormiæ dictæ putastur: & deinde aspiratione in F commutata, Formiæ. Ve-risimile est, illud esse oppidum quod quinto à Cajeta lapide situm, vulgo *Nolam* vocant.

*Formiones*, Vide PHORMIONES infra.

*Förmlō*, Ptolem. Istræ fluvius, hodie *Cisenus*.

*Förtünatæ* insulæ, A' fructuum ubertate, aërisq; tēperie di-ctæ sunt, μαρτυρεῖσθαι. Strab. lib. 3: Fortunatæ insulæ contra extremam Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniæ terminus Occiduus concurrit. Sunt autem sex numero, ut ex Iubæ sententia tradit. Plin. lib. 6. cap. 32: quarum prima Ombrion appellari ait: secundam Junoni-am: tertiam eodem nomine: quartam Capriaram: quintam Nivariam, perpetua nive nebulosam: sextam Canariam, plenā canibus ingentibus. Fortunatæ insulæ (inquit Mela lib. 3:) ab-undant sua sponte genitis, & subinde aliis super aliis innascé-tibus, nihil sollicitos alunt: beatius quām ulla urbes excultæ: una singulari duorum fontium ingenio maximè insignis: ala-terum qui gustavere, rīsu solvuntur in mortem: ita affectis remedium est ex altero bibere. Solinus magna ex parte fabu-losa esse scribit, quæ de Fortunatis insulis traduntur, uamq; tantum esse, quæ nonnihil habeat fertilitatis, nimio tamen ca-lore infesta. Hodie omnes uno nomine *Cannarie* vocantur, à fertilitate cannarum, in quibus nascitur saccharum.

*Förlū*, orum, [Ger. Ein Statt in Italien heißt jetzt Forolo] Op-pidum Sabinorum, saxoso in loco situm: Strabo lib. 5, Petran vocat ad rebellandum, quām ad habitandum aptiorem. Virg. 7. Aen. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; severum, Ca-speriamq; colunt, Forulos, & flumen Hymellæ.

*Förum Bibalorū*, Vulgo *Fomilla*, Hispaniæ Tarraconen-sis op-pidum est non procul à Vaccæs, cuius meminit Ptolemæus lib. 2. ca. 6: Sunt nonnulli qui putent idem esse cum eo, quod ho-die *Fomillam* appellant.

*Förum Claudii*, Oppidum Alpinum, Centronum metropo-lis, apud Ptolemæum, lib. 3. cap. 1. Sunt qui existiment idem esse cum eo, quod hodie *Tarentiam* vocant.

*Förum Clodii*, Vulgo *Forca nova*, Oppidum Hetruriæ, cuius incolæ Foroclodii nominantur à Plin. lib. 8. ca. 5. Fuit præter-ea ejusdem nominis oppidum in octava regione Italie, cuius meminit idem Plin. lib. 3. cap. 15. Dom. Mar. Nig. lib. 7.

*Förum Cornelii*, Vulgo *Smola*. Oppidum est in via Aemilia, quod & forum Syllæ appellatur: utroque nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forū instituit. Foro-cornelien-sis agri meminit Plin. lib. 3. cap. 16. Hodie *Smola* vo-cant, quasi Aemyliam, à nomine viae, in qua sita est.

*Förum Iulii*, sive Forum Iulium, Oppidum est Narbonensis provincie, Octavianorum colonia, teste Plin. lib. 3. cap. 4. ho-die servatis non obscuris prisci nominis vestigiis *Frejulum* vul-gò appellatur. q; Fuit & Carnorum sive lapidū oppidum ejusdem nominis, teste Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. à quo tota regio hodie corrupto nomine *Frejulum* appellatur.

*Förum Segusiæ*, Galliæ Lugdunensis oppidum est, a-pud Ptolemæum, lib. 2. cap. 9. idem cum eo (ut putatur) quod hodie *Burgum Bressie* appellant. *Bourg en bresse*.

*Förum Livii*, Vulgo *Forli*, Oppidū Aemiliæ, in octava regio-ne Italiae, Cornelii Galli Poëta natalibus nobilitatum. Memi-nit hujus oppidi Plin. lib. 3. cap. 15.

*Förum Gigurorum*, sive *Egurorum*, à Ptolemæo, lib. 2. ca. 6: appellatur urbs quædam Hispanæ, in tractu Tarraconen-sis, quæ à nonnullis eadem esse creditur, quam Hispani sua lin-gua vocant *Medina de Rioseco*.

*Fössæ Marianæ* [Ger. Ein Statt in Delphinen heißt jetzt Aigies mortes.] Apud Ptolemæum, lib. 2. cap. 9: Galliæ Narbonensis oppidum est ad alterum ex Rhodani ostiis situm: ita dictum à propinquâ fossâ, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ut scribit Strabo lib. 4. ostreis abundantem.

*Fössæ Papyrianæ*, Tuscorū civitas Ptolemæo, hodie *Fossonovæ*. Francordia, Vrbs Franconiz ad Moenum sita, ob totius Eu-rope

ropæ emporiū celebratissima. quod est & alia in Germania ejusdem nominis ad Viadrū sita. [Vulgo Frankfurt an der Oder.] Francones, [Germ. Die Franken.] Germaniz populi sunt, quos nonnulli Francos Orientales vocant: à Septentione Chattis, & Cheruscis: à Meridie, Noricis finitimi: ad Occasum Rhenū fluvium: ad Ortum, Hercyniæ sylvæ partem, qua Boëmiam attingit, habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occupaverunt, ubi Hodie Lutetia Parisiorum sita est, quæ etiam Galliæ pars ab illis Francia dicta putatur. Franconū meminit Cicero in Epist. ad Attic.lib.14.

Fréglæ, arum, Φρέγαλλος Stephano, Vulgo Ponto corvo, olim civitas fuit clarissima inter Formias & Sinueslam sita, non procul à Liri amne, quem nunc Gariglianum vocamus. Cujus etiā hodie non obscura extant vestigia, ex quibus facilè potest estimari quanta olim fuerit ejus urbis amplitudo. Hæc quum à Romanis defecisset, diruta fuit, & ad vicum jam usq; à Strabonis tempore redacta. Silius libro 8: - obfessæ campo squalente Fregellæ. Idem alio loco: Et quæ fumantem texere giganta Fregellæ. Inde Fregellani populi dicti, quorum meminit Plin.lib.3.cap.5.

Fregellanus, adjективum: ut Fregellana vitis, Colu.lib.3.cap.2. Fregellanus. Nomen proditoris, cuius meminit Cic.5.de Finibus: Quis Fregellanum proditorum, quanquam Reip. nostræ profuit, non odit?

Frentanī, Populi sunt Italiz, nō procul à Dauniis & Picentiniis, diversi ab iis, quos alibi Ferentinos, & ab iis quos Ferentines diximus appellari. Horum regionem Plinius lib.3. capite 11: Frentanam vocat, à Frentone vicino fluvio deducto nomine.

Friburgum Vrbs, alia in Brisgoia, alia in Vchtlandia, alia in Misnia.

Frisl̄i, [Germ. Frieslandt.] Populi sunt Oceanū Septentrio-nalem siti, Batavis & Sicambriis finitimi, etiam hodie nomen retinentes.

Fronto, Philosophæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, ut ille statuam ei à Senatu statui decernendum curârit. Autor Capitolinus. quod Frontonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, Iuvenalis, & Martialis: Claram militiz, Fronto togæq; decus.

Frusino, pœ. corr. Frusinoris, Civitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin.lib.3.ca.5. Iuven. Satyr.3: - optima Soiz, Aut Fabrateriq; domus, aut Frusinone paratur. Silius lib.12: Bellator Frusino. Sed hic populum significat. Ptolemæus Frusinum inter Latii oppida enumerat, lib.3.cap.1.

Frutinæ, Dicitum est templum Veneris Frutæ. Festus.

Fruxinum, Frysinga, Vrbs Bavariæ.

## F ante V.

Fucinūs, pen. corr. Lacus in quarta regione Italiz, prope Albenes Marforum populos. Martial.lib.1: Fucinus & pigris taceat stagna Neronis. Virg.7.Aen. Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda, Te liquidis leviter lacus.

Fufidūs, Oratoris nomen, cuius meminit Cicero in Bruto: Fufidius, inquit, in aliquo patronorum numero fuit.

Fugallæ. [Germ. Römische Festtag so man hieß zur Widergedeckung der vertriebenen Königen / und der erlangten gemeinsamen Freiheit.] Festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, libertatæq; Republicæ instituta. Censorinus de die geniali festu hoc, Regifugium vocat, quod eo die Tarquinius ab exercitu ad Postenam Hetruscorum regem fugiit. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario post exacta Terminalia. Augustinus lib.2.de Civit. Dei: Sed demonstrantur loca talibus aliquando conventiculis consecrata, non ubi ludi agerentur obsecni, vocibus & moribus histriionum: nec ubi Fugalia celebarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & vere fugalia, sed pudoris & honestatis.

Fulco, Andegavensium princeps fuit, quintus Rex Hierosolymorum, qui equo in caput verso occubuit, quum regnasset annis undecim. Volaterranus.

Fuliginates, populi sunt Vmbriæ in Italia, ut scribit Plin.lib.3.cap.14.

Fulsinates, Populi sunt insulani, juxta oram Illyrici: quorum meminit Plin.lib.4.cap.21.

Fulvij, fuit uxor quatuor turbulentorum civium, qui pestes fuere patriæ: prius Catilinæ: deinde Clodii: tertio Curio-ais, qui bellum civile inflammativit: quartò Antonii triumviri, cuius jussu cùm Cicero Orator interfectus esset, Fulvia uxor Antonii adeò lætata est, ut lingua exemptam ex interficti capite, aciculis confoderit.

Fulvius, Flaccus Censor testum marmoreum Iunonis Laciniæ spoliavit, ut ædem quam dedicaverat Equestri Fortunæ tegeret, Autor Livius lib.42.

Fundi, orum, φύδι, Vulgo Fondi, Oppidum est Campaniæ inter Tarracinam & Cajetam, quod intercidit: hodie solum

palustre ibi: ita tamen ut ædificiorum ruinæ ac vef-  
nantur: à quo Fundanus lacus appellatus est, & Fur-  
ger. Plin.lib.3.cap.5: Inde generosa vina Fundana,  
bus commendata:

Furiæ, Vide in APPELLATIVIS.  
Fusiūs, Fæneratoris nomen, apud Horat.1.Serm. Sat.2:  
Fusidius vappæ famam timer, ac nebulonis,  
Dives agris, dives positis in scenore nummis.

Fusiūs, pro Furius, Antiqui dixerunt, ut Valesius pro Vale-  
tius. Autor Festus.

Fusius, Oratoris nomen, cuius meminit Cicero lib.2.de Ora-  
tore: Fusius (inquit) nervos in dicendo C. Fimbriæ, quo-  
men habuit ille, nō adsequitur: oris pravitatem, & verborum  
latitudinem imitatur, &c.

Fyternus, Ptol. Ferentanorum fluyius. Typernus aliis.

## G



Aba, per simplex b. [עַבָּה ghebab. גְּבָבָה] teste Iosepho lib.5, Antiquitatum Iudaicarum, Galilæa oppidum est.

Gabale, es, [גָּבָלָה ghebal. גְּבָלָה] Promontoriū est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicæa libera civitas. Autor Plin.lib.5.cap.20. Hodie Ḥesa.

Gabales, apud Plin.lib.4.cap.18, Aquitaniz populi sunt.

Gabalus, Romanorum Imperator fuit omni genere luxus ef-  
feminatissimus: qui quum se solem appellari vellet, quæ Græ-  
ci Ηλίας vocant, composita dictione vocatus est Heliogaba-  
lus. Autor Servius.

Gabalum, גָּבָלָם, Oppidum Arvernorum, in ea parte Gallie Aquitanicæ situm, quæ Narbonensem provinciam spectat. Hinc Gabales, גָּבָלָה, populi, apud quos olim siebat optimus caseus.

Gabæon, [גָּבָאָן ghabon. גְּבָאָן] Olim metropolis & regalis civitas Hevezorum, & nunc (ut refert Hieronymus) ostendit villa eodem nomine ad quantum milliarium à Bethele contra Occidentalem plagâ juxta Rhama, ubi Solomon oblatis viëtimis divinum merit oraculum.

Gabæonitæ, pen. prod. [גָּבָאָנִיתָה ghabonim. גְּבָאָנִיתָה] Po-  
puli in Gabaon habitantes.

Gabatha, [גָּבָתָה ghabath. גְּבָתָה] Vrbs Galilææ, testelo-  
sepho lib.6 Antiquitatum.

Gabaopolis, גָּבָאָסְפָּלָה, Oppidum Galilææ, Steph. ex lo-  
sepho Antiq.lib.4.

Gabbæ, Per duplex b. [גָּבָבָה ghibbah. גְּבָבָה] sive (ut alii scribunt) Gabaa, Syriæ urbs.

Gabienus, Fortissimus dux classum Cæsaris à Sex. Pompeio captus, ejusdem jussu incisa cervice jacuit in littore tota die. Deinde quum adesperaseret, petiit ut Pompeius ad se venire, testatus se ab inferis remissum, habere quod nuntiaret. Ex Plin.lib.7.cap.52.

Gäbî, orum, גָּבָי, Volscorum urbs fuit LXX.millibus pa-  
sum ab Urbe distans, à Galacto & Bio fratribus Siculis con-  
dita, sicut scribit Solinus, fraude Sexti Tarquinii superbi filii in Romanorum ditionem redacta, ut tradit Liv. lib.1. ab Ur-  
be. Gabiorum meminit & Virg.lib.6 Aen. Hi tibi Noméum, & Gabios, urbemq; Fidenam, Hi Collatinas imponent mon-  
tibus arcis.

Gädinensi's, adjективum. Plin.lib.2.cap.94: Quædam verò ter-  
ra ad ingressus tremunt, sicut in Gabiniensi agro, non procul ab urbe Roma.

Gabinius, a, um: ut, Gabina Iuno, Virgil.6.Aen. Vrbs Gabina, Ovid.2.Fastor. Robore freta Gabino, Claud.3.Paneg.

Gabinîus, Romanus, qui Ptolemæum Auletæ Aegypto pul-  
sum in regnum reduxit, præsidiumque illi, quod adversus suo-  
rum insidias tutior esset, ex suis copiis reliquit. Autor Plutar-  
chus in vita Pompeii.

Gabinus, Presbyter, civis Romanus, jussu Diocletiani Im-  
peratoris in carcere coniectus est. Ibiq; fame extinxas, quod  
Christianam proficeretur religionem. Frater fuit Caii pontifi-  
cis, pater Susanna virginis & martyris, quæ nuptias filii Dio-  
cletiani recusavit. Volater.

Gabriel, [גָּבְרִילָה ghabriel. גְּבָרִילָה] Germ. Stere Gottes.] Vox Hebraica, quam Latinæ Dei fortitudinē interpretari pos-  
sumus.

Gadareus, גָּדָרֶס, Sophista, qui prius more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Cöslatū adeptus est.

Gadara, [גָּדָרָה ghadherah. גְּדָרָה] Civitas est in Decapolis Syriæ, non longe ab Ascalone: ex qua ortus est Theodorus Rheticus professor, quem Strabo sua ètate floruisse testatur.

Meminit hujus oppidi & Plin.lib.5.cap.18.

Gädæs, dium, [גָּדָס gads. גְּדָס] Vulgo Gadæz Calix. Germ. گادس

Insel zu eüsserst neben Hispanien im Meer gelegē in der vnderen mar-  
Europe vnd Afrike.] Duæ insulæ sunt, teste Plin.lib.4. cap.22. ultra

ultra finem Bætice provinciaz, & in extremo nostri orbis versus Occidentem, ubi Europa ab Africa dirimitur. Harum major, Erythia dicta est à Tyrrheno mari oriūq; qui in hac insula urbem cōdiderunt. Distant à Calpe, teste Strabone, septingentorum quinquaginta stadii, intervallo: parva quidē insula, sed virorum dignitate excellens. In qua Equestris ordinis Gaditanos (gaditanos, gaditanas, gaditanus) quingenitos in uno censu numeratos aliquādo fuisse compertum est. Insula hæc ubi cōtinenti est proxima, interluitur fretu D C G. non amplius pedum. q Huic adiacet altera insula minor, & ipsa Gadis appellata, unius tantum stadii Europæ interlabyntre ad altera dēempta, in qua tanta est pubuli latititia, ut pecudem ibi paſcentium lac serum non efficiat, neque ex eo cassus fieri possit, nisi multa admista aqua. Quin illud etiam traditur, paſcentes in hac insula pecudes, nisi subinde sanguinem exhaustias, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæ res Poëticæ occasionem videtur ministrasse eorum quæ de Geryonis armatis fabulati sunt. Autor est Strabo lib. 3. Plin. tamen vult Geryones in majori insula habitasse. q Declinatur autē hoc nomen in utroq; numero: dicimus enim Gadis in numero singulari pro alterutra harum insularum: vel in plurali numero Gades. Plin. lib. 4. cap. 22: Gades longa est XII. lata III. M. passuum.

Gaditanus, na, num, pen. prod. gadelus, ut mare Gaditanum: Vulgo Estrecho de Gibaltar; & Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis, lascivitatem, nomina olim in pretio fuerunt.

Gaditanus, oriundi à Tyrris: Lucanus: -Tytiisque à Gadibus hospes.

Gadir, unico d scribendum, quemadmodum & Gades, quum utriusq; eadem sit origo. Est autem Gadir urbs opulenta in Gadibus, quæ ante Tartessos dicebatur. memoris. Vulgo Gadis Rufus Avienus in descript. orbis: Gadir prima fretu solidâ superetiminet arce: Attollitq; caput geminis inserta columnis: Hec Continusa prius fuerat sub nomine prisco, Tartessumq; dehinc Tiri dixeré coloni: Barbara quintam Gadis haec lingua frequentat, Pœnus quippe locum Gadir vocat uidiq; septū. Quibus in versibus Avieni hoc animadverendum est, quod prima Gadir dixerit, foemino generis usus. Salust. tamē lib. 3. Histor. referēte Prisciano, usus est in neutrō generis. Tartessum (inquit) Hispanæ sicutatem, quam nūc Tiri mutato nomine Gadir habent.

Geon. A' Iosepho dicitur esse Nilus. Restis scripsit Critho. Gætulæ, [gætuæ] Stephano. Germ. Ein Landeschaft des iussec Afise. Africæ interioris regio est, Garamantibus proxima: cuius incolæ Gætuli appellantur, qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur, nullius imperio subjecti, nullasq; habentes domos: sed ubi eos nox deprehenderat, pernoctantes, carneq; ferina, & terra pabulo vicitantes. Autor Salustius in lugurtha. Habet autem hæc dictio duas primas syllabas productas, quum d phthongo scribantur apud Græcos. Virg. 4. Aen. aut capitam ducat Gætulus larbas? lumen. Quū Gætula ducem portaret bellua luscum.

Gagæ, gægas, Liciæ oppidum ad Gagem amnum: à quo & nomine accepit. Autor est Steph.

Gages, gægas, Liciæ fluvius est, Phlagyopolia civitatem praeterfluens: in quo gagates lapis primum inventus est. Autor Diſcor. lib. 5.

Galaad, [gælaad] gælaad. Mons est, à quo civitas in eo condita fortita est vocabulum, quam & accepit de Amortheorum manu Galaad filius Machir filii Manasse.

Gælætöphagi, [gælaetophagi]. Germ. Michträmmet / die Wölter in Mætia und Thracia. Cognominati sunt Myssæ & Thraciæ populi, quod lacte alerentur, quos Homerus 13. Iliad. hominum jutissimos appellat: propterea quod tenui vix contenti, ab omni injuria fese continerent.

Gælætöpötz, pen. corr. arum, [gælaetopötz]. Germ. Milchtrinker / Wölter in dem näheren und Europäischen Scythia. Pol. Mieko piac, mierko. Vng. Tey suok. Lactis potu utentes. Quo cognomine dicti sunt populi aliquot in Scythia Europea ex Nomadum, Gætarumq; genere. Columel. lib. 7. cap. 2: Quibusdam nationibus frumenti expertibus vistum commodat, ex quo Nomadum, Gætarumque plurimi, gælaetopötz dicuntur.

Galada, vel Galadene, vel Galaditis, regio Arabiæ. Autor Stephanus.

Galadræ, gælaedas, Urbs Macedonia in Pieria. Autor Steph. Galadrus, gælaedas, Mons quidam à Galadto Emathia si ipso dictus. Stephanus.

Gælanthis, [gælanthis]. Germ. Die häufmagnet Alcmena, welche den Götter Fuso in ein Wiesel verwandelt hat. Vi est in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, quæ quam domina sua partus doloribus laborans, à lunone ne pareret imp. direetur, mira astuua dicitur deam elusisse. Læto enim vultu egressa cubiculum, in quo illa parturiebat, peperisse jam hera simulat, eoq; nomine pæ-

lam dñs gratias agit. Cujus verbis fidē adhibens Juno, resolutis, quas pectinatum junctas habebat, manibus, surrexit, pelliciq; pariendi tempus concessit. Verum quum Galanthis obcam rem tam prospere gestam nimium sibi placeret, deamq; etiam risu & insultatione prosequeretur, illa ancillæ procacitatem ægræ ferens, in galanthe: hoc est, mustelam eam dicitur transformasse: haec addita poena, ut ore, quo præcipue peccaverat, parceret. Latè exequitur hanc fabulam Ovid. 9. Metam. Galarina, galanthe, Urbs Siciliæ à Margo Siculo condita. Dicitur & regio Galaria. Steph.

Gälætæ, [gælaetæ] Theocrito, Nympha marina Nerei & Doridos filia, à lactis cädore sic dicta. gæla enim lac significat. Virgil. 7. Aeglog. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyble.

Gälætæ, [gælaetæ] Ger. Ein Landeschaft des minderen Asie, süß gegen Mittwoch an das Euphrat-Meer/süß an Cappadociam, Pamphyliam, und Bithyniam.] Regio minoris Asie, ab Oriente Cappadociam & Halym fluvium: ab Occidente Bithyniam & Asiam: à Meridie Pamphyliam: à Septentrione Pontum Euxinū habens. A' qua Galatæ populi. Lucan. lib. 7: Itis parce precor, vivant Galatæq; Syriæq; Hæc & Gallogræcia dicitur: populiq; ipsi, Gallogræci. Nam quum à Rege Bithynia Galli simul & Græci in auxilium vocati venissent, partem regnū tenuerunt, & ab utrisq; populi Gallogræci sunt dicti.

Galata, A' Pomponio & Mela numeratur inter insulas Sicilie adjacentes, non procul à Melita.

Gälæxæræ, Nympha marina à lactis candore sic dicta.

Gälba Sergius, ut autor est Suetonius in Galba, Nobilis Romanus: orator insignis, qui cum Hispaniam provinciam Protor obtineret, cōnvocato populo, tanquam de commodis ipsorum acturus, XX X Lusitanorum milia trucidavit. Ejus frequens est meatio apud Ciceronem ip Bruto.

Gælenus, pen prod. [gælenus]. Germ. Ein ausbündiger Arget auf Asien. Nomina medicæ excellentissimi, ex Pergamo Asie urbe. Floruit temporibus Trajani adusq; Antonini Piæ tempora. Plurima reliquit de re medica cōscripta volumina, quæ hodie omnium teruntur manibus. Scripsit & dictiorium in omnia Hippocratis opera ordine literarum. Fama est 140. annos vixisse.

Gæleotæ, [gæleotæ] Erant vates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmessi ejus fuisse traditur, qui Telmessum urbem in Caria condidit, oracula ex Dodona accepto. Aelianus scribit Dionysium tyrannum Galeotæ solitum consulere in Sicilia. Meminit horum Cicero lib. 1. de Divinatione, quum ait: Huic interpretes portentorum: qui Galeotæ in Sicilia nominabantur, responderunt, &c.

Galepus, gælepus, Urbs Thraciæ, & Pæonum, autor Steph.

Gælestus, si, penult. prod. gælestes, Fluvius juxta Tarentum. Virgil. libro 4. Georg. Qua niger humectat flaventia culta Galesus. Horat. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellit oībus Gælesti Flumen.

Gælilæa, leæ, pen. prod. [gælilæa] gælilæa. Nomen duarum regionum, ex quibus una, Galilæa Gentium vocatur, viscina Tyriorum finibus, ubi & Solomon viginti civitates donavit Hiram Regi Tyri in sorte tribus Nephthali. Altera Galilæa dicitur regio sita ad Tyberiadem, & stagnu Genezareth in tribu Zabulon. Plin. lib. 5. cap. 14: Pars Iudeæ Syriæ contamina, Galilæa vocatur.

Gællæci, sive Gallæci, gællæci, Vulgo Gallegi, Hispanæ populi sunt Galli finitimi. Martial. lib. 1: Nec quæ Gallaico linuntur auro. Sunt tamen qui hoc loco apud Martiale legat Gallaici per secundam consonantem.

Gællæcia, [Vulgo Gallæcia, Germ. Ein Landeschaft in Hispanien / heißt jetzt Gallæcia.] Regio est citerioris Hispanæ: cujus descriptionem vide apud Plin. lib. 4. cap. 20.

Gællia, [gællia] gællia Stephan. x. et p. gællia Ptolæmo. Vulgo France. Pol. Francuska jemla. Vng. Francia ország. Ang. France.] Europæ pars: & à candore populi dicta, Gala enim lac Latinæ dicitur: Nam mótes & rigor cœli ab ea parte Solis ardorem excludunt, ut eorum corpora non colorantur. Est autem triplices, Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Cisalpina, quæ scilicet inter Alpes est, & Rubiconem fluvium, antiquum Italiæ limitem ita dicta, quod populi illi, Romanorum more, toga uterentur. [Germ. Tempore der wird jetzt Italien zugerechnet.] Braccata autem Gallia, dicta est Gallia Narbonensis, Romanorum provinciæ: à braecis villosa vestis genere appellata, quibus peculiariter ejus provinciæ homines utebantur. [Germ. Die Provins oder Département.] Comata cognominatur omnis transalpina Gallia, à comæ nurriendæ studio. [Germ. Das ganze Land so zwischen dem Hochmeere dem Rennwall und Alpenberg auch den Rhein begriffen wird, welches größte Theil jetzt Frankreich genannt wird.] Hæc rursus in tres partes dividitur, Belgicam, Celticam, & Aquitaniam, quæ Arremorica ante dicta est. Nā à Scalde ad Sequanam, Belgica, ab eo ad Garumnam, Celticæ, eademq; Lugdunensis;

# 472 GAL GAM GAN GAN GAR GAV

fisi: inde ad Pyrenæi montis excussum, Aquitana.

**Gallia**, togata non est, ut quidam credunt, ipsa planè Cisalpina, sed Cisalpina pars: Togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: Cisalpina vero initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. Erant autem in Togata multa municipia, multæ coloniae Romanæ. Præterea dixit Cicer. in Epist. 1. ad Attic. Viderur in suffragiis multum posse Gallia: jus enim ferèdi Romæ suffragii habebant omnia municipia, et que omnes coloniae, ideo Romanæ dicebantur: quia jura possiderent civium Romanorum. Nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantum jus Latii, unde appellatae. Ex Aldi commentatio in epist. ad Attic.

**Gallicus**, ca, cum, Quod est ex Gallia: ut Gallica terebra apud Columellam libro de arboribus, capite octavo. Gallicus acer, in transpadana Italia, transq; Alpes nascens, præcipui cando-ris. Plin. lib. 16 cap. 15.

**Gallicanus**, a, um, Gallicanus: ut, Gallicanæ res. Cic. pro Quinto: Quum & de societate multa inter se comunicarent, & de tota illa ratione atque re Gallicana, &c. Varr. lib. 1, de Re rust. cap. 32: Ceteraque; que alii legumina: alii (ut Gallicani) legaria appellant.

**Gallus**, a, um, Sicut Gallicus, & Gallicanus, quod originem habet ex Gallia. Salust. lib. 14. Histor. Duæ Gallæ mulieres conventum vitantes, ad menstrua solvenda montem ascendunt. Catul. de Berecynthia: Agite, ite ad alta Gallæ Cibeles nemorasi.

**Gallinaria**, insula est in mari Tusco secundum Italiam, contra montes Ligusticos, à Gallinarum agrestium copia, ut inquit Varro libro 3. de Re rust. appellata. Est & sylva gallinaria, **gallinaria** ül, Cumis vicina, de qua Cicero ad Petrum: Qu. Ceparius obviā mihi fuit in sylva Gallinaria. De hac Strabo ita scribit: Hoc quoque in sinu fructuosis virgultis frequēs, & arboribus, sylva est multis porrecta stadiis, aquarum indig.

**Gallogræcia**, **gallaria**. Germ. Ein Landeschaft im mittleren Asia, sunst Galatia heißt. Regio Asia minoris, Cappadocia, Bithynia, & Pamphylia finitima, que alias nomine Galatia dicuntur: cuius incolæ Galates dicuntur, & Gallograci. Nam quæ Galli, multitudine abundante reliquo natali solo Italianam invasissent, Græciam impellerunt, Macedoniam occuparunt, in Asiam transierunt duce Leonorio, qui Gallogræciam misto ex Gallis, Græcisq; vocabulo cognominaverunt.

**Gallogræci**, Idem sunt qui Galatae ad quos Pauli epistola extat. Eorum regio est Galatia, quam Gallorum aliquot populos in seduisse Plin. lib. 5. cap. 32. testatur, & Ptolem. lib. 5. tabula Asia prima. Strabo quoque lib. 4. Tectosages è Narbonensi, Teclistobogios & Trocinos è Celtici Galli profecti, Phrygiæ Cappadocia & Paphlagonia vicina occupasse scribit: tanto olim hominum robore Gallia valuerunt. Meminit & Lilius pluribus lib. 8.

**Gallumbræ**, populi qui nunc Romandioli vocantur.

**Gallus**, li, **gallus**. Ger. Ein Pfaff der Gottheit Cybeles. Cybeles sacerdos: à Gallo Phrygiæ fluvio, cuius aquam qui gustassent, reddebatur infani. Lucan. lib. 1: crinemq; rotantes saugineum populis ulularū tristia Galli. Ovid. 4. Fastorū: Annis it infusa nomine Gallus aqua.

**Gamale**, pen. corr. **gamelæ**, Vrbs in Iudea, sive in Syria Iudeæ finitima. Josephus, Syriæ habitatio quædam Gamala. Suetonius in Tito: Tarachiam & Gamalem urbes validissimas Iudeæ in potestatem rededit.

**Gambrium**, **gambra**, Vrbs Ioniae, Steph.

**Gamphasantes**, [ Germ. Radende Leute so in dem tunersten Libys wohnen.] populi Libycæ Aethiopæ, sine ullis vestibus viventes, qui (sicut scribit Pomponius) à præliis abstinent, quia nec tela jacere aut vitare noscant, ideoq; obvios fugiunt. Plinius lib. 5. cap. 8: Gamphasantes nudi, præliorumque expertes, nulli externo congregantur.

**Gandavum**, Vrbs Flandriæ, Vulgo Gen.

**Gandri**, Populi sunt interioris Asiae Pomponio, quos Plinius trans Margianem in Ortum ponit. q. Sunt & Gandaræ populi quos Ptolemaeus libro 7, in India, ad ipsum Indum sitos esse ait.

**Gangarorum**, promontorium Hyberniæ, Ptolem. libro 2. capite 3.

**Gangaridæ**, **gangaridæ**, ut inquit Curtius, populi inter Assyrios & Indos, iuxta Gangen. Virg. 3. Georg. In foribus pugnâ ex auro, solidoque; elephanto Gangaridum faciam, vistorisq; arma Quirini.

**Gange**, Vrbs Indiæ regia.

**Ganges**, gis, & Gangetus. **ganges**. Germ. Ein grosser fluss in India. In India fluvius maximus. Qui universam secat Indianam, secum arenas trahens: alio nomine Phison à Græcis dictus: quem Sacra literæ inter eos annumerat, qui de paradiiso pro-

fluunt. Fontes ejus alii incertos esse tradunt, vicinaq; omnia rigare, quemadmodum & Nilum. Alii in Scythicis nasci, ipsamque Indianam secare dixerunt, fluereq; in cum triginta annis. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per viginti patet. Altitudo ubi vadofissimus est, mensurâ etiæ pedum implet. Dicitus Ganges à Gange Aethiopum Regem, ut ait Suidas. Ovid. lib. 4. Metam. Decolor extremo qua cingitur India Gange.

**Gangætis**, ca, cum, **ganges**, Denominativum. Colum. lib. 8. cap. 8: Iam nunc Gangeticas & Aegyptias aves temulenter eructas.

**Gangra**, **ganga**, vel **ganga**, Vrbs Paphlagonie. Caufam nominis Stephanus explicat. Vide Candara. Aliæ est in Arabia felici.

**Gannodurum**, **gannodurus**. Vulgo **Constantia**. Germ. **Constatia am Dobense**] Helvetiorum oppidum est ad Iuram montem, teste Ptolemaeo, lib. 2. cap. 9.

**Ganyctor**, nomen est viri proprium Tortellio.

**Ganymedes**, **ganymides**. Ger. Ein schauer Knab / weichen Jupiter durch ein Adler in Himmel hat entragen lassen & sein Ende schenkt wære. ] Trois filius fuit formosissimus puer, quem quis lupiter deperiret, iussit in celum ab aquila portari, & libi à calcilicis esse, repudiato ministro Hebes, quæ ante illius rapta miscendo noctari præserat. Hanc fabulam tangit Virg. lib. 1. Aeneid. quum inter causas odii Iunonis in Trojanos, recenset rapti Ganymedis honores. Higinus in Astronomia Poet. tradit Ganymedem inter sidera translatum confidere signum illud quod **Aquarum** vocamus, quod ejus stelle suo luna a-quam fundentis imaginem videantur referre.

**Garamantes**, **garamantes**. Germ. **Wölker im inneren Libya**.] Populi interioris Libye Phyllis finitimi, à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantum oppidum ex suo nomine condidit. Fuit etiam Garamantes regis nomen, cuius filia Garamantida lupiter apud Bagradam fluvium compresit, & ex ea genuit larbam.

**Garamantici**, adjektivum: ut, Garamantica signa, apud Silium, lib. 1.

**Garganus**, ni, penult. prod. **garganus**. Mons in Apulia, cuius accola proprie Apuli dicuntur. Hodie vulgo vocant Mons. **S. Angelis**. Lucan. lib. 4: Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

**Gargarenses**. Gens mixta Amazonibus, **gargarens**.

**Gargarius**, gari, & in plurali numero Gargara, **gargara**. Ger. Ein fruchtbare Kopf oder Spitz des Biennennestigen Bergs Ida in Phrygia. ] Cacumen est montis Idæ, teste Macrobio, in ea parte ubi ad Mylos declinat: tanta frugum ubertate affluens, ut quoties infinitum rei alicuius numerum velutum denotare, à Gargarorum frugibus sumamus similitudinem. Ovid. lib. 1. de Arte amandi, quum veller Romanarum puellarum numerum immensus ostendere, dixit tantam esse Roma puellarum copiam, quantam in Gargaris segetum. Hujus autem tanta ubertatis causa est fontium abundantia, quibus solum irrigatur: adeò ut æstivis caloribus fruges non facile possint aduri. Nā etiæ Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus. Vnde & Homerus πλευρας vocat, præcipue tamen ea pars hujus montis, quæ ad Orientem Solem Mysiam contingit. Est etiam oppidum hoc nomine in radice hujus montis situm: ut docet Macrobius lib. 5. cap. 19.

**Garge**, **gægn**, Vrbs Libye, Steph.

**Gargettis**, **gægnis**, Oppidum est, pars de tribu Aegeide. **Gargittis**, **gægnis**. Pollici, Canis cuiusdam generosi nomine, qui Geryonis boves custodiebat, & leonibus insultabat quem tunc Hercules interfecit quum illius armenta abduxerat, Cerberi Epirotici frater, ut scribit Iulius Pollux, lib. 5.

**Gärumna**, **gerunda**, [ **Gerona**. Germ. Ein fluss in Gasconen/bestige Gerunda.] Nobilis Gallæ fluvius est, Celtes ab Aquitanis dividens. Oritur ostante primo à Narbone stadio in montibus Pyrenæis. Vide Pomponium Melam.

**Gastromantia**, Fons in Achaia apud Athenienses, teste Pan-fania lib. 7.

**Gastronia**, regio Macedonia, Stephano, **gastronia**, Vide GE STRONIA.

**Gatheæ**, **gætæ**, Vrbs Arcadiæ, Steph.

**Gaudrä**, **gændæ**, Vicus Macedonia, Steph. in Gadara.

**Gäugamela**, vel **Gangamela** portiùs, **gaujæmæla**, locus Persidis, Steph. Vide Strab. in initio lib. 6.

**Gäuleön**, **gaujæn**, Teste Solino, insula est Libycæ objacens, in qua serpens neque nascitur, neq; inventus vivit: pulvisq; ejus quoconque, gentium jaetus, angues & scorpiones perimit.

**Gäutus**, **gauç**, Mons Campanæ, Massicis & Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum præcipue bonitatis. Statius libro 3, Sylvæ. Seu tibi Bacchæ vinæ nudentia Gauni. Hinc Gauranus, a, um, ut Gaurani montes, apud Plinum libro 3. capite 5: Gauranum vinum, quod in summis agri Falerni jugis nascebat. Nam quod in mediis gignebat montibus,

# GAZ GEB GED GEL

# GEN GEO GER 143

bus, Faustianum: quod in imis, Falernū dicebatur, teste Plin. lib. 14. cap. 6.

Gazā nomē civitatis in Perside: ita dicta quod Cambyses eō, velut in munitissimam totius regni arcem, omnes opes, pecuniamq; congesserit.

Gazēus, a, um, γαζης. Et Gazæticus, ca, cum, quod est ex Gaza urbe Persica, circa quam nobilissima vina nascibantur, teste Pomponio Mela. Sidonius in Faustum: Vina mihi nō sunt Gazætica, Chia, Falerna.

Gazætæ, γαζηται, Populi Galatiz aurum gerentes, Steph.

Gazorūs, γαζηρος, Vrbs Macedoniæ, Steph.

Gazūs, γαζης, Vrbs Indica longe maxima, Steph.

G. ante E.

Gæ, για, Oppidum est Arabiaz Petraz, non procul à Petra Regionis totius metropoli. Autor Steph.

Gebalæ, [ גְּבָלָה, γεβαλ.] Tertia Palæstinae portio, à qua deducitur gentile Gebalenus. Quia ipsa etiam Idumæorum regio, Gebalene, γεβאַלְעָן, cognominatur. Autor Stephanus.

Gebalene, γεβאַלְעָן, Regio in finibus Eleutheropoleos.

Gebanitæ, Populi sunt maris Rubri accolæ, In Arabia deserta, quorū præcipua oppida sunt Nagia, & Tamia, teste Plin. lib. 6. cap. 28. Hinc genus myrrha Gebanicum appellatur.

Gebeleizes, Dæmon, idem Zamolxidi putatur. Vide Herodotum lib. 4.

Gebennæ, [Germ. Ein Gebärg in Frankenf.] Mons est in Galia, Arvernos ab Helviis dividens, ab ea parte qua Cadurci & Ruteni Arvernos spectant. Cæsar lib. 7. bel. Gal. Partem copiarum ex provincia, supplementumque quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines Arvernorum contingunt, conveniente jubet. His rebus comparatis represso jam Luctorio, & remoto, quod intrare intra præsidia periculorum putabat, in Helvios proficiscitur: et si mons Gebenna qui Arvernos ab Helviis discludit, durissimo tempore anni altissima nive iter impedit, &c. Ex quo loco Cæsar facilè deprehendi potest error eorum, qui exterrimus Allobrogum oppidum ad Lemani lacum situm, in confinio Helvetiorum vocant Gebennam, quum omnino constet ex primo Comment. Cæsar, Geneva appellari, ut latius suo loco dicemus. Lucan. lib. 1, in plurali numero usus est pro oppido in Gebenna monte sito: -cana, inquisens, pendentes rupe Gebennas.

Gedanum, [Vulg. Danzig. Pol. Gdańsk. Vng. Danzka.] Vrbs est totius Borussiæ emporio celeberrima: ad ostium Vistulae, fluminis Poloniæ, in mare Balticum sese exonerantis, sita. Hæc omnis generis merces copias secundo Vistula ex regno Poloniæ acceptas, maritimis regnis & urbibus multis, sive vanitate impetrat. Pareat vero Regi Poloniæ: & ad omnia quæ ad ius & personam Majestatis Regiæ pertinet, juramento obligatur, lib. 5. statut. Polon. cap. 3.

Gédéon, [גֵּדֵעַ, γεδίων.] Nomē proprium Iudicis Israël, qui occidit Oreb, Zeb, Zebed, & Salmana.

Gédrosiæ, γεδροσια, Regio majoris Asie. Hodie Tarsa regnum vocari, autor est Sabellicus.

Gelæ, γιλα Stephano, Vulg. Cherxa, Fluvii nomen est in Sicilia, & urbis à pruina, quam multam gignit (Siculi enim γιλα pruina vocant) deducto nomine. Virg. 3. Aen. Immanis que Gela Fluvij cognomine dicta. Quidne Gelous, a, um, denominativum. Ibidem: Apparet Camerina procul, campiq; Gelo. Gelbœ. [גִּילְבֹּה, γειλְבּה, ghilbâh.] Montes Syriæ ad sextum lapidem à Scytopoli, in quibus etiam est vicus grandis, qui vocatur Gelbos.

Gelliūs, viri proprium, δέλλης, γελλης: id est, ridere, cuius extant Atticas noctes. Prenomen habet Aulus, quanquam non defint qui conjunctim legendu, Agellium dici potent.

Gelot campi, γελωνοι πεδια. In Sicilia sunt ad Gelam fluviū. Virgil. 3. Aen. Apparet Camerina procul, campiq; Gelo.

Geloni, γελωνοι populi interioris Scythia, Agathyrsis proximi: qui faciem pingunt, ut terribiliores in prælio videantur.

Patientissimi sunt inediæ, fameq; urgente, equo quo vehuntur, sanguinis nonnihil detrahunt, eoq; eum lacte commiso inediæ levant. Hodie Tartari appellauntur. Virg. 2. Georg. p. 4. Gclonos. Lucan. lib. 4. Massagetas quo fugit equo, fortesq; Gcloni. Virg. 3. Georg. Bisaltæ quo more solent, acerq; Gclonus. Quam fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getaru, Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Gelos, Caria portus est, juxta Halicarnassum, ut scribit Ptolemy lib. 1. in descriptione CARIAE.

Geloum, [Germ. Ein stinkender See oder wüste prähistorische Stelle] Stagnum est Siciliæ, quod appropinquantes tetro odo re abigit: à quo non procul duo fontes sunt, ex quorum altero susterilis bibit, concipit: ex altero autem si secunda, sterilis sit. Hinc campi Gelo, stagno illi adjacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluvio dictos volunt.

Gemea, Nomē alæ militū Macedonensium. Liv. 7. Belli Macē donici: Addita his ala milie ferræ equitū, gemeam vocabat.

Génabum, Vide GENEA.

Génæa, (γενα, aliæ, πενα) vicus Coriathi, unde proverbium: οδόις πενα τούτοις, ιδίαί δ' εἴπει γενάμε: aliqui tamen incolas γενάδας vocant. Steph.

Genesara, Galileæ lacus circunseptus urbibus plurimis, & celebris. Autor Solin. cap. 48.

Génésaréth. [גְּנֵזֶרֶת, חַנְצְּרָת, γενεσηρητη λίμνη.] Strabo. Stagni nomen proprium: ab eo (ut quibusdam videtur) sic dicitur, quod flantibus ventis, crispanibus undis, auram ex se generare videatur. Sed hoc profectò ridiculum videtur in voce Hebraica Græcam querere etymologiam. Idē dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade civitate: & mare Galilæa, ab adiacente Galilæa provincia. Habet hoc mare, sive stagnū, CXII stadia in longitudine: XL verò in latitudine. Non tamen idcirco mare vocatur, quod ejus aquæ sunt amaræ: sed Hebreæ lingue consuetudo est, omnes congregations aquarum, sive falsæ sint, sive dulces, vocare maria, sicut in Geæsi scriptū est: Congregations aquarum vocavit maria.

Généle, γενεν, Vrbs Laconicæ, Steph.

Génets, γεντη, Promontorium Themiscyrae regionis, inter Amisum & Phasin amnes, templo Iovis, quæ fons, id est, hospitale vocabant, nobilitatum. Vide Strabonem lib. 10.

Généva, [Ital. Genova. Germ. Γενεβα.] Oppidum est Allobrogum ad Lemanum lacum, proximum Helvetiis, quod etiam hodie nomen retinet. Cæsar belli Gallici libro 1: Extremum oppidum Allobrogum est, proximumq; Helvetiorum finibus Geneva. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Ex quo loco Cæsar, facile deprehendi potest error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant: quum Gebenna, eodem Cæsar teste, sit mons ille qui Arvernos ab Helviis dividit. De quo vide plura suo loco. Glareanus in Annot. in eum Cæsar's locum sic inquit: Quatuor hæc nomina, Genua, Geneva, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingrerunt, ac non attentum sacerè fefellerunt: quæ ipsa longe diversa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum. Geneva verò Allobrogum, ad ostia Lemani lacus, ubi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligurum amnum: hodie (ut quidā putant) Axrelia, Vulgo Axrensi deniq; Gebenna mons est, qui Helvios ab Arvernis separati ut libro 7. postea dicet Cæsar. Hæc Glareanus.

Gessæ, populi Molossæ à Genoo, duce ipsorum, Steph.

Gentæ, γενη, Vrbs Indiae extra Gangem, Steph.

Gentinus, γενη, Vrbs Trojadis, ab uno filiorū Aeneæ condita. Steph.

Gentilis, Illyrici rex qui gentiane herba à se inventæ nomen fecit: teste Plin. lib. 25. cap. 7.

Génua, [γεννα, Ital. Genova. Germ. Γενεβα.] Gewaltige Gewerpstaat in Liguria am Meer gesogen.] Ligurum caput in Italia ad mare Liguricum. Hinc incipit Apenninus mons, distatq; à Sabatiis stadiis ducentis sexaginta: Geneva verò est extremum Allobrogū oppidum, proximum Helvetiorum finibus: de quo suo loco diximus. Inter Varum amnum & Genuam habitans Ligures. Dicta Genua à genu: quia habet tanquam genu recurvum à latere mari. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam cōdidisse. Vel (ut quidā ajunt) à Genuino Phætonis socio. Hanc Annibal penitus delevit: sed Cn. Servilius Cōsul instauravit, sicut Livius resert. Hinc Genuensis, γενεν. Quidā lanuam hanc urbem appellant, quod à Iano conditam dicant.

Génusus, Fluvius quem Dyrrachio cunctes in Thessaliam inveniunt. Lucan. lib. 32. quam volenter Genuus, quam mollior Apus Circumeunt tipis, &c.

Géon, [גֵּיְן, γειχון, γεν.] Nus ex quatuor fluminibus, quod sacra Scriptura ex Paradiſo profuerit testatur. Iosephus cumdem esse Nilum credit.

Georgi, γεργη, Populi Scythici ab agricultura, cui uni maximè studet, nomen sortiti: quibus vicinos Corsitas, Phoristas, & Riphaces Mela facit. Constat etiā Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, ut notat Vadianus. Græci enim agriculturam γεργη, & agricultoras ipsos γεργης appellant.

Georgonyia, γεργενεια, Oppidum in altissimo monte in regione Arvernorum: cuius meminit Suetonius in Cæsare.

Gephyra, γεφυρα, Vrbs Boeotia, eisdem & Tanagræos esse aijunt. Stephan.

Gephyrote, Vrbs Libye, γεφυρα, Steph.

Géraæ, γεραι, Oppidū mediterraneum Lusitaniz apud Ptolomeum lib. 2. cap. 5.

Géræstus, γεραις, Promontorium Eubœæ insulæ, Atticam spectans, teste Plinio lib. 4. cap. 12. Ptolem. lib. 3. cap. 15. portu esse ait in Eubœa.

Géraneæ, γεραι, Laconici agri locus est, teste Plinio lib. 4. cap. 5. Est item Geranæ alterius loci nomen inter Megara &

Corinthum,

Corinthum, teste codem Plinio lib.4.cap.7. q Fuit præterea ejusdem nominis oppidum in ea parte Thracie, quam Pyg. m̄orum gens olim creditur tenuisse, Autor idem Plinius lib. 4. cap.11.

Gērān̄thē, arum, γέρανθη, Oppidū Laconicē regionis: à quo sit gentile Geranthotes, γερανθότης, ut ex Pausanīe sententia docet Steph.

Gerasa, γέρασα, Oppidum est in ea parte Syriæ Cœles, quæ à numero tredecim civitatum πολιτείαι την τάπαις, appellatur. Gentile est Gerasenus, γερασεύς. Steph.

Gērēniā, οὐ, γέρενη, Oppidum agri Messeniaci, in quo Nestor Pylius educatus fuit: unde ab Hesiodo Gerenius cognominatur. Hæc Stephanus. Ptolemæus verò Gereniam Laconico agro attribuit.

Gērēnē, οὐ, γέρενη, Vicus est in Lesbo insula: ita dictus à Gerenne Neptuni filio. Strabo lib. 8. ejusdem nominis oppidum in agro Messeniaco collocat: quod idem esse opinamur cū eo, quod alia inflexione Gerenia appellatur.

Gērgīs, iθos, vel Gergithos, iθi, γέργης, ή γέργης. Stephano. Oppidum Troadis. sive (ut Plinio placeo) Acolidis, à quo Sibyllarum una Gergithia cognominata est.

Gērmalīn, locus Romæ fuit, cui nomen à germanis fratribus Romulo & Remo inditum, quod hic ad fium ruminallem ad quam hyberna aqua Tiberis, eos in alveo expositos detulerat, inventi dicuntur. Hic postea palatio conjunctus non men amississe videtur. Varro lib.4. de Ling. Latina.

Gērmānīcā, γερμανίκη, Oppidū Euphratesis, quod à Quadrato lib.3. Rerum Parthicarum in Parthis numeratur.

Gērmānīcā, ηγερμανία Ital. Lamagna, Terra Todesca. Germ. Das Teutschland Pol. Niemieckā jemta. Vngar. Nemet ország.] Regio quæ à Gallis, Rhœtis, ac Pannonia, Iheno & Danubio fluminibus à Sarmatis, Dacisq; metu mutuo, ac montibus separatur: cætera ambit Oceanus, latos sinus, & insulari immensa spacia complectens. Rhenus, Rhœticarum Alpium in accesso & præcipiti vertice ortus, anodico flexu in Occidentem versus, Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ jugo effusus, plures populos adit, tandemq; in Ponticum mare sex meatibus erumpit, septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigenæ existimantur: quoniam nō est verisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petuisse antiquis temporibus informem terris, asperam coelo, tristerni cultu, asperuq; neq; cuiquam, nisi cui patria non erat, magnopere experemandam. Hi antea Teutones appellabantur à Teutono deo eoru, quem terra ortum existimabant: sive à Teutono oppido, cuius adhuc tenues supersunt reliquæ, etiam hodie nomen servantes Germaniæ vocabulum, ut autor est Strabo lib.7. à Romanis primum inventum est: quoniam quum primum Rheum devictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos & feritate animorum & proceritate corporum, & colore flavo, formâ præterea, & moribus, & vivendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos: hoc est, fratres Gallorum esse existimaverūt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quod peculiari ejus regionis ritu, se mutuo sua lingua Germanos: hoc est, fratres consalutent. Eruditi tamen inter Germanos hujus vocis etymologiam ex sua lingua petunt. Illi enim Gar, sive Ger, totū dicunt, & Mān virum, quasi planè virum. Quibus ut facilius accedam, facit Alemani vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem sonat, quod Germanus apud superiores. Illi enim pro eo quod est torū, dicunt M, quod in superiori Germania Gar, vel Ger, dici ostendimus.

Gērmānīcūs, adjективum, sicut ab Hispanis Hispanicus, ab Italo italicus. Vnde Germanici dicti Imperatores aliquot à deictis Germanis.

Gērmānīcānūs, aliud adjективum: quo aliquoties usus est Suetonius: ut in Vespasiano: Neq; enim, inquit, deteriores esse aut Hispaniensis exercitu, qui Galban, aut Germanianico, qui Vitellium Imperatorem fecisset. Idem in Tiber. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia ut æquarentur stipendio Prætoriani Germanicianis. Quibus in locis Germaniciaui dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, sed qui in Germania militabant.

Gērmara, γερμαρα, populi Celticæ, qui diē non vident. Steph. Gērmē, γερμη, Oppidum est ad Hellespontum, non procul à Cyzico. Steph.

Gērontiā, γεροντία, Insula ante sinum Pegasicum, teste Plinio, lib.4. cap.21.

Gērrā, γέρρα, Arabiæ scelis oppidum, tress habens ex salis quadratis mollibus: à quo sinus propinquus Gerraicus cognominatus est. Autor Plin. lib.6. cap.28.

Gērrūs, γέρρης, Fluvius Scythæ, septimus ab Istro memoria dignus: Meminit ejus Herodotus lib.4.

Gēründā, γερουνδα, Oppidum Authetanorum, in Hispania citiore, juxta mōtes Pyrenæos, Autor Ptolemæus lib.2. ca.6.

## GER GES GET GIL

Gērusa, Sarmatiæ Vrbs in Asia. Ptolem. hodie s. Georgiu. Gēryōn, [γερύων]. Germ. Ein König in Hispanien/ weichen Herren teis vmb gesiecht hat/ vnd seine Kinder hinweg getrieben.] Nomine git Hispani, quem Hercules interfecit, ejusq; boves abstulit. Hunc tricorporem fuisse fabulantur, ob triplex regnum: præfuit enim tribus insulis quæ adjacent Hispaniæ, Balearicæ majori, minori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem habuisse canem: quia & terrestri, & navali certamine plurimum potuit. Declinatur etiam Geryones, οὐ: & Geryoneus, secundum Piscianum. Virgil. 8. Aeneid. Tergemini nece Geryone. Sic enim habent emendationia exemplaria. Lucret. lib.5: Quidve impecora tergemini vis Geronai. Quo in loco Geronai antiquus est genitivus primæ declinationis, per divisionem diphthongi factus: quales crebri occurunt apud Lucretium. Gēryōnacūs, cea, ceum, γερυνός, Plaut. in Aul. Qui mihi intromisiisti in eis quingentos coquos, cum sensi manibus, gener Geryonaceo. Aristophanes Geryonem περιεῖλα, no minavit: hoc est (ut Suidas ait) περιεῖφαλο.

Gēlōdūnum, [γελόδηνο]. Germ. Ips. ] Norici oppidum est sub Danubio: teste Ptolemæo, lib.2. cap.14. Quanquā in quietudam exemplaribus Gebodunum legitur, non Cesodunū. Gēsōrīācum, [γεσορεάκο], Germ. Calles. ] Moriorū navale fuit, teste Ptolem. lib. 2. ca.9. Vnde nonnulli coniunctum oppidum illud esse unde brevissimus est in Angliâ trajectus, quod vulgo Callest vocant.

Gēssēm. [Ιω] gōschēn. ] Locus Aegypti, in quo habitavat Iacob.

Gēssūs, γερσό, Fluvius apud Iones in regione Trogilia, que & Panonia dicuntur. Plin. lib.5. cap.29.

Gētē, [γέτα]. Germ. Wölter im Europäischen Scythia so den Taurischen Meer passigen als jetzt Walscher / Moldawer und Tater. Pol. Tater. Vng. Oláh. Populi in Scythia Europæ: Appianus Dacos appellat. Strab. lib.7. Getas à Dacis ita distinguuntur, ut Getas sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci qui in oppositū versus Germaniam, & ad Istri fontes, quos olim Dayos vocatos nonnulli volunt: ex quo apud Athenenses Davorum & Getarū servilia nomina in usu maximè fuissent. Getas à I. uullo viatos Salustius scribit. Aelius Spartianus scribit Getas dictos suis, qui postea Gothi appellati sunt. Ovidius de Ponto: Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Hujus nominativus singularis est Geta vel Getes. Getarū deferta, Virgil. 3. Georg. Pharetrati Getæ, Ovid. 4. Trist. Eleg. 9. q Getarum leges & ritus, vide apud Steph.

Gētīcūs, a, um, [γέτης]. Pol. Tatarski. Vng. Oláh országbol rālo. ] quod est ex Getarum regione: ut, Humus Getica. Ovid. 3. de Ponto: Quj Getica longè nō ita distat humo. Littus Geticum. Idem 3. Trist. Eleg. 12: Nam procul à Getico littore vites absit. Plectrum Geticum. Statius 2. Syl. - & Getici cedat tibi gloria plectri.

Gēth, [Γῆθ] gath. ] Allophylorum civitas fuit, hæc nunc apelatur Zaph.

Gēthūssū, γέθρα, Vrbs Libyæ, Steph.

Gētīcā, γέτα, regio Getarum in Thracia: Gentile γέτης, & secundum γέτης, quo nomine etiam Philippi Amynthæ uxor vocatur. possessorum γέτης. Arrianus γέτην vocat.

Gēphyra, γέφυρα, Vrbs Bœotia, eisdem & Tanagras esse aiunt, Steph.

Gēphyrotæ, Vrbs Libyæ, γέφυρα, Steph.

Gētulia, Vide GAETVLA.

I. G ante  
Gērās. Vide GYARVS.

Gigomtis, vetus nomen Arcadiæ, Steph.

Gigas, Vide in APPELLAT.

Gigonus, penult. prod. γέγονος, Oppidum est ad sinum Thermaicum non procul à Pallene: cuius meminit Herod. lib.7.

Giliā, γέλια, Vrbs Libyæ, Steph.

Giligambæ, κλιγάμβαι, populi Libyæ, Steph.

Gilio, Nomen notissimi adulteri tempore Iuvenalis.

Gillūs, Exul Tarentinus, qui quum Persarum exploratores à piratis captos pecunia sua redemisset, & ad Darium reduxisset, iussus eo nomine petere quicquid vellet, hoc unū petuit, ut regis opera in patriam reduceretur. Vide Herod. lib.3.

Gilo, nomen civitatis, à qua Gilonitæ, pen. prod. homines in ea habitantes dicuntur. Est & nomen viri. γέλων. Iuvenalis:

Vnciolam Proculeus habet, sed Gilo deuncem.

Gimanti, capras in Gimanti natas, Alexander Myndius scribit sex mentes non bibere. Aelianus.

Gindānēs, γενδάνης, Libyæ populi. Lotophagiæ contermini, quorum uxores multis pelliccis fimbriis adornantur. Nam quum pulcherrimum ducent à plurimis adamari, à singulis quibus sui copiam faciunt, fimbriam unam exorant, eoq; argumento ostendunt quo habuerint amatores. Autor Herodotus lib.4.

Gindara, οὐ, γένδα, Oppidum Syriæ Cœles, cuius incolæ dicuntur

# GIN GIR GIT GLA GNI GNO GOB GOM GOR 145

Gindareni, *γενδαρενοι*, quorum meminit Plin. lib. 5. c. 23. Gindes, fluvius qui per Dardanos fluens ingreditur Tigris. Ginglā, *γιγλα*, Oppidum Comagenes, nō procul ab Euphrate fluvio. Autor Plin. lib. 5. cap. 24.

Glōn. Vide G E O N.

Girim, mons apud Garamantes, in quo nasci gemmas vetustas testata est.

Gittā, *γιττα*, Vrbs Palestinae, Steph.

G ante L.

Glandomiron, *γλανδομιρον*, Oppidum est Gallæcorum Luncium in tractu Tarracensis Hispanæ. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6.

Glanicus, Amnis, qui & Liris appellatur, in cuius ripa templo fuit Maricæ nymphæ Minturnensis. Vulgo Garigliano. Plinius lib. 2. cap. 5: Minturnæ Glanico amne diversæ, Liri appellato.

Glanis, *γλανις*, Hetruriæ fluvius, in Tyberim influens: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo Chiana, q. Glanis item sive Glantis, pescis astutissimi nomen, qui aversos mordet hamos, nec deyorat, sed esca spoliat. Idem lib. 32. cap. 10: Verrucas tollit glani jecur illitum.

Glanum, *γλανον*, Salyum oppidum est in Alpibus, Narbonensem provinciam spectantibus. Autor Plinius libro 2. capite 9. Vulgo Gap.

Glaphyrus, pen. corr. *γλαφυρός*. Notissimus adulter Iveyahis tempore, cuius meminit Satyr. 6: Vxorem ducis, de qua cithareodus Echion, Aut Glaphyrus fuit pater. Nomen deducitum est à festivitate & elegancia; quam Græci *γλαφύρων* dicunt.

Glaphyræ, *γλαφυρες*, Vrbs Thessalæ, à Glaphyra conditore Magnetis filio. Homerus: *βασιλεὺς ἡ γλαφυρεῖς*. Est & vicus Cilitz, à Tharsos versus Occidentem triginta stadiis distans, Stephan.

Glaucis, *γλαυκη*, oppidum Ionie, Steph.

Gauci tribus, *γλαυκης ληποι*, In Lycia est, à Glaucō Heroē dicta. Gentile Glaucodernus.

Glaucus, *γλαυκος*; Hippolochi filius, qui in Trojano bello Priamo suppetias tulit: homo tam stupidus, ut cum Diomede armorū permutatione facta, aenea acceperit pro auris. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio proverbio celebratur quo utimur, quoties permutatarum rerum inqualitatam volumus denotare. q. Fuit & alter Glaucus pescator, qui quum pescis captos in ripa explicuisset, subito contacta quadam herba se colligentes, in fluvium prosilierunt. Admiratus iraq; Glaucus herba illius vim, quum & ipse degustasset, pescis sequutus, in aquâ insiluit: marisq; Deus fatus ceditur. Alii aliter referunt fabulam: Glaucum insigne tunicatum fuisse, qui quum sepius inspectantibus suis municipib; in fluvium se deiecisset, diutiusq; sub aqua moratus semper emersisset: tandem quum illis frustrâ expectantibus non rediret, creditum est Glaucum factum esse maris Deum. Hinc natum proverbium: Glaucus contra herba habitat in mari, *γλαυκη φαγει παν ουκει δικαιοσην*. Distinx appetet per jocum de his, qui quum perierint, tam vulgo creduntur vivere. q. Alius præterea Glaucus fuit, Sisyphi filius, qui quum equas suas humanæ carnæ pascere, ab illis etiam ipse devoratus est. Vnde natum adagium: Glaucus alter, *γλαυκος και οικιστης*: id est, Glaucus alter ab equis devotatus. Quadrabit in hominē alendis equis exhaustamente facultates suas. q. Est etiam Glaucus, nomen pescis. Plin. lib. 6. cap. 16: Quidam rufus estus impatiens media tervoribus, sexagenis diebus latens, ut glaucus, faselli, auratus. Idem lib. 32. cap. 11. tradit glaucum æstate non apparet.

Gleßariæ, Insulæ in Oceano Germanico, quæ (Solino teste) succinum gignib; vulgo appellata, haud longè à Prussia. Gleks, *γλεκη*, gens Iberica post Cynetas, Steph.

Glißas, *γλισας*, Vrbs Bœotia, à Glisone aut Glisante quodam dicta, Stephanus.

Glycon, *γλυκον*, apud Horatium lib. 1. Epist. Nomē est gladiatoris robustissimi. Nec (*ισχυρη*) quia desperes invicti in membra Glyconis: Nedosa corpus nolis prohibere podagta. q. Fuit & nomen medici Panæ, qui mortuo domino ex vulnerc, quod in prælio Mutinensi accepérat, in carcerem conjectus est, & à Torquato parricidii accusatus, tanquam vulneri venenum indidisset. Sueton. in Augusto: Panæ quoque adeò luspicta mors fuit, ut Glycon medicus custo ditus sit, quasi vechum vulneri indidisset. Cic. ad Brutum: Tibi Glyconia medicu Panæ, qui sororem nostri Achilleos in matrimonium habet, diligenter commendo.

G ante N.

Gnidus, *γνιδος*. Vulgo Cabo cro. Vrbs insignis in extremo cornu peninsulae Cariae adhærentis sita, Venetis templo & signo Præxitelis in primis nobilis. Horat. 1. Carm. Ode 30. O' Venus regina Gnidi, Paphiq;. E' Gnido vii memorabiles fuerūt, Eu-

doxus mathematicus Platonis sodalis, Agatharchides Peripateticus, historiæ conditor, Theopompus Iulio Cesari familiaris, Artemidorus ejus filius, & his antiquior Crœtas, qui Xerxes medicatus est, & res Syriacas, Persicasq; conscripsit.

Gnīdūs, a, um, ut Gnida Venus, Cic. de Divinatione.

Gnōsī dīcūs, *γνωστικη*, Clarissimum Asclepiadarum, Nebri filius, pater Hippocratis, Aenei & Podalirii: avus autem Herachidæ qui pater fuit Hippocratis medicorum omnia doctissimi. Autor Steph. in dictione C O S.

Gnōssōs, *γνωστος*, Vulgo Candia. Vrbs Cretæ fuit Minois regia, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo appellata fuit à fluvio ejus nominis. Gnōssīs iūs, a, um, quod est ex Gnōsso urbe: ut Gnōssius civis, Gnōssia litora, Gnōssia regna. Ovid. in Epist. Parid. Non habuit tempus quo Gnōssia regna videret, Aprius. q. Pro codem etiam dicitur Gnōssiacus, a, um: ut Corona Gnōssica apud Statium lib. 1. Syl.

Gnōssīs, a, um, Idem quod Gnōssius. Lucan. lib. 3: Creta verus populus, Gnōssasq; agitare phareras Docta. Gnōssīs, idis, Patronymicum fœmininum. Ovid. Epistol. 21: Et Phœbus Daphnen, & Gnōssida Bacchus amavit.

G ante O.

Gōrānē, es, *γορανη*, Regio Arabæ non procul à Damasco, quæ & Goarea *γοραια*, dicitur, Autor Stephanus.

Gōbæum, *γοβαιον*, Promontorium Gallæ Lugdunensis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. In plerisq; exemplaribus Gabeum legitur, non Gobæum.

Gōbryās, *γοβραια*, Nobilis Periarum Satrapes fuit, unus ex iis qui cum Dario conjurarunt adversus Magos. Nam erat Darii socius, antequam regnum Darius ipse adipiceretur, ut ostendit Herodotus initio, lib. 7.

Gog, [ *γιγηχ & Μαγος*, *γιγηχ μαγος*. ] Voces sunt in Sa cris literis aliquoties repetita: quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari. Hieronymus tamen in Ezechiele manu allégoricum sensum subesse, nullosq; its nominibus populos significari.

Gōlḡi, *γολγη* Stephano, Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus in Nupt. Pelei: Sancte pater, curis hominum qui gaudia misces. Quiq; regis Golgos, quiq; Ida lianti frondosum. Quo in loco in omnibus ferè exemplaribus haustus corrupte lectum est Colchos: Aldi vetus editio tam Golgos habet.

Gomolitæ, *γομολιται* populi Idumæi Gomphi. Vide Philippi, & Gomorrhæ utroq; modo oppida. Solin.

Gomorrhæ, *γομορραι*, vel Gomorthum, rhi, (utroque enim modo dicitur.) [ *γομορραι* *hamorrah*. ] Oppidum Iudeæ, ab Asphaltite lacu haustum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.

Gomphî, *γομφαι*, Vrbs Thessalæ, Steph.

Gondræ, *γονδραι*, populi Thraciæ, apud Herod. Cindra & Rhoda legitur, Steph.

Gonei, *γοναι*, Vrbs Thraciæ, cujus incolas aliqui vocat Adriapolitas, Steph.

Gonnī, *γονη*, vel *γονη*, & *γονη*, Vrbs Perrhæbiæ à Cuneo quodam Cyphi nepote dicta: Regia Gonna, Stephan. Vide G O N V S A.

Gōntiūs, Vrbs est in superiori parte Thessalæ, unde ad Thessalam introitus competitur.

Gōnōs, *γονης*, Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Ergino fluvio. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Gontusa, Perrhæbiæ Vrbs, Steph.

Gorâma, Regio Arabum Scenitæ, cujus incolæ Gorameni.

Gordiānī, Tres fuerunt Romanorum Imperatores: pater, filius, & nepos. Vide Gordianum lib. 8.

Gordiūs, *γορδος*, Phrygiæ rex fuit, rusticus alioquin & ignobilis. Quum enim Phrygibus otaculum de rege creando cōsulentibus, responsuñ est, ut cum in regem deligerent, qui primus templum ingredetur: eaveat ut Gordius summo mane ad agrum properans, loraq; plaustris gestans, primus templum intuiret. Quare ab omnibus rex consulatus, lora ad tei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeò perplexus, ut indissolubilis putaretur: circuferbaturq; oraculum, ut regno potiretur qui lora dissolveret. Hunc nondum Alexander, quum dissolvere non posset, ense dissecuit. Hinc factum est, ut Nodus Gordius, notissimo proverbio dicatur de rebus indissolubilibus.

Gordiūm, *γορδον*, urbs magna Phrygiæ juxta Cappadociæ, à Gordio patre Midæ.

Gordiūmurus, *γορδονερχες*, Vrbs Midæ, à Gordio filio cōdita. Gordiæ, *γορδαι*, regio Persica, à Gordia Triptolemi filio, &c. Stephanus vocat Gordos & Gordochos hos populos, & montes Gordyæos.

Gordynia, *γορδωνια*, urbs Macedoniæ, Steph.

Gorgias, *γοργια*, Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipulus, &

K lus, &

lus, & Isocratis præceptor, ut scribit Quint. lib. 3. cap. 2. cui tāta fuit artis fiducia, ut de omni re, quæcunque in disceptationem, qualionemq; vocaretur, se copiosissimè dictum esse profiteatur. Meminit ejus Cicero in Bruto, & libris de Orat. Hic arte sua tantum pecunia coriasit, ut auream statuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici.

**Gōrgōnēs**, pen. corr. *γέργονες*, D: &c sunt Phorcii filiæ, Medusa, Sthenyo, & Euryale: q̄ Dorcas insulas in Oceano Aethiopico sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidem hortos. Nomē habent à truculentia, quam Græci *γέργεια* appellant. Scribit Diodorus foeminasuisse in Africa bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & carum reginam Medusam debellaverit, ac interficeret. Vide MEDVS A. & PEGASVS, **Gōrgōnēs**, a, um. *γέργεια*. Nomen possessivum. Ovid. 2. Metam. Gorgonæs terigisse domos.

**Gōrgōphōrōs**, *γέργοφόρος*, Palladis epitheton est, quasi Gorgonem ferens: in ejus enim scuto pictum est Medusa Gorgonis caput. Cicer. antequam iret in exil. Teq; Tritonia armipotens, gorgophora Pallas, Minerva, cetera que dū, dæque immortales &c.

**Gōrgythōn**, *γέργυθην*, Priami filius ex Caſtianira Threissa suscepitus, qui poitea in bello Trojano à Tucero Telamonis filio confusus occubuit. Autor Homer. Iliad. 8.

**Gōrgonītis**, Viri proprium male oletis. Horat. 2. Serm. Paſſilioſ Rusillus elet, Gorgonius hircum.

**Gorlītūm**, Lusatia Vrbs.

**Gortyn**, sive Gortys, ynis, sive Gortyna, n̄x, *γόρτυν*, *γόρτη*. Stephanus. Oppidum mediterraneum Cteræ insulæ ad Letheum fluvium, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

**Gortynius**, i. ium. *γόρτιος*; ut Gortynia spicula, apud Statuum, lib. 5. Thebaidos.

**Gortynis**, idis, patronymicum foemininum, *γόρτυνις*. Lucanus lib. 6. Dicta procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur in Scævam.

**Gōthiā**. [Ger. *Gölland* / ist ein Mittelaltrige Landeschaft / stossen an Schweden und Norwegen] Regio Europæ, contermina Daniæ & Norvegiæ. Ex qua Gothi immenses populi, qui olim Italiam armis subdegerunt, Romanq; ipsam solo æquarunt, suamq; in totum orbem invexe: ut barbaricæ. Hęc dictio potius videtur unico t scribenda, quam à Latinis poëtis prima syllaba ferè semper corripiatur. Ausonius: Hinc possem vistos inde referre Gothos. Et sœp̄ us apud Claudianum. Non multum tamen peccaverit qui consonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factum animadvertemus.

G. ante R.  
**Græchūrīs**, Vrbs Ilteræ, ita nominata à Sempronio Græcho, qui acceptis in deditioñem Cetibericis, hanc uibem, quæ ante Ilurica dicebatur, splendidius restituta, ut superesset rerum à se gestarum monumentum, à suo nomine appellavit Græchūm.

**Græchūs**, Semproniae familiæ cognomen suit, ex qua fuit Tib. Græchus Caii & Tyberii pater, qui in Hispaniam Proconsul missus, Celtiberos in deditioñem accepit, Iluriamq; eorum oppidum splendidius à se restitutum, ut gestarum à se rerum memoria superesset, de suo nomine Græchurum appellavit. Huic uxor fuit Cornelia ex Scipionū familia, insigni pudicitia, & eruditione mulier, ex qua Tyberium & Caium Græchos suscepit, generosissime quidē indolis juvenes, eloquentiaq; in primis admirabiles, ceterum popularis auræ plus fatus avidos Quæ res fecit, ut relictis optimatibus ad plebem se contulerint, legesq; agrarias perpetuos seditionum comites in lucem reduxerint: neque antea quieverint, donec Senatum in suā necem armarent. Tyberius prior occisus est in concione à Publio Nasica. Caius autem biensio post quum mortem Capitolinum occupasset à consule Opimio. Vide plura apud Plutarhum in vita Græchorum.

**Grādīvūs**, pen. prod. [German. Ein junoth Martis.] Martis cognomen, à gradiendo (ut Festus ait) quia gradatim, & per ordines in bellū itur. *χειρ*. Sive à vibratione hastæ, quod Græci vocant *χειρίσσειν*. Sunt tamē qui à gramine dictū putent: quia gramine sit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximè est honorationis. Hęc ille. Alii gradivum, nō Latinū, nec Græcum, sed Thracium vocabulū esse, & significare bellacostum ac fortē dicunt. Virg. 3. Aen. Gradivumq; patrem, Geticii, qui præsiderat arvis Gradiuſ Mars dicitur, quū s̄avit, inquit Servius: quum tranquillus, Quirinus: deniq; in Vrbē duo ejus tempa sunt: unum Quirini intra Vrbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra Vrbem, quasi bellatoris vel gradivi. Hęc Servius.

Grādīvūs, la. Qui colit Martem. Silius lib. 4. jaculatorēq; Sabellum, Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.

**Græxe**, *χαιρεῖ*. Tres fuerunt sorores, Phorcii filiæ, unicum tandem habentes oculum & dentem, quibus vicissim inter se tres ptebantur. Harum ope Persicus ad Gorgonas pervenit. Vir-

de proverbium apud Erasumum: Orci galæ, ubi hæc omnia copiosius.

**Græciā**. [ *Ιωάννης, ιδες*. Germ. Griechenland / ist eine der Länder Pol. Grecka ſemja. Vng. Görögország.] Europa regio ist, olim omni disciplinarum genere exculta, hodie, nō sine ignominia nominis Christiani, Turcæ imperio subiecta. Hęc Ptolemao Achæa nominatur. Principium sumit ad Meridem ab Isthmi Corinthiaci angustie, indeq; ad Septentrionem in Thessaliam usq; & partem Aegæi maris extendit. Ad Occid. sum Achelou fluvio ab Epiro dirimitur. Ab Ortu rufus habet mare Aegæum, qua parte Sunum eo abliniqt; Scindit in multas regiones, quarum præcipiū sunt Attica, Boeotia, Phocis & Locri. Dieta est Græcia, a Græco primo ejus provincie rege, teste Plin. lib. 4. cap. 7. Cic. pro Flacco: Hęc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctina, quæ plumbis annibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, pārium quēdam locum Europæ tenet, semperq; tenuit. Italia, maritima oram bello superaram cinxit urbibus. Idem 1. de lege Agraria: In angustis & fauibus Græciæ posita erat Corinthus. Magna Græcia dicta est extrema Italij ora, à Locris Italiæ fronte initium sumens, in tres recedentes maris Ausonijsinas, patens in longitudine LXXII. M. pass. ut ex sententia Varonnis tradit Plin. lib. 3. cap. 10. Hanc Græci subactam maxima, potentissimq; urbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, alieq; complures. Cic. 2. de Orat. Nam & referta quondam Italia Pythagoreon fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idem 4. Tuscul. Quom floseret in Italia Græcia potentissimis & maximis urbibus, ea quæ magna nunc est dicta, &c.

Græcius, qui est ex Græcia. [ *Ιωάννης, ιδες*. Germ. Ein Griech. Vng. Görög.] Cicero pro Flacco: Quanquam quis ignorat, qui modo unquam mediocriter res istas scire curavit, quin tria Græcorum genera sint verè: quorum unū sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Aeoles, alteri: Doris, terciū non minabantur. Idem Qu. Fratri, lib. 1. Familiaritates Græcorum neq; tam fideles sunt: invident non nostris solū, verum etiam suis. Idem de Aruspicum responsis, artibus Græci, Galli robores, Hispani numero Pœni calliditate valent. Græcius, ca, cum, adjективum: [ *Ιωάννης, ιδες*. Vng. Görög.] ut Literæ Græciæ. Cic. de Clar. Orat. Gallus q̄ maxime omnū nobilium Græci literis studuit. Exemplaria Græca. Horat. in Arte: vos exemplaria Græca Nocturna versate manu, veritate diurna. Græco more bibere. Cic. 3. Vetr. Fit sermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberent. q̄ Græca rosa, *λευκής, ηλιαχτίς*, Dioscoridi, violæ magnitudine est, non nisi in locis humidis proveniens, quinq; folia non excedens, omnis odoris expers, coloris tantum gratia expedita ad coronamenta: unde & lychnis coronaria appellatur. Vide Plinii libr. 21. cap. 4. q̄ Græca salix, dicitur salix rubra.

Græcæ, adverb [ *Ιωάννης, ιδες*. Vng. Görög]. Cic. 1. de Orat. Quæ ea quæ legiem Græcæ, Latinè redderem. Idem 1. Tuscul. Scis enim me Græcæ loqui in Latino sermone, non plus solece quām in Græco Latine.

Græcaniūs, ca, cum, Plin. lib. 35. cap. 9: Maximeq; ita colorem bibit, quem Græcanium vocant.

Græcīensīs, sc. Græcus, a, um. [Vng. Görög.] Gell. lib. 19. cap. 10: Offendimus eum rubante in symposio Græcensī. Sic apud Plinum. Græcense melinum, lib. 35. cap. 6.

Græcūlūs, diminutivum. [ *Ιωάννης, ιδες*. Vng. Görög.] Iuven. Satyr. 3: Græcūlus esfuiens in cœlum. justitiae, ibit. Aſtentatos Græcūlus, Cic. pro Milone. Idem 2. de Orat. Homines Græcūlos controversia verbi tandem torqueat. q̄ Græcula rosa, diversum omnino genus est ab eo quod paulò suprà Rosam Græcam appellavimus. Folia habet latissima, sed panniculos ita, convolutos, ut nunquam nisi manu soacta dechiscat, semperque nascenti similis sit. Autor Plin. lib. 21. cap. 4. q̄ Græcula mala, à patria sic dicta. Plin. lib. 15. cap. 14: Putinas obilitye Camerina & Græcula.

Græcīensī, pen. prod. [ *Ιωάννης, ιδες*. Ger. Griechenland / ist eine der Länder Pol. Grecke ſemja, utriusque. Vng. Görög.]

Ang. To basket and make riotous cheere.] Est convitiis & computationibus operari: dare: ab eo quod Græci genio plumpm indulgerent, & intemperantiis in cœvillis se geterent. Nam quandoq; veiba trahuntur à moribus nationū. Horat. 2. lib. Serm. Sat. 3: vel si Romana fatiget Militia affuetum græcam. Græcissō, Græcos imitor. [ *Ιωάννης, ιδες*. Vng. Görög.] Græcīstāsīs, pen. cor. [ *Ιωάννης, ιδες*. Pol. Grecke stanulov] quasi Græcorum statu, locus Rbmæ celebris, do quo Vario de Ling. Lat. lib. 5. sic habet: Ante curiam Hostiliam rostris, cuius id vocabulum ex hostibus, capita fixa sunt rostra. Dextra è comitio locuſ substructus, ubi nationum subsiderent legati qui ad Senatum essent missi: is græcostasis appellatur. Cī, ad Qu. Frat. lib. 2: Deinde ejus operæ repente à græcostau, & græbus clamorem satis magnum sustulcerunt,

Græcius,

**Graītūs**, Idem quod Græcus. [P. javān. ιάλων, γραικός. Germ. Ein Griech.] Quint. lib. 8. cap. 4: Non putant indignum Trojani principes, Graios Trojanosque propter speciem Helenæ tot mala tanto temporis spatio sustinere. Virgil. lib. 4 Aeneid.

-Graītūs idē bis vindicat armis.

**Graīus**, a. um. Græcus, a. um. [P. javān. ιάλων. Vng. Gōrōg.] Virg. 3. Aen. Priamidem Helenum Graias regnare per urbēs. Grōjūcēnē. narum, pen. cor. Græci dicti sunt. [Οὐαὶ ιανίν. ιάλων.] Cic. 2. de Nat. deor. Grajugenā de isto aperit ipsa oratio. Ex Pacuvio. Virg. 3. Aen. Grajugenū domos, suspe-  
ctaq; linquimus arva.

**Grammīsum**, urbs in Græcia, γράμμιον, cives Grammitas & Grammitii. Sunt & Grammitæ populi juxta Celticam, Ste-  
phanus.

**Granata**, Hispaniæ urbs celebris.

**Granicus**, γρανίξ. Ptolemaeo. Fluvius est minoris Mylise ex Idam monte profluens, & inter Priapum & Esapum in Propontidem influens: iuxta quem Alexander Darii Sacrasas memoriabili prælio superavit, sexcentos Persarum millibus cæsis, fugatisque, quum victoris copia triginta peditum millia, & quatuor millia equitum & quingentos non excederent. Au-  
tores Plutarchus in Alexandro, Iustinus libro secundo, Dio-  
dorus item Siculus libro 17.

**Grastillūs**, γράστιλλος. Vrbs Macedonia, alli Prastillus, Steph.

Gratiæ. Vide in APPELL. GRATIA.

**Gratidīa**, γρανθία. Proprium nomen mulieris Neapolitanæ unguetariae, ac maleficæ, quam Horatius in Epop. Canidiā nominavit.

**Græcāsum**. [Ger. Ein Schneegebirg Scythie in Asia getest.] Cau-  
casum montem nominarunt Scythæ, quod illorum lingua si-  
gnificat nive candidum. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

**Gravionarium**, Oppidum est Germaniæ, apud Ptolem. lib.  
2. cap. 11. Vulgo Bamberg.

**Graviscæ**. Ptolemaeo. Herviæ castellum est in Tuscia, quod hodie Montem alium vocant: ita dictu ab aëris gravitate. Virg.  
10. Aen. Et Pyrgi veteres, intempestæq; Graviscæ.

**Grefinus**, γρεφίνος. Vrbs Chersonesi, Steph.

**Greſtōniā**, γρεſtōnia. regio Thraciæ juxta Macedoniam à Ca-  
stro quodam dicta, Gafrones gentile, vide GASTRONIA.

**Groniā**, Γρένια, Vrbs Phocidis, Steph.

**Groniā**, Hispānia Tarracensis populi sunt ad Durium am-

nam, quorum meminit Pompon. Mela lib. 3.

**Groninga**. [Gerthān. Groningen in Friesland.] Vrbs Frisia.

**Gryllus**, Xenophontis Socrati filius, qui pro patria fortiter pugnans, honestam mortem oppetiit, multotum ob id encomiis celebratus. Autor Aristoteles in Politicis.

**Gryneus**, γρυνεύς. Dictio di syllaba, nomē est Centauri. Ovid.  
12. Metam. Cumq; suis Gryneus immanē sustulit aram Ignibus, & medium Lapitharum jecit in agmen.

**Grynia**, Plinio, Straboni Grynum, γρυνία Stephano. Oppidum est Myriazorum in Acolide Afia regione, Apol-  
linis fano & pervetus oraculo nobile, à quo Apollo Gry-  
neus, γρυνεύς dictus putatur. Vide Strab. lib. 13, & Plin. lib.  
5. cap. 30.

**Gryneūs**, a. um, adjective trisyllabum, γρυνεύς. Cognomen est Apollinis inditum, à Gryaco nemore juxta Clazomenem Afia civitatem, in quo Apollo colebatur. Virg. 4. Aen. Sed nūc Italianam magnam Gryneus Apollo: Italianam Lyciam usq; è ca-  
pescere sortes. Idem 6. Aeg. His tibi Grynei nemoris dicatur  
origo. Servius: Gryneum nemus est in finibus Acolidis, Apol-  
lini consecratum. Dictum est autem hoc nemus à Gryaco vi-  
cino oppido. De quo vide Strab. lib. 13.

G ante V.

**Gūntās**, γύντας. Locus habitatus in Syria uberis & fœcundi so-  
liunde nomen ei μαγεῖ τὸ γύντας. Steph.

G ante Y.

**Gyārīs**, ri. fœm. gen. [γύαρη Stephano, vel Gyara, æ. pen. cor. Germ. Ein Insel im Egeischen Meer gelegen/ eine auf den Sporadi-  
bus, in welche die Römer ihie vberichdet verschißten.] Insula est ma-  
nis Aegæi, una ex Sporadibus in quam Romani noxios de-  
portabant. Plinius libro 8. cap. 29: Ex Gyaro insula incolas à  
mūribus fugatos. Juvenal. Satyr. 10: Ut Gyaræ vinctus scopu-  
lis, parvaque Seriphio. Idem Satyr. 1. usus est numero plura.  
Aude (inquit) aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, Si  
vis esse aliquid.

**Gyās**, γύας. Viri Trojani nomen est apud Virgil. 5. Aen. Ingen-  
temq; Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

**Gygeūs lacus**, γυγεῖα λίμνη, Lydiæ lacus est, stadiis quadrā-  
ginea à Sardibus distans: qui polteca Colous dictus est. Pro-  
pertius: Lydia Gygeo tincta puella lacu. Meminit hujus la-  
cus Homerus in fine Catalogi. Plin. lib. 5. cap. 29: Gygæum  
stagnum appellat.

**Gygemorus**, Thraciæ mons est, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

**Gyges**, Γύγης. Germ. Ein grosser Berg. Nomen viri proprium;

qui Cœli & Terræ filius singitur, gigas maximus, & centima-  
bus, frater Briarei. Sunt tamē qui Briareum, Gygen, & Aegeo-  
na eosdem putat. Ovid. 4. Trist. Centimanumq; Gygen, semi-  
bovemq; virum. q; Est & nomen viri proprium apud Maro-  
nem lib. 9: Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen Excipit.  
q; Item formosi pueri apud Horatium, 2. Carm. Luna ma-  
ri Gnidiūsy Gyges. q; Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui  
quum Candaulæ rex uxorem suam nudam ostendisset, illa  
marito indignata, Gygen ad cædem ejus impulit, se seq; cum  
est neumq; equum (ut ferunt fabulæ) animadvertisit, cujus in la-  
teribus fortes essent: quibus apertis, hominis mortui corpus  
vidit magnitudine inuisita, anulumque aureum in digito:  
quem ut detraxit, ipse induit (erat autem Gyges regius pa-  
stor) tum in consilium pastorum se recepit. Ibi quum palam  
ejus anuli ad palmam converterat, à nullo videbatur: ipse au-  
tem omnia videbat, idem rursus videbatur quata in lucem  
anulum inverterat. Itaq; hac opportunitate anuli usus, regis  
stuprum intulit, eaq; adjutrice regem dominum interemit,  
sustulit quos obstat arbitrabatur, nec in his facinoribus cum  
quisquam videre potuit. Sic repente anuli beneficio rex exor-  
tus est Lydus. Haec tenus Cicero. q; Hinc locus proverbio, Gy-  
gis anulus, πάντα δεσπότης. Quadrat vel in homines inconsi-  
tibus moribus, vel in infortunatos, qui veluti virgula divina;  
quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. q; Eodem no-  
mine dictus est Lydus fluvius.

**Gylacea**, Γυλάκεα, Illyriæ civitas à Gylaca Corinthio, alijs  
Apollonia.

**Gymnāſtæ** Plinio, sive Gymnesia, γυμνασία Straboni & Ste-  
phano, insulæ duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur: cōd quod incole harum insularum præcipue  
funda exercebant. Autores Strabo lib. 14, & Plin. lib. 3. cap. 5:  
Gymnætēs, γυμνήται, Aethiopum populi, Nigritus & Pharusis  
vicini, Plin. lib. 5. cap. 8.

**Gymnōſophiſtæ**, [γυμνοſοφιſtæ]. German. Die weisen und ge-  
lehren Philosophi bes den Indianern / so ein gestreng abgesünderte  
Leben führten.] Philosophi Indorum: sic dicti quod nudi in syl-  
vis agerent, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium  
vita corruptitur. Plin. lib. 7. cap. 2: Philosophos eorum quos  
Gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, cō-  
tuentes solem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto  
die alternis pedibus insistente. August. lib. 15. de Civit. Indo-  
rum Gymnosophista, qui nudi perhibent philosophari in  
solitudinibus India, à generando se cohibent. Hi ab Exortu  
ad Occasum perstare dicuntur, solem conuentes immobili-  
bus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus insi-  
stentes. Hi frigora nivium, & aestus flammæ citra dolorem  
perferunt. Ferunt Alexandrum magnum, quum in Indiæ ex-  
peditione ad Gymnosophistas penetrasset, gravissimè ab illis  
suisse increpitum, quod mortalis quum esset, mortali tamen  
sorte non contentus, totum Orientem latrociniis infestaret.  
De his Cic. Tuscul. quæst. lib. 5: Quæ barbaria (inquit) India va-  
stior aut agrestior? in easamen gente primū hi, qui sapien-  
tes habentur, nudi æstrem agunt. Caucasi nives, hyemalemq;  
viam perferunt sine dolore: quumque ad flammas se applica-  
verint, sine gemitu adurantur.

**Gynæcopolis**, Aegypti oppidum, à quo propinquæ præfe-  
ctura, Gynæcopolis appellatur: cujus meminit Plin. lib. 5:  
cap. 9. γυναικόπολις.

**Gyndes**, Γυνδες. Ger. Ein grosser fluss der Assyriens/ so in d̄ Tigris  
fließt. ] Fluvius est. Assyriorum maximus secundum Euphra-  
tem, in Mantienis nascent montibus, & per Dardanenses in Ti-  
gris influens. Hunc Cyrus Persarū Rex, quū equitem quendā  
libi in primis dilectum absumpsiisset; totum in variis alveos  
derivavit. Autores Herod. lib. 1, & Seneca lib. 3. de Ira.

**Gýpsel's**, γύψης, Aethiopæ insula, apud Martianum lib. 3. A  
qua sit gentile Gypsites, γύψηται.

**Gyrtōn, onis**, sive Gyrtona, οὔρη, Ptolemaeo: γύρτων Stephano, Perihæbie oppidum, ut Stephano placet: ita dictum à  
Gyrtone Phlegiq; fratre. Ptolemaeus Gyrtona in Stymphe-  
lia Macedonia regione, Plinius in Magnesia collocat.

**Gýthēum**, [γύθηος. German. Ein Stad in Achæa welche Her-  
cules vnd Apollo mitgeander gebawen haben. ] Oppidum est  
Achaæ ad Maleum promontorium, quod Hercules & Apollo  
depositis eō loci similitatibus communi opera condiderunt.  
Livius in Maceb. bell. Gytheum (inquit) omnium mariti-  
marum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Hinc Gythea-  
tes sinus, ad Maleum promontorium, cujus meminit Plinius  
lib. 4. cap. 5.

**Gyzantes**, populi Africæ, vide Byzantes apud Steph. apud  
quem etiam Gyantes reperitur.

K 2 Habessus,

**H**abessus, autore Plin. lib. 5. cap. 27, Lycia urbs est, postea Antiphellus dicta.

Habronicas, Nomen viri proprium.

Hadrantani, Sicilia populi. Plinius libro 3. capite 8.

Hadria, sive portus Adria: [ adiacet Suidæ & Stephano: Germ. Das Benedictus Meer ] secundus Europæ sinus inter Lacinum Italiam & Acroceranum Epri promontorium, irrumens dextrâ Macedoniam partem, Dalmatiam, Illyricum & Istriam: sinistrâ Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens. Lucan. lib. 5.: sonat Ionio vagus Hadria porto. Viderur, hoc nomen rectius sine aspiratione scribi. Acceptum enim nomen ab Atria nobili Circumpadanæ regionis oppido (ut docet Cato in Originibus, & Plin. lib. 3. cap. 16.) quod insignem circa Padi ostia habebat portum, à quo quidem oppido vicinum mare primum Atraticum dictum fuit, & deinde literarij unius immutatione Adriaticum est. q. Fuit item Hadria, sive Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia, VII M. passuum à mari distans: à qua vicinus ager, Ager Hadrianus, sive Adrianus dictus est.

Hadianopolis, Bulgaria urbs est.

Hæbudes, pen. prod. [ αἰβύδες ]. Geym. Banff Inseln jenseit Schottland und der Insel Thule gelegen. ] Insulæ sunt numero quinque inter Caledoniam, quæ hodie Scotia dicitur, & Thulen insulam. Solinus: A Caledonia promontorio Thulen pertinentibus, bidui navigatio: inde excipiunt Hæbudes quinque numero. Et paulò post: Secundam à continenti statione Oraeades praebent, quæ ab Hæbudibus porrò suat septem dierib, nocturniq, cotidem cursu.

Hæmodes, teste Pomponio, lib. 1. Mons est Lycia.

Hæmon, αἷμον, Thebanus juvenis, qui quum amore incredibili Antigone Oedipi & Iocastæ filiam deparet, ad ejus tumultum mortem sibi consivit. Fuerat autem Antigone iussu Creonis (qui veterat cadavera Graecorum inhumari) jugulata, quod Polynices fratrem mortuum noctu sepelire voluisse. De hujus adolescentis morte, vide Statium in Thebaïd. & Propertium lib. 2: Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon? &c.

Hæmonia, Vide AE MONIA.

Hæmus, sive Aemus, αἵμος, rex Thraciae potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluvii filiam duxit uxorem. Hi in tantâ arrogantiâ elati sunt, ut Hæmus se esse Iovem, Rhodope Iunonem prædicarent, seq; ut deos adorari juberent. Quia insolentia Iupiter indignatus, eos in mœtes commutavit. Ovid. 6 Metamorph.

Hæmus, αἵμος Suidæ, sive, ut alii viderur, Aemus, mons est Thraciae valto jugo procumbens in Pontum: cuius exaltitas sex millibus passuum subitur. Oppidum habuit in vertice Ariostum. Plin. lib. 4. cap. 11: In Pontum quidem vergit mons Hæmus, cæteros, ejus spatii magnitudine ac sublimitate superans, mediumq; Thraciæ dividens. Strabo lib. 17. Existimat Polybius ex ejus vertice utrumq; mare cerni, Aegæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens intervalum, saltum probat. Sententiam tamen Polybii sequitur Mela. Nomen ei inditum ab Aemo Boreæ & Orithryæ filio. [ Germ. Das Gebirg so Theßaliam von Thracia unterthobet. ] Autor Stephanus de Vrbib. Servius in illud Georg. Aemathiam & latos Hæmi pinguescere campos, tradit montem esse Theßaliæ. Sed hoc dixisse putatur quia Theßaliam à Thracia Hæmus dividit. In eadē est sententia idem Servius in illud 2. Georg. - O qui me gelidis in vallibus Hæmi Sistat. Liv. 4. Decad. lib. 10, montem describit. Vide HEMVS.

Hæres Mærtiæ, Nomen deg, quæ una ex Martis comitibus esse putabatur, cui veteres post acceptam hæreditatem rem divinam faciebant: autor Festus.

Hævila, loci nomen est, lib. Reg. 1, Vbi Saul Rex Amalechitas bello superavit. Est & Regio à qua Hævila, qui Ioseph. lib. 1. Antiquit. Getuli vocantur, nomen habent.

Hagnes, etiæ, αἵγνης, Mulieris proprium, διὸ μῆτρας αἵγνης: id est, à castitate impositum.

Halæ, αἱα, Bœotia oppidum, ut ex Pausanias sententia tradit Steph. Sunt & alia ejusdem nominis loca, quæ ab eodem commemorantur.

Halalcomene, & Halalcomenæ, Vide ALALCOMENE.

Halarodii, Populi circa Pontum, Steph.

Hälcy'one, es, pen. cor. αἱαλίαν, Aeoli ventori Regis filia, uxor Ceycis, quæ pre dolore, quæ ex naufragio & morte mariti suscepserat, mutata est in avem halcyonem. Vide ALCEDO.

Hälcsa, αἱαλία, Sicilia oppidum inter Agathyrsum & Cephalænum litorum, triginta passi. M. ab utroque, teste Strab. libro 6. q. Hinc deducitur adjetivum Halcsianus, a, um: ut, Halcsina civitas. Cic. 3. Verr. Sicilia civitates multæ sunt, Iudices, ornatæ atq; honestæ, ex quibus in primis numeranda est civitas Ha-

lcsina. Nullam enim reperiens aut officiis fideliorem, aut copiis locupletorem, aut auctoritate graviores. Halcsini, urbis huius incolæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Hälcsius, αἱαλίας, Fluvius & mons non longè ab Aetna. Column. lib. 10: Et quæ Sicaniæ stiles legatis Halcs. q. Est & in loca Asis regione ejusdem nominis flavius, Colophoniæ pretfluens. Autor Plin. lib. 3. cap. 29.

Hälcsius, αἱαλίας, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, ut quidam volunt: vel ex Clytemnestra, ut alii. Dicunt enim huic cum matre sensisse contra patrem: & postea patria pulsum in Italiam venisse, atq; apud Massicum Campania mōtem condidisse, & tanquam Trojani nominis hostem Turno adversus Aeneam fuisse. Virgil. Hinc Agamemnonius Trojani nominis hostis lungit Halcsus equus, &c. Ovid. quoq; lib. 4. Fast. autor est ab hoc Hälcs Faliscos nomen accepisse.

Halei, αἱαλία, Maritima urbs Laconia, Steph. Vide TIRYNS.

Halia, αἱαλία, Nympha marina, Nerei & Doridis filia: δέ τοι ἀλλά: hoc est, à mari dicta.

Haliacmon, sive Haliagmon, [ αἱαλίαγμον ]. Germ. Einfluss Macedonia. ] Fluvius est Macedoniæ. Plin. lib. 31. cap. 2: Item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmona ducent: qui nigra aut fusca, ad Axium.

Hälcsartus, αἱαλίαρτος, Nomen urbis Bœotie, quam Haliartus condidit, Therpandri filius: de qua vide Strab. lib. 9.

Halica, Nomen mulieris.

Hälscarnæ, αἱαλίαρνα, Oppidum mediterraneum Aetoliæ, apud Plin. lib. 4. cap. 2.

Hälscarnassus, pen. prod. [ αἱαλίαρνας ]. Ger. Die Hänfleins in Caria des minderen Asia am Meer gelegen. ] Vrbs Cartæ, principum regia, circa initium Tauri sita, ad mare, in minori Afia, Argivorum colonia in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Salmacis fons. Hæc prius Zephya dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus, item Heraclius Poëta, & Dionysius scriptor antiquitatum Romanarum, qui ab ea Halicarnassus dictus est.

Halicæ, Vrbs Sicilia, Steph.

Halycyna, Vicus Acarnaniae.

Halimedæ, Nympha. Vide in DAMASCO.

Halizon, αἱαλίων, Fluvius.

Halizonæ pen. prod. αἱαλίων, Populi Asiae maritimæ, Mysis, Caribus, & Lydis finitimi: ita dicti αἱαλίων τοῦ ἀλιαλίων: hoc est, ab eo quod mari præcinctantur, ut indicat Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus Halizones dictos putat, quasi αἱαλίων, quod ob divitias superbi essent & præferoces.

Halmyris, αἱαλύρις, Lacus ambitu LXIII M. pass. ex Danubio natus supra Istropolin: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Halonæ, es, αἱαλία, Insula Propontidis ante Cyzicum, oppida habens ejusdem nominis. Autor Plin. lib. 5. cap. ultimum.

Halonæsus, αἱαλίασος, Insula Aegæi maris. Strabo lib. 14.

Hälscampus, campus Tragæz.

Halus, αἱαλός, vel i: Civitas Achæa & Phthiodis, &c. Parmenius aliud facit Malliacam Achilli subdividit: aliud Protefilao. Stephanus, incolæ Halei, Halus vel Hali dicuntur.

Halyattæ, αἱαλίατæ, Lydia rex, pater Croesi. Autor Herodot. libro 1.

Halyatticæ, a, um, Horat. lib. 3. Carm. Quād si Mygdoniæ regnum Halyattici Campis cōtinuæ. Regnum, inquit, Halyattici: hoc i: Croesi, Halyattæ filii.

Haly, [ αἱαλός ]. German. Ein flus so am Berg Touro entspringt und durch Cappadociem fließt. ] Fluvius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à Meidie Syros ac Paphlagones interfluens: contra Aquilonem in Euxinum mare evolvit. Meminit ejus Cicero 2. de Divinat. Croeso fatalis Haly, Lucan. libro tertio. Crobro vortice tortus Haly, Ovid. quanto de Ponto.

Hämädryädes, pen. cor. [ αἱαλίδριδες ]. Germ. Waldgötter von welchen die Aten nebst haben daß sie mit den Erzbäumen ausswachsen / wann so lang läbten als dieserbigen beständen. ] Nymphæ sylvarum, quas verustas credidit simul cum arboribus nasci & inteneri. Vide D. R. YAD S. Virg. 10. Aegl. Iam neq; Hamadryades, tursus, nec carmina nobis ipsa placeat.

Hämäxæ, regio Bithynia, Steph.

Hamaxampeus, Pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commixtus est. Tertullius.

Hamaxantia, pars Hippontidis, Steph.

Hamaxia, civitas Atticae Cilicæ, Steph. ex Strab.

Hamaxobii, Ptolemæo, Hamaxobii Pomponio. [ αἱαλίοβοι, αἱαλίοβαι ]. German. Böder Sarmatæ in Europa, / welche an statt der beworrenen bärigen Bärchen / als best sind die Sarmatæ / Moscovites / Plescovites, &c. ] Populi sunt Sarmatæ Europæ: ita dicti quod plaustris utrantur vice domorum. Vadianus Pomponii interpres eos esse putat, quos non procul à Polonis sitos, vulgus corrupta voce vocat Moscovitas. [ Pol. Cerkasy. ] Hinc proverbium apud Tertull. l. 1. contra Marcion. Hamaxobio instabilior,

bilior, de Marcione homine inconstantissimo.

Hamburgum. [Germ. Hamburg in Saxoniam.] Urbs in finibus Saxoniz.

Hammmodara, Oppidum inter Aegyptum & Aethiopiam, iuxta se habens bituminis fontem. Autor Plin.lib.6.cap.29.

Hanapis, fluvius est Scythia. Herod. teste.

Hannibal, Vide ANNIBAL.

Hanno, Punicum nomen est, quo plerique non ignobiles Carthaginensium duces sunt appellati: tres tamen inter ceteros maximè illustres extitèrunt. Primus fuit Philippi Macedonis temporibus, qui quum tyrranidis cupiditate accensus, omnes civitatis principes in filiis sue nuptiis veneno necare constituerat, prodito à ministris consilio, frustra cœcitatibus servitiis, Maurorumq; rége in patria exitium sollicito, vivus in Carthaginensium manus pervenit: à quibus & ipse virginis cæsus, & manibus, cruribusq; fractis in cruci actus est, & in cognatis omnes saevissimè animadversum. q; Fuit alter Hanno temporibus Agathocles Siculorum tyranni, à quo cū xxx. Poenorum millibus conserta pugna est interfactus. q; Tertius fuit tempore secundi belli Punici, Barchinæ factiois princeps, contrariae Hannibali in Republica partes fovet. De hoc multa apud Livium. Aliorum meminit luctia. lib. 21. & 22.

Harmā, urbs Boeotiae Tanagrica: est etiam tribus Atticæ pars, Steph.

Harmatīs, tis, Ἀρμάτης, Iberia oppidum, ad Neorim amnem, ex adverso portarum Cauca. Autor Plin.lib.6.cap. 10. & 11.

Harmatā, Ἀρμάτη, urbs Indica, Steph.

Harmatītes, Ἀρμάτης, civitas quædam, Steph.

Harmathus, unicus, Civitas seu promontorium è regione urbis Methymnæ, à qua Harmatopolis dicti sunt.

Harmatōpolīs, Ἀρματοπόλις, Populi sunt Asiz in sinu E. laitico: ita dicti ab Harmathunte vicino promontorio. Meminisse eorum Plinius lib. 5. cap. 30. Apud Strabonem tamen hoc promontorium vocatur Hermathus per e literam in proxima syllaba.

Harmodiūs, & Aristogiton, cives Athenienses fuerunt, quibus quod Rempubl. tyrannide liberassent, hoc honoris à cibis suis tributum est, ut nemo unquam ipsorum nomine vocaretur. Hinc natum Adagium: Harmodii cantilena, Ἀρμόδιον μία. De lugubribus ac tristibus dicebat. Aristoph. Αχερν. Ovid. παρέμοιστον τὸ Αρμόδιον αὐτῷ: Id est, Nec unquam apud me carmen Harmodium canet. Genus erat cantilenæ quod in compitiis cani consueverat in Harmodium & Aristogitonem, quod hi Pisistratidum tyrannidem sustulerunt. Ejus carminis hoc erat initium: φίλων Αρμόδιον πεντηκοντα: hoc est, charissime Armodi haudquam mortuus es. Reservatur à Suida & Diogeniano.

Harmodotus, poëta nomen est apud Plutarchum.

Harmoniæ, Ἀρμονίς, Civis Trojanus, architecturæ peritus, quem Homerius fabulatur à Minerva fuisse adamatum. Hinc intet ceteras naves illas fertur edificasse, quibus Alexander Helenam raptam Trojam transtulit.

Harpagia, pluralis tantum numeri, Ἀρμάχαι, m. Locus est in Phrygia in confinio agri Cyziceni: unde Ganymedem raputum fuisse ab aquila fabulata est antiquitas: Autor Strabo libro 13.

Harpalīcē, pen. cor. Ἀρμαλίξ, Nomen mulieris, Harpalii Thracum Regis filiæ, quæ patrem à Getis captum liberavit. Autor Servius in illud 1. Aen. - vel qualis equos Threista fatigat Harpalice, volucrumq; fuga prævertitur Hebrum:

Harpatus, penult. corr. Nomen est prædonis apud Ciceronem lib. 1. de Natur. deor.

Harpalyce, Ἀρμαλύξ, civitas Phrygia à Gordiotichitis condita, Stephanus.

Harpasa, orum, pen. cor. Ἀρμάσσα. Oppidum Asiz, oppositum fluvio Harpaso. Plin.lib. 2. cap. 96: luxta Harpasa oppidum Asiz cautes stat horrenda, uno digito mobilis, eadem, si toto corpore impellatur, resistens.

Harpocrates, penult. corr. [ Ἀρποκράτης. German. Der Gott der Verschweigung oder still schwiegung.] Simulachrum in sacris Isidis & Serapidis erat, quod digito labi impresso, admonere videbatur ut silentium fieret. Hic dicebatur silentii Deus. Re vera autem Græcus philosophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in id maximè tendebant, ut silentium præcipiteret, & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium, epigram. quinquagesimono: Gellius audierat patruum objurgare solere, Si quis delicias diceret, aut faceret: Hoc ne ipsi accideret, patru perdespuit ipsam Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem. Vbi reddere Harpocratem (ut monet Erasmus in Adagiis) proverbialiter dictum est, pro silentium imponere.

Harpÿiæ, [ Ἀρπαγα. Ger. Wundergestalten so halb Jungfrauen/ und halb Monstren sind.] Monstra describit Virgil. lib. 3. Aen. Tristius haud illis monstrum, nec saevior ulla Pestis & ira

Deum, Stygiis sese extulit uadis: Virginem volucrum vultus, sedifissima ventris Ingluvies, uncæq; manus, & pallida semper ora fame. Dictæ ab Ἀρμάζεσ. A Suida vocantur Ἀρμάζεσ δριμοῖς: hoc est, rapaces dæmones. Dicuntur suis Ponti & terra filiæ, ut ait Servius: unde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes: dictæ δαὶς Ἀρμάζεσ: id est, à rapiendo. Volatiles, vultu virginico, manibus uncis. Alii Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum omnium pater est, nec immentis: nam secundum Milesium Thaletem, omnia exhaustiore procreantur: unde est, Oceanumq; patrem rerum. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alii autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Eleætræ fuisse. Has Virgilus tres esse dicit, Aello, Ocypetum, Celeno: quarum postremam Homeus Podargen vocat, & ex ea Zephyrum ventum, Achillis equos, Ballum videlicet & Xanthum genuit. Hesiodus tantum duas nominat, Aello videlicet & Ocypetum. De Harpyis suprà nonnulla dicta sunt in dictione CALAIS: nonnulla etiam infra dicentur in dictiōibus PHINEVS & ZETHES. Virg. lib. 3. Aen. Strophades, Graia sunt nomine dictæ Insulae Ionio in magno, quas dira Celano, Harpiæq; colunt aliae, &c.

Hasbytæ, ἀσθεται, Atticæ interioris populi post Nasamones, Macis finitimi. Autor Plin.lib. 5. cap. 5.

Hasdrubal, Vide ASDRVBAL.

Hastæ, Oppidum in extremis Italie finibus, circa Iapygium promontorium, cuius meminit Plin.lib. 3. cap. 1.

H ante E.

Hebæ, [ Ἡβα. German. Ein Tochter Iunonis und ein Gottin der Jugend.] Filia fuit Iunonis absq; patre, ut Latinorum poëtæ assertunt. Apollo enim quum Iunoni neveræ convivium in patris sui domo parasset; inter alia lactucas agrestes ei apposuit: quas quum Iuno avide comedisset, illico usque tunc sterilis, prægnans effecta est, peperitque Heben, quam postea lupiter ob formę elegantiam ad pocula ministranda assumpsit, deamq; juventutis effecit. Tandem quum ipse una cum ceteris diis apud Aethiopes comessaturus ivisset: factū est, ut administrans ei Hebe pocula, perque lubricum minus cautè incedens, caderet, revolutisque vestibus obscena Superis monstrarer: quam ob rem ab officio est amota, ejusque loco Ganymedes subrogatus. Postremò Herculi in deos relato, uxora data. Autor Servius. Homerus autem ex love eam conceptam esse tradit, neque omnino ab officio remotam, sed ceteroru deorum pincernam fuisse: Ganymedē verò solius Iovis. Ovid. lib. 9 Metam. Hoc illi dederat Iunonia munera Hebe, &c. Hec dea juventutis putabatur. sed enim florem ætatis & primam pubem significat.

Hebræi, [ חֵבָרִים Hebrew. Ἡβαῖοι. Germ. Die Israeliten.] Dicti sunt iudei, ab Heber, qui fuit ab nepos Sem filii Noë: prius Hebrei cognominati: ac deinde una detraha litera Hebræi: sicut docet August. lib. 10 de Civit. Dei: Et quia in ejus familia remansit lingua, quæ prius humano generi creditur fuisse cōmunitis, quum gentes linguarum diversitate sunt divisæ, deinceps Hebræa est nuncupata. q; Ab Hebraeus fit Hebraicus, a, um: ut Lingua Hebraica.

Hebrus, [ חֵבָר Hebrew. Ἡβρεός. Germ. Ein Fluß in Thracia so am Berg Rhodope entspringt / heißt jetzt Mariza.] Fluvius in Thracia: nascitur iuxta Hadrianopolin, in monte Rhodope, labiturque in Aegeum mare, è regione Samothraciae insula. Celebratur propter aurum quod ex arena ejus colligitur. Poëtæ fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones eum confecissent, projectum esse: unde & Oeagrius dicitur ab Oeagro Orphei patre. Virg. lib. 4. Georg.

Tum quoque maïmorea caput à cervice revulsum  
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus,  
Volvet, &c. Ovid. lib. 11. Metam.

Membra jacent diversa locis, caput Hebre, lyramq;  
Excipis, & mirum, &c. Martianus lib. 6: Hebrū (inquit)  
Odrisæ nives complent, qui inter diversos Barbaros fluens,  
etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie Mariza dicitur.

Hecale, Ἡκάλη, Nomina anus pauperculæ, quæ Thesæ adhuc adolescentem hospitio suscepit. Hujus paupertatem Callimachus justo volumine celebravit. Hinc natum proverbium: Nunquam Hecale fies: hoc est, nunquam te inopia opprimet. Ovid. de Amor.

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ noverit Irum?  
Nempe quod alter egens, altera pauper erat. Plautus in Cistel. Siquidem eris ut volo, nunquam Hecale fies.

Hecamēda, Ἡκαμέδη, Arisoi filia, quæ direpta Tenedo, Nestori in prædam cessit, teste Homero, lib. 11. Iliados.

Hecatē, pen. cor. [ Ἡκατη. German. Die Göttin Diana ein Schwester Apollinis.] Iovis & Latona filia, & soror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex numen attribuitur: unde à Virgilio Tergeminæ vocatur. Nam in celo creditur esse Luna: in terris Diana: & apud inferos Proserpina. q; Dicta Hecate, teste Ser-

K 3 vio, quod

vio, quod centum victimis placetur, aut quod centum annos errare jubeat insepultos. Verisimilius videtur Hecates nomen factum esse à masculino *ηεκτός*, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthia Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus autem Sol est Hecatos, ab *ηεκτός* longè, quod eminens radios suos ad nos mittat, & quodammodo jaculetur. Hæc & *ηεκτίφαλος*: quia (ut inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ovid. 9. Metam. Tuq; triceps Hecate. q; Alia fuit Hecate, herbarū, veneficiorumq; peritissima, quæ in Taurica Cherroneso regnavit, teste Dionysio Milesio. In primo Argonauticon, & Diod. Sicul. lib. 5. cap. 4. Item Apollon. Rhod. lib. 3. Argonauticon, ubi illam dicit docuisse Medeam την πάντας φάρμακα. Filia fuit Persæ, filii Solis, & fratriis Aetæ: à quo & Perseis, sive Persæa cognominatur. Ovid. 7. Metam. Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras. Valerius Flaccus lib. 6: Hanc residens altis Hecate Persæa lucis Flebat. q; Veteres cœnam perparcam & impendid frugalem Hecatæ cœnā appellabant, quod apud inferos tenuissimo victu, minimoq; cibo, eo q; viuissimo viuit, juxta Poëtarum theologiam.

Hecatæus, *ηεκτίφαλος*, Historicus Milesius, Protagoræ auditor, qui primus soluta oratione historiam condidit. Floruit temporibus Darii, qui Cambysis successit. Autor Suidas. q; Fuit præterea eodem nomine grammaticus quidam Abderita, cuius meminit Suidas.

Hecatompolis. [ηεκτόμπολις]. Germ. Ein junath der Insel Canda / von den hundert Steinen het / so in deren föllen gewesen seyn. Creta insula epitheton est, à numero civitatum impositum, quæ centum in hac insula fuisse peribentur, vel Virgilio teste, lib. 3. Aen. Creta Iovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus, ubi & gentis cunabula nostræ Centum urbes habent magnas, uberrima regna.

Hecatompylös, *ηεκτόμπυλος*, Thebes Aegyptiacæ epitheton est, à portarum numero, quæ centum in hac urbe fuisse dicuntur. Iuvenalis: Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. q; Est item ejusdem nominis urbs in Parthia, teste Stephano.

Hecatonchirös, pen. prod. *ηεκτόνχιρος*, Briarei, sive Aegæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poëtæ, Briareum centum manus, & quinquaginta ventres habuisse: ut tradit Plutarchus eo in opusculo, quod *ηεκτόνχιρος* inscripsit.

Hecatonnæsi, *ηεκτόνησι*, Insulæ exiguae viginti circa Lefkum: ab Hecato: id est, Apolline dictæ, qui in illis plurimum colebatur.

Hector, [ηεκτως]. German. Ein Sohn Priams des Trojanschen Königs.] Priami Regis filius, Trojanorum omnium fortissimus, ab Achille interfectus: d. *τυτος* (ut scribit Plato, ab *ηεκτω*, defendo, quod urbem contra hostium impetum tenuerat, patriamque servavit: eo nanque sospite Troja nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachæ, ex qua Astyanaxem suscepit, quem Ulysses capta Troja è fastigio turris precipitavit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles solus Trojanos, fugabat: ex quibus Proteus etiam & Patroclus, aliasq; permultos interfecit. Taedium ab Achille interemptus est, à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli sepulchrum, Trojæque muros tractus est. Virgil. lib. 1. Aeneid. Ter circum Iliaeos raptaverat Hectora muros. Tandem ejus corpus, per duodecim dies insepultum ab Achille servatum, Priamus auro redemit, idque veteri more honorificentissime cremavit. Vide Homer. lib. 23. Iliad.

Hectoīcūs, a, um, penult. corr. adjективum est possessivum: ut Gens Hectorea, quæ ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. Ovid. in Heroid. Epist. Nomine in Hectoreo pallida semper eram.

Hecubæ, [ηεκτων]. German. Die Haussfrau Priams des Königs zu Troja. ] Priami Trojanorum regis uxor, filia Dymantis, teste Homero: aut (ut Virgilius Euripidem secutus sentit). Cifeti filia, capta Troja (ut Poëtæ fabulantur) in canem versa. Quam fabulam inde ortam putat Servius, quod quum à Græcis captiva abduceretur, & filii sui Polydori corpus in mare abiecisset agnoverisset: quoniam aliter injuriam ulcisci non posset, Græcos inanibus laceferit convitii.

Hedui. [Ger. Wüste in Burgund gelegen am antios Brantebach/ deren Hauptstadt jetzt Aostum heißt.] Galliæ populi, Sequanis finiti, olim Romanorum fratres dicti: quoru hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum est Augustodunum, Vulgo Aostum, de quo Tacitus lib. 3.

Hedypnus, *ηεδύπνος*, Sufianus fluvius, qui Persarū Asylum preterfluens, in Eulæum illabitur. Autor Plin. lib. 6. cap. 27.

Hegaleos, (Quod ut depravatè scriptum, ita perpetam hue relatum erat) vide AE GALEOS.

Hegemōn, *ηεγεμών*, Poëta fuit ex Charace Phrygiæ oppido, qui bellum Leuctricum: hoc est, pugnam illam, qua ad Leuctram

Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerant, carmine heroico descripsit.

Hegesias, *ηεγεσίας*, Cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta fuit eloquentia (sicut Valerius Maximus lib. 8. cap. 9 scribit) ut sic mala vita repræsentaret, ut eorum miserada imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntaria mortis appetende cupiditatem ingeneraret: ideoq; à Rege Ptolemyo ulterius hac de re dissenseretur prohibetur. Hujus meminit Cic. in Orat. & lib. 1. Tusc. quæst. q; Alter fuit Magnesius orator ejusdem nominis, cuius meminit Strabo.

Hegesippus, *ηεγεσίππος*, Nomen historici, qui historiam Ecclesiasticam quinque voluminibus complexus est, à Christo passo ad sua tempora. q; Hegesippus alter fuit Poëta Comicus, cognomino Crobylus, inter cujus fabulas commemo-ratur Philetros, ut ex Athenæ sententia tradit Suidas.

Hegesipylæ, pen. corr. *ηεγεσίπηλα*, Holoti Thracum regis filia, quam Miltiades Atheniensium dux accepit uxorem.

Hegesistratus, pen. corr. *ηεγεσίστρατος*, Civis Ephesi, conditor Elæa urbis non procul à Delphis. Nam quum ob accessum tribuli suo illatam exulans pervenisset Delphos, oraculo monitus est, ut ibi sedem figeret, ubi rusticos cum coronis olivicinis videret saltantes.

Hegitinacia, Ptolem. li. 2. ca. 12. Germaniæ urbs, vulgo Ligia. Heidelbergæ, Vrbs Germaniæ ad Neckarum celebris, & Ducum Palatinorum regia.

Hela, Ηέλαια, regiuncula Aisa, Attali regis emporium. Stephanus. Helei, pen. prod. Populi in Peloponæso clarissimi, propter delubrum Iovis Olympii, ludosq; Olympiacos, quorum præfaturam Helei habuerunt: Vnde Helei equi, & Carcer Heleus, sæpè leguntur. Lucanus lib. 1: - quantum clamore juvatur Heleus sonipes. Rebus scriptis Elei, sine aspiratione. Nam a. pud Græcos Ηέλαια & ηεκτός tenui spiritu scribuntur.

Helenæ, Ηέλαια, sive Helene, nes, pen. cor. [Ιελον]. Ger. Ein Tochter Iovis von der Leda, und die Haussfrau Menelai des Königs der Lebos demoniern / welche Paris des Trojanischen Königs Sohn von wegen ihres aufbündigen Gedächtnis entführt hat.] Filia fuit Iovis ex Leda, Castoris & Pollucis soror: vel ut alii, Tyndari regis Laconiæ. & Leda. Hæc ob formæ elegantiam, quæ cæteris præstabat, à multis amata est, & primū à Theseo adhuc virguncula capta, sed postea absente Theseo à Castore & Polluce repetentibus circa injuriam restituta: mox adulta Menelao Lacedæmonum regi nupis. Paris autem Priami filius nemini quoq; forma cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam navigavit, ibi que Helenam absente Menelao, à quo prius benigne fuerat exceptus, rapuit. Alii tamē dicunt, quū postulata Hesiona negaretur. Paride illam regionē bello vastasse, & expugnata Sparta, Helenam captivam abduxisse. Hac injuria universi Græcorum principes commoti, primū omnes in Aulide conjurant de repetenda Helena, & evertendo Ilio. Quo in bello occiso Paride, Deiphobus ejusdem fratri nupis. Quumq; Græci armis dissidentes, ad proditionē conversi, discessum ex compito simillasset, illa ex arce accensa face, ad occupandam urbem Græcos revocavit. Capta autem urbe, Menelauum in cubulum, ubi Deiphobus dormiebat, vocavit quo interfecit, cù viro in gratiam rediisse, Virgilius autor est. Hoc igitur modo Menelao restituta, cum eodem navem ascendens, tempestatisbus in Aegyptum delata est: unde rufus navigans, cù marito incolmis Lacedæmonia peruenit. Virgil. 7. Aen. Lædeamque Helenæ Trojanus vexit ad urbes. Scribit Demetrius Moschus tanta Helenæ venustate fusile, ut mirificæ admirationi, & serè stupori fuerit ipsis diis: quippe cuius curam, Venere tradente, Gratia suscepit. Illas vero his verbis est affata: Δε τη φιλαγανηδεις οι ιτιοικε, Οιος εποιησεργετοι ιδηψατη μητρα, γρ.

Helenæ, [Ηέλαια]. Ger. Ein Insel nahe bei Sunio dem Atheniæischen Dogeburg (legend/ heißt jetzt Makronos).] Alio nomine Cranae, Insula est una ex Sporadicis quæ adjacet Sunio promontorio terræ Atticæ. Inde dicta quod Paris rapte Helenæ primū in ea stuprum intulerit.

Helenus, pen. corr. *ηεκτόν*, Vir Trojanus, filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus: quem quidam ob id à Græcis servatum dicunt, quod loca opportuna ad capiendam patriam iplis indicasset. Quinetiam everso Ilio Pyrrhum a navigatione prehibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædictum. Quamobrem nō solum à Pyrrho servatus, verum etiam liberaliter ab eo habitus est, quoniamq; ille Oresti Hermionē eripuisset, Andromachen, quam antea justæ uxoris loco habuerat, Heleno concessit: adjecta etiam regni parte, quam Helenus de fratribus suis nomine Chaoniam appellavit: in qua & urbe ad similitudinem Trojæ condidit, in qua & profugum Aeneam hospitio suscepit. Virg. lib. 3. Aen. - quum scilicet in genibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Heliadæs, [ηεκτων]. Germ. Zwölfster der Sonnen.] Fuerunt filii Solis & Clymenes, sorores Phæthonis; quarū nomina sunt, Phætusa,

Phærusa, Lampetusa, & Lampetia. Hęjuxta Padum mortem Phætonis fulmine dejecti flentes, in arbores, quas alnos vocant, veræ sunt, electrum lacrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἡλίας dicitur. Ovid. libro 2. Metamorph. Nec minus Heliades lugent, &c. Eodem & Phæthoniades appellantur à fratre Phætonte. Virg. Aegl. 6: Cum Phæthontiades musco circundat amaræ Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.

Helice, Vide in APPELL.

Hēlicōn, pen. cor. [ιλικόν. Germ. Ein Berg in Boetia dem Apollini und Musis gegeignet.] Mons Boetiae juxta Thebas, atq; (ut Strabo lib. 9. scribit) Phocidi vicinus, nō procul à Parnassō, ei- que emulus & altitudine & circuitu: qui & ipse Apollini sacer est & Musis. Vnde Heliconides, ίλικονίδες: & p epenthesis Heliconiades Musa sunt appellatae. Dictus Helicon ab Helicone, qui cum Citerone fratre singulari certamine pugnasse fertur. Heliōdōrūs, pen. prod. ίλιοδόρος. Nomē proprium Rhetoris Græci, cuius meminit Horat. lib. 1. Serm. Sat. 5. ¶ Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæsaris temporibus, Imperatori charissimus, & ab eodem Magister epistolarum effectus: in quē extat illud Dionysii Sophistæ scisma: Pecuniam & honores dare Cæsar potest: Rhetorem efficere non potest.

Heliogabalus, ίλιογαβαλός. Antonini Caracallæ filius, furtim suscepitus ex Scenide Phoenix, filia Mesiæ, quæ soror erat Iuliæ uxoris Severi. Mesa enim filia duæ erant, Scenis, & Mamæa: quarum utrancum Antoninius creditur poluisse, atque ex illa quidē Bassianum, qui postea dictus est Heliogabalius. Ex hac verò Alexianum suscepisse, qui deinde dictus est Alexander. Mortua deinde Iulia, Antoninoq; ipso Mactini dolo interfecito, permissum est Mesa, ut se cum filiabus & nepotibus, rebusque omnibus suis, in patriam reciparet. Pollens itaque oib; mulier, quā Antiochia sibi domicilium delegisset, facile perfecit, ut Bassianus nepos Heliogabali dei (eo nomine Syri Solem appellabant) sacris præficeretur, ex cuius sacerdotiū munere & ipse Heliogabali nomen invenit. Astu deinde avit ad imperium proiectus, vitam egit omni molitiae, luxuriazq; genere effemina tissimam. Postrem quom Alexandru conflobrinum, Cæsarem consortemq; imperii declarasset, & mox facti poenitens eidem insidiatur, à militibus prævictus, unā cum matre et interfactus. Corpus utiusq; per Vrbis Vi- cos unco tractum, ludibrioq; habitum, tandem in Tybetim est abiectum. Ex Herodiano, lib. 5.

Heliopolis, [ιλιόπολις. German. Sonnenstadt ein mechtige grosse Statt in Aegypten heißt jetzt Alcayro.] Civitas Aegypti, inter Alexandriam & Coptum, Solis numini sacra: unde & non men accepit. Diffat à Thebis navigatione dierum novem, ut lib. 2. testatur Herodotus. Hujus incolæ dicuntur Heliopolitanæ, quos idem Herodotus Aegyptiorum omnium solertiissimos esse tradit. Altera est in Cilicia, Chrysippi Stoici patria, ut autor est Solinus.

Heli. Vide ELIS.

Helius, (quod hic pro Atticæ fluvio male legebatur) Vide HILIS.

Helius, Cæsarius, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpitium Cameratum virum primarium, ejusdemq; filium è medio sustulit, criminis dans, quod quum cognominem hereditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias εν τη ιωνιᾳ impii viderentur. Ex Dione Cassio.

Hēlixæa, ίλιξαι, Insula Hyperbororum, non minor Sicilia sub fluviis Cerambica, insulani Cerambicæ, ιερομονομ, dicuntur. Steph.

Hēlixus, ίλιξος. Cei insulæ fluvius, juxta Coreßum: cujus meminit Strabo lib. 10.

Hellæs, adis. [Ιονίας ιάδες. German. Griechenland ein Mutter steter Kunsten.] Latissima Europæ regio, olim disciplinarum omnium nutrit, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, ad Septentrionē Thessalam usq; protensa. Ad Occasum Acheloo fluvio ab Epiro dirimitur: ad Oram Aegæo mari abluitur. Ptolemaeus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab Hellene Deucalio- nis filio, ut scribit Thucyd. lib. 1.

Hellē, es, ίλιξ, Filia Athamantis regis Thebarum, quæ unā cum Phryxo fratre, novercales insidias metuens, quum accepto à patre ariete Pontum vellet trahicere, magnitudine periculi conterrata, in mare decidit, marique nomen fecit: quod etiam hodie ab ejus nomine Helleponsum vocant eruditii.

Hellen. [Ιονίας ιάδες.] Deucalionis filius: à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos. Autor Thucydides bellī Peloponnesiaci lib. 1.

Hellenicum & Caricum, ίλιξινγος, Εργαληγος, loci in Memphide à quibus Hellememphite & Caricomemphite; Stephanus.

Hellenopolis, Ελλωνιας, Vrbs. Bithyniæ post instauratio- nem Bithalbes, Steph.

Helleponsiūs, ιλιξινγος. Stretto di Galipoli. Germ. Der enge Meer schlund zwischen dem Hegetischen Meer und Propontide gelegen wird jetzt Estrecho de Galipoli genannt.] Fretum angustum, inter Aegæum mare & Propontidem, septem tandem stadiorum spatiis Asiam ab Europa dividens. Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi submersa. Vide HELLE.

Helleponsiūs, ιλιξινγος, & Helleponsiacus, a, um, denominativa. Virg. 1. Georg. Helleponsiaci servet tutela Priapi.

Hēlorūs, pen. prod. ίλιξος, Siciliæ fluvius. Virgil. 3. Aen. p̄ pingue solum stagnans Helori. ¶ Fuit etiam eo nomine Istri fluminis filius, qui ab Ajace occisus est in ea pugna, quam Græci cum Telepho Rege Mysonum habuerunt.

Hēlos, Ελος, Vrbs Laconia, quæ Pteleon & Dorion dicta, quod in palude sita sit, cujus cives ίλιοται, Helotæ, ίλιοι, & Eleatæ, & regio ίλιασται. Est etiam Helos Aegypti, Steph.

Helos, locus Atticæ, vide in ECHELIDE.

Hēlvetiūs, ίλινος. Ptolemaeo. Gall. suisses. Ital. Suissari. Ger. Die Chytnossen / oder Schwyzer Pol. Schwäizerowie. Vn. Helvetiæ, suetxiæak. Fortissimi Gallorum populi, inter Rhenū, & Rhodanum fluvios, Iuram monte, & Alpes siti: in quatuor olim pagos divisi, quorum eo tempore quo aduersus Cæsarem bellum gerebant, caput erat Aventinum: ut autor est Tacitus. Ptolemaeus lib. 2. cap. 9, inter Helvetiorū civitates annumerat & Gannodurum, & Forum Tyberii. Hodie in tredecim distincti sunt sive civitates, sive pagos, quorum nomina sunt: Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Sylvia, Tugium, Claronia, Basilea, Friburgum, Salodurū, Abbatiscella, & Scaphisia. Statim habent popularem, æqua viventes libertate, concordi inter se fœdere aduersus vim omnem externam muniti: unde & Confoederati à quibusdam appellantur: à nonnullis etiam Suiceri, nimirum à Suicia pago; qui primus omnium Austriae Ducum jugum excusit.

Hēliūs, Populi inter Celtas monte Gebenna ab Arvernis divisi. Vide Indicem Mariani in Cæsarem.

Hēlūrī, ίλιορ, à paludibus dicti, ut meminit Dioxippus libro 12. Chronicorum, Varinus.

Hēlymus, & Panopæs, Acestæ & Regis Siciliæ comites, vettatores fuerunt. Virg. lib. 5. Aen. Tum duo Trinacrii juvenes, Helymus, Panopæs, Assuti sylvis comites senioris Acestæ. Hemerescopium, ιεροποτανος, Vrbs Celtiberorum, Phocësum colonia, Stephanus.

Hemicynes, ιμικυντ. Ger. Wölker in Asia welche Hundstöpp haben.] quasi semicanes, populi non procul à Massagetas & Hyperborois: quos Apollonius in Argonauticis canum instar latrare scribit, Stephanus.

Hēmodes, Insulæ 7, in Oceano Germanico. Hämodes per æ, mons est Lyzia.

Hēmūs, seu potius Hēmus, ομηρος. Germ. Ein vast hoher Berg in Thracia. Mons in Thracia excellitatis conspicuus, ex cuius vertice vulgata olim opinio fuit Ponticū simul & Adriaticum mare, & Illyricum amnum, & Alpes conspicui posse: nam excellitatis sua sex millia pass. continet. Dictus Hēmus, à nomine regis Hēmi: à cuius sorore alter quoq; mons Thraciæ, Rhodope nominatur: in quos transfiguratos esse Rhodopen & Hēmum fabulæ canunt. Ovid. lib. 6. Metam. Threiciam Rhodopen habet angulus unus, & Hēmum, Nunc gelidos montes mortalia corpora quondam. Alii dictum volunt Hēmum ab Hēmo Boreæ & Orithyæ filio. Vide HÆMVS. ¶ Est & Hēmus nomen Græculi histrionis, cuius meminit Iuven. Sat. 6.: dicas hæc mollius Hēmo, Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.

Hēneti, ιεντι, Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore duce quum in intimum maris Adriatici sinu venissent, permissti Trojanis, omnes uno nomine Veneti appellati sunt. Liv. li. 1. ab Vrbe: Casibus deinde variis constat Antenorem cum multitudine Hēnetūm, qui seditione à Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Trojam amissi, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisq; qui inter mare, Alpesque incolebant, pulsis, Henetos, Trojanosq; eas tenuisse terras: & in quem primū egressi sunt locum, Troja vocatur: pagoq; inde Trojano nomen est: gens universa Veneti appellati.

Hēniōchī, ιινιχη, Populi Pontici, Achæis finitimi, latrociniis ac piratica viuentes. Originem ac nomen traxisse putantur ab Amphito & Telchio Caltoris & Polluciis aurigis, teste Plin. lib. 6. cap. 5. Nam ιινιχη Græci aurigas vocant: quasi ηινιχη ιινιχη. Vide plura de his apud Strabonem, lib. 11.

Hephæstias, adis. [Ιφεστιας. Germ. Ein Statt in der Insel Lemno in dem stets gegen Aufgang gelegen.] Lemni insulæ, in Orientali tractu sita, non nihil tamen distans à mari: ita dicta à Vulcano, quem Græci ιφεστη appellant, cujus hac in urbe insignem olim fuit templum, quod ιφεστη etiā vocabant. Iuxta hanc quoq; urbem collis ostenditur, Vulcani (ut credi voluit) casu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ob insignem

K 4 deformata-

deformitatem è celo præcipitatum, in collem illum decidit. Cujus fabulae occasio inde sumpta est, quod totus hic collis combusto simillimus videatur, neq; planta ulla in eo lignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioscoridis & Galeni scriptis magnopere celebrata. Vrbis hujus meminit Ptolemaeus Geographia in libro 3, & Galenus libro 9. Simplic Medicament.

**Héphæstionis.** German. *Einer aus den Haupstädten des großen Alexandri.* Vnus ex Alexandri Magni ducibus, mirus in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferrebat, ut hunc quidam φιλοθεάτης. Hephæstionem verò φιλαλέαδης appellaret. Hunc postea apud Babylonem vita fundum, tanta funeris magnificentia prosequutus est, ut facile omnes, quæ non extant. Hujus meminit & Cic. 5. Tusc. q. Fuit præterea hoc nomine Lycius, quidam Sophista nō ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuisset, Severi punctatus se Romam contulit: coram quo ex tempore dictus, perturbatus nobilitate auditorum, sermonem excidit. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minime juvante contendit. Hec ex Philostrato. q. Heraclides alius fuit ē Mopso, civitate Cilicia, Grammaticus nobilis, ut scribit Stephanus. q. Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio natus pinxit: captoq; Perseō à Paulo Aemilio Athenas commigravit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pictor. Plin. lib. 35. cap. 11. q. Fuerunt & alii multi Heraclides, ingenio & doctrina insignes.

**Hephæstus.** German. Vulcani insulæ regioni Ádiabenæ adnumerantur. Stephanus.

**Hephæstus.** Proprium viri & nomen Vulcani.

**Hepium.** Vrbs Triphylia (Steph.) ab Eleis acquisita.

**Heptacomæ.** Populi supra Colchidem, Moschicorum montium summa incolentes: ita dicti à septem vi-

cis, quos inhabitant. Autor Strabo lib. 12.

**Heptagoniæ.** Nomen loci apud Livium libro 34: Quod recoris in exercitu erat, trifariam divisum, parte una à Phœbo: altera à Dictyno: tercia ab eo loco, quem Heptagonias appellant. a. gredi jubet.

**Heptaphonos.** substantivum, ἡπτάφωνος, porticus est Olympie, ea aite confecta, ut eadē vox in ea septies reddatur. Plin. lib. 36. cap. 15: Olympie autem arte mirabil modo in porticu; quam oppidanis Hēptaphonon vocant: quoniam septies vox redditur.

**Heprapōrus.** Rhosi Troadis fluvii epitheton est, apud Homerum lib. 12. Iliad. à natura ejus fluvii tractum, quod septies eadem via vado trajici posset. Vide Strab. lib. 13.

**Heptapylos.** German. *Die Stadt Thebe in Bœotia mit sieben Thoren.* Thebarum Bœoticarum epitheton, à septem portarum numero dictum: idque ad dilictum Thebarum Aegyptiarum, quæ à numero centum portarum ἐκτημπυλος dicebantur.

**Héra.** [i.e. Ger. Die Göttin Juno. Pol. Goddess.] Iunonis nomen apud Græcos: unde Heræ, ήραι, iplius festa, & Heræum, ήραιον, templum ejus appellant. Sed in hac significacione producit penultimam, quum apud Græcos scribatur per vocalem longam. Vnde λαύρας ήραι, apud Homerum aliquoties legitur in fine versus.

**Heraclæa.** pen. prod. ήρακλεα, multæ fuerunt hoc nomine urbes: inter quas maximè insignis fuit ea, quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontum Euxinum sita, juxta Mariandinos: à qua Dionysius philosophus, Zenonis discipulus Heraclæotes à Cic. in Tusc. appellatus est. q. Heraclæa item magnæ Græciæ civitas, in finibus Italizæ, inter Sirin & Acirin, amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, teste Plin. lib. 3. cap. 11. q. Fuit præterea aliud ejusdem nominis oppidum, ultra Caspios montes, non procul ab Oxo amne, qui Margianam, Sogdianamq; irrigat, ab Alexandro Magno primum conditum: quod deinde eversum Antiochus restituit, & Achaidam appellavit: ut refert idem Plin. lib. 6. cap. 16. q. Est & Heraclæa in Caria, apud eundem lib. 5. cap. 25. q. Item alia in Sicilia, medio ferè spatio sita inter Lilybæum, & Pachinum promontoria: cuius meminit Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Siciliæ. q. Est & Heraclæa Cretæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12. q. Item alia in Narbonensi Gallia, ad ostium Rhodani, apud eundem Plin. lib. 3. cap. 4. q. Fuerunt & aliquot alia ejusdem nominis oppida, quæ commemorantur à Stephano.

**Heraclæota.** sive Heraclæota, ήρακλεώτης, Gentile ab Heraclæa uirbe deductum nomen. Cic. 2. Tusc. quæst.

**Heraclæotæ.** a. um, ήρακλεωτης, denominativum, ut Heraclæotici cancri, apud Plin. libro 9 cap. 31. Heraclæoticum originum, apud eundem lib. 15. cap. 4. Heraclæoticum ostium Nili, quod alio nomine Naucraticon appellatur, apud eundem libro 5. cap. 10. Heraclæotica nux quæ & avellana. Vide in ditione IV G L A N S.

**Heraclæotæ.** ήρακλεωτης, vicus, οντωτης, in Aegypto.

**Heraclæon.** ήρακλειον, Græmaticus Aegyptius, qui scripsit Commentarios in Homerum, & Lyricos quodam Poetas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

**Heraclæopolis.** [ ήρακλειόπολις Germ. Hercules Stadt in einer Insel Nili gelegen.] Oppidum est in insula quadam Nili, longa L. M. pass. quod à Plin. lib. 5. cap. 9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heraclæopolitis præfectura, apud eundem Plin. loco jam citato. q. Stephanus duo alia enumerat. ejusdem nominis oppida, quorum alterum juxta Pelusium, al-

## H E R

terum juxta Canopicum Nili ostia collocat. Est & alia in Aegypto civitas, ex qua fuit Theophanes Physicus.

**Heraclæopolis.** ήρακλεόπολις, Nomen trium urbium. Una est in Aegypto, ex qua fuit Theophanes physicus: altera non longe à Pelusio: tercia secundum Nili ostium quod Canopicum appellatur.

**Heraclides.** pen. prod. ήρακλεδης, Insignis Philosophus fuit ex Heraclæa Ponti civitate, Platonis & Aristotelis auditor, vir insigni ingenio, sed habitu adeò molli, ut pro Postico Pompeius diceretur. Autor Laertius. Reliquit ingenio sui monumenta non pauca, quæ non extant. Hujus meminit & Cic. 5. Tusc.

q. Fuit præterea hoc nomine Lycius, quidam Sophista nō ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuisset, Severi punctatus se Romam contulit: coram quo ex tempore dictus,

perturbatus nobilitate auditorum, sermonem excidit. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minime juvante contendit. Hec ex Philostrato. q. Heraclides alius fuit ē Mopso, civitate Cilicia, Grammaticus nobilis, ut scribit Stephanus.

q. Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio natus pinxit: captoq; Perseō à Paulo Aemilio Athenas commigravit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pictor. Plin. lib. 35. cap. 11. q. Fuerunt & alii multi Heraclides, ingenio & doctrina insignes.

**Heraclitus.** pen. prod. ήρακλειτος. Germ. Ein Philosophus in Ephesos der ab allen Menschlichen Sachen weiss. Nomē proprium Philosophi Ephesii, qui, ut tradit Suidas, nullum inventur habuisse præceptorem, tantum natura & diligentia sola proficit. Quidam tamē audisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum voluit. Floruit temporibus ultimi Darii. Scriptis poëticis multa, quæ ab Aristotele sāpē pro testimoniis citantur.

De hoc sic scribit Cic. lib. 5. Tusculan. quæst. Et apud Heraclitum physicum de principe Ephesorum Hermodoro. Univicesos ait Ephesios esse morte multandos, quod quum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt: Nemo de nobis natus excellat: sin quis existerit, alio in loco, & apud alios sit. Hec ille. Hunc ajunt, cūm bydtopicus esset, spretus medicis, oblitum bubulo sevo soli siccandum se præbūse, dormitemq; à canibus dilaceratum esse. Suidas. Hic quoties domo egrediebatur, flebat, sicut Democritus ridebat: quod alieni omnia quæ agimus, digna fluctu: alteri, ineptia videtur. Horum meminit Cicero libri 4. Acad. Cognominatus est οὐρανὸς quasi tenebris cosus. De industria enim adeò obscurabat solum, ut ejus volumina philosophi sudantes vix intelligant.

Hajus dictiōnis penultima syllaba perperam corripitur, quū scribatur per & diphthongum. Lucr. libio 1. Heraclitus inquit quorum dux agmina primus. q. Fuerunt alii quatuor Heracliti: primus poëta Lyricus: secundus, Hal. carnaeus, summus elegans: tertius, Lesbius, qui Macedonum scripsit historiā: quartus, vir ridiculus.

**Heraclitus.** ήρακλειτος, Imperatoris proprium, Phoca successoris, tub eius impetio Saraceni, Mahomethe duce, caput attollere coepérunt.

**Hercæa.** ήραι, Arcadiæ oppidum, apud Plin. libro quarto, capite 6.

**Hercæum.** vel Heraeum murus, ήραιον, ήραιον τάχος. Thraciæ oppidum, apud Stephanum Heraeum item Græci vocant templum Iunonis quam ήραι appellant.

**Herbanum.** Tuscæ oppidum apud Plin. lib. 3. cap. 5.

**Heribopolis.** Vrbs Franconia Episcopalis, Vulgo Wirsburg. Herbita, ήριστα Ptolemao, Siciliæ urbs est, à qua Hubitenses populi. quoium meminit Plin. lib. 3. cap. 8. hodie S. Nicolaus vocant.

**Hercules.** pen. prod. ήρακλης, dictus est Iupiter, quem etiam Petrensal vocabant, quod intra consedium domus cuiusque colebatur. Græc enim ήρακλης septum, claustrumq; nominatur. Ovid. in Ibī: Cui nil Hercæ profuit ara Iovis.

**Herculanum.** ήρακλεια. fuit Campaniæ oppidum juxta Pompeios, apud Plin. lib. 3. cap. 5.

**Herculeitus.** ήρακλειτος, v. Romanus, qui Marianas partes fuit cum Sertorio.

**Hercules.** ήρακλης. Germari. Ein Gott sehr vnd Alcmena ein tapferer Held / welcher von wegen seiner Mannheit fur ein Gott ist gesattet worden] Iovis & Alcmenæ filius, qui eō fortitudine & gloriari creditus est inter deos relatus. Cic. li. 3. de Nat. deor. sex hoc nomine fuisse appellatos cōmemorat: quo uero primus fuit qui certavit cum Apolline de tripode. Alter. Nō natus, Aegyptius; quæ ajunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius, ex Iozis Dastylis, cui inferias afferunt. Quartus, Iovis filius ex Asteria Latona scōore, qui Tyri colitur, filiusq; h̄bus Catthaginem. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Iove tertio genitus, cui alieni res præclaræ gestas assignat Herodotus scribit, Herculæ unum esse ex duo decim duis Aegyptiorum, Græcosq; ab Aegyptiis hoc nō mutatis, indidisse filio Amphitryonis. Vcll. XI. 111. Herculæ

Hercules nominat. Verumtamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse, affirmat. Mact. lib. 1. Satur. cap. 20. assertit Hercules esse Solē. Et re vera, inquit, Hercules Solem esse, vel ex nomine claret. Hęgęls enim quid aliud est nisi ἥρας id est, aēris, & ἥλιος, gloria? Quæ porro alia aēis gloria, nisi Solis illuminatio est, cuius recessu, profunditate spiritus occultus tenebrarū? Duodecim aut illi labores, quos Hercules creditur consecisse, nihil aliud significat quam XII signa Zodiaci, quæ Sol singulis annis conficit. Sed de hoc vide plura apud Macrobius. Hercules autem Alcmenes filium maximè nobilitavit implacabile Junonis odium, quæ quod ex pellice natus esset, perdere illū cupiens, novis semper monstros objecit: quæ res expectatione ejus maximè fecellit. Ille enim semper victoriā referens, immortale ubi decus peperit, adeò ut illa prius jubendo, quam hic laborādo defatigaretur. Quòd factum est ut licet multi fuerint Hercules, qui variis temporibus floruerint, omnes heroiæ virtute, rerumq; gestarū magnitudine insignes, tamē huic unius reliquorum omnium labores tribuantur: quorum quando nusquam, nō mentio occurrit, visum est, celeberrimos aliquot subjecere Prīmū itaq; quum adhuc in cunabulis jacēret, geminos angues à lunone immisso elicīt. II. Thespiti filias numero quoiquaginta adhuc puer, sed corporis robore præstantis, una nocte compressit, suscepitq; quinquaginta filios, quos Thespidas vocaverunt. III. Iao adultus hydram columbū & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude opprescit. IV. Cervam aëripedem, aureaq; habētem cornua, in Mænalo monte cuius comprehendit, atque interfecit. V. In Nemea sylva juxta Cleonas inusitatæ magnitudinis leonem jugulavit. & detractam pellem pro insigni gestavit. VI. Diomedem Thraciæ regem, qui equos suos hospitum carnibus & sanguine pascebatur, devicit: victimamq; ipsius equis in pabulū dedit. VII. In Erymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum devastantem, cepit, eumq; vivum ad Eurystheū attulit. VIII. Stympalides aves sagittis, ut quidā volent, interfecit, ut alii, sonitu ahenei crepitaculi usq; ad insulam Aretiada fugavit. IX. Taurum (cui Neptunus furem immiserat, eò quod Minos Neptuno sacrificatus, optasset victimā majestate illius dignam: cui quum pulcherrimus taurus ab eodē deo fuisset oblatus, ipsum Minos servare voluisse) insulam Crētam ferè totam devastantem domuit, eumq; vinclum ad Eurystheum attulit: qui postea eum Atticæ regioni immonisit, cui plurimum damai intulit: sed à Theseo interfecitus fuit apud Marathonem, ut canit Ovid. lib. 7. Meramor. X. Acheloum superavit, ut supiā dictum est. XI. Busitidē Aegypti regem hospites suos mactantem occidit. XII. Antequam gigantem in Libya lucta viam suffocavit. XIII. Calpen & Abylam montes antea conjunctos, divisit. XIV. Aurea mala in Hesperidum hortis, interempto pñis dracones per vigili, qui ea custodiebat, sustulit. XV. Cœlum jam fesso & succumbente pôderi Atlante, humeris tulit. XVI. Geyonē Hispaniæ regem tricorporei bello superavit, ejusq; amentia abduxit. XVII. Cacum latronem, Vulcani filium, semihominem, & flammivorum opprescit. XVIII. Lacinum latronem, extremam Italiam oram infestantem sustulit, ibiq; lunoni templum constiuit, quod Lacinæ appellavit. XIX Albionē & Bergionem iter ipsius impeditentes, haud lōgē ab ostio Rhodani, à Iove patre lapidum imbre adjutus, devicit. XX. Pyrechmum Euboiae regem Bœotiis bellum inferentem profligavit, eumq; pullis e quinis alligatū in diversas partes discerpit. XXI. Centauros domuit. XXII. Augæ stabulū repurgavit: vide suprā. XXIII. Hesionem Laomedontis filiam monstro marino expositam liberavit, occiso prius ceto. Sed quum Laomedon equos præstantissimos in pñium illi pollicitus, denegaret, Hercules indignatus, Tiojam evertit: & occiso rege, Hesionem Thelamonii, qui primus murum cōscenderat, in prædæ partem concessit. XXIV. Diripiuit insulam Cōn, regemq; Euryypylū cum uxore & liberis trucidavit. Vide suprā in dictione Cōs. XXV. Amazones debellavit, carumq; reginam Hippolytem cepit, cui batheon abstulit. Eurystheoq; regi tradidit: captam verò Amazonem Theseo bellorum socio dedit. XXVI. Ad inferos descendit, & Ceberum iter prohibentem, triplici catena vincit ad superos traxit. Sūt qui dicant Hercules etiam adjuvante Theseum in rapienda Proscipina: alijs solum Theseū eam eduxisse ad superos, Diteq; vulnerasse. XXVII. Alcestim Admeti regis cōjugem ab inferis ad vitum reduxit. XXVIII. Ab inferis reversus, Lycum Thebarum regem, eò quod Megarae conjugi vim voluisse inferre, intermit. XXIX. Aquilam quæ Prometheus in Caucaso religati perpetuò reuulsens jecur excedebat, sagittis trajectit. XXX. Cygnū Marti filium equestri certamine vicit. XXXI. Occidit Theodomantem, quod ei cibum denegasset: illiusq; filium Hylam sibi chat. Istimum, secum abduxit. XXXII. Cecropas vicit, dum Omphalæ Lydoi reginæ serviret. XXXIII. Pylum dinipiuit, ejusq; regē & Nelicū cum

tota domo, præter Nestorē trucidavit: insuper lunonē Nelicō opem ferentem telo trisulco vulneravit. XXXIII. Eurytū Oechaliæ regem occidit, ipsamq; Oechalam urbem delevit, & Iolen Euity filiam sibi in uxorem denegatam, (quam tamen parens antea ei despoederat) vi obtinuit, eamq; secum in Euœam abduxit. Quod quum Dejanira conjux recrivisset, matritum suum Ioles amore detraeri, per Lycham servum vestem illi misit Nessi Ceneauri sanguine infectam, futurum rata ut ea ratiōne languenter viri amorem excitaret, eumq; ab aliis avulsum, ad se unam revocaret, quemadmodum Centaurus ipsi persuaserat. Quum itaq; Hercules vestem sacrificatus induisset, in tantam rabiem versus est, ut constructa pyra seipsum combusserit. Post mortem verò in deorum numerum relatus est. Habentur & aliae res ab eo gestæ apud Diodorum Siculum: quas si quis volet, inde petat. ¶ Hercules cothurnos aptare insanti, à Quintiliano lib. 6, de peccorat. dicuntur qui minimis applicant maxima, quæ nequaquam vel congruant, vel deceant: veluti si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. ¶ Hercules & simia, ἡγεμόνης καὶ πίτης. De minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Frustra Heiculi, Εἰκῆ τῷ ἡγεμόνῃ, subaudi calumniam struxeris. De his dici consuevit, qui sic omnia sua negotia gerunt, ut nemo queat aut audeat calumniari. Converset aut in vchenemier laudatum, probatumque, aut in præpotentem, quem insimulare tutum non sit. ¶ Hercules hospitatur, ἡγεμόνης ξενίζεται. Dictatum ubi quis diutius in convivio comorari videretur: propterea quod qui receperint Hercules hospitio, convivioq; his mulcet temporis erat operiendum, donec ille satur esset.

Herculīs portus, ἡγεμόνες λιμένες: Vulgo, Portohercule. Oppidum est in ora Ligūstica, cum portu, apud Ptolemaū lib. 3. cap. 1, & apud Plin. libro 3. capite 5. ¶ Est & Herculīs portus in littore Brutio, non procul à Metauro fluvio: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Herculēus, αὐτοῦ, pen. corr. quanquam Græcē ἡγεμόνες cum ες diplothongo in pen. efficeratur. Est autem propriè nomen possessivum, significans id quod ad Hercules pertinet: ut Clava Herculea. Labor Hercules. Horat. li. 1. Carm. Perrupit Acherronta Hercules labor: id est, labor ipsius Hercules. Nonnullam Hercules labores, ἡγεμόνες πόνους, paucim prævebali hyperbole pro immensis & penè insuperabilibus laboribus accipimus, quiq; vires desiderent Hercules: quemadmodum usurpavit Catull. sed te, inquit, querere, jam Herculīs labor sit. Item Propert. Deinde ubi peruleris, quos dicit famal labores Herculis. Item Herculei labores dicuntur, qui sunt ejusmodi, ut alii quidem maximas adferat commoditates, cæterū autori suo nihil fermè fructus adducant, præter aliquanulū famæ, plurimum invidiæ. ¶ Hercules nodus ἡγεμόνες αὐτοῦ, proverbii item speciem habet pro nodo ind. soli. lib. 1. ¶ Hercules morbus, ἡγεμόνες σάρξ, dicitur quæ comitialem alio nomine vocamus, quod Hercules morbum hunc aliquando passus credatur.

Herculēc, ἡγεμόνες, pro fortiter dixit Cic. lib. 8. ad Atticū: Nunc se è etiam Herculē: Sed Meherculē est legendum.

Herculanūs, na, num, Nomen possessivum, ἡγεμόνες. Gell. lib. 1. cap. 1: Comprehensa, inquit, mensura Herculanī pedis, secundum debitam membrorum omnia inter se competentiā modificatus est. Herculanæ formicæ, Plin. lib. 30. cap. 4. Herculanæ urticæ genus odorem fundens, Plin. lib. 21. cap. 15. ¶ Herculanī lecti, ἡγεμόνες φρύξη, dicebantur molles ac delicati. Athen. lib. 12.

Herculēum, ἡγεμόνες, Promontorium est, non longè ab Leucopera distillum. Autor Strab. lib. 6.

Hercynia sylva, [εἰκὼν] Straboni. Vulgo in nonnullis locis vocatur Γερμανική: in nonnullis nominis antiqui velutigū retinēt. Harpax adit. Pol. Cognit. 1. est omnium Germ. anicæ sylvarū longè maxima quam Cæl. lib. 6. Comment. describit his verbis: Hujus Hercyniæ sylvæ quæ supiā demonstrata est, latitudo novē dīcū iter expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neq; mensuras itinerū noverunt. Oritur ab Helvetiorū, & Nemetū & Raucatorū finibus, rectaq; fluminis Danubii regeione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus diversis à flumine regionibus, multarumq; gentium fines propter magnitudinem attingit. Neq; quisquam est hujus Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium ejus sylvæ dicat. quum dicerum iter X. processerit, aut quo ex loco oriatur accepit. Plura de Hercynia sylva vide eodē loco apud Cæsarem.

Hērēbus, pen. corr. [εἰκὼν] Pol. Piskl'o. Vn. Pokolnak mēsige. ] profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione E. E. B. V. S.

Hērillūs, ἡγεμόνες, Chalcedonius philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Meminit ejus Cic. lib. 4, Acad. & 2, de Finibus.

Hermæā, Ηερμαῖα, Promontorii Africæ propriè dicta, apud Ptolemaeum lib. 4. cap. 3.

Hermagōrās, Ἡερμαγόρας, Carion cognominatus, Rhetor egredius ex Temno Acolidis civitate. Scriptis artem rhetoricae libris sex, de Cultu oratoris: de Decoro: de Elocutione: de Finguris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decepitq; senex. q; Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philosophus, discipulus Persei, qui plures scriptis dialogos. Autor Suidas. Hermagoras philosophus & orator apud Ciceronem de Claris Oratoribus.

Hermāndūrī, sive Hermunduri, Germanis populi Cheruscis finitimi, eo in traectu quem hodie Misniam vocant. Meminit horum Plin.lib. 4. cap. 14.

Hermaphroditus, pen. prod. [ιερμόφροδης]. Ger. Ein Sohn Mercurii und Veneris. ] Mercurii & Veneris filius: ut ex ipsa statim vocis compositione apparet. Nam Mercurius Ἡερμῆς, Venus Ἄφροδίτη à Græcis dicitur. Hic quum errabundus in Cariā ad limpidissimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, pervenisset, illa subito ejus amore correpta (erat enim adolescentis formosissimus) quum neq; blanditus, neq; precibus ad concubitum flecti posset, simulato recessu post vespes latuit. Is autem Nympham abiisse ratus fontem nudus intravit: quod videns Salmacis, subito accurrit, & abjectis vestibus arctissimè eum complexa est. Sed quum ne tunc quidem obstinatum exorare posset, à diis petuit ut duo corpora illorum in unum redigeretur. Cujus precibus exauditis, ambo in unū corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod quum vidisset Hermaphroditus, à superis petuisse dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut qui vir cum intraret, ἀδρόγυνος: id est, utrunq; sexum adeptus, exiret. Hinc omnes Androgyni vocati Hermaphroditi.

Hermæas, Ηερμαῖας, Insignis belli dux fuit, teste Polybio, cuius strenua opera ad res maximas usus est Antiochus: à quo tamen postremò sub suspicio aem affectati regni, cum uxore & liberis est occisus.

Hermēnī, Populi Moschorum sunt prope Celchos, Peterottus.

Hermēs, Trismegistus, [ιερμῆς οὐρανούρων]. Ger. Ein herzlicher Philosophus in Egypten/ bald nach den jungen Moses. ] Philosophus in Aegypto post Mosen claruit, eo tempore, quo Philosophiae studia in Aegypto coepérunt efflorescere: quum antea tantum circa Astronomiam & Mathematicas disciplinas versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis, quam ad illustrandum animum valent. Scriptis lingua patria dialogum, in Latinum sermonera postea conversum, ubi Asclepius introducitur. Deum omnino unum opinatur, omnium conditorem, erroremq; fatetur parentum, qui superstitiones idolorum invenerunt. De hoc plura apud Suidam & Augustinū, de Civit. Dei. q; Hermes alter item philosophus Aegyptius, auditor Syriani Sophistar, condiscipulus Procli sub Adriano principe, vir non minore justitia, quam doctrina præditus. Mortiens juravit & immortalis se esse & incorruptibilem animum habere. Hæc Suidas.

Hermēs, Ηερμῆς. Ger. Mercator des Gengott und Domestich der Göttler. ] Dicitur à Græcis quem nos Mercurium vocamus: Ἀλλὰ τὸ ιερμώνας: hoc est, ab interpretatione, quod nuntius, & interpres deorum habitus sit. Servius in illud Virg. 4. Aeneid. Nunc etiam interpres divum, Iove missus ab ipso. Hermes, inquit, Mercurius dictus est, Ἀλλὰ τὸ ιερμώνας: id est, à sermone. Præstabilit enim eloquentia: quem effingebant alas in capite & pedibus habentem, quod sermo hominum per aera volitet. Vide infra in dictione MERCURIVS.

Hermōnā, pen. prod. ιερμώνα. Oppidum Peloponnesi maritimum, ad siam Argolicum situm, non procul à Phliunte, Iunonis templo nobili. Virgil. in Ciri: Hinc sius, hinc statio contrâ patet Hermioniæ, Versus est spondaicus.

Hermionē, pen. corr. [ιερμώνη. Ger. Die Tochter des Königs Menelaus von der schönen Helena erbohren. ] Filia Menelai ex Helena, admodum formosa, militante parte apud Trojam, Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed hanc Menelaus hujus rei inscius apud Trojam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui dominum reversus, quum Aegisthus regiam, occiso Agamemnone, occupasset, atque Orestes ad Strophium Phocensem regem Electrae sororis auxilio clam ablegatus esset, Hermionē reluctante vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris conjugé, quæ illi in fortē cesserat, quamq; pro uxore habuerat, Heleno vari, filio Priami. At Orestes positio furore, quo ob interfecit à se matrē cruciabatur, ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidavit, suamq; sponsam recepit. Virg. lib. 3. Aen.: qui deinde sequutus Lacedæmonem Lacedæmoniosq; hymenæos, &c.

Hermiōnēs, populi sunt in finibus Germaniæ. Autor Pompon.lib. 3. Vadianus arbitratur eos esse, quos hodie Pomeranos vocant. [Ger. Die Pommern und Mecklenburger.]

Hermippus, Ἡερμίππος, Atheniensis Poëta fuit, antiquæ Comœdiae scriptor, altero captus oculo, frater Mytili comicus. Scriptis fabulas XL. q; Fuit item alter Hermippus Beystius, discipulus Philonis Byblii, qui multa composuit sub Adriano principe. Vide Suidam.

Hermocratēs, Ἡερμοκράτης, Nobilis sophista tempore Severi principis: à quo coactus, filiam Antipatri magistri epistolarum, infelici forma pueram, duxit uxorem, quam postea repudiavit.

Hermias, Ηερμίας, Eynuchus, trapezitæ cujusdam famulus, Athenas profectus, Platonē, Aristotelemq; audivit: & domū reversus cum domino suo Atarnenses & Assentes aggressus, subedit, & illis simul cum domino imperavit. Ex Suidam.

Hermiñi, [Ger. Ein Hauptmann der Leuteschen / so Varum mit sampt dreyen Legionen/vom Kaiser Augusto über sie zu einem Zusatz getragt/ gar erschlagen haben. ] Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad internectionem cecidit: cuius clavis meminerunt Suetonius in Augusto, & Tacitus de rebus Germanicis. q; Fuit etiam hoc nomine Romanus quidam fortissimus, unus ex iis, qui unā cū Coelito Heraclio in ponte Sublicio restiterunt, donec à tergo solveretur Liv. lib. 1. ab Urbe condita. q; Est præterea nobilis cujusdam Hertrisci nomen, apud Virg. 11. Aeneid. ingentem corpore & armis Deicit Herminium.

Hermōdōrūs, pen. prod. ιερμόδωρος, Fuit philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconsultus tradid autorem fuisse Decemviris ferendarum legum x 1. tabul. Plin.lib. 34 cap. 5, dicit hunc fuisse interpretem legum Decemvitalium, eiq; ob id statuā publicè dicatā. Cicer. 5. Tusc. quest. Est illud scitum apud Herachytum Physicū, de principe Ephesiorum Hermodoro. Universos ait Ephesios morte esse multatos, quod quum civitate expellerent Hermodorum, ita loquuntur sunt: Nemo de nobis unus excellat: si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Eadē ferè refert & Strabo lib. 14. q; Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui vitio datum est questui philosophiā habuisse, dictata quæ sub preceptore audiverat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. q; Hinc locus factus proverbio: Verba importat Hermodorus, λόγιος γάρ Ερμόδωρος οὐ πολεμεῖσθαι. In eum dicebatur, qui præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba vendunt pecunia: quod in poëtas, advocates, sumi venditores, atq; in id genus homines recte dici poterit.

Hermōdōrūs, ιερμόδωρος, Poëtæ nomen, cujus aliquoties mentionit Plutarchus.

Hermōgēnēs, pen. corr. ιερμόγενης, Tarsensis Sophista fuit, in pueritia tato disserendi acumine, ut natus annos nō amplius xv, fama sui nominis M Antonium principem ad auditorium exciverit, ab eoq; non pœnitenda tulet munera. Accedente verò ætate, tata illi oborta est stupiditas, ut omnibus esset ludibrio. Nam Cratillus ad nomen ejus alludens dicebat, eum à patre degenerare, quod quū Hermogenes esset: hoc est, Mercurio genitus, nullā tamen paternæ eloquentiæ haberet timorem. Antiochus autem Sophista cavillabatur, eum in pueritia fuisse senem, in senectute puerum.

Hermōlāus, ιερμόλαος, Byzantinus Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Vrbibus ad Iustinianum Cæsarem scriptis epitomen. Suidas. q; Memoratur & ante hunc alias, qui contra Alexandrum conjuravit. q; Alius item apud Plin. lib. 36. cap. 5, statuarius, inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornarunt.

Hermōnī, nomen Hebraicum, quod interpretatur lignum exaltatum, mons longè disjunctus ab Ierusalem trans Jordanem. Hermon ιερμῶν, etiam dicitur piscatorum in Peloponneso.

Hermōnāssā, ιερμόνασσα, insula parva in Cimmerio Bosphoro, urbem habens Ionom Coloniam. Stephan. ιερμόνασσα vocat. Strabo Hermonactis vicum: Menippus regiunculam: Trapezuntius, Hecateus & Theopompus civitatē esse dicunt. Steph. Adjacet Taurica. Plin lib. 6. cap. 6.

Hermōnīthīs, ιερμῶνθης, Vrbs Aegypti, Steph. ubi Iupiter, Apollo & Isis coluntur,

Hermōpōlis, ιερμόπολις Stephano. Latinè Mercurii civitatem sonat, urbs est Aegypti in præfectura Sebenitica, ubi Pan colitur & bircus. Autor Strabo, lib. 17. vide Volaterr. lib. 12. Herodianus duas esse scribit, magnam & parvam, & tertiam in Aegypto, & quartam, καὶ τέταρτην, & quintam in fluvio, & sextam in Co insula, septimam in Arcadia. Steph.

Hermōs, ιερμός, vicos in Tribu Acamantidæ. Steph. Hermōtymbiēi, ιερμοτυμβίαι, pars bellicosorum in Aegypto, dicuntur & Labarei. Steph.

Hermupedium, ιερμόπεδον, locus apud Cumam. Steph.

Hermūs, ιερμός, Fluvius Minoris Afis, aureas arenas trahens. Oriuntur juxta Dorylaum Phrygiæ civitatem: austroq; Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandemq; in Phocaicum sinum illabitur.

bitur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29. & Strab. lib. 13. Virgil. 2. Georg. Nec pulcherrimus Ganges, aq; auro tuibidus Heraeus.

Hernici, Ηερνίκης, Populi in Campania saxa incolentes: unde & nomen acceperunt. Nam hernias Sabini saxa vocant. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodam Pelasgo ipsorum duce. Horum metropolis est Anagnia. Virgil. 7. Aeneid. - & roscida ritis Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit.

Hérôdes. [ερώδης. Ger. Ein König von den Römern über die Juden verfasst.] Antipati Idumæi filius, anno decimo Augusti rex Iudeorū à Romanis declaratus est, regnavitq; annis xxvii. Hic vir strenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eamq; in honorem Augusti εράσκω: hoc est, Augustam appellavit. Crudelissimus tamē fuit, quippe qui multos injuste occiderit. Nam omnes legis interpretes, & parvulos Bethlehemitas gladiis interemunt. q. Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert Lucas in Actis Apostolorum, quem ad populum concionem haberet, acclamante concione: Vocem Dei esse illam, non hominis: ab irato Deo, cuius honores sibi vendicabat, percussus, statentibus toto corpore vermis, miserando genere lethi periisse. q. Fuit alias Herodes Antipas, hujus filius, praefectus Galilæa, post Archelaum, qui impissimus etiam fuit. Nam in cives sicarius, in nobiles latro, in socios populator habitus est, uxorem Philippi fratris duxit, Ioannem Baptistam occidit, & Dominū nostrum illumsum Pilato remisit: tandem Lugdunum à Cajo Cæsare relegatus, ibi vitam finivit. q. Quartus Herodes dictus Agrippa, Aristobuli filius, qui Iacobum occidit. q. Alius Herodes, fuit Atticus, qui Græca oratione (inquit Gellius) ferè universos gravitate, atque copia, elegantiq; vocum longè præstiterit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Aeacidarum sanguine ducebatur, patre Attico, cui divitiarum initium ex thesauro prope domum reperio fuit. Hujus Herodis vitam vide apud Philostratum.

Hérôdianus. [ερώδιανος, Alexandrinus grammaticus, Apollonii etiam gramicis filius & discipulus, floruit sub Marco Antonio imperatore. Scriptis de arte grammatica: præterea Cæsarium historiam à Commodo Marci filio usque ad Gordianum, ejus Gordiani nepotem, qui Maximino successit. Autor Suidas.]

rea ab Aegyptiis vocatur Sol: unde & horas dictas arbitratur  
Macrobius. q Fuit & Horus Assyriorum rex. Plinius libro 30.  
capite 15.

Hōsa, Tufcorum fluvius Ptolemæo. Martha hodie.

Hōstia, Vide in APP ELL.

Hōsticūs, substanciūm, Nomen Poëta fuit.

Hōstiones, vel Hostiæ, ὥμει, Populi juxta Oceanum  
occidentalem, quos Artemidorus Cæsinos (alijs Cossinos)  
vocat. Stephan.

H ante V. Hūnni, [w.]. Ger. Die Hunnen haben vorzeiten in dem indischen  
Scythia an dem Mæotischen Meer oder See ihr wohnung gehabt.  
Pol. Magierow. Vng Magyarok. J. Populi sunt qui quondam  
in Scythia Europea super Mæotum paludem incoluerent: deinde  
mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irruperunt.  
Hæc gens temporibus Valentianini principis duce Attila  
totam penè Europam per vagata, Galliam, Italiamq; sedis-  
mis cladiis affect: donec Leonis Pontificis precibus victa,  
iuris se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos  
eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immu-  
tatis literis, Hungari vocati. De his Hieronymus ad Oceanū:  
Ab ultima Mæotide inter glaciam Tanaim, & Massagera-  
rum immanes populos, ubi Caucasus rupibus feras Al-  
exandi claustra cohident; erupisse Hunnorū examina, que  
pernicibus equis hue, illucq; volantia, cedis pariter acti-  
oris tuncta compleverunt.

H ante Y. Hyæc in nthūs, & Hyæc in nthia, Vide in APP ELL.  
Hyædes, [τεῦχις] chimæb. vñdæ. Ger. Das Rägenische Schengesten im  
Kopf des Otters. J. Suidæ, steile septem in capite Tauri, quæ  
quoties natuntur, vel occidunt, pluvias creant: dñs & vñdæ.  
Ovid. lib. 5 Fastorum: At simul iudicent obscurata crepuscula  
noctem, Pars Hyadum toto de gregie nulla latet: Ora inicant  
Tauri septem rariantia flammis, Navis quas Hyades Grajus  
ab imbre vocat. Fabulantur Poëtae Hyades Bacchi nutrices  
fuisse, quæ & Dodonides nymphæ vocatae sunt, à Dodona  
civitate Epiri: quæ quum Iuonis iam reverentur, fugerent  
que Lycurgi regis saevitiam, à love in ecclum translatas. Alii  
tradunt Atlantem ex Aethra uxori Hyantei filium suscep-  
isse, septemq; puellas, quarum hec sunt homina, Ambrosia, Eu-  
dora, Palithæ, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quæ cùm  
fratrem à leone devora: um implacabili luetu prosequen-  
tur, dolorisq; magnitudine extabescerent, Iovis miseratione in  
septem stellas sunt conversæ: & ut perpetuum materet tantæ  
pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatae.  
Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantia Græcæ lingue,  
ut Tiro Ciceronis libertus putavit. Nam quum scirent pri-  
scii illi linguae Latinæ autores vñdæ à Græcis dici, quas voca-  
mus sues, putaverunt etiam vñdæ Latinæ posse verti Sucu-  
lae, tanquam Hyades dñs vñdæ: hoc est, à Subiis, ac non po-  
tius dñs vñdæ: hoc est, à pluendo dicerentur. Sed de Tironis  
judicio vide Gell. libro 13. capite 9: Non absurdum tamen vi-  
detur, idcirco Suculas à Latinis vocatas esse, quod propter  
maximas quas affuerint pluvias, luto gaudere videantur, quæ  
admodum sues.

Hyæna, vñdæ, Vrbs Lectorum Ozolatum; apud Thucydidem  
libro 3.

Hyæna, Vide in APP ELL.

Hyænicæ, vñdæ, Messeniacæ agri oppidum, uauum ex quinq;

ut inque

ut inquit Stephanus. Gentile est Hyamita, οὐαμίτης, teste codem Stephanus.

Hyamio, οὐαμίος, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamios, οὐαμίος. Stephanus.

Hyampolis, οὐαμπόλις. Ger. Ein Stad in Phocide am Berg Parosso. Phocidis oppidum, ad Parnassum montem, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7, & Strabo lib. 9. Est & Hyampolis altera in Boeotia, non procul ab Orchomeno: cuius meminit Ptolemaeus lib. 4. cap. 15.

Hyantes. οὐαντες. Ger. Die Wölker in Boeotia. Ab antiquis appellabantur Graecia populi, postea Boeoti appellati. Teste Plin. lib. 4. cap. 7, quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, ut non obscurè itinuit Strabo lib. 7. qd Hinc deducitur adjectivū Hyantius, a. um, idem significans quod Boeotius: unde Acteonē Cadmī nepotem Hyantū cognominat Ovid. 3. Metam. Quum luvensis placido per devia lustra vagantes Participes operum compellat Hyantius ore.

Hyapea, οὐαπέα, Vrbs Phocidis ab Hypo. Civis Hyapeus.

Hyas, antis, οὐας. Ger. Ein Sohn des Königs Atlantis, welcher auf dem Gebürg von den Schwänen ist gerettet worden. Atlantis filius ex Aethra uxore, qui quum adhuc puer venationibus sese exerceret, à leone devoratus est. Huic fuerunt sorores Septē, à patris nomine Atlantides dictae: quæ cum fratribus desiderio exacerbarent, deorum miseratione in septem stellas cōversæ sunt: quarum pietas ne ullo temporis intervalle oblitione oblitteratur, à fratribus nomine Hyades appellatae sunt. qd Fuit & Hyas Boeotiq rex, à quo Boeoti aliquando Hyantes fuerunt nominati. Autor Strabo lib. 7.

Hyasis, οὐασις, Vrbs Libyæ, quæ & Oasis: unde Hyasites, vel Oasis, Steph. Vide OASIS.

Hyba, vel Hybadæ, οὐαδα, οὐαδα, Vicus in tribu Leontide, Stephanus.

Hybāndā, οὐανδα, Olim insula fuit Ioniz. postea maris recessu continentis annexa. Autor Plin. lib. 2. cap. 89.

Hyberes, Hyperi, & Hyberia, quæ hinc ut perperam scripta, sic alieno loco inserta erat. Vide IBERES, Iberi & Ibera.

Hybele, οὐιλε, Vrbs juxta Carthaginem. Gentile Hybelites.

Hybernia, οὐερνία. Vulgo Irlandia. Ger. Irland ein Insel hinter England habe als groß. Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quam Britannia, cui propinquia est. Ab hyberno tempore (ut quidam putant) sic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybernus, ea, cum, ut Mare Hybernum. Claudianus hanc insulam vocavit Hybetaen in 7. Paneg. Scotoru cumulos flevit glacialis Hyperne.

Hyblæ, vel Hyble, οὐαλα, Civitas Siciliæ, circa quam est thymi & salicu copia: ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabo à Doriensibus conditam scripsit. qd Est etiā hujus nominis mons dictæ ubi proximus, ibymo abundant: unde apes pastæ mel optimum conficiunt. Martialis: Quum dederis Siculis mediz de collibus Hyblæ, Cecropios dicas tu licet esse favos.

Hyblæus, a. um, οὐαλα, ut Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte pascuntur. Virgil. 1. Aeglo. Hyblæis apibus florem deposita salicti.

Hyblon, onis, οὐαλω, Siciliæ regulus, qui Hyblæ civitati nomine fecit, quæ postea Megara dicta est. Autor Stephanus.

Hybræs, οὐερες, Insignis Orator ex Mylasia Cariæ urbe: cui quum pater nihil præter mulum lignarium, & mulionem reliquisset, illorum opera aliquadiu nutritus, Diothrephi Sophistæ operam dedit: posteaq; ad Recipublica gubernacula conversus, proximam Euthydamo autortatem obtinuit: quem quum patriæ quidem suæ tyrranidē excere, sed tamen multis utilitatibus id incommodi pensare videtur, fertur ei in cōfessione dixisse: Euthydame, malum es civitatis pernecessarium. Nam nec tecum vivere possumus, nec sine te. Hic quū Labienus Parthorum auxiliis instructus, in Asiam irrupisset, adolescentulumq; quendam jastantem audiret, se Parthicū Imperatorem esse. At ego, inquit, Caricus. Quo ejus dicto irritatus Labienus, impetus in urbem fecit, eaq; capti magnificas Hybreæ ades diruit: (nam ipse fuga se Rhodium subduxerat) urbemq; ipsam ruinis, incendiisq; deformavit: Verum quum ille Asiam reliquisset, reversus Hybreas, ades suas, urbemq; reparavit. Ex Strab. lib. 14.

Hyccaron, οὐακρω, vel οὐακρω, Oppidum Siciliæ, ubi Lai-dem meretricem natā ajunt. Gentile Hyccareus, possessorum Hycaricus, Steph.

Hydā, dæ, sive Hyde, es οὐδη, Oppidum Lydiæ, sub Tmolō monte situm, cuius meminit Homerus in Catalogo. Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. Vide Strab. lib. 13.

Hydarcæ, οὐαδεραι, Indiæ populi, qui adversus Liberū patrem pugnarunt. Stephanus.

Hydarnes, οὐαδερης, Fuit nobilis Persa, qui, teste Herodoto, lib. 3, cū Dario in Smerdim Magū cōjuravit. Vide Strab. lib. 11.

Hydaspes, οὐαδερης. Ger. Ein flusß Indiæ. Fluvius Indiæ qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Nysamq; ut berm alliens, Indo fluminis miscetur. Alii non in Indum, sed in mare labi tradunt. Lucanus lib. 6: Quà rapidus Ganges, & quà Nysas Hydaspes, Dictus ab Hydaspe antiquissimo Mcdotum rege.

Hydilis, οὐδερης, Cariæ oppidum: ita dictum ab Hydesso filio Bellerophontis, & Asterig, filiaz Heide, teste Stephano. Hujus incola dicuntur Hydenses, οὐδερæ, quorū meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Hydramia, οὐαρης, Vrbs Cretæ: cives Hydramici. Steph.

Hydrea, οὐδρε, Iasius juxta Trœzonen. Gentile Hydreates. Stephanus.

Hydrela, οὐδρε, In Catia est. Gentile Hydrelicus, Steph.

Hydrochous, οὐρχος. Ger. Der Wassermann. Pol. Βωδρικ. Signum coeleste, quod Latinè Aquarium dicimus, οὐρχη πάντα νερα: hoc est, ab aqua fundenda dictus. Nam qui Astrologia Poëticam scripserūt, putant hunc fuisse Ganymedem Trojanum puerum, Iovis iussu ab aquila raptum, & in mensa deorum descendere nectari aquæ præpositum.

Hydrogatum, garum, ex aqua. [Vng. Vix ir, hay.] Lamprid. in Heliogabalo: Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

Hydruntum, ti, οὐδρε, Vulgo Otranto, Oppidum extremitu agri Salentini, apud Plin. lib. 3. cap. 11. quod à Stephano, & Subbone Hydrus appellatur.

Hydrus, οὐδρε, Vide supra HYDRUM.

Hydrus, οὐδρε, Duarum insularum nomen in mari Aegeo, quarū altera notiore nomine Andros, Andro: altera Ceos appellatur. Hydrus ab aquarum ubertate appellatæ. Vtriusq; meminat Plin. lib. 4. cap. 12.

Hyčlă, οὐλα, Oppidum Lucaniæ, juxta Palinurum promontorium, à Phocaisibus conditum, teste Herodoto libro 1. postea Elea, deinde Helia, & postrem Velia appellata. Vide Strabon. lib. 6.

Hyēctūs, οὐρδος, Vicus Boeotiz, quem nonnulli Aspledonem nominant: ab Hyceto quodam Argivo nomen habens: sive (ut aliis placet) ab eo quod jugib; rigetur pluvjis. Vide Stephanum.

Hygassus, οὐρδος, Cariæ civitas, apud Stephanū: à qua campus vicinus Hygassus appellatur.

Hygræs, οὐρδε, Sarmatæ Europæ oppidum, inter Lycum & Poritum fluvios. Vide Ptolemaum Tabula 8. Europa.

Hyläctor, οὐλατρε, Nomen unius ex canibus Atticoris: οὐλα τιλλεται: hoc est, à latrando. Ovid. 3. Metamor. & acutæ vocis Hylactor.

Hyłkă, οὐλα, Sarmatæ regio sylvosa, non procul à loco quæ Achillis cursum dominant: à qua vicinum mare Hylaeum appellatum est. Vide Herod. lib. 3.

Hyłkætūs, οὐλα, Centauri nomen, à sylvis deductum. Virgil. 8. Aeneid. tu nubigenas invicte bimembres, Hyleumq; Pholusq; manu, tu Cressa mactas Prodigia.

Hyłkăs, οὐλα, Filius fuit Theodamantis, quem Hercules raptus. Quum enim ex Calydonia occiso Oenei pincera fugeret, venissetq; cum Dejanira & Hyla filio ad Diopates, & cōsurgentem puerum quum Lychas pedagogus abscesset à Theodamante aliquid cibi postulasset: ille autem denegasset, arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit, atq; coxit. Quam ob rem Theodamas, convocatis popularibus, arma adversus Hercules movit: & quavis in ea pugna ferè oppressus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium ejus secum abduxit: quem postea unicè dilexit, secumq; cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verum quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset, una cum Hyla navi egressus est, ut alium in Myris sylvis quæreret. Invalente autem æstu, quum siti p̄cūmeretur, Hylam cum urna mittit ad Ascanium fluvium, ut inde sibi aqua afferret. Verum quum ripa altior esset, quam ut stans haurire posset procumbens in pectus Hylas, urnamq; secutus. Hylas autem propter cōpareret, casum ejus tam agere tulit, ut regis Argonautis, Myriam totam obertans, Hylam quæreret. Juvenalis Satyr. 1: Et multum quæsitus Hylas, urnamq; secutus. Unde locus factus proverbio: Hylas in clamas, οὐλα τιλλεται. De frustâ vociferantibus, aut in genere, de nihil proficiētibus.

Hyłkare, οὐλα, Populi Syriæ Cœles, apud Plin. lib. 5. cap. 23.

Hyłkă, actos, οὐλα, Nomen canis, οὐλα τιλλεται: hoc est, à latrando.

Hyllarima, οὐλερης, Oppidum Cariæ, supra Theostrotonium, patria Hieroclis ex athleta philosophi. Civis Hyllarius. Steph.

Hyllæssa.

# HYL H YM HYO HYP

**Hyllēſſā**, Ὑλία, Paros una Cycladum olim vocabatur. Est etiam Zacyathi epitheton. Steph.

**Hylluala**, Ὑλία, Vicus Cariæ, ubi Hyllus interiit, cum templo Apollinis. Alla apud Cares equum significat. Steph. Alias Hyllæa.

**Hyllus**, Ὑλός Suidæ, Filius fuit Herculis ex Melita Aegei fluminis filia: à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatū tradunt. q Hylus, simplici l, alius fuit filius Herculis ex Dejanira, qui Iolen, patre mortuo, uxorem duxit, ut ait Ovid.lib.9. Metamorph. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerant, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibid. Misericordiæ, vel Clementiæ templū condidit, quod & accepti ab Atheniensibus beneficii testimoniu, & misericordiæ in posterum asylum esset, & perfugium. Seneca in Hercul. Octæo: Si vera pietas Hylle querenda est tibi, jam pessime matrem. q Hyllus item Straboni libro 13: Fluvius est Lydæ, in Hermum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

**Hylōnōmē**, es, Ὑλωνή, Mulier ex genere Centaurorum, Cylari Centauri uxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit. **Hylus**, Ὑλός, Filius Herculis ex Dejanira: dc quo copiosius egimus in dictione HYLLVS.

**Hymæri** & **Aetnæ** filius Gelon. Steph. in p. 18.

**Hymēn**, pro Deo nuptiarum prælide, qui & **Hymenæus**, & conjunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus in Epithalamio: **Hymea**, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

**Hyménæus**, pen. prod. [ὑμένης. Ger. Ein Gott der Hochzeit.] Deus nuptiarum putatus est, & Ὑμένης hoc est, à membrana quæ claustrum virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel (ut quidam ajunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alii putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, parentibus intactas restituist: ideoq; in nuptiis ejus nomen invocari, tanquam defensoris virginitatis: ideoq; hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginibus Thalassini nomine invocabant. Alii dicunt Hymenæum fuisse quendam juvenem, qui die nuptiarum ruina oppressus interiit. Vnde postea Institutū, ut expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent hymnū ipsum in virginibus nuptiis cantari solitum, vocari hymenæum. Terent. in Adelph. -hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui cantent, ubi Donatus: Sic accipe, inquit, hymenæum in nuptiis, quemadmodum ἡπλοῦ in funere, vel in sacris hymnum. q Accipitur etiā pro ipsis nuptiis. Virg. i. Aeneid. Pergama quum peteret, in concessosq; hymenæos.

**Hymera**. Vide **HIMER A.**

**Hymettūs**, [ὑμέττος. Ger. Ein Berg in Attica hat gut Weiden gehabt.] Stephano & Suidæ per duplex t, Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cuius mel Plin. scribit esse pretiosissimū. Mart. lib. 14: Hoc tibi Thesei pœpularix misit Hymetti Pallados à sylvis nobile ne&t; apis.

**Hymētīus**, tia, tiuum, adiectivum, ὑμέττιος Stephano. Quod est ex Hymetto monte. Plin. lib. 36. cap. 3: Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris colūnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ ex Hymetto monte excisæ: nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

**Hyope**, Ὑώπη, Vrbs Marianorum (forte Marianorum) Gentile, Hyopeus, enus, ites. Velliti sunt ut Paphlagones. Steph.

**Hyops**, Ὑώψ, Vrbs in Iberia Cheroneensi, non procul à Lefiro fluvio. Inde Hyopus. Steph.

**Hypacaris**, Scythæ fluvius.

**Hypæa**, Ὑψαια, Massiliensem insula, una Stochedadum. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

**Hypæochii**, Ὑψαιχοι, Gens Molossica. Steph.

**Hypæpæ**, arum, Ὑψαιρη Stephano & Straboni, Lydæ oppidum, quod occurrit à Tmololo monte ad Caystri campestrâ iter facienti. Nomen ei est (ut inquit Stephanus) quoniam sub Aepo monte sita est. Veneri sacra est, è quod pulchritate seminæ ibi visantur. Ovid. de Arachne: Orta domo parva parvis habitabat Hypæpæ.

**Hypænis**, pen. corr. [ὑπανησ. Ger. Ein fluss in Scythien.] Fluvius Scythæ, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguis fonticulus. Exampænum nominat Herodotus lib. 4, qui sua amaritudine totum corruptit Hypanum. Ovid. 15. Metamorph. Quid non & Scythicis Hypanis de montibus orru. Qui fuerat dulcis, salibus viciatur amaris: q Est & alter ejusdem nominis fluvius in India, cuius meminat Strabo, lib. 15. Ad quem refert potest illud Propertii: Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

**Hypana**, Ὑπανησ, Triphyllæ civitas apud Strab. lib. 8.

**Hypærchus**, [ὑπερχος. Ger. Ein Landvogt oder Bevölkerungsma

# H Y P

einem Kriegsheer. Pol. Starostia potiato: item, batmann si... kiem. Vng. Tisztarto. Ang. That hath the oversight and charge of doing any thing.] Præfetus provinciæ vel exercitus, cuius potestas & autoritas superiorem potestatem agnoscit: unde eit illi imperandi jus, & provinciam administrandi: quasi ipso regi auctoritate. Ejusmodi erant legati in exercitu, qui sub Imperatore rem gerebant: & provinciarum Præsides à Principe vel Senatu constituti.

**Hypatā**, Ὑπάτη, Aeniensium civitas, teste Stephano. Sunt autem Aenienses, Aetoliz populi, Perrhaebi finitimi, teste Plin. lib. 4. cap. 2. q Est item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluvium, teste Stephano.

**Hypatōs**, Ὑπάτος, Phœnices fluvius, apud Melam. lib. 1. q Hypatōs item Græci Consalem appellant, & Hypatiam Consulatum, & Hypaticon Consularem. Verum hæc, quod nostro instituto parum convenient, ex Græco potius Lexico petenda relinquimus.

**Hypatia**, Ὑπάτια, Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditio varia disciplinarū generā in patria professa est. Suidas.

**Hypēnōr**, Ὑπενωρ, Trojanus, quem, teste Homero lib. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

**Hypēnūs**, Ὑπενωρ, Athleta qui primus diaulo vicit Pausan.

**Hypērbōrēi**, pen. corr. [ὑπερβόρεοι. Ger. Wiederkühsche Berg und Wälder vor welchen die Aten viel gedichtet haben.] Montes & populi Septentrionales: ita dicti quod supra Boreæ flatum sit esse crederentur. Festus: Hyperborci supra Aquilonis flatum habitantes disti: quoniam humanae vitæ modum excedant, vivendo ultra centesimum annum, quasi τετρακοντα εἰς humani seculi. Ferunt magnam his de celo clementiam concessam esse, auras spirare salubres, nihil noxiū flatus habere, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiam nescire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. Diodorus oppositæ Celtis Oceani accolis esse insulam scribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem, & biferam: hoc est, bis quotannis fructus ferentem: habitariq; ab his qui Hyperborci appellantur, ed quod vento Boreæ sunt expelsti. Hyperborci, inquit Pomponius Mela, super Aquilonē, Rhiphæosq; montes sub ipso syerum cardine jacent, ubi sol non quotidie ut nobis, sed primum verno æquinoctio exortus, autunali demū occidit: & idè sex mensibus dies, & tot dem aliis nox usq; continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis: cultores justissimi & diutius quam ulli mortalium & beatius vivunt, &c. Haecenus Mela. Plura de his vide apud Plinium lib. 4. cap. 12.

**Hypērdexiōn**, Ὑπερδέξιον, Regio Lesbi est, ubi Jupiter Hyperdexius, & Minerva Hyperdexia coluntur. Steph.

**Hypērēchīlūs**, Ὑπερέχιλος, Alexandrinus græmaticus sub Martiano principe, scriptus de nominibus & verbis, & de orthographia. Suidas.

**Hypērēz**, sive **Hyperia**, pen. prod. [ὑπερέζη, Fons Thessalizæ, apud Plin. li. 4. cap. 8. Meminit hujus fontis & Strab. lib. 9, qui eum in medio collocat Metalense, quod oppidum est Phærorum in Thessalia.

**Hypērēsīa**, Ὑπερέζη, Oppidum est Achaïæ propriæ dictæ, cuius meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

**Hypērēdēs**, Ὑπερέδης, Atheniensis orator, emulus Demosthenis, jussu Antipatri exēcta lingua interficetus. Plutarch. in vita Demosthenis.

**Hypērmēstrā**, [ὑπερμηνίστρη. Ger. Die frömmste auf den so. Λόφον Δαναῶν.] una ex quinquaginta Danai filiabus: quæ quoniam totidem Aegisthi filii nupsissent, jussæq; essent à patre prima nocte matros interficere, sola ex omnibus maritum suum Lyaceum nomine ab insidiis liberavit, qui postea Danaum occidit. Extat inter Epist. Ovid. una Hypermnestra ad Lynceum virum.

**Hypērīōn**, pen. prod. [ὑπερίων. Ger. Die Sonn.] Hyperionis in genitivo, penultima correpta. Δανεῖσθαι, q. in, quod est eo, à Poëtis usurpatum pro Sole: quamvis ali Solis patrem esse tradant. Ovid. lib. 1. Fastorum: Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum. Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cœli filium, qui Solis & Lunæ, aliorumq; astrorū motus, horasq; primū summa cura, observationeq; à se perceperat, ceteris noscenda tradidit: ideoq; horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum naturæ contemplatorem. Cicero in Prognost. Ut quoniam Luna means Hyperionis officit orbi. q Inde sit adjективum Hyperionius.

**Hypius**, Ὑπιος, vel i. Vrbs est & fluvius, sub Pôtica Heraclea. Item Hypii montes sunt, quorū incolas Mylos esse ajüt. Gentile Hypianus. Steph.

**Hypobarus**, ri, Ὑποβάρης, Indiæ fluvius, à Septentrione in Orientalem fluens Oceanū, juxta quem Ctesias montem syl-

vosum esse tradidit, cujus arbores electrum exudarent. Vide Plin.lib.37.cap.2.

**Hypochalcis**, *ὑποχαλκίς*, Vrbs Actolis in Europa. Gentile Hypochalcideus, sita sub Chalcide mōte. Stephan. in Hypochalcis & Hypothecæ. Vide CHALCIS.

**Hypothece**, *ὑποθήκη*, vocatæ sunt Pornæ in Boeotia. Alii oppidum quoddam esse ajunt à loci situ ita nominatū, Steph. Hypselis, *ὑψηλός*, Vicus Aegypti, quem inhabitant Hypselitæ. Sunt etiam Hypselitæ in vico quodam Thraciæ, Stephanus.

**Hypsenor**, *ὑψηλός*. Fuit, teste Homero lib.5 Iliados, filius Deltionis, qui sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus fuit, ut tanquam divinum quoddam numen coleretur, ac si deus quidā fuisset. Illū Euryppylus in bello Trojano interemit.

**Hypsicratae**, *ὑψηλές*. Ger. Ein getreue Hauffra des Königs Mithridatis. Mithridatis regis uxori, insigne conjugalis fidei exemplar, quæ maritum à Pompeio vixum attorasis capillis, viriliq; habitu assumpto, per loca inculta, ferasq; gentes, infatigabili corporis, animiq; robore sequuta est.

**Hypsipyle**, *ὑψηλή*, Lemni regina Thoantis filia, quæ quum reliqua mulieres ejus insulæ omnes viros ex cōmuni sententia occidissent, sola patre servavit. Ob quam pietatem à Lemno ejecta capta à piratis dicitur, & Lycurgo Thraciæ regi vendita: quo liberaliter habita, & nutritendo filio ejus præposita est. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Iasone, quem in Colchos navigantem hospitio simul & lecto excepserat. Postea quum Argivis ad Thebanam expeditionem proficiscerentibus, Laugiam fontem ostensura, Archemorum alumnum humi depositisset, ea absente adrepens serpens puerū interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad suppliciū quereretur, ab Adrausto, cæterisq; Argivis servata est. Vide Statu in Theb. & Ovid. in Epist. Hero d. Prop. lib.1.

**Hypsus plautus**, *ὑψηλός*, Lycanis filius, condidit Thycum Arcadiæ urbem, Stephanus. Est & Hypsus Arcadiæ urbs, Steph.

**Hyrcaニア**, *ὕρκαια*. Ger. Ein ebne Lädtshafft Asie stoft geg. Russo gang an der Meer von Sachaw. Regio Asie magna ex parte plana, & præclarissimis urbibus insignis, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samariana, Carta, & Tape: adeò autem fertili & opulenta, ut vitis vini metretam ferat, & fucus sexaginta modios sicciorum: frumentum ex semine nascatur quod cadit ex culmo, in arborib; mellificeretur, perfundat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylva, quæ Scythia subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium: à Meridie Armeniam: à Septentrione Albaniam ab Occidente Iberiam. In ea regione pantheræ, pardæ, & tigres abundant quum sylvis aspera sit.

**Hyrcanus, na, num, ὑρκανός**: ut Mare Hyrcanus, Mar de Bacan, homines Hyrcani. Hieronymus: Hyrcani volucribus & canibus semivivos projiciunt. Virg.4. Aeneid. - Hyrcanæq; admirant ubera tigres.

**Hyreus**, *ὕρεις*. Ger. Der nach eines Bawren in Baetia, welcher Mercurium und Neptunum beherberget hat / und sie in vergegen auf seinem wunsch mit einem jungen Sohn begabt haben ] Rusticus quidam Baetius, qui quum loarem, Mercuriū, & Neptunum hospitio suscepisset, jussus petere quicquid veller, mox voti cōpos futurus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac filium: uxore tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dii in bubulū tergus, quod ille juvencō dextrarerat, quem Iovi tecēs immolaverat, lotium reddidere: ex quo decimo mense natus est puer, quem ille ἄντερε: hoc est, ab urina, Orionem vocavit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est.

**Hyria**, *ὕρια*, Insula est Ionii maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacythus dicta. Autor Plin.lib.4. cap.12. q Fuit præterea Hyria Boeotia oppidū, in agro Tanagro, autore Plin. lib.4. cap.7, & Strabone lib.9. q Item aliud in Iapygia, à Cretensis conditum: cuius meminit Herod.lib.7.

**Hyrmine**, *ὕρμην*, Oppidum in ea parte Achaiæ propriæ dñe, quæ Eleorum agro proxima est. Autor Plin.lib.4. cap.5.

**Hyrnithium**, *ὕρνιθιον*, Parva regio in Epidauro, cui nomē dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithios, Steph. ex Pausanias lib.2.

**Hyrtacus**, *ὕρτακος*, Oppidum Cretæ, apud Stephanus. q Fuit præterea hoc nomine Trojanus quidam ex Ida monte, pater Nisi unus ex comitibus Aeneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virg.lib.9 Aen.

**Hysias**, *ὕσιας*, Insula parva & magna Aethiopū: Insulæ Hyssias, Stephanus.

**Hysbe, es**, *ὕσβη*, Lydiæ oppidum, apud Stephanum: à quo deducuntur gentilia Hysbae & Hysbites.

**Hyscana**, *ὕσκανα*, Vrbs Illyriæ: gentile Hyscanus, Stephan.

**Hysia**, *ὕσια*, vel Hysia, arum, *ὕσια*, *ὕσια*, Boeotia oppidum, colonia Hyrcorum, à Niceto Antiope patre condita: de hac Thucydides, lib.3. Est & alia regio sedes Parthorum. Gentile Hysianus. Est item vicus Argivus Thucydidi: Characi verò civitas: Vnde Hysiates, tis. Item Arcadiæ urbis: deniq; Rhysia, forte Hysia urbs Boeotia, Stephanus. Vide HY & IA.

## HYS HYT IAC IAM IAN

**Hystaspes**, *ὕσταψης*, Darii Persarū Regis filius ex Atossa Cyri filia: cuius meminit Herod.lib.7. q Fuit & ante huc alter eodē nomine, Arsamenis filius, & Darii pater: de quo idē Herod.lib.1. **Hytenna**, *ὕτεννα*, Vrbs Lyciæ. Steph. **Hymithæ**, *ὕμιθαι*, Populi juxta Lyburnos & Cyopios, Steph. **Hyttēnijā**, *ὕτηνια*, Vide TETRAPOLIS.

I



**Aia**, *αἰα*, Filia fuit Atlantis, soror Majæ, matris Mercurii, de qua Homerius lib.24. Odys. q Item Ia, *Ια*, Græci vocant violas: unde Ianthina vestis: vide infra.

**Iaboch**, *Ιαβόχη*, Fluvius, oriens prope Rabbath Metropolin Ammonitarum, & exonerans se in Jordanem, infra Mare Galilæa, in cujus fluvii ripa Iacob cum angelō luctatus est, Gen. 32.

**Pachus**, *Πάχος*, Nomen Bacchi, ab *πάχω*, clamo, canto, vocifero: nam qui Baccho sacrificabant, ululibus & clamoribus omnia implere solebant. Virg. Aegl.7: Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho. q Ponitur quādoq; pro vino. Virg.6.Aegl.

Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho. **Iacob**, *[Ιαρ]ύ λαβάκοβ*, Lat. athleta, & exercens se dicitur, quā appellationē primum habuit, quā practicis operationibus multos proprietate labores cerebat. Quum autem jam vitator luctando evasit & speculationibus fruebatur bonis, tunc Israëlem ipse Deus appellavit, eterna præmia, beatitudinemq; ultimam, quæ in visione Dei consistit, ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israël nomen significat.

**Iacobus**, pen. prod. *[Ιαρ]ύ λαβάκοβ. ιαράβος*. Nomen proprium, quatuor syllabaū. Claud. Quid laceras versus dux Iacobē meos? Nomina enim propria apud Hebræos (sicut Priestianus docet) in fine acutum accentū habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & peultimam producunt: ut, Adam, Adamus, Joseph, Josephus.

**Iader**, neutri generis, *[ιαρ]η*. Ger. Ein Fuß auf der Windischen Mark/ bei der Stadt Zara. ] Fluvius est Ilynci, in Adriaticū mare defluens, juxta quem oppidum est Iadera. Lucan.lib.4: Et tepidum in molles Zephyros excurrat Iader.

**Iadera**, quæ & Iader, neutro genere, *[ιαρ]η* Ptolemæo, Vrbs est Illyrici, nō procul ab Apollonia & Salona. Pomp.lib.2:Iaderē meminit & Plinius in descriptione Liburniæ. Vulgo Zara.

**Iætia iætia**, Vrbs Sicilia, Steph.

**Iaichlevei**, *ιαχλεῖς*, Populi Libyzæ.

**Ialmenus**, Vide supra ASCALAPHVS.

**Ialybos**, *Ιαλύβος*, Oppidū in insula Rhodo, cuius meminit Plin. lib.5. cap.31. Et Pomp. lib.2: In Rhodo, *ινχεῖτ*, tres quondam ubes erant, Lindos, Camiros, Ialybos. Ialybos autem hæc ipsa est, quæ Telchinias olim aluit, his qui in Creta florueré, cogno mines, maleficum genus hominum, & præstigiis infame.

**Iamblichus**, *Ιαμβλίχος*. Ger. Ein Philosophus in Syria/det Pythagoricus philosophus ē Chalcyde Syria fuit Porphyrii discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo brevi tempore tantum profect, ut secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquā differe videatur doctrina: nisi quod ille melior facilitate, candoreq; orationis, hic paulò durior habeatur: atq; ut de Xenocrate Plato dicebat, venere dicēdī caret: hat. Morib; adeò probatus, ut ejus vita abstinentia, modestiaq; ea tēpestate nulli nō cognita fuerit. Hujus meminit & Hieronymus.

**Iambriatis**, *Ιαμβριατος*, Samus à fluo sic dicit, Steph.

**Iamesatis**, *Ιαμβριατος*, Aesulanum est maris Britannici, in quod illabitur fluvius ille, quæ Temelium Cæsar vocat. Plin.lib.1. cap.3.

**Iami**, *Ιαμη*, Populi Scythæ Steph.

**Iamnia**, *Ιαμνία*, Oppidum Phœnicia, Strabo vicum esse scribit, ab Iamno dictum, aut quod Iamnos Græci vocant humidos & floridos locos: gentile, Iamnites pro Iamnites.

**Iamno**, *Ιαμνός*, Oppidum insulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida, Iamnonem, & Magonem, teste Plin. lib.3. cap.5, & Pomp. Mela ad finem, lib.2. Ptolemæus Iamnam, *ιαμνά*, nominat.

**Iana**, Prius dicta fuit, quæ postea præposita litera d, Diana appellata est, teste Nigidio.

**Ianafla**, *Ιαναφλα*, Nympha dicta est, à suaviter regendo, *ιανά*, *ιαντίφιο*: *ιανά*, regno, impero.

**Ianaflum**, Oppidū Celticæ gentis in Hispania citeriore. Pomp. Mela lib.2.

**Ianiculum**, Oppidum fuit in Janiculo monte trans Tyberim: ita dictum à Iano conditore, ut quidam putaveruntvel quod tanquam Janua esse Romanis in Hetruriæ proficisciens. Virg. 8. Aen. Hæc duo præterea disjectis oppida sursum. Reliquias, veterumq; vides monumenta virorum: Hanc Iunus pater, hanc Saturnus condidit urbem: Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Janiri,

Iānīrā, pen. prod. iānīrā, Nymphæ nomē, Oceani & Tethyos filia: nūgā rō iānīrā tūs: adūdās: hoc est, à viris demulcendis. Hesiodus in Theogonia.

Iānoe, oppidum non procul à Iōrdāne à Samaria distat duobus milliaribus versus ortum brūmalem. Iof. 16.

Iānē, iānīn. Puer fuit Cretensis, ex Phæsto oppido, Teleste filia, uxor Iphidis, qui ipso nuptiarū die ex foemina mutatus est in marem. Ovid. lib. 9. Metam. Tertius interē decimo successerat annus: Quām pater Iphi tibi flavam despondet Ianthem. Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ Dote fuit virgo. Dictæo nata Teleste.

Iānūs, iānū. Ab hiato dictus est, detracta aspiratione: quē quidam Solem putant: ideoq; geminū, quasi utriusq; januæ coelestis potentē, qui exoriēs aperiat, occidens claudat. Alii Iānū māuadū: id est, ccelum intelligunt, quasi Eans ab eundo, ut inquit Cic. lib. 2. de Nat. dēorū, cō quōd mundus semper eat, dū in orbē volvitur, & ex se iānū faciens in se refertur. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies habere dixerunt, alteram suo loco, alterā à tergo, ed quōd annus ex se iānū faciēs, fini occurrit: vel quōd præterita sciverit, & futura præviderit: seu quōd superiorū & inferorum janitor extiterit. [Ger. Der Gott Janus / ward gemahlet mit zweyen Angesichten von einander gewendet/ sein Tempel zu Rom stand offen so lang und sie trug fuhrte: zu stendes zeit aber ward er beſchlossen.] Hujus templū erat Romæ ad infimum Argiletū, à Numa Pompilio p̄situ, quod tempore belli patebat, tēpore pacis claudebatur: unde Patultius & Cluſius cognominabatur, ut autor est Servius. Constat autē templū hoc ter fuisse clausum. Primum regnante Numa: iterū post bellum Punicū secundum: tertio post bella Aetiacā, quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantū ad exterias pertinet gētes: sed bellis flagravere civilibus Romani. Hujus autē claudendi vel aperiendi templi ratio varia est. Alii dicunt Romulo cōtra Sabinos pugnante, quū jam propè via ceretur, calidā aquā ex eō loco erupisse, quæ fugavit exercitum Sabinorū. Hinc ergo tractū morem, ut pugnaturi aperirent templū quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristinai auxilii. Alii dicunt Tatium & Romulū factō fecdere hoc templū adificasse. Vnde & Iānus ipse duas facies habet, ut ostendat duorū regum conditionem: vel quod ad bellum ituros & quum sit de pace cogitate. Est alia melior ratio, quōd ad prēliū ituri, op̄tent reversionē. Hunc alii quadrifrontem fecerūt, ob quatuor orbis cardines, & Iānū quadrigeminiū vocarunt: & lunoniū, quasi Calendarū principem: Calendæ enim sunt lunoni dicatae. q̄ Iānus præterea erat locus Romæ, ubi foenerates consisterent erezione Basiliæ: quoniam in eo Iāni simulachra collocata visebantur. Ovidius: Qui puteal, Iānūq; timet, celeresq; Calendas. Horat. in Epist. - hæc Iānus summus ab imo Prædicat. Suet. in Domit. Iānos, inquit, arcusq; cum quadrigis, & insignibus triumphorū per regiones urbis extruxit. q̄ Iānus antiquissimus Italiae rex, quē geminam faciem prætulisse ferunt: quod ad regis prudentiā, soleritiamq; referendum est: qui & præterita nosceret, atq; prospiceret futura: unde etiā bifrons dicitur. Hic Saturnum à filio fugati è Creta, classiq; in Italiam advectū, suscepit hospitio: & quoniam ab eodem ruris agriculturā edoctus est, regni partē illi concessit, amboq; unā regnarunt concordes, vicinaq; oppida cōmuni opera considerunt. Romani, ut dictum est, hunc omnibus Iānus præesse crediderunt: unde & clavigerū ipsum vocarunt. Eum autē primum in Italia diis templa fecisse, titusq; sacerorum instituisse, atq; ob id eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, autor est Macrobius. lib. 1. cap. 7. 8. 9.

Iānālis, le, adjectivum à Iāno: ut Iānalis virga. Ovid. 2. Fast. Virgaq; Iānalis de spina sumitur alba, Qua lumē thalamis parva feneſtra dabat. Iānalis porta quē & Belli porta vocabatur Romæ, à Iāno dicta, ubi & positiū ejus signū dicitur. Hanc Numa ea lege instituit, ut effet clausa semper, nisi quū bellum foret.

Iānxuatis, iānxuatis, Vrbs Libyorū, gentile Iānxuaites, Steph. Iāpetūs, pen. corr. iāpetūs, Coeli & terræ filius (ut inquit Hesiodus) vir quidam potens apud Thessalos, sed protervi ingenii, magisq; filiorum, quām sua virtute clarus. Feiūt hunc Asiam nympham uxorem duxisse, & ex ea Hesperum, Atlāntem, Epi-metheum, & Prometheum suscepisse. Valer. Flac. lib. 1: Iāpetū post bella trucis, Phlægraq; labores. Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Ovid. 1. Metam. Sive recens tellus, seductaq; nuper ab alto Aethere, cognati retinebat semina cœli. Quām fatus Iāpetū mistam fluvialibus undis, Finxit in effigiem moderantur cuncta deorum. De Prometheo loquitur. q̄ Iāpetū antiquior, iāpetū aρχαρχη. De re antiquissima dixit Lucianus.

Iāpygīum, promontoriū, Acram Iāpygiam, ἄρχας iānū, cū Græcis nominat Plinius: extremū Salentinorum promonto-rium est, quōd quām longissimè in mare excurrit Italia. Vulgo Cabo de S. Maria en Tierra de Otranto. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

Iāpygia, iāpygia. Ger. Das Land so sich zu hindern in Italië is-

bi Adriatisch Meer wie ein halbe Insel jedet, heißt jetzt Tierra d'Otranto. ] Regio est in finibus Italiz, in Cherronesi formam coacta, cuius Isthmus à Tarento Brundusiu usq; extenditur. Alio nomine Messapia dicitur. Autor Strab. lib. 6. Servius in illud Virgilii: Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arvis. Iapygia (inquit) pars est Apuliae, in qua mons est Garganus, qui usq; ad mare Adriaticum extenditur. Quod si verum est, longè maiores sunt Iapygiae fiues, quām quos modò ex sententia Strabonis descripsimus. Nam Garganus moas multis passuum millibus extra iam dictam peninsula situs est. Dicta est autem Iapygia ab Iapyge Dædali filio, ut tradit Solinus in Polyhistore.

Iāpyx, iāpyx. Ger. Der Wind so von den Gummets Rübergang herwehet. Fland Nordwesten/west. ] Ventus est ab occasu solstitiali spirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teste Gellio lib. 2. Noct. Att. Dictus Iapyx à Græcis, quōd ab Iapygia spirare videatur: quare & commodissimus est ex Italia in Græciā navigantibus. Horat. li. 1. Carm. Ode 3: Sic te diva potens Cypri, Sic fratres Helenæ, lucida sydera, Vcatorūq; regat pater, Obstrictis aliis, præter Iapyga.

Iāpis, iāpis, iāpis. Nomen propriū cuiusdam Actoli, qui quū in Venetiam venisset, oppidum de suo nomine condidit: à quo ea pars Italiz, quæ Timavo fluvio irrigatur, Iapide dicta est. Quia etiā Timavū ipsum ab hujus nomine Iapide cognominat. Virg. 2. Georg. Castella in tumulis, & lapidis arva Timavi. Iārbās, iārbās, Getulorum rex, qui quum Didūs ambiret nuptias, ab ea repulsius, nascenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod quum Poeni propulsare non possent, reginam suam eō adegerunt, ut nuptias suis pacem redimeret. Quōd quum illa alia ratione effugere non posset, simulat se ante Sichæ (id defuncti mariti nomine erat) manes placare yelle. Eam itaq; ad rem impetrato spatio, pyram ingentem extruxit, cui superincumbens, suis sibi manibus necem consivit.

Iārchiās, iārchiās, Philosophorum Indiæ princeps, qui in solo aureo sedens apud suos, sapientiam profitebatur. Vide Philostratum in vita Apollonii Tyanei.

Iārdanus, iārdanus, Fluvius Lydiæ. Iās, iās, Pars Illyriæ: dicitur etiam Ionica, incole Iātæ, Steph. Iāsa, Nomen civitatis quæ imminet Rubro mari, ubi est terminus Moabitum provinciaz.

Iāsīs, iāsīs, Dicta est Atalanta ab Iāsio patre. Propertius: Atq; animum duræ contudit Iāsidos.

Iāsīus, iāsīus, Filius fuit Abantis Argivorū Regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Servius, & Iāsius fratres fuerunt: Electrä filii: sed Dardanus de love: Iāsius de Corito procreatus est. Hæc Servius apud Virg. 3. Aen. Hinc Græci, Iāsidæ: & Iāsius vocatur Atalanta ejusdem filia. q̄ Fuerunt & alii eiusdem nominis: unde Iāsides Palinurus, apud Virgil. 5. Aen. Et Iāsides, apud eundem, lib. 12.

Iāsīon, iāsīon, iāsīon, quā Diōd. lib. 6, etiam Iāsius appellat: Iovis & Electrä filius, qui adē à Cerere adamatus est, ut in ejus gratiam ad nuptias Hermiones ipsius Iāsius sororis, maximā & frumenti & panis copiā attulerit, atq; ex eo Plutū pepererit, qui cultū vitæ instituere, pecuniasq; coacervare, atq; in usus custodire omniū primus docuit, quū antea parva congregandæ, servandæq; pecuniae fuisse cura. Alii adduat fabulæ, cum postea à Iovis ex inuidia fulmine istū: quamvis non desint qui aliam mortis causam afferant, quōd simulachrū ejus contumelia affecerit. Hunc quoq; alio nomine Actionem vocant. Ovid. lib. 9: quæreritur canescere mitem Iāsionis Ceres, &c.

Iāson, iāson, Filius Aesonis ex Polymela, seu (ut alii volunt) Alcimedæ, quē pater moriens Peliz fratri in tutelam cōmendavit, tradito etiā regno, ea tamen lege, ut illud adulto Iāsoni restitueret. Porro Alcimedes suspectā habens Peliam, Iāsonem Chironi alendum dedit. Itaq; Iāson adultus ad repetendū paternum regnū venit: sed Pelias commeatus fraudem, Iāsonem Colchos ad auferendū aurēcum vellus navigare jussit. Quē res tametsi in principio esse major hominū viribus Iāsoni videtur: constructa tamen Argo navi, cum reliquias heroibus Colchos profectus est. Inter navigandū autem primū ad Lemnum insulā appulit, ubi ab Hypsipyle & hospitio & thalamo suscepitus est. Deinde ad Phincum Regem, à quo muneri loco edocetus est, quomodo per Cyaneas petras inter se cōcurrentes ad Colchos usq; tutō navigare posset. Quōd quū pervernisset, Medea, Colchorū Regis filia, forma ejus capta, à certissimo cum eripuit exitio: ostensis ratione qua & zīpedes tauros perdomare, & draconē pervaigilem sopire posset. Ejus igitur consiliū secutus Iāson, aurēum vellus sustulit, & inde clam cum sociis & Medea fugam arripiēs, ad Istri ostium pervenit: adversoq; flumine subiens, quū cum tandem in locū pervernisset, ubi Danubius Liburniz mōtibus proximus est, navim, qua vētus erat, suis, sociorūq; humeris superatis montibus in mare Adriaticū deportavit: tandemq; sospes in pattiam recessus, duos ex Medea filios suscepit. Sed quū postea Creus,

Corinthiorū Regis filiæ amore flagrās, eam uxorem duxisset, Medea ægræ fērens divortiū, Creusat cū regia exussit. Sūt qui tradant, Medeæ postea reconciliatiū Iasonem, Aetēn sacerū à Persa fratre pulsum, in regnū restituisse, multaq; alia præclara gessisse, adēc ut divinos in Asia honores fuerit promeritus. Describitur latius tota hæc fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. ¶ Cōtrīp̄it hoc nomē pen. genitivi syllabam. Ovid. 7. Metam. Multaq; perpessi claro sub Iasonem, tādem, &c. Et alibi: Quem nisi crudelēm, nō tangat Iasonis ætas? ¶ Hinc sit patronymicū Iasonides: ut, Iasonidæ juvenes, apud Statuum lib. io. Theb.

I'asoniūm, i'as'or, Promontorium Cappadocia. Ptolem. lib. 15. cap. 6

Iasus, sive Iassus, [i'as'or]. Ger. Ein vostrothbare Insel nahe bey Creta gelegen.] Insula Cariæ, continentia adjacens, cuius incolæ, quod regionem habeant sterilem, ex piscatu potissimum vivitum queritant. Hinc proximus sinus, Iasius cognominatus est. Ex Iaso orti sunt Chœrius poëta, & Diodorus dialecticus, cognomento Chorus.

Iathrippa, i'at'rip'a, Vrbs Arabiae prope Egram, Steph.

Iatiniūm, i'at'ini, Meldenium civitas est apud Ptolemaeū lib. 2. cap. 8. Forte quæ hodie vocatur Meaux.

Iava, Hispania civitas, Ptolem.

Iaxamatæ, i'axamat'a, Populi circa Mæotim (inquit Stephanus) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flac. Mellis honos Torinos ditat, sua mulctra Satarchen, Iaxamatæ venatus alt. De his Ammian lib. 4: Circa hęc stagna gentes sermonum, institutionumq; varietate dispare, Iaxamatæ, Mæotæ, & cum Gclonis Agathyrsi.

Iaxartes, i'axart's, Fluvius Scythiae est, eorum, qui Caspiū mare influunt, longè maximus. Quem Alexander falsò credidit Tanaim esse. Nam esse diversum Iaxartem à Tanai aliorū postea navigationibus compertum est. Oritur apud Sacas (ut ait Ptolemaeus) in Septentrionem fluens.

Iazyges, Metanastæ: [i'az'ḡes. Ger. Siebenbürger.] Populi in Europa, qui ab Oriente habet Daciam: ab occasu & Austro Germania partem: à Septentrione Sarmatiam. Hodie (si quis in rem vetusta conjecturæ locus est) creditur populi inhabitanteres eam regionem, quam Septem casæ vocamus, Germanicæ Siebenbürgen: quæ regio partim ab Hungaris, partim à Vallachis colitur. Ptolemaeus lib. 3. cap. 23.

I ante B.

Iberi, i'ber'os, qui & Ibeni, Populi Celticae. Sunt etiam Ibeni, alias Taonitæ dicti, Steph.

Ibernia, Vide HIBERNIA.

I'ber'us, pen. prod. [i'ber'. Ger. Ein stiſ Hifpanie/jeſt Ebro.] Fluvius Hispanie, qui apud Cantabros oriens, per XL. passuum millia fluit, & in mare Balearicum evolvitur. Dictus (ut Eustathius ait) à Rege ejusdem nominis. Lucanus lib. 4: Qui prestat terris, aufert tibi nomen Iberus. ¶ Iberus etiā piscis est, Scombrus. Horat. lib. 2: His mistū jūs est oleo, quod prima Venafri pressit cella garo, de succis piscis Iberi.

I'beriā, i'ber'ia. Arragon. Ger. Ein Landeschafft in Hispanien/jeſt Arragon. Pol. Arragonia kſet'wo pod Hispanem.] Primum appellata Hispanie regio, utrinq; Ibero fluvio proxima, quæ postea Celta Gallorū populi, relictis sedibus suis, habitavere. Vnde cōposito ex utraq; gente nomine, Celtiberi appellati sunt: & regio Celtiberia. Postea tamē universa Hispania, Iberia dicta est: & Hispani ipsi, Iberi, sive Iberes. [i'ber'. Virg. 3. Georg. Aut impacatos à tergo horribis Iberos. Lucan. -occurred Iberib. alter. ¶ Est & alia regio hoc nomine juxta Pontū, inter Collchida & Armeniam venenorū ferax, quæ Caucasis montibus circundatur: cuius similiter populi Iberi, & Iberes dicti sunt, à quibus (ut Varro scribit) profecti dicuntur, qui in Hispania habitaverunt: & ab illis Hispania, Iberia: & fluvius Hispanie, Iberus dictus est, & hinc adjectivum

I'ber'us, ra, rum, Virg. lib. 9: Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera. Dionysius contra aliorum sententiam tradit Iberos populos à Pyrenæis mōtibus profectos, in Asia sedes posuisse: Vnde ea pars Asia, Iberia nuncupatur.

Ibylla, i'b'la, Vrbs Tartesiae, cives Ibyllini, apud quos auri & argenti metallæ sunt, Steph.

I'bis, ibis, Vide in APP E L.

I'b'y'cūs, pen. corr. i'b'yc'us. Nomen poētae Lyrici Regini, apud Græcos præclarus, sed tamē omni libidinis genere effeminitissimi, à quo genus metri dictū est Ibicū: sicut alterū ab Alcæo Alcaicū. ¶ Ibyci equus, i'b'yc'us. i'bx'os, in proverbii abiisse videtur, de iis qui nolentes præter æratē ac vires ad periculorum negotiū adigerētur. Nam (ut refert Plato in Parmenide) Ibyco equus erat jā annosus, athleta, multis certaminib; detritus. Is quū ad certamē curvū iūgeretur, extimuit, videlicet expertus ejusmodi ludorum aleam. Ridente populo, Ibycus surgens: Equus, i'ng'uit, domino similis est: nam & ipse jam senex ad amandum compellor.

I ante C.

Icadius, i'kadios, Prædo insignis. Cic. de Fato: Ne Icadit quidē prædonis video fatum illuminihil enim scribit ei predictum. Quid mirum igitur, ex spelunca saxum in crura ejus incidisse? Puto enim si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamē illud casurum fuisse.

Icadistæ, i'kadias, cognominati sunt Epicurez sectæ Philosophi, quod nō i'kadias: hoc est, vicesimum quenq; luna die, quo natus est Epicurus, celebraēt, imagines ejus per cubicula circumferentes. Vide Athenæum Diposophistarum lib. 7. ¶ Cārā, sive Icaros, [i'karos] Ptolemæo in q̄o Stephano. Ger. Eine auf der Ringowey ligenden Insel im Aegeischen Meer.] Insula est, inter Samum & Myconum sita, una Cycladum: à quo vicinum mare Icarum appellatur, non (ut Poëtae fabulantur) ab Icaro Dædali filio. Eadē & Doliche, & Macris, & Ichthyocēsa aliquando sunt appellata. Autor Plin. li. 4. cap. 12. In hac insula fuit insigne Diana templum Tauropolium appellatum: cuius meminit Strabo lib. 14. Vulgo Nicaria.

I'cārīt's, i'karos, Pater Penelopes. Ovid Ep. 1: Me pater Icarus viduo discedere lesto Cogit, & immēsas increpat usq; moras. I'cārīt's, i'karos, Patronymicū fœmininum, quod Poëtae accipiunt pro Penelope Icaris filia. Ovid. in Ibi: Et velut Icaridis famulæ périre, procīj.

I'cārīt's, idis, Ovid. 3. de Ponto: Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

I'cārūs, pen. corr. i'karos. Oebali Laconū regis filius fuit, pater Erigones, qui quā acceptū à Libero patre vinū rusticis distribuisset, illiq; ex nimio potu ebrii facti essent, arbitrantes sibi toxicū esse datum, Icarū interfecerunt. Quod ubi Erigone cognovit, doloris impatientia laqueo vitā finivit: quæ deorum miseratione in cœlū translata, signū efficit Virginis. Tibullus lib. 4. ad Messalā: etiam Phœbo gratissima dona Cres tulit, & cunctis Baccho jucūdior hospes Icarus, ut puro testantur sydera celo. Item Propertius li. 2: Icare Cecropiis merito jugulare colonis. ¶ Icarus, i'karos. Ger. Der Sohn Dædali welches alſt er mit seinem vatter auf Creta hat steigen wollen/ins Meer gefallen und ertrunken ist / darum das er den flug zu hoch genommen hat. ¶ Dædali filius fuit, qui unā cū patre ē Creta fugiens, fructu alarum fiducia, quū ultra patris justa altius evolasset, Solis q; ardore cera, qua pennæ contingebantur, liquefacta esset, ita ut ab aliis desflueret, decidit in mare, quod est inter Samū & Myconum, quod ab eius nomine Icarū dictū esse fabulantur Poëtae. Ovid. 3. Trist. 6: Icarus Icarias nomine fecit aquas. Constat enim verè, ut diximus suo loco, Icarū mare nomen accepisse ab Icaria insula, medio ferè inter Samū & Myconū spacio sita. Icesius, i'ces'os, Conditor Erisakitorum scholæ apud Smyram: cuius meminit Strabo lib. 21.

Ichanæ, i'chanæ, Oppidū Siciliæ mediterraneū: cuius Incolæ dicti sunt Ichanenses, i'chanos. Steph. quorū meminit Plin. lib. 3. c. 8.

I'chnæ i'chnæ, Oppidum in ora Macedonie, non procul ab Axii fluminis ostio. Plin. lib. 4. cap. 8.

I'chñisā, pen. prod. [i'chn'is'os. Ger. Die Insel Sardinia/hat diesen hammen von einer fußfößen/welcher sie gleichförmig ist.] Insula Sardinia dicta est: quoniam similitudinem referat humani vestigii, quod Græci i'chn'os dicitur. Sil. lib. 12: Inde Ichnusa piis Grais memorata colonis. Vide Plin. lib. 3. cap. 7.

I'chthy'ōf'la, i'chthy'ōf'la, Insula in mari Icario, una Cycladum, inter Samum & Myconum sita, quæ aliis nominibus Icaros & Icaria dicitur. Vide Plin. lib. 3. cap. 12.

I'chthy'ōph'agī, pen. corr. i'chthy'ōph'agī. Ger. Bisafresser/sets Wölter gewesen am Roten Meer wonhaft. Pol. Ribog'dowie. Vn. Hallatéb emberek. Ang. That liveth on fishes. ¶ Qui ex piscibus vivunt: quo nomine dicti sunt quidam populi, Maris rubri accolæ: de quibus Hieronymus contra Iovinianum: Portò Ichthyophagi, gens errans in litore Maris rubri, supra petras Solis calore ferventeis assant pisces, & hoc solo alimento vivit.

Vide Strab. lib. 15. ¶ I'chthy's, i'chthy's. Elidis est promontorium in Achæa apud Thucididem, quod Valla pescem trahulit, & ob id meridē reprehensus est ab Hermolao.

I'cōnium, i'kon'os, Oppidum Lycaonie, nō procul à flexu Tauri montis. Strabo lib. 12.

I'cos, i'kos, Insula maris Aegæi, una Cycladum, Eubœa proxima, Stephan.

I'cōsium, i'kos'os, Mauritanie Cæsariensis oppidū est, à virginis Herculis comitibus, qui ab eo desciverant, conditum. Vnde etiam à numero conditorum nomen habet. Autor Solinus.

I'ctūs, Tarentinus nobilis palæstra fuit, qui toto vite tempore à Venere religiosissime abstinuit, nequid de corporis viribus imminueret.

I ante D.

I'dā, Idæ, [i'da]. Ger. Ein Brunnenstiger vnd hoher Berg in Troade.] Mons altissimus, qui ad Troadem spectat. Latus ejus Septentrionale, ex angustiis Abydi usq; ad Aesapum, & Cyzicenum agrum,

# IDA IDO IDM IDV

vigilare dicuntur inter compita. Ovid. in Fast. Lucifer subeunte Larēs delubra tulerunt. q; A' nonnullis dñi agrorū vocati sunt. Tibullus: Vos quoq; felices quondam nunc pauperis agri Custodes fertis munera vestra Lares. Quoniam autē Lares, sive Penates, etiam privatorū domibus p̄cessere credebaat (Plaut in Aulul. Ego Lar sum familiaris ex hac familia, Vnde exēunt me aspexit) factū est, ut utrumq; verbū pro ipisis domibus usurpetur, iōth. Salust. in Cat. Illos binas aut amplius domos cōtinuare, nobis familiarē nusquam ullū esse? Mart. li. 1: O' mihi curarū pretium nō vile mearū Flacce Antenorei spes & alumne laris! Horat. Serm. lib. 1. Sat. 2: Qui patriū Numē donat fundūq; laremq;. q; Pro parte interiorē domus, Ovid. 1. Fast. Omanis habet geminas hinc atq; hinc janua frontes: E' quibus hēc populū spectat, at illa larē. q; Quandoq; pro igne. Col. lib. 1. cap. 1: Confuscatq; rusticos circa larē domini, fociūq; familiarē semper epulati. q; Ab ipso lare, & φ' iōth. iōth. ζεψ: Id est, A' Late incipe: hoc est, à domesticis ac familiarib. initium sumito. Rectē dicetur in magistratus & alienē vitę cēsores: quorū officium est, ut in primis suos, suorumq; vitam corrigan. Nam iōth. Grexi vocāt, quem nos Larem ac Vestam vocamus. Aristoph. q; Lari sacrificant, iōth. θύσαν. In teraces proverbiū, qui de suis nemini quicquam impartiunt: aut in convivas edaces, qui nihil de appositis epulis mittunt amicis, neq; quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat ex iis quæ Laris immolabantur, aliquid foras effere.

Lārāndā, [λαράνδα], Civitas Lycanis, in præfectura Antiochena, nō procul à Derba. Vide Ptol. lib. 5. cap. 6, & Strab. lib. 12.

Lārentiā, [German. Die Götter Flora.] Nobilissima meretrix fuit, quæ populum Romanū hæredem fecit, & postea pro dea habita, Flora appellata est: cuius sacra Floralia dicuntur. Vide suprà in dictione FLORA.

Lares, num, Vide LARA.

Lārinā, pen. prod. Virgo quædam Italica, una ex Camillæ cōmitatu, quæ Turno adversus Aeneam suppicias tulit. Virg. 2. Aen. At circum lecte comites, Larinaq; virgo, Tullaq; & æratam quantiā Tarpeia securim, Italides, quas ipsa decus sibi dī Camilla Delegit, pacisq; bonas, bellisq; ministras.

Larine, [λαρίνη], Fons est Attic., sicut Callirrhoe. Plin. li. 4. ca. 7.

Larissæ, Vrbs est Atelei, Herodotus. Larissæ, [λαρίσσα], Nomē est multarum civitatum. Vna in Thessalia, à qua Achilles Larissæ dictus est. Alia pensiliis in Creta, à nonnullis Pelasgia dicta (Stephanus Gortynam Cretę urbem olim Larissam dictam scribit.) Alia in Peloponneso, arx Argivorum. Alia in agro Attico. q; Apud Tralles etiam Aīsæ urbs est Larissa, ut Strabo scribit: à qua Larissæ lupiter, Ζεψ λαρισται. Ελαρισται, est dictus. q; Larissa quoque in Italia, quam (ut Diiodorus lib. 1. scribit) Pelasgi cōdidere. Cæs. 3. bell. Civil. Universi simul Larissam versus se recipere coepérunt.

Larissū, Lacus est totius Italicæ amplissimus. [Vulg. Lago de coomo. Ger. Der Chuner See.] Vnde & à Virg. Maximus vocatur: quem & à Como vicino oppido nonnulli appellant Comensem. Per hunc lacum mediis fluit Abdna amnis, aquasq; ejus reddit suaviores: deinde per oppositam lacus partem erumpens, in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larissus fulicarum multitudine. A' Græcis enim λαρίσσα vocatur fulica, quæ est avis nigra & multum in aquis degens. q; Fuit & Larissi filius Lydi, filii Herculis.

Larissū, a, um, Catullus: Veronam veniat novi relinquens Camī mœnia, Lariumq; litus.

Laridū, populi fuerū in Scy: hia Asig, ut li. 4 scribit Herodot.

Larea, Vrbs in Epiro hodie, olim Ambracha.

Läründā, Nympha fuit Larium mater, quam alii Laram vocant, à qua Lares dicti. Vide LARA.

Larymna, Oppidū in ora Locrorū Epicnemidiorum, ad Bozdrū amnē, nō procul à Thronio oppido, teste Plin. li. 4. cap. 7.

Lasia, [λασία], Vulg. Andro, Insula est decem tantum passuum milibus distans à Geresto Eubœa, quæ nomine Andros dicitur Autor Plin. lib. 4. cap. 12. q; Est & altera ejusdē nominis insula non procul à sinu Trezenio, Plin. loco jam citato.

Lasthenia, Nomen est mulieris Mantinea, quæ adeò cupida fuit discendæ philosophiæ, ut assumpto virili habitu, Platonis auditiorum frequentaret. Laertius.

Lasus, [λασ], Primus de musica scriptis, & dithyramborū certamen protulit primus: vixiq; temporibus Darii Persarum regis. Suidas.

Lätērānūs, [Germ. Ein Edler Bürgermeister in Rom/welcher Nero etiōdet hat.] Nomen proprium nobilissimi civis Romani, qui quum Consul designatus esset, iussu Neronis est interficius. Iuv. Satyr. 10: -egregias Lateranorum obsidet ædes Totā cohors. Extat ad hunc diem Romæ Basilica Lateranensis D. Ioanni sacra, omniū, quæ in urbe visuntur, magnificentissima. Hieronymus ad Marc. Quis credit mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Consulis designati, &c.

Latinē, Latinus, Vide LATIVM.

Lætin.

**Lātīnī.** [Germ. Die Brüder in Italien vnb Rom/vnb des Tybers ausgäng] Italiz populi dicebantur, qui cum tractum incolebant, qui est inter ostia Tyberis & Circeios: quam Italiz partem Latium antiquum appellabant. Hi ante Aeneas in Italianum adventum Aborigines dicti sunt: postea verò Trojanis permisi, uno nomine dicti sunt Latini, sive à Latio regione illa quam incolebant, sive à Latino rege, cuius filiam Laviniam Aeneas duxerat uxorem.

**Lātīnūs, si, substantivum, λατῖνος.** Nomen Regis Aboriginū, Fauni & Maricæ nymphæ filii, cuius filiam Laviniam Aeneas accepit uxorem. De hoc Virg. lib. 7. Aen. - Rex arva Latinus, & urbes iam senior longa placidas in pace regebat.

**Lātīnum, tii.** [Vulg. Compagna di Roma. Germ. Die Landschäfte vnb Rom in Italien.] Ea pars Italiz est, teste Plin. libro 3. cap. 5., quæ est inter ostia Tyberis & Circeios, millia passuum quinquaginta in longitudine non excedens: quod postea prolatis imperii finibus, antiquum Latium est appellatum. Postea verò, teste Servio, Latii nomine dictum est, quicquid est inter Tyberim & Vulturnum amnes. Totusq; ille tractus dividitur in Latium citerius, & Latium ulterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos usq; protenditur: ulterius à Fundis usq; ad Vulturnum amnem. ¶ Dictum autem Latium putatur, quod illic latuerit Saturnus, dum Iovem fugeret. Ovid. lib. 1. Fast. Dicit quoq; est Latium terra latente Deo. Virg. 8. Aen. - Latiumq; vocari Maluit, his quoniā latuissit tutus in oris. Contrà Varro Latium à Latino rege dictum asserit.

**Lātīnūs, a, um.** [Vng. Deák.] Quod ex Latio est, Latinus. Column. in Præfat. lib. 1: An Latiz musæ nō solos adytis suis Acciūm & Virgilium receperè, sed eorū & proximus, & procul à secūdis sacras cōcessere sedes? Agri Latii, Ovid. 3. Fastor. Gens Latia, Ovid. 4. Fastor Lingua Latia, Ovid. 2. de Ponto eleg. 3. Lātīnūs, le, Quod ex Latio est: ut Iupiter Latialis dictus est, quod in Latio coleretur. Virgil. Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba. Cic. pro Milone: Latialis sermo, qui & Romanus, & Latinus. Plin. lib. 3. cap. 1: Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia. Macrob. lib. 1. cap. 1: Doctrinæ Latiali haud insciūm.

**Lātīnūs, a, um, λατῖνος,** nomē deductum à Latio: Latius, quod est ex Latio. Virg. 1. Aen. - genus unde Latinum. Inde Latinū sermonem dicimus cum quo utebantur in Latio. Carmē Latinum. Horat. 1. Carm. Ode 32. ¶ Latinæ consuetudini tradere: id est, in Latinum sermonem convertere. Column. in Præfat. libri 12: Hęc in Oeconomico Xenophonis: & deinde Cicero, qui cum Latinæ consuetudini tradidit. Vertere in Latinum: hoc est, in Latinam linguam. Quintil. lib. 10. cap. 5: Vertere Græca in Latinum, veteres nostri oratores optimum judicabant. Cic. 1. de Finib. Ita sentio & sèpè disserui, Latinam linguam non modò non inopem, ut vulgò putarent: sed locupletiorem etiam esse quam Græcam.

**Lātīnæ, latinarum.** [German. Bästtag an welchen die Latiner dem Iovi führ̄t: wofürhten opfertent.] Feriæ erant conceptivæ, singulis annis à magistratibus concipi solita, quibus pro communi totius Latii salute Iovi Latiali in monte Albano sacra siebant à præfecto urbis Latinarum feriarum causa creato: populisq; Latinis carnes dividebantur ex præscripto vetusti foederis inter Romanos & Latinos i&i, Sp. Caſſio, & Posthumo Comino COSS. Cujus foederis leges ne ulla unquam tempore intercidereunt, Romæ in ænea columna fuerunt incisæ. Cic. pro Plancio: Quibus in municipiis vix jam qui carnem Latinis petant inveniuntur.

**Lātīnæ feriæ** dicebantur, quum ex populis Latinis viri simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebāt: & quadrigiano sacrificio facto, accepta carne, in suam quisq; civitatem digressi, reverebant, ea dicta visceratio: quoniam ex hostiis carnes in partes cæſæ distribueretur. Viscerationem móx & Cæſar populo dedit, ut apud Suetonium legimus: Ferias antē Latinas, maximo Romanorum, Latinorumq; magistratum convenit, consules procurabant, cùm interea cum populo agere non liceret: ob eam causam Latinæ aliquando à consulibus instaurarentur, cùm tribunis plebis obsistere vellet, populares leges, & reipublicæ pernicioſas, ferre cupientibus. Itaq; ad Quintum Fratrem lib. 11: Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exercit omnes: nam etiā Latinæ instaurantur: nec tamē debeat supplicationes. Sic legib; pernicioſissimis obsistit, maximè Catonis. ¶ Instaurabant Latinas etiā Pontifices, ut Liv. lib. 32 tradidit. Id autē siebat, quasi jam faciendis iis aut prætermissum aliquid esset, aut, quod nō oportet, cōmissum. Primus eas in unum diem Tarquinius Superbus instituit: secundus dies additus, pulsis regibus: tertius post secessionem in Aventinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptivæne an stativæ feriæ fuerint Latinæ, si Varro nem & Macrobiū sequamur, antiquatis utrūque peritissimum, conceptivæ erant, non stativæ, concipiebā-

turq; in dies vel certos, vel incertos. Livius tamen stativas indicat fuisse, cùm ait lib. XXV. Romæ consules, prætoresq; usq; ante diem quintū Calend. Maii, Latinæ tenauerunt, eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisq; provicias profiscuntur. Non enim simile veri est, cōfules, cùm viator Annibal vastaret Italianam, consultò in v. Cal. Maii, qui dies à primo iniū magistratus die: hoc est, ab idibus Martii, XLII. dierum spatio distat, Latinas distulisse, ut ipsi sibi diutinæ in urbe mansionis necessitatē imponerent: cùm ire in provincias neque consulibus, neq; prætoribus liceret, nisi Latinarum facto perpetrato. Aut igitur eas è stativis in ordinem concepivarum postea transisse credendum est: aut latenter causam alii perscrutentur: Ex Pauli Manutii commentariis in Epist. ad Attic. & ad Quint. Fratrem.

**Lātīnæ, adverb.** More Latinorum, lingua Latina. [λατίνη Gal. En Latin, à la maniere des Latins. Ital. Latinamente. German Latīnisch. Hisp. Latinamente, en Latin. Pol. Pol'szynie. Vn. Deák. Ang. in Latin, after the fashion of the latines.] Cic. 6. Ver. Latinæ me scito, nō accusatoriè loqui. Idem 2. Philipp. Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellantii qui planè & Latinè loquuntur: hoc est, propriè & apertè. Latinæ scire, est Latinè scire loqui. Liv. 1. ab Vrb. Terror ad hostes transiit. Etenim audiverant clara voce dictum, & magna pars Fidenatum, ut qui coloni, additi Romanis essent, Latinæ sciebant. Cicer. pro Cecina: Quid enim facilius est, quam probari iis qui Latinè sciant, in uno servulo familiarē nomen non valere?

**Lātīnītatis, atis.** Locutio ipsa Latina, sive sermo Latinus. [Gal. Language Latin. Ital. Favella latina. German. Die lateinische sprach. Hisp. Habla latina. Polon. L'acinska mowa. Vngar. Deákág, deákul valóskollás. Ang. The latine language.] Cic. ad Att. lib. 7: Secutusq; sum, non dico Cæcilium, manè ut ex portu in Piræum (malus enim autor Latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi. ¶ Latinitas præterea pro jure latii, ut civitas ius urbis. Sueton. in August. cap. 47: Vibrium quasdam Latinitatem vel civitate donavit.

**Lātīnītēs, & hoc Latinense, Latinus, Latius.** [Vng. Deák.] Cic. de Arusp. responsis: Quod in Agro Latinensi auditus est strepitus cum fremitu. ¶ Significare etiam potest cum qui aliibi ortus, in Latio cum Latinis versatur, ut suprà dictum est in dictione Hispanus.

**Latmīus mons, λατμίος ὄρος,** mons Ioniæ, notus fabula Endymionis, quem quum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea sopitum feruat, ut unum ab eo osculum auferret: unde & ipse Endymion Latmius dictus est. Ovid. lib. 3. de Arte: Latmius Endymion noa est tibi Luna ruboris?

**Latōis idis, secunda syllaba producta, λατωΐς, patronymicum est fœmininum à Græco nomine λατή deductum, quo nomine illi Diana matrem appellant, quam & nos Latona. Latois itaq; à poëtis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latinæ Græcorū imitatione Latoniam appellant. Ovid. 7. Metam. Ind. Calaureæ Latoidos aspicit arva.**

**Latōnă, pen. prod.** [λατνη. Ger. Die Mutter Apollinis vnd Diane.] Filia Cœi Titanis, à Iove amata & oppressa est, ex quo geminam concepit prolem, Apollinē & Dianam. Quod luno adè grādū tuit, ut immisso contra illam Pythonem serpente, per totum terrarum orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in insulam Ortygiā pervenit, à qua suscepit: qui adulitus, mos Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Porò hæc insula, quum antea Ortigia vocaretur, postea Delos vocari cœpit, quod quum ante aquis mersa fuisset, subiordō Iovis iussu extiterit. Nam dñi Græci dicunt, quod nos ostendere, seu manifestare.

**Lātōnē, λατνη,** dicta est Diana à matre Latona, quemadmodum Apollo ipse Latonius, λατνη. Virgil. 9. Aen. Tu dea, tu præsens nostro succurre labori, Astrorum dēcus, & nemorū Latonia custos. Hinc Delos, ut ait Servius, dicta est Latonia, quod in ea Latonæ enixa sit Dianam & Apollinem.

**Lātreūs, Vnus ex Centauris, λατνης.** Ovid. 12. Metam. Quem dederat letho membris & corpore Latreus Maximus.

**Latymnūs, λατνης,** Mons Crotonis, vel ut alii, Laconia, ut sribit Scholiastes Theocriti.

**Lauce, Insula in Ponto Borysthenis ostio objecta: dicta Achillea: quoniam Achilles ibi situs sit.**

**Laverna.** [Ger. Die Diebstadt bei dem Römern.] Deæ cuiusdam nomen fuit apud Romanos, in cuius tutela fures esse putabantur, qui ab ea Laverniores dicti sunt. ¶ Hinc Lavernalis porta Romæ dicta est, ab æde Lavernæ propinquā. Hæc feret ex Festo.

**Lāvinia, λαβνη.** Germ. Die Tochter des Könige Latini, da Haufffrau Aenea. ] Filia fuit Latinæ Regis & Amata, quæ pri-

mum Turno, deinde Aeneas desponsata est: cuius occasione orto inter hos duos bello, multi utrinque occubuerunt. Tandem devicto Turno, Aeneas nupsit: quo mortuo ipsa privigni insolentia timens, in sylvas praegnans profugit, & apud Tyrrheum pastorem divertit, ibique pergit filium, quem lulum Sylvium Posthumum appellavit, eo quod post patris funus in sylvis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum revocavit, quem ipse secessisset Albam longam, urbem a se conditam: Lavinio neverce reliquo, quod illa moriens lulo Sylvio Posthumo filio suo reliquit. Virgil. Aeneid. libr. 12: & victimum tendere palmas Ausonii videre: tua est Lavinia conjux, &c.

Lavinium, [λανίον Stephano: λανίον Straboni. Germ. Ein Stad in der Latine Landeschaft so Aeneas gebauet hat.] Vrbs fuit in Latio, ab Aenea condita, & a nomine Laviniae uxoris ita appellata. Cujus rei testis est Liv. 1. ab Vrb: Aenea (inquietus) apud Latinum fuisse in hospitio tradunt. Ibi Latinam apud Penates deos domesticum publico adjunxit se fœdus, filia Aeneas in matrimonium data. Ea res utiq; Trojanis speciem affimat tandem stabili, certaq; fede finiendi erroris. Oppidum condunt, Aeneas ab nomine uxoris Lavinium appellat.

Lauræa Tullius, Ciceronis libertus fuit, cuius extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plin. lib. 31. Laurætia, [Germ. Eines Hirtin Wrb so Romulum und Remum gesaget und auferrogen hat / welche dieweil sie ein offne Mds war/ te sie Wdissig genannt worden.] Vxor Faustuli fuit, pastoris Amulii, quæ Romulum & Remum expositos nutritivit: & quoniam se omnibus prostituebat, lupa dicta est: & hinc locus datus est fabulæ, Romulum & Remum à lupa esse nutritos. Hanc aliqui Larentiam vocant: festaque in honorem ejus instituta, Larentinalia.

Laurætall' ȏ, λαυρέτην, Feræ erant in honorem Accæ Laurentiae institutæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes in velabro sacrificabant, teste Varrone lib. 5. de ling. Latin. Laurentalia (inquit Festus) Laurentiae conjugis Faustuli, & nutricis Romuli & Remi festa.

Laurens, tis. Modò gentile nomen est, λαυρεντής. Virg. 12. Aeneid. Ipsi Laurentes mutati, ipsiq; Latini. Idem 1. Aen. Laurentus regia Pici. Modò denominativum omnis generis. Virg. 12. Aeneid. Te quoq; Lauretes viderunt Acole campi Oppetere. Idem alibi: Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Idem lib. 7: postquam Laurentia vistor, Geryone extincto, Trynthius attigit arva.

Laurentum, Civitas Latii, non procul à Lavinio: ita dicta à sylva laurea, qua excisa adificata est. Vel (ut inquit Priscianus) à lauro ibi primum inventa, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

Laureolus, Poëtis traditur fuisse latro sceleratissimus, eo quæ nomine in crucem sublatus, & à feris devoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis representata est. Iuven. Laureolum velox etiam bene Lentulus egit, Iudice me, vera dignus cruce. De Domitiano quoque memoræ proditum est, hanc fabulam representaturum nocentissimum quendam, ultimo supplicio damnatum, in crucem erigi iussisse, & immisso ursa dilacerari: atq; ita rei veræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuisse. Martialis in Amphitheatro Cæsaris: Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduum nudo pectori pavit avem: Nuda Calydonio sic pectora præbuit urso Nō falsa pendens in cruce Laureolus.

Lauri öñ, λαύρας, Locus in Atticæ montanis, mare spectans, argento dinis nobilitatis: cuius meminit Thucyd. bellum Peloponnesiaci lib. 2. & 6.

Laurolavinium, λαυρολαβῖνος, Vrbs Latii proxima Laurento.

Laus, La, dictio dissyllaba, λαος, Fluvii nomen est in finibus Italæ, agrum Brutium à Lucanis dirimens: cuius meminit Strabo lib. 6. & Ptolemæus lib. 3. cap. 1. q; Est & alter ejusdem nominis fluvius in ea parte Macedoniae, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarum agrum in mare sese exonerans: idem (opinor) cum eo quem Plin. Acanthæ appellat. Vide Ptolem. lib. 3. cap. 13.

Laufannæ, Allobrogum Vrbs, ad lacum Lemanum sita. Vulgo losannen.

Lausus, Filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Sylvie, quæ Amulius patruus fugato parte occidit. Ovid. 3. Fastor. q; Alius fuit Mezentii filius, quem Aeneas interfecit, quum parentem vulneratum defendere. Virg. lib. 11. Aeneid.

In gemuit chari graviter genitoris amore,

Vt vidit, Lausus, lacrymæq; per ora volutæ.

Lautulæ, arum. Locus fuit in urbe Romana, non procul à lano gemino: à lavando dictus, quod aquas calidas haberet. Autor Varro lib. 4. de lingua Latina.

Laüs, Pompeja, Italæ Transpadanæ oppidum, à Boëus conditum, teste Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgo Leda.

Lazī, λαζί Stephano, Populi sunt Themiscyræ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Plin. lib. 6. cap. 5.

Læa ante E.

Lea, insula supra Cretam, una Sporadum: cuius meminit Plin. lib. 4. capite 12. q; Item oppidum Syenitarum, qui sunt populi in ea Africæ parte, quæ suum Arabicum spectat. Vide Plin. lib. 6. cap. 29.

Lænæ, scortum Athenis non ignobile, ob lyra cantum Hammodio, & Aristogiton familiare. Hanc memoræ proditum est, ad necem usq; ad tyrannis excruciatam: nullis tamen tormentis adduci potuisse ut tyrannicidarum consilia patefasset. Quamobrem Athenies & honorē habere ei volentes, nec tamen scortum celebrare, animal nōminis ejus fecerūt: atque ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Autor Plin. lib. 34. cap. 8.

Lændér, [λιανδρός. Germ. Ein freudiger Jägerling zu Abendes in Asia so seinem buien zu lieb vber das eng Meer schwimmt.] Iuvenis nomen ex Abydo Afia oppido, in litore Hellesponti sito, qui quum Erus puellæ amore captus esset, quæ in oppositi litoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam transhabebat. Quod ubi aliquoties non infeliciter cessisset, jam audacior factus, quum mari tumido, & impacato se commisisset, vi veterum, fluctuumq; victimæ, in Hellesponto submersus est. Fabulam hanc elegatissimo carmine apud Græcos prosecutus est Musæus: à quo Ovidius mutuatus est argumentum epistolarum Erus ad Leandrum, & Leandri ad Ero.

Lærchüs, λαρχός, Athamantis & Inus filius, quem pater furore correptus occidit. Quod quum vidisset Ino, arrepto Melicerto altero filio, in mare se precipitat: atq; illa quidem indeam maris mutata est, quam Græci λαρνάς, Latini Matutā vocant: Melicertes autem in Deum marinum, quem Græci παλαιόμων, Latini Portunum vocant. Ovid. lib. 6. Fast. Tuq; candidis patria parve Learche manu.

Lebadia, live Lebadæa, pen. prod. λεβαδεα, Vrbs Boeotia est non procul à Chæronea, & Orchomeno, nullam omnino gigantes talpam. Plin. lib. 8. cap. 58: In Boeotia Lebadia illata, soolum ipsum fugiunt, quæ juxta in Orchomeno tota subruunt arva, talpæ quarum è pellibus cubicularia vidimus stragula, ad eò ne religio quidem à portentis submovet delicias.

Læbedüs, pen. corr. λεβδός Suidæ, Ioniz civitas est, à Colophone centrum viginti stadia distans. Hic scenicorum histriorum collegiū fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. Horat. lib. 1. Epist. Scis Lebedus, quām sit Gabius desertor.

Læbinthus, λεβίνθος, Insula est una sporadum, non procul à Pathmo, teste Strabone lib. 10.

Læchæum, λεχαιος, Portus est Corinthi ad sinum Crissum siue Corinthiacum, qui Isthmum Peloponnesi ad Occidentem alluit. Nam alterum, qui sinu Saronico ab Oriente abluit, Schænuntēm appellant. Papinius: Curva Palæmonio secluditur unda Lechæo.

Læctum, λεκτόν, Homero, vulgo Scorpiata, Asis promontoriū est, ad Idam montem pertinens, Troademq; disternans ab Aeolide. Autores Plin. lib. 5. cap. 30. Strab. lib. 13.

Leda, [λέδα. Germ. Ein Haussfrau Tyndari des Laconischen Königs / welche Jupiter in der gestalt eines Schwanen beschlafen hat.] Tyndari Laconia regis uxor fuit, quam quum Jupiter adamaret, transformatus in cygnum, cum ea concubuit. Ex quo congressu Leda duo peperit ova: ex quorum altero natu sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytemnestra. Ovidius in Epist. Helenes ad Paridem: Dat mibi Leda Iovem cygnos decepta parentem.

Lægerdæ, λεγέδα, Vrbs est Armeniæ majoris, in Enterena regione, non longè ab Euphrate fluvio. Ptolemæus libto 5. capite 13.

Leitus, λειτός, Vrbs ex quinq; Boeotorum ducibus qui ad Trojam profecti sunt, teste Homero lib. 2. Iliad.

Lelantus, fluvius est Eubœæ insulæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Lælegæs, pen. corr. λειλέας, Asis populi fuerunt, origine Græci: ita dicti quasi λελεγδος, eo quod diversis è locis collecti essent. Hi primùm insulas tenerunt: indeque in continentem transgressi, partim in Myisia ad Adramittenum sinum conserderunt: ubi & Homerius maiorem Lelegum partem videtur collocare: partim in eo Ionia tractu, qui Caria est proximus: unde etiam Plinius tradit Miletum Ionie totius caput Lelegida olim fuisse appellatum Ovid. lib. 9. Metam. Caras, & armiferos Lelegas, Liciamq; pererrat. Lelegum originem non nulli ad Thessalos retulerunt: è quibus est Servius, explicans illud Virg. 8. Aen. Hic Lelegas, Carasq;, sagittiferosq; Gelonos Finixerat. Plin. verd lib. 4. cap. 7, Lelegas olim appellatos fuisse ait, quos postea Locros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephisus amnis in mare illabitur. Eustathius λελεγα multis ex locis cōfluxisse existimat, atq; inde etiā nomen accipisse: quod euā non obscurè innuit Strabo lib. 7. Aristoteles au-

les autē Lelegum appellationem ad Lelegem quendā Leucadium refert, cuius nepotem ex filia traditū fuisse Teleboam. Lelegum Urbs, Λελέγη πόλις, in Icaria est, Megalopolis postea, tertio Aphroditias dicta, Steph.

**Λελύνης**, Olim vocabatur Miletus urbs Cariæ ab inhabitatoribus, Steph.

**Λεμάννονῖς**, Sinus in Septentrionali Britanniæ parte collocatur à Prolemae lib. 2. cap. 3.

**Λεμάνιος**, pen. prod. [Λεμανίος]. Vulgò Lago de Leman. Germ. Der Léman oder Genfer See. ] Lacus est Allobrogum, Genavam & Lausannam urbes alluens, Rhodanumq; fluvium impeditis aquis transmittens. Lucanus lib. 2: Deseruere cayo tentoria fixa Lemano.

**Λεμνίος**, [Λεμνίος]. Germ. Ein Insel im Xegetischen Meer / heißt seit Stalimene. ] Insula est maris Aegei, Thraciam à Septentrione, ab Occasu Athon montem habens fabuloso Vulcan casu nobilitata. Eadem & Hypsipyle dicitur, à filia Thoantis ejusdem nominis, quæ in hac insula regnavit.

**Λεμνίος**, nia, nium, adjective: ut Lemnia turba, apud Ovidium in Ibin. Saxa Lemnia apud eundem 5. Trist. Lemnia mala, λεμνία ρεψις: id est, ingentia, & inaudita: qualia Lemnum affixisse dicuntur. qd Sic & Lemnia manu, λεμνία χρεψις, dicitur pro nefaria, impia, crudeli.

**Λεμνία terra**, quæ in Lemno insula effoditur. Ejus tres à Galeno enumerantur species, quarum una fullonibus in usu est, ad extergendas vestes: altera fabris, quæ à Græcis μήτραι, à Latinis rubrica vocatur: terra medicis, quæ à Græcis εργασίαι λεμνίαι: hoc est, sigillum Lemnium appellatur, ab imagine caprae (ut vult Dioscorides) aut cerè Diana, (ut maynt Galenus) quæ illi imprimi solet. Effoditur autem hæc terra in sola Lemno: non tamen in quavis parte ejus insulæ, sed tantum in colle quodam Hephestiæ civitati imminentem: quem etiam Vulcano ipsi sacrum fuisse fabulantur, eo quod is à matre de cœlo deturbatus in collem illum feratur decidisse. Cujus fabula occasionem præstítuit collis ejus color, & ferilitas. Nam & exusto simillimus est, & nullam omnino plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto soleat preparari à sacerdote Diana, vide Galenum lib. 9. de Facultate Simpl. medicament. ubi merito reprehendit Dioscoridem, qui putavit terræ huic hircinum sanguinē adm̄sciri. Hodie Sepiasiari pro terra Lemnia supponunt terram sigillatam quam appellant. Quicquid enim terræ Lemnia quotannis colligi potest, ad Turcarum principem defertur, neque ulla ratione ad nos pervenire posset, nū ille nostros principes, corūmve legatos, aliquot orbiculis interdum donaret.

**Lemures & Lemuria**, Vide in APPÉL.

**Λενεύς**, [Λενεύς]. Germ. Bacchus der trocken Herigot. ] Vnu ex Bacchi cognominibus, λενεύς: hoc est, a torculari, sive lacu impositum. Virg. lib. 2. Georg. Huc pater ô Lenæ: tuis hic omnia plena Muneribus.

**Λεντύλη**, Λεντύλη, ex nobilissima familia Romæ, ita cognominati à lente, ut Cicerones à cicere. qd A' quibus vocem Lentulitas, deflexit. Cic. lib. 3. Epist. pro nobilitate Lentulorum: Vllam (inquit) Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas?

**Λενούς**, Λενούς, regio Pisarum (πεδίο Steph.) civis Lenæus, Locus non integer videtur.

**Λέο**, λίαν, Byzantius philosophus fuit, auditor Platonis, qui Philippo Macedonum regi infesta patriæ, sive arma inferenti occursens: Dic, inquit, Philippe, quæ causa te impellit ad oppugnanda patriæ nostræ moenia? Quumq; Philippus responderet, amore patriæ illius esse impulsum, ut ea potiretur. Atqui, inquit, musico amantibus instrumento, non bellico opus est Postea veò quum Philippus Byzantium diu frustra obsecessisset, intelligens id Leonis opera fieri, ut illum apud suos in invidiam vocaret, literis cū apud cives calumniatus est, prototrem patriæ appellans, sepiusq; sibi ab eo urbem venalem esse oblatam, & potuisse jam urbe potiri, nisi turpe judicasset victoriæ sufficiari. His itaq; literis Leo apud cives suos in suspicionem adductus, quum domum suam arctissima custodia observari videret, laqueo vitam finivit.

**Λεονάριος**, Λεονάριος, Vir nobilis ex Alexædu ducibus, Philippi ex materno genere consanguineus, unum cum Alexandro educatus. De quo vide plura apud Suidam.

**Λεοχάρες**, Λεοχάρες, Nobilis statuarij fuit, unus ex iis qui Mausoli regis Cariæ sepulchrū cglaverunt. Plin. lib. 35. cap. 5.

**Λεοκορίον**, Λεοκορίον, Monumentū ab Atheniensibus in Medio Ceramico erectum. Nam quum Attica universa maxima fama laboraret, unumq; hoc ab oraculis ostenderetur malo effugium, si quis liberos suos immolarebat: inventus est Leos quidam Orphæ filius, qui tres filias suas virgines, Pasitheam, Theopen, & Eubulem tradidit immolandas. Cujus beneficii memores Athenienses monumentū in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarent. Autor Suidas.

**Λεοδάμας**, pen. corr. gen. Leodamantis, λεοδάμας, Thasius Philosophus fuit, cuius meminit Laertius in vita Archytæ Tarentini.

**Λεοδιού**, ducatus Iuliacensis urbs Episcopalis: Vulgò Λεωδί. **Λεόγοράς**, ια, λεωγόρας. Andocidæ rhetoris pater fuit, teste Suida.

**Λεομομίγες**, Canes Arcades, ex canibus & Leonibus prognati.

**Λεόνιδες**, [Λεονίδης]. Germ. Ein König der Lakedemonier der im Streit wider Xerxes umkämpften ist. ] Lacedemoniorum Rex fuit, ex genere Heraclidarum, qui apud Termopylas, quæ angustias adversus Xerxes tueretur, fortissimè pugnans occubuit. Cujus cadaver Persæ, abfissio capite è cruce suspedebunt. Autor Herodotus lib. 7. fuit præterea Leonides Alexandri magni pædagogus: qui quum videret largè puerum thura artis ingerentem, mox uit illum, ut cum demum quum thuriferas regiones subegisset, illo modo supplicaret. Cujus rei memor Alexander Arabi jam potitus, misit ei navis thure onustam, exhortans eum ut in deos parcus esse desineret. Autor Plin. lib. 12. cap. 14.

**Λεόντισκος**, Λεόντισκος. Mamertinus quidam Pytæ fuit, ex argumento Acrocherites cognominatus, tanto corporis corpore, ut sursum adversarium manibus arripiens, non prius eam desereret quam deficientem sentiret. Suidas.

**Λεόντιος**, fuit quidam eximus statuarius, qui Olympiæ fecit Stadiodromos astylon, aliaq; opera quæ cōmemorantur à Plin. lib. 34. cap. 8. qd fuit item Leontios quidam Tripolis Lydiæ Episcopus ex Moesia ortus, de quo vide Suidam.

**Λεόσθηνες**, pen. corr. Λεόσθηνες. Viri Atheniensis nomen, qui quum sponsus esset, & Lamiacum bello concitasset, in prælio interfecitus est. Ob cujus amorem sponsa, Demotionis Acropagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra lovinianum testatur. Suidas Leosthenem tradit eo in prælio, quod Athenienses adversus Macedones commiserunt, quum multa strenue gessisset, lapidis ieiuni interiisse.

**Λεπαδούς**. Vide LOPADVS A.

**Λεπόντιος**, [Germ. Die Böder so umb das höchste Alpgebirge gesetzt von den Gotthart wohnen/ fassen von Aschgang an bis Rhetier: gegen Mittag an die Meisländer: gegen Nidergang und Mitternacht an die Wallfahrt und Heiligetier. ] Populi sunt Alpini, Salassii sicuti ex comitatu Herculus ibi recliti, quod membra habent nive praestuta. Plin. lib. 3. cap. 20.

**Λεπρῖον**, Λεπρῖον, Elidis oppidum ad Alpheum fluviū, cuius incolæ dicuntur Leptiatæ Plin. lib. 4. cap. 5. Ptolem. lib. 3. ca. 16. qd Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 6 & Cic. lib. 6. Epist. ad Atticum.

**Λεψεμάνδος**, Λεψεμάνδος, oppidum Caria, Steph.

**Λεπτὲ ἀκρα**, Λεπτὲ ἀκρα, Indiæ promontorium, alias Drepanum appellatum: de quo vide Plin. lib. 6. cap. 29.

**Λεπτῖνες**, pen. prod. Λεπτῖνες, Atheniensis orator non incebras: qui quum liturgiarum onus ad paucos, eosque tenuiores fortunæ rediisse videret, poterioribus ferè omnibus immunitate donatis, tulit legem, ut sublato jure immunitatis, liturgiarum sumptus ex æquo à ditoribus suppeditaretur. Quam legē oppugnat Demosthenes ea oratione quam adversus Leptinem inscripsit.

**Λεπτὶς**, Λεπτὶς Ptolemyo, Duarum urbium nomen est in Africæ propriæ dicta: quartu minor, quæ Sarrana dicuntur, inter duas Syrites est sita, cuius meminit Silius lib. 3: Tabraca, tā Tyrium vulgis, Sarranaq; Leptis. Hæc etiam Neapolis dicitur. Vulgò Mahometæ. Altera quæ major Leptis dicitur, trans Syritum maiorem sita est, ad Ocam oppidū. Vulgò Tripoli. De hac Hieronymus: In Lepti (inquit) urbe semibarbara, & posita in solitudine, motis est, ut nurus altera die sociū ollam mutuo posset. Vtriusq; civitatis meminit Strabo lib. 17.

**Λερίνα**, Insula est provinciæ Narbonensis adjacente, cōregione Antipolis. Plin. lib. 3. cap. 5.

**Λερναῖ**, live Lerna. [Germ. Ein Geestheit weit von Argos. ] Lucas est in agro Argivo, Herculis labore notissimus, qui in eo hydram Lernæam fecit intermissæ, vicina omni regioni addè in festam, ut locum fecerit proverbio, λερναῖ τραχεῖς: hoc est, lerna malorum, de malis plurimis simul in unum cōgesisti & accumulatis. qd Est & fluvius ejusdem nominis per Prasias in sinum Argolicum illabens, teste Strabone lib. 8.

**Λερναῖς**, a, um, λερναῖς, ut Palus Lernæa, Hydra Lernæa.

**Λερός**, ronis, λερός, Insula est Galliæ, Antipoli aduersa, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

**Λερός**, λερός, Insula est Cariæ adjacente, in mari Icario, una Spadrum: quæ & Leria dicitur, teste Strab. lib. 10. Vulgò Lero. Insulanæ, Lericæ, λερού, dicuntur, qui olim corruptissimi moribus fuisse perhibentur. Hinc illud Phocylidae nomine circumfertur: Λερού τραχεῖς, ὡς ὁ πλ. ὁ εἰς τὸ Παντεπολιτεῖον, καὶ πατροκλίνει λερός: hoc est, Leri mali, non unus quidem, alter ve- rò mi-

id minimè: Sed universi excepto Patrocle: & tamen Patrocles quoque Leriūs, &c. In eos rectè dicetur, qui pariter omnes gentis virtù sunt improbi.

Lerōsā, λερων, Illecaonum oppidum in Hispania Tarracōnēsi. Ptolemaeus lib. 2. cap. 6.

Lēshōs. [λεσθος: Vulgò Metelis. Ger. Ein Insel im Aegeischen Meer heißt jetzt Metelis.] Insula est in Aegeo, Acolicarum urbū metropolis, quæ olim universæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus ejus stadiorum centum supra mille, à Borea in Austrum protensa, quingenta & sexaginta stadia longitudinis habens, feraci agro, & multa materia ad classes conficiendas idonea. Vrbes in ea fūcē memoratae dignæ, Mitylene, quæ nunc tota insula Mitylene vocatur, & Pyrrha in Occidentali litora sita. Fuit & Eressos, & Antissa cum portu, & Methymna. Dicta Lesbos ab urbis nomine, quæ in ea potentissima fuit, siue à Lesbo Iapeti filio, qui in eam insulam navigavit. Ex hac Pittacus unus ex septem Græciæ sapientibus: item Alceus, Sappho, Theophrastus philosophus, & alii viri scientia clarissimi orti feruntur.

Lesbīus, a, um, λεσβιος: ut Lesbīu vinū, apud Gell. lib. 13. ca. 5. Lesbōiūs, a, um, pen. prod. Hor. lib. 2. Carm. Lesboum refugit tendere barbiton.

Lesbīdēs, pen. corr. Dicuntur mulieres ex Lesbo. λεσβιδες. Sappho apud Ovid. in Epist.

Lesbides infamem quæ me fecisti amata,

Desinete ad citharas turba venire meas.

Lēstōrī, Populi Indiæ extra Gangē, qui feri & sylvestres esse dicuntur, & in specubus habitare, & corvis albis & pīttacis abundare. Meminit horū Ptolem. lib. 7. cap. 2. Hodie Regnum Perso dicitur.

Lēstrīgōnēs, sive potius Lēstrygones cum diphthongo in prima syllaba, λεστρυγονες, Italiz. totius populi immanissimi, agrum Formianū non procul à Cajeta incolentes, humanaq; carne vescentes. Dicti Lēstrygones δε της λεστρας: hoc est, à latrocino: de quibus copiosius egimus suo loco.

Lēthāeūs. [λεθαιος. Germ. Ein fluss in Ionia Asie, steht in Meo andrum.] Fluvius Asiaz, orthū habens à Pactio Ephesiorū monte & circa Magnesiam urbem in Meandrum influens. Autor Strabo lib. 14. qEst & Lethæus alias in Creta insula, nō procul à Gortyne, Strab. lib. 10. qSunt & alii ejusdem nominis fluvii, qui ab eodem, lib. 14. recensentur.

Lēthē, lethes. [λεθη. Germ. Ein Hellscher Fluss/ der vergessenheit bringt aller dingen dem so daraus trinat.] Nomen fluvii, quem apud inferos esse poētae tradiderunt, cuius latices si quis guastet, omnium præteritarum rerum oblitisci voluerunt. Idcirco δε της λεθης: id est, ab obliuione nomē habet. Datus est hinc fabulæ locus, morientibus omnium rerum obliuionem intumpere. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremum Syrtium cornu, Berenicem urbem alluere: sed ea apud omnes fama est, hunc fluvium ab inferis ad ea loca inundatione protrumpere. Luc. lib. 8. Quam juxta Lethes tacitus per labitur amnis, Infernis (ut fama) trahens oblivia venis.

Lēthāeūs, thæa, thæum, λεθαιος. Virgil. 6. Aen. Lethæumque domos placidas qui prænat amnem. Ovid. 1. Trist. Eleg. 7. Cunctane Lethæis mersa feruntur aquis.

Lēvānā, vocabatur dea quæ pueris præterat de terra levādis, ut inquit Augustinus.

Leucæthiōpēs. [λευκαιθιοتس. Germ. Die Weissen Moen/ ein votel im inneren Libya:] teste Plinio lib. 5. cap. 7: Populi sunt interioris Libyæ, qui supra Getulos Meridiem versus primi occurunt, Libyægyptiis proximi.

Leucādīa. [λευκαδιا. Vulgò Leucada ò S. Maura.] Peninsula fuit contra sinum Ambracium, opera accolaram à continente abscissa, arenæq; accumulatione rursus continentem reddita, ut tradit Pomponius Mela lib. 2. Hæc etiam Neritis appellata fuit. Plin. lib. 4. ca. 2: Deinde Leucadia ipsa peninsula, quondam Neritis appellata, opera accolaram abscissa à continente ac reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulatum: qui locus, vocatur Dioryctos.

Leucagus, vir interfectus, excusus curru, apud Virg. 10. Aen.

Leucās, Leucadis, λευκας, Oppidum est in Leucadia peninsula, olim Neritum appellatum, teste Plin. lib. 4. cap. 1. Quinetia Strabo totam peninsula, sive (ut ipse appellat) insulam (aliquando enim humano opere à continentem fuit abscissa, & rursus arenæ alluvione eidem annexa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit lib. 10.) in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportato Nerito, qui quondam fuerat isthmus: nunc verò fretum, & euripus est, ponte jugabilis, mutato nomine dixerūt Leucadem, sumpto (ut reor) à Leucathe vocabulo.

Leucādīus, a, um, denominativum. Quid est ex Leucade insula. Ovid. in Epist. Sapphus: Tu quoque mollis Amor pennas suppone cadenti, Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.

Leucāspis, λευκαισ, Vnus ex comitibus Aeneæ natione Ly-

tius, unà cum Oronthe in Tyrrenico mari tempestate submersus. Virg. 6. Aen. Cernit ibi mōstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lycia ductorem classis Oroatem.

Leucatēs, æ, pen. prod. [λευκάτης. Ger. Ein voigebirg an den Ambrasiischen Meerschöß.] Promontorium est Acarnanæ, ad nūm Ambracium, Apollinis templo nobile: à petra candore nomen habens. Virg. 3. Aen. Mox & Leucatæ nimboſa cacumina montis, Et fortidatus nautis aperitur Apollo.

Leucē, λευκη, Patrum oppidum in finibus Ioniaz, & Acolidis, non longè à Smyra olim insula. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

qEst præterea Leuce, parva insula Ponti, Borysthenis amnis ostio objecta, quæ quod Achillea in ea sepultus fuerit, etiam vocatur Achillea: ab aliquibus etiam Macaron appellata. Autor Plin. lib. 4. cap. 13. qAliud item hujus nominis oppidum in Italia, stadiis quingentis à Tarento distans. Luc. lib. 5: secretaq; littora Leuce. qSunt item Leucæ, insulæ quinq; Leubo adiacentes, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 32.

Leucī, Populi inter Belgas, Mediomaticibus finitimi, jaculandi olim peritissimi: iudicem (ut putatur) cum lis quos hodie Luxemburgenses vocamus. [ Ger. Die Luxemburger.] Luc. lib. 1: Optimus excusso Leucus, Rhemusq; lacerto.

Leucīpūs, λευκηπος, Philosophus fuit Eleates, sive ut aliis placet, Abderites, Zenonis auditor, qui universum quidē infinitum esse dixit, ejusq; partes plenū esse & inane, omniaq; fieri ex atomis sibi invicē implicatis. Reliqua vide apud Laertium. Meminit hujus & Cic. 4. Tusc.

Leucogeī, Vulgò Limera, Colles sunt in agro Campano, inter Neapolim & Putolos, in quibus sulphur præstantissimum effodiēbatur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admistū, candorem simul afferebat & teneritatem. Fontes quo que ex his collibus erumpabant, vulneribus medicinam, dentibusq; firmitatem afferentes. Vide Plin. lib. 18. cap. 11, & lib. 31. ca. 2. & lib. 35. cap. 15.

Leucola, Apud Plin. lib. 5. cap. 27: Promontorium Pamphyliæ, Lycia conterminæ. qE& insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. qStrabo quoq; portum in Cypro vocari tradit Leucola.

Leucōn, nis, λευκων, Rex Ponti à fratre Oxylocho necatus, quod cum ejus uxore adulterii & incestus consuetudinē haberet. Ovid. in Ibin: Aut pia te cæso, dicatur adultera: sicut Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est. qEst item Leucon, λευκη, Genus quoddam ardeolarum, à candore ita dictum, de quo Plin. lib. 10. cap. 60.

Leucōpetrā, [λευκοπετρα. Vulgò Capo delle Arme, Spartimento et Calabria. Germ. Weissfels / ist ein voigebirg zu hindern in Italien gegen Sicilien.] Promontorium è regione Siciliæ in agro Regino, à candore nomen habens. Cic. 1. Philip. Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram (quod est promontorium agri Regini) venti detulissent, ab eo loco cōscendi ut transmitterem.

Leucōpōlis, [λευκοπολις. Germ. Weissenburg in Hisia.] Oppidum Asiz in sinu Doridis, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Leucōsia, λευκοσια, Insula contra Pæstanum sium, in mari Tyrrheni, Leucanæ adjacens (ut Strabo lib. 6. refert) parvū ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab una Sirenum, qua hoc in loco periit, quum spreta ab Ulyssè in profundum se abjecisset. Festus ab Aeneæ consobrino loco datū nomen existimat. qQuin & Samothracia Leucosia prius est appellata, ut inquit Aristoteles.

Leucōsyr̄sā, λευκοσυρ̄sia, Prius dicebatur, quæ nunc Cappadocia. Strab. lib. 12.

Leucosyr̄s, λευκοσυρ̄s, fluvius Ciliciæ, Pyramus postea ditus, Steph.

Leucōthē, [λευκωθη. λευκωθη. Gall. L'aube du iour, le point du iour. Ital. Aurora. Germ. Die Morgenröte. Hisp. Alua. Pol. iusta genka. Vng. Haynal. An. The break of the day or skie of the day.] Quam & Maturam Latini vocaverunt, eadem est cū Aurora. Leucothea dicta, quasi alba dea. Cicero. 1. Tusc. Quid Ino Cadmi filia, nōnne Leucothea nominata à Græcis: Matura habetur à nostris? De hac vide plura supra in dictione IN OI.

Leucōthōē, pen. corr. λευκωθη, Orcami Regis Babyloniorū filia fuit ex Eury nome, quā à Phœbo gravidam factam quū pater vivam defoderet, Phœbi miseratione mutata est in at borem thuriferam. Vide Ovid. lib. 4. Metam.

Leuctrā, orum, λευκη, Vicus est Boeotiae juxta Thespias, circa quem Epaminondas Thebanus, Lacedæmonios vicit, adeoq; attrivit, ut postea imperium nequiventer reparare.

Leuctrīcūs, a, um: ut, Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta, qLeuctricæ puellæ, Hippo, & Miletia, sive (ut aliis placet) Theano & Evexippe, Scedasi filiæ fuerunt: quæ à Lacedæmoniis quibusdam hospitibus vim passæ, doloris impatientia sibi necem intulerunt, eoq; in campo sepultæ sunt, in quo postea cōmissa est ea pugna, quæ Lacedæmoniorum opes considerunt.

De his sic scribit Hieronymus cōtra Iovin. Quo ore  
I. Liban de sancta Seedati filia in Leuctris Bœotis, quas traditio  
est absente parte duos juvenes prætereunt jure hospiti  
tū suscepisse, qui multum indulgentes vino, vim per noctem  
intulere virginibus, quæ amissa pudicitia, nolentes supervivere,  
mutuis conciderunt vulneribus? Plutarchus tamē in Nar  
rationibus amatoriis, ab ipsis hospitibus puellas post stuprū  
occillas ait, & in puteum conjectas: cadaveraq; earum à Sce  
daso canis indicio fuisse inventa.

**Levi.** Nomen patriarchæ: à quo Levita, seu Levites, pen. prod.  
λευίτης, pro eo qui est de tribu Levi. Hieron. in Exod. Aaron  
frater tuus Levites, scio quod clouens sit. Hinc Leviticus, a  
um: λεύκος, possessivum.

**Leviathan.** dictio Hebræa, qua significatur Draco seu ser  
pens. Nam (ut inquit Hieronym.) Iudæi dicunt draconem ma  
gnum, quem fecit Deus, Leviathan. Et est in mari, & ajunt:  
Quando receder Oceanus, draco vertitur.

**Leuphana.** λευφάνη. Oppidum est Germaniæ in climâte mä  
gis Septentrionali. Ptolemæus lib. 2. cap. 11.

**Leutychides.** λευτύχιδης. Vir Lacedæmonius fuit, Menaris fi  
lius, & inimicus Demarati, quem à Cleomene adiutus, regno  
expulit, & in locum ejus Spartanorum rex creatus est. Verum  
quæ acceptæ contra leges pecuniae in jus accerseretur, Te  
geam profugit, ubi & diem suum obiit. Vide Herod. lib. 6.

**Lexubii.** λεξουβοι. Gallæ Lugdunensis populi, apud Ptolem.  
lib. 2. cap. 8, quos Cæsar Lexovios vocat. Horum metropolis  
erat Neomagus, Vulgo *Lysieux*.

I. ante I.

**Libanius.** λεωνίδης. Nomen sophistæ Antiocheni, qui floruit  
Iuliani apostata temporibus, usq; ad Theodosium seniorem:  
Discipulus fuit Diophanti. Scriptit encomium Constantii Cæ  
saris, & alterum Iuliani: præterea Progymnasma Rhetori  
ces, & epistolæ quasdam. Suidas.

**Libanotus.** λεωνίδης. Ital. Medio orno lebeche. Fland. Bu  
westen wind. Ventus flans inter Liba: hoc est, Africum, & No  
rum. Plin. lib. 2. cap. 47.

**Libanus.** pen. corr. [ ] lebanón. λεωνίδης. Germ. Ein Berg  
in Syria so schöne Cederbäume getragen hat.] Syriæ mons, à Sydo  
ne Phœnices oppido usque ad Symiram urbem Syriæ Coelæ  
extensus, ceterum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic  
ex adverso obtenditur Aatilibanus, valle tantum interjecta,  
olim muro illi conjunctus. Inter duos hosce montes Oron  
tes fluvius oritur, teste Plin. lib. 5. cap. 19. 20. 22. qd. Libanus nō  
quæ & Dendrolibanus, dicitur frutex sive arbustula thaufera:  
ita dicta (ut Poëtae fabulantur) à juvenc quodam Assyrio  
ejusdem nominis, in hunc fruticem cohverso. Hinc etiam  
ipsum Græci λεωνίδης appellant.

**Libarnum.** λεωνίδης. Ptolemæo, Libarna Plinio, Oppidū Ita  
liae sub Apennino situm non procul à Dertona. Ptolemæus  
lib. 3. cap. 1, & Plin. lib. 3. cap. 5.

**Libentina dea.** Venus, seu Proserpina. Aug. lib. 4. de civitate  
Dei: Neque enim audent alias partes sub nomine deorum  
vel dearum deæ Cloacing tribuere: aut Volupiæ, quæ à volu  
ptate appellata est: ut Libentinæ, cui nomē est à libidine. Hu  
jus meminit & Cic. 2. de Nat. deor.

**Liber,** priore prod. in genitivo Liberi, pen. cor. [Germ. Der  
Gott Bacchus ein erfunder des Weins. Pol. Bogorâstwa. Vng.  
Borszak istene.] Bacchus sive Diobysius, διοβύσιος, vini reper  
tor. Multos autem fuisse Liberós, sive Bacchos, Dionysiosve  
ostendit Diodorus, quorum longè celeberrimus est, qui ex  
Semele Iove genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, &  
Thebis Bœotis natum, qui Liber appellatus est à liberando:  
nam libertatis deus est: sive quod Bœotis urbes liberas fece  
rit (ipse enim, ut inquit Plutarchus, pro Bœotis libertate pu  
gnavit) vel quia vinum curas solvat, & mentem ab illis libe  
ret: seu quod vino usi, liber loquantur. Fiunt autem plerique  
ebrietate petulantiores. Senec. lib. de Tranquil. vitæ: Liberū  
appellatum dixit, non ob licentiam linguae, sed quia liberat  
servitio curarum animum, & tristitia medetur. Varro à laben  
do deducit, quod lubrica mens ebria, quod jubet, prolabatur.  
Augustinus docet Liberum vocari, quod mares in coēundo  
per ejus beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem  
dicunt in faemini agere Liberam, quam etiam Venerem pu  
tant. qd. Interdum Liber usurpat pro ipso vino: sicut Ceres  
pro frumento. Ter. in Eun. Sine Cerere & Baccho friget Ve  
nus. Liber etiam dicitur Sol: quia liberè per aërem vagatur.  
Virg. lib. 1. Georg. -vos ô clarissima mundi Lumina, labentē  
cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.

**Liberalia.** orum, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur Λο  
ρύσσα. Nævius: Libera lingua loquuntur ludis liberalibus. Ci  
cero ad Cornificium lib. 12: Liberalibus literas accepi tuas.  
Idem ad Atticum: Liberalia tu accusas?

**Libera.** [λεωνίδης. Germ. Proserpina die Tochter Ioris und  
Ceres.] Ioris & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur. Cic.

de Natur. deor. Liber Cereris filius, & frater Liberæ.  
**Libethra.** Libethra, pen. prod. [λεωνίδης. Germ. Ein Berg  
in Thessa. ia den Musis jugetignet.] Fons Musis sacer in Magnesia  
regiuncula Thessaliz annexatur docet Plin. lib. 4. ca. 9. & Pom  
ponius Mela lib. 2. Sunt qui in Olympo mōte Libethram ut  
bem fuisse dicant, à Sye torrē funditū evenit, quum jam  
olim oraculo prædictū esset, fore ut Libethri vñs ovēs, omnes  
interirent, quum Orphæ ossa Sol inspexisset. Erant autē Or  
phæ reliqua in columna quādā conditæ quæ via immine  
bat à Dio in Olympū ducēti. Quem in locu quum ingens ho  
minū vis convenisset, ut pasto in somniis suavit carētem  
audirent, evénit ut columna eversa Orphæ ossa nudarentur:  
qd. die torrens nomine Sys supra modū auctus, Libethri  
os cum urbe submersit. Vide Cæli Rhodigin. lib. 18. cap. 22.  
**Libethridæ.** λεωνίδης, Dictæ sunt Musæ à Libethra Magnesia  
foste Musis sacro, & Poëtarum carminib. celebrato. Pom  
ponius Mela lib. 2, in descriptione Macedonia. Strabo tamen  
libr. 10, autor est, Musas appellatas esse Libethridas, à Libe  
thro Thraciæ monte, quem postea Macedones tenuerunt sub  
quo & antrum fuisse ait Musis Libethridibus à Thracibus cō  
secratum. Virg. 7. Aegl. Nymphæ noster amor Libethridæ,  
aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite, &c.

**Libethrus.** pen. prod. λεωνίδης, Mons est Macedonia, teste  
Lycophron, habens ad radicem Pimpleum fontē Musis cō  
secratum. Alii Libethron Thraciæ montem esse ajunt. postea  
à Macedonibus occupatum: ad cuius radicē antrum fuit Mu  
sis Libethridibus à Thracibus consecratu. Vide Strab. lib. 10.  
**Libithinæ.** n.æ. pen. prod. [Germ. Ein Götterberg den Hegel im  
deren Tempel man alsterley jung verkaufst zu den begrenzten noht  
wendig] Dea, in cuius templo vendebantur, & locabantur ea,  
quæ ad sepulturam pertinebant, ita dicta à Libitu, vel à Libi  
dine. Plutarchus Venerem fuisse putat, redditq; rationem in  
Problematibus, quare Romani ea quæ ad Pompanum funebre  
spectant, in Venetis templo voluerint astervari: ut scilicet eo  
ipso humanæ fragilitatis admoneremur, certò scientes exitū  
ab ortu non procul abesse, quum eadē dea morientibus præ  
sit, & vitam ingredientibus. Alii malunt esse Proserpinā Pluto  
tonis uxorem, quam quod in inferorum cederetur regina, mor  
tuis præesse purabant: ideoq; etiam ea, quibus mortui exor  
nati veluti ad inferos deducuntur, in ejus templo voluerint  
astervari. qd. Quandoq; Libitinam posiram legimus pro ipso  
apparatu funebri, quem Libitinarii in usum exequiarum lo  
cabant. [πενιστηρα, πενιστηρα, κτηριο, πενιστηρα. Gal. Despe  
se de funerailles. Ital. spoffa, & apparechio ne funerali. Germ. De  
kosten oder rüstung zu einer Begegnung. His. Despensa de mortuorio.]  
Liv. lib. 40: In urbe tanta fuit pestilentia, ut vix tunc Libitinam  
sufficeret, ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Sue  
tonius in Nerone: Pestilentia unius autumni, qua triginta fu  
nerum millia in rationem Libitinæ venierunt. Erant autem ra  
tiones quas conficiebant ii, qui in æde Libitinæ locabant ea,  
quæ ad funebres pompas pertinerent. qd. Exercere libitinam  
dicebant ii, qui in æde Libitinæ præerant locandis, vendē  
disq; iis, quæ necessaria erant funebrem pompam instruc  
tis. Valerius Max. Qui tunc libitinam exercebant, tūm rerum  
suarum usum, tūm ministerium suum gratuitū polliciti sunt.  
qd. Sed quoniam in æde Libitinæ locabantur necessaria ad fu  
nembrem apparatu: hinc factū est, ut Libitinæ aliquando pro  
morte, seu pro lato quo mortui cerebantur, caperetur. Hor.  
lib. 3. Carm. -multaq; pars mei Vitabit libitinam.

**Libonis.** Romanus civis fuit, qui Romæ in Comitio pure  
al primus extruxit, quod idcirco Libonis puteal dicitur ab  
Hor. lib. 1. Epist. 20:

Eanius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma  
Profiluit dicenda, forum, putealq; Libonis  
Mandabo siccis: adimam cantare severis.

**Libořá.** λεωνίδης, Carpetanorum urbs, in Hispania Tarragonem  
si: apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

**Libs.** libis, [λεωνίδης. Germ. Der Wind so von des Winters Ritter  
gang oder über Africam herein wächst. Fland Buoydwesten westen.]  
Vetus ab Occatu brumali flas aduersus Vulturum: ita di  
ctus, quod à Libya spiret: quæ ratione & Africæ à nostris ap  
pellatur. Gell. lib. 2. cap. 22. Plin. lib. 2. cap. 47.

**Liburniā.** λεωνίδης. Regio supra intimum Adriatici sinus rece  
sum sita, inter Istriam, & Dalmatiā: ita dicta à Liburno quo  
dam Attico, si Stephano credimus. Hodie Croatiā vocant, in  
ditione Ducum Austria.

**Liburni.** λεωνίδης. Populi ex Liburnia regione inter Istriam, &  
Dalmatiā sita. Virg. 1. Aen. Antenor portuit mediis claphis  
Achivis, Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus Regna  
Liburnorum & fontes superare Timavi. Lucan. lib. 2: Pugna  
esq; mari Graiorum classe Liburnos. qd. Liburni i. em viato  
res dicti sunt, qui ex agris jussu magistratum sèpè vocabant  
cives, frequensq; eorum via erat ab agris ad urbem. Liburni  
inde dicti, quod ferè ex Liburnia orti essent, qui hoc yillissimū  
officii

*officij genus administrabant. Iuven. Satyr. 4: - primus clamans te Liburno, Currite, jam sed sit rapta properabit ab olla.*

*Liburna, æ, vel Liburnica, cz. [ Germ. Ein jagdschiff oder Rennschiff. Vng. Ladik, folyo hajo.] Genus navigii levissimi, velocissimiq; quod Liv. 3. Decad. li. 4, levem biremē appellat, & Cug-  
s; Plutarcho, & Appiano. Ratio aominis tracta est à Libur-  
nis populis in Illyrico, qui olim navibus velocibus usi, Ioniu-  
marc, insulasq; prædabantur. Quia ex causa Romani aaves le-  
vitate, celeritateq; præstantes, Liburnas appellavere: aut libur-  
nicas, sicut refert Appianus. Horat. in Epop. Ibis liburnis in-  
ter alta navium Amice propugnacula. Sueton. in Augusto:  
Vtrobiqu; parte liburnicarum demersa, simulq; ejus qua vehe-  
batur fusis armamentis, & gubernaculo distracto. Lucanus  
lib. 3: Ordine contentæ gemino creviss liburnæ. Firmicus Li-  
burnicum imperium usurpat pro navalium.*

*Liburnum, ni, [ Ger. Ein Schiff oder Gusswagen. Vn. Lektska,  
binst.] Vehiculi, sive lecticæ genus, ad liburnicæ navis simili-  
tudinē constructū, quo principes Romani vehisolebant adeo  
molliter, ut interim vel dormire intus possent, vel legere, vel  
scribere, aut aliud quidvis nō incōmodè agere. Iuven. Sat. 3:*

*Si vocat officium, turba cedente vehetur*

*Dives, & ingenti curret super ora liburno:  
Atq; obiter leget, aut scribet aut dormiet intus:  
Nang; facit somnos clausa lectica fenestra.*

*Liburnus, λιβύς, Portus Tuscorum, Ptolemæo lib. 3. cap.  
1. Hodiæ L'vorma.*

*Libyā, æ, & Libye, es. [ Λιβύη] lubim. λιβύη. Germ. Der grösste  
theil des Landes Afrike, wird für Africam und den dritten theil der Welt  
genommen. ] Tertia pars totius orbis, quam & Africam dici-  
mus, ab Asia, Nilo fluvio: ab Europa mari Mediterraneo divi-  
sa. Dicta a uteri putatur Libya, quod inde Libs ventus flare  
soleat: seu quod pluvia indigeat propter nimiam siccitatem,  
καὶ τὸ λάπτεσθαι, καὶ τὸν. Vel à Libya Epaphi filia Iovis filii. qSem  
per adfert Libya mali quippiam, ἀνθρώποις λιβύους. Quod  
inde Roman monstra deportarentur. Hinc & in mores, inge-  
niuumq; detorqueri potest: siquidem, ut est regio venenorum  
ferax: ita g catis pestilens ingenium. Præcipue cōveniet in fœ-  
disfragos, ac pectorum novatores.*

*Libyā, yos. [ Λιβύη] lubim. λιβύη. ] Gentile est masculinum, cu-  
jus femininum est Libyssa, sicut à Phœnia, Phœnissa.*

*Libycus, ca, cum, λιβυκός. Virg. lib. 4. Aen. Te propter Libycæ  
gentes Nomadumq; tyrani Odere. Libycus campus, agri Argi-  
vi pars est, inde nomen habens, quod illuc primū fruges  
ex Libya allata sunt: unde Ceres ipsa ab Argivis Libyssa co-  
gnominata est, teste Festo. qLibyca fera, λιβυκή, θηρίον, Diceba  
tur olim in hominem faustum, callidum, versipellem, variis mo-  
ribus, anicipitiq; ingenio. Quod genus portentum Cicero Ca-  
tilinam fuisse testatur. Inde natum, quod in Libya variae fera-  
rum species sacernumerò miscantur, atq; ita nova quædam  
hinc monstra spectaculo produci soleant, Roman à provin-  
cias præsidibus deportata.*

*Libystis, idis, λιβυστής Stephano, à nomine Libys deductum,  
qui tamen analogie ratio Libyssis postulare videatur, Virg.  
5. Aen. Horridus in jaculis & pelle Libystidis ursa. Quo tamē  
in loco nonnulli Libyssidis legere maluerūt: quām recte, ipsi  
viderint. Stephanus certè à nomine Libys λιβυστής deducit,  
λιβυστής, λιβυστή, λιβυστής, καὶ λιβυστής: putatq; ea fieri à genitivo  
λιβυστής, à nomine Libys formato, pleonasmo, τοις, s, quem re-  
gularis genitivus sit Libyos.*

*Libyās, adis, λιβυστή, ludæ oppidum, Herodis opus, Iordanis  
fluvio ab Ortu adjacens, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 16.*

*Libyssa, λιβυστή, Oppidum fuit Bithynia, notissimum Annibi-  
alis interitu. Plin. lib. 5. cap. 32: Fuit & Libyssa oppidum, ubi  
dunc Annibilis tantum tumulus est.*

*Libystinus, λιβυστής, Dictus est Apollo ab his qui Pachynū  
Siciliæ promontoriū incolebat, quod immissa Carthaginien  
sis hostibus peste, penè cunctos subita morte interemerit.*

*Libystos, λιβυστής, Oppidum est Scytharum Aroterum, non  
procul à Danubii ostiis: cuius meminit Plinius in descrip-  
tione Thraciæ lib. 4. cap. 11.*

*Lichas, Puer quidam Herculis, per quem Dejanira viro suo  
in Oeta monte sacrificaturo, vestem misit Nessi Centauri san-  
guine infectam: quam quum ille induisset, serpente jam per  
corpus veneno doloris magnitudine in fureorem versus, Li-  
chan perniciōsi muneris latorem, capillis atripuit, & in subje-  
ctum mare præcipitavit: quem Poëtæ fabulantur in saxum sui  
nominis fuisse mutatum, quod à nautis in mari Euboico ostendit.  
Ovid. 9. Metam. Nunc quoq; in Euboico scopulus bre-  
vis eminet alè Gurgite, & humane servat vestigia forme: Quæ  
quasi sensurum nautæ calcare verentur, Appellantq; Lichas.  
Lichades, λιχάδες, Insulae tres sunt in mari Euboico, à Licha-  
Herculis puer ita appellatae, quem in hoc mare præcipitavit  
Hercules, Nessi Centauri sanguine in fureorem conversus. Au-  
tor Strabo lib. 9.*

*Lichindus, λιχίνδος, urbs Siciliæ, unde gentile Lichindius;  
Stephanus.*

*Licianus, Poëta Martiali coetaneus, & conterraneus, ad quē  
extat ejus Epigramma lib. 1: Videbis altam Liciane Bilbilim.  
Ligarius, Civis Romanus, Pompeii partes in bello civili se-  
quutus, eo mortuo in Africam sese cōtulit ad Scipionem, per-  
tinacissimumq; sese Cæsari hostem præbuit. Postea apud Ce-  
sarem cū à Tuberone accusaretur, defensus est à Cicerone  
elegantissima illa Oratione, quæ pro Ligario inscribitur.*

*Ligæa, pen. prod. λιγέα, Nymphæ aomena. Nerei & Doridis fi-  
liae, à cantus suavitate ita dictæ. Virg. 4. Georg. At mater soni-  
tum thalamo sub fluminis alti Sensit: eam circum Milesia vel-  
lera Nymphæ Carpebant, Hyalis saturo fucata colore, Dry-  
moq; Xantoq; Ligeaq; , Phyllodoceq; .*

*Liger, Ligeris, Rutuli cuiusdam nomen fuit, fratri Lucagi,  
quem Turni auspicio sequutum Aeneas interfecit. Virg. 10.  
Aen. . vesano talia latè Dicta volant Ligeri.*

*Liger, eris, [ λιγέα, Ptolemæo: Gall. La Loere. Germ. Edet  
Ein vernämpter fluß in Frankreich / entspringt in dem Berg Cemene;  
läuft ein wenig gegen Mitternacht / dann nach gegen Nidergang ins gro  
Meer. ] qui & Ligeris in nominativo: unde accusativus Lige-  
rim. Nobilis est Celtarum fluvis, qui in Atvernorum finibus  
orientis, Heduosq; à Biturigibus dividens, non procul à Pi-  
etoniis in Oceanum Britannicum influit. Cæsar lib. 7. bell.  
Gall. Liger ex nivibus creverat. Idem paulò pōst: Magis iti-  
neribus ad Ligerim pervenit. Vulgo Loire.*

*Liguria, æ, [ λιγύρια. German. Ein Landeschaft Italie, welches  
Hauptstaat ist Genua. ] Italia regio, pro maiore parte mōtosa,  
inter amnes Varum & Macram, ab altero laterc habens Apenni-  
num, ab altero Padum. Tusciam attingens: cuius caput est  
Genua. Dicta Liguria, à Ligysto Phæthotis filio, convercio-  
ne y in u.*

*Ligur, vel Ligus, ris, λιγύρις, Secundum Priscianum aliquando  
est proprium nōmē, & tunc est generis masculini. Aliás est no-  
men gentile, virum significans, vel mulierem ex Liguria: & sic  
est communis generis. Probus putat Ligus esse adjectivum  
omnis generis: nullum tamē de neutro genere profert testimoniū.  
Lucan. lib. 1: Et tunc tonse Ligur quondam per col-  
la decora Crinibus effusis toti prælate Comatae. Virg. lib. 11.  
Aen. Vane Ligus, frustraq; animis elate superbis. Idē Georg.  
2: Assuetumq; malis Ligurem.*

*Ligūticus, a, um, pen. corr. λιγυστής, Nomen possessivum: ut,  
Mare Ligūticum, quod Liguriā alluit. Saxum Ligūticum,  
Iuven. Sat. 3: Nam si procubuit, qui saxa Ligūtica portat.*

*Ligus, Liguris, Vide LIGURIA.*

*Ligyes, λιγύες, Populi Asiatici, qui cum Xerxe contra Græcos  
militarunt: quorum meminit Herodotus lib. 7.*

*Ligystides. Insula eadem, quæ Stœchades, ut infrā dicetur.*

*Ligystina, λιγύστινα, Vrbs Liguriū prope occidentalem Ibe-  
riam & Tharsum: incolæ Ligyes vocantur, Steph.*

*Ligystus, teste Fabio Pictore, Phæthontis fuit filius, à quo  
Liguria cognominata est.*

*Lilæa, λιλαια Vrbs Phocidis, Steph.*

*Lilybæum, [ λιλιβαῖον. Ger. Das Vorgebirg Sicilia gegen Mes-  
tag und Africa heißt Marsala. ] Promontorium Siciliæ, cum ur-  
be eiusdem nominis, Libyam spectans. Tria enim traduntur  
esse ejus insula præcipua promontoria: ex quibus quod Græ-  
ciam respicit, Pachynum: quod Italianum, Pelorum, Scyllæ op-  
positum: quod autem in Austrum Libyam versus procurrit,  
Lilybæum appellatur. Autor Pompon. lib. 2. Vulgo Marsala.*

*Limenotis, λιμενότης, Chersonesus Celtica, Steph.*

*Limentinus, Putabatur deus, qui liminibus præcesset, λιμε-  
notis.*

*Limēre, λιμηνή, Vrbis nōmē, vide suprà in Epidaurio ex Ste-  
phano.*

*Limiosaltum, Ptolem. lib. 2. cap. 11. urbs Germania.*

*Limnæ, [ λιμναῖς. Germ. Ein Ort im Schloss zu Athen an dem ein  
Tempel stand des Gottes Bacchi. ] Locus erat in arce Athenarum  
templum habens Dionysio sacrum, à Theseo rege extactū:  
quo in loco vetustiora Bacchanalia peragebatur die duode-  
cimo mensis Anthesterionis, qui nostro ferè Novembri respō-  
det. Meminit hujus loci Aristophanes in Ranis, & Thucydi-  
des lib. 2. Histor.*

*Limnōs, λιμνός, Insula est deserta, juxta Orientalem plagam  
Hyberniæ, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 2. Plin. lib. 4. cap. 16: Sil-  
lum vocat.*

*Limnothälässæ, λιμνοθάλασσæ, Insula Hispaniæ adjacens in-  
terior Carthaginem novam & Sucronem, non procul à Dianio. Strabo lib. 3.*

*Limnōriæ, λιμνορια, Nympha: à cura lacus sic dicta: λιμνη  
cū lacus, & λιμη cura dicitur.*

*Limoniades, λιμονιάδες, Nymphæ sunt florum & pratorū,  
quas aliquādo mori & deficere dicit Aristot. sicut Faunos &  
Satyros. Dictæ Limoniades à pratis, q; Græci vocant λιμονιάδες.*

M 3 Limonum,

**Limenum.** Pictorum oppidum in Gallia Aquitanica, teste Ptol. lib. 2. cap. 7.

**Limōvīci.** Ptolemæus lib. 2. cap. 7. Gallæ Aquitanicæ populi nomine Lemovices [Vulgè Limos. Germ. Die limos finet ein von den Gasconen.]

**Limyra.** Lyciæ fluvius, cum oppido ejusdem nominis. Plin. lib. 5. cap. 27.

**Lindavium.** Rhetæ urbs ad lacum Brigantinum sita. [Ger. Lindau.]

**Lindōs.** Rhodo, Vulgè Lindo. In Rhodo, inquit Pomponius, tres quondam erant urbes, Lindos, Camiros, Ialisos. Gentile est Lindius, Lindo.

**Lindum.** Duorum oppidorum nomen est in Britannia insula. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

**Lingōnēs.** Sunt populi Gallæ Celticæ, Heduis, Seguanis & Leucis vicini: qui etiam hodie aliquod nominis retinent vestigium. Siquidem totius regionis eis metropolim Galli sua lingua vocant Langres.

**Lingōnūs.** ai. Idem Mart. lib. 8: Lingonus à recta Flaminiaque recens.

**Lingōnicus.** apud Persium, pro vestimenti vilissimi genere, quod Lingonibus præcipue erat in usu.

**Lînternum.** Vide LITERVM.

**Lîntrum.** urbs Norici ad Danubium sita.

**Lînus.** [Germ. Ein herzlich er Musizier bey den Griechen.] Apollinis & Terpsichores filius: sive ut quidam malunt, Mercurii & Vraniaæ Musæ, lyricæ peritissimus, ut qui discipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occisum ferunt, quem cum rusticis canente nimis petulanter corripuisse. Virg. Aeglog. 4: Non me carminebus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quanvis atq; huic pater adsit, Orphæ Calliopeia, Lino formosus Apollo. qFuit autem re vera Linus poëta antiquissimus, qui fuit primus à Phœnicio ad Græcos literas attulisse. Hermodotus verò Platonicus libro primo disciplinatum, dicit hunc Mecurii ex Musa Vraniaæ filium, Thebis genitum, scipissimæ seq; de mundi generatione: item de Solis & Lunæ cursu, animaliumque & fructuum generatione. In principio sui operis omnia simul nata dixit, quem secutus est Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, sagittâ ab Apolline transfixus. qAlius fuit Linus Hypermnestra vir, Aegisthi filius, quem tamen Ovid. in Epist. Heroidum, Lynceum appellat, non Linum.

**Lipârā,** pen. cor. Vulgè Lipara. Insula una ex Aeoliis, à Liparo rege. Aufonis regis filio, cui successit Aeolus: quem antea Meligunis vocaretur, teste Plin. lib. 3. cap. 9. qEst etiam medicamenti pinguis, & lenis nomen, ut ait Celsus. Plin. lib. 33. cap. 6: Addunt & in medicamenta, quæ vocant Liparas, ad excrecentia ulcerum.

**Lipâræs,** a, um, adjecit. λιπαρας.

**Lipârîs.** [λιπαρες. Germ. Ein flüss Cilicie welches Wasser sahet als wann es di were.] Cilicia: fluvius, λιπαρες: quoniam, ut scribit Vitruvius, natantes in hoc flumine, aut se lavantes, nō aliter unguntur aqua, quam si oleo, aut adipe lavaretur. qEst quoq; putes quidam ex generlacertorum, teste Plin. lib. 31. cap. 11. qEst & gemmæ nomen quæ suffitæ bestias omnes evocat. Plin. lib. 37. cap. 10.

**Lipstâ,** urbs M. Sniæ, Academia celebris.

**Liquentia.** Vide LIQVETIA.

**Liquentia.** sive (ut quidam scribunt) Liquentia. Fluvius est Iapidæ, in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus nascens, teste Plin. lib. 3. cap. 18. Vulgè Liveræ. Virg. 1. Aen. Quales aeriæ Liquentia flumina circum Sive Padi ripis, Athelini seu propter amœnum Consurgunt geminæ querces. Quo tam in loco nonnulli Liquentia legere malunt, & Liquentia flumina eadem ratione dicta existimant, qua alibi, & Fluvios liquentes, & Campos liquentes, & Mellæ liquentia, perpetuo epitheto Poëta appellavit.

**Lirimiris.** [λιρημησ. Germ. Läbeß.] Oppidi nomen in terra magis Septentrionali Germanie. Ptol. lib. 2. cap. 11.

**Lirîope.** λιρηπη, Nympha marina, Oceani & Tethys filia, ex qua Cepheus amnis Narcissum puerum formosissimum suscepit. Ovid. lib. 3. Metam. Cœrulea Liriope, quam quondam flumine curvo Implicuit, &c.

**Lîris.** [λιρες. Germ. Ein fluss in Campanien.] Fluvius Campanie, sive Latlinovi per Minturnarum ruinæ in sinum Cajetañum illabens, non procul à Formiis. Alio nomine Glanetus dicitur, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Itali hodie il Garigliano appellat.

**Lirnytea.** λιρηται, urbs Pamphyliæ, Steph.

**Lissâ,** λισσα, Insula est mari Adriatici, contra Iader. Plin. lib. 3. capite ult.

**Lissus.** λισσος, Fluvius Thraciæ, inter Mæsambriam Samothracum & Strymam Thasiorum in mare illabens, quæ Græci scriptores inter eos annumerant, quos à Xerxis exercitu excita-

tos tradunt. Autor. Herod. lib. 6. qLissus item oppidum est in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nymphæo promontorio. Plin. lib. 3. cap. 22, & Ptolem. lib. 2. cap. ult. Lucan. lib. 5: Prætereunt frustrâ tentati littora Lyssi, Nymphæumq; tenent.

**Lithesius.** λιθησις, Apollo in Malea, quod in Lapide collocatus sit, à Lithos, sic Marathesius à Marathos, Steph.

**Livius.** [λιβησ. Ger. Ein berühmter Geschichtsschreiber der Römer.] Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patavinus, quem Quintilianus Herodoto opponit, ut Salustium Thucydidi. De hoc Hieronymus ad Paulinum: Ad Titum Livium laetæ eloquentiæ fonte manantem de ultimis Hispaniæ. Gallicarumq; finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditus omnibus seculis, celebandumq; miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærerent. qFuit & Livius Andronicus, Latinorum poetarum antiquissimus: de quo Diomedes: Cöstar (in quis) apud Romanos primù Latino sermone Comœdiam Livium Andronicum scripsisse. Gell. lib. 17. cap. ult. Primus omnium T. Livius poëta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis morte annis plus fere centū & sexaginta.

**Lixus.** λιξος, Colonia à Claudio Cæsare in Mauritania Tingitana instituta, circa quam Poëtarum fabulæ & Antæ regia, & Hesperidum hortos collocarunt, aurea mala ferentes, à diacone pervigiliū summa cura asservata. Cui fabulæ occasionem suppeditante existimat Plinius flexuosum maris extuatum, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter oleum ferens, libr. 5. cap. 1. qEst & lixis amnis in eadem ora, cuius meminit ibidem Plinius & Pomponius Mela in fine.

L ante G

**Lobrîni montes.** λοβρηνας, In Phrygia sunt: unde Rhea Lubina. Scholiares Nicandri.

**Locanus.** Fluvius est Locrōn in fronte Italæ, quæ olim magna Gracia dicebatur. Plin. lib. 3. cap. 16.

**Lochias.** λοχια, Promontorium est Aegypti, non procul ab Alexandria, & Pharo. Strabo lib. 17.

**Locoritum.** autore Ptolem. urbs Germaniæ, hodie Transoxiana, vulgè Borheim. In Franconia.

**Locozius.** λοκοζος, Urbs Phrygiæ, quam Thraæ tenuerunt, cognomento Locozi, V: de Steph.

**Locri, orum, λοκοι.** Ger. Wölker in Griechenland vmb den Berg Parnassum] Græcia populi, Parnassum montem utrinq; accolentes: quorum qui occiduam incolunt plagan, ad Crissenum usque sinum pertingentes, medii inter Aetolos & Phocenses, à gravitate odoris Ozolæ, & à situ Hesperii cognominantur. Qui velò Parnassum ad oitum accolunt, ad mare usq; Euboicum extensi, in dupli sunt differentia. Nam hi quidè à Cnemide monte Epicnemidi: illi verò ab Opunte urbe Opunti cognominantur. Autor Strabo lib. 9. qSunt & Locri in extrema Italæ ora, quam magnam Græciam antiqui appellantur, oppidum incolentes ejusdem nominis, ab iis qui Ajacem Oileum ad Trojam sequuti sunt, cōditum: ut annotavit Servius in illud Virg. 3. Aen. Hic & Narici posuerunt moenia Locri. Hi discimini gratia Epizephyris cognominantur, quod supra Zephyrium promontorium siti sunt.

**Locris, idis, λοκησ.** Græcia regio utrinq; Parnasso incubens: cuius incolæ dicuntur Locri: ut jam dictum est.

**Locusta.** Venetia fuit Neroni grata, ex Galliis evocata: cuius opera Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de me dio sustulerunt. Tacitus lib. 11. & 12. Juven. Satyr. 1:

In locutisq; rudes melior Locusta propinquas.

**Persam, & populum nigros efferre maritos.** Lœmîus, λομη, Apollinis cognomen, quod ei Lydi impo suerunt ob malorum expulsionem, sinita pestilentia. Nam pectem Græci λομη appellant.

**Londinium.** λονδίνος, Ptolem. lib. 1. cap. 3, sive ut aliis placet, Londinum, Britanniæ insulæ metropolis. [Vulgè Londres. Germ. London.]

**Longobârdi.** [Ger. Die Lamparter/ Die Wölker in Städte vmb Milan vnd den Padum.] Populi Cisalpini Galliæ à Germanis omundi, & à Barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano, ultimisq; Germaniæ oris, Albino duce, Italia ingressi, brevi omnès pene ceterioris Galliæ urbes cepere. Ibi quod ducentis annis regnassent, à Carolo Magno superati sunt. Alii arbitrantur Longobardorum gentes ex Lingonibus & Bardis: hoc est, Gallis coaluisse: quemadmodum Celiberti ex Celtais Galliæ populis & Iberis creduntur commissi: ideoq; Longobardos potius appellando putant.

**Longône.** λογνη, urbs Siciliæ, Steph.

**Longimâns, ni.** Cognomen fuit Artaxerxis Persarum regis, inde impositum, quod alteram manum haberet longioram. μωρόχον.

**Lopâdîsa,** λοπάδησα, Insula inter Siciliâ & Libyam, cregio-

# LOR LOS LOT LOV LVBLVC

ne Thapsi, cuius meminit Stabio libro ultimo.

**Lorymā, λόρυμα.** Locus est Cariæ regione Rhodi insulae. Plin. lib. 5. cap. 28. & Strabo lib. 14.

**Los.** λός, Insula circa Thessaliam. Insularis Los, Steph.

**Lōtis,** idis, λότης, Nymphæ nomen est, quæ Priapum fugiens, in arboreum lotos fingitur transmutata. Ovid. 9 Metam.

Lotis in hanc nymphæ fugiens obscuræna Priapi,  
Contulerat versos servato nomine vultus.

**Lōthophagī,** pen. corr. λοθόφαγοι, Populi in Africa apud Sytes, à loto nomen sortiti, quod arboris ejus fructu credantur vixit: care: cuius cibus tā est dulcis, ut advenis incutiat patriæ oblivionem. Itaq; quum Vlyssis socii delati in Africā essent, & lotum gustassent, vix inde abduci potuerunt, ut placet Homer lib. 9. Odys. Vide LOTOS.

**Lovanium,** [Germ. Löwen.] Brabantæ urbs, archigymnasio celeberrima.

**Loxias.** λοξίας, Apollo dictus est, vel propter obliqua & tortuosa respona, quæ hujus vates reddebat, quod facilius consultoribus imponerent: vel quod Apollo: id est, Sol, Zodiacæ oblique pereret: λοξός enim Græcis obliquus est.

L

aute

V.

**Lubecum,** Saxonie urbs potens. [Germ. Lübeck.]

**Lūcā,** [λούκη, Ger. Ein Stadt Italiæ in Thürster Landeschaft.] Civitas Tuscia, à qua Lucenses dicuntur, qui eam urbem incolunt. Vulgo etiam hodie Luca. Dicta à Lucomone Hetruscorum rege. De hac Strab. lib. 5. Luca urbs est ad montes Lunæ incumbentes, ubi plerunq; vicatim habitant: regio tamē viorum probitate floret: itaq; robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares capit ordines.

**Lucanus,** λούκανος, Populi Italie à Samnitibus oriundi, secundum mare extensi. Silaro fluvio à Picentinis, Lao à Brutis dirempti: quorum oppida præcipua fuerunt, Velia, Pæstum, & Buxentum, aliaq; nonnulla. Plin. lib. 3. cap. 5. Hor. lib. 2. Sermon. Sat. 8: Lucanus an Appulus anceps.

**Lucanus,** Nomen proprium Poëtæ, nepotis Senecæ, viti un-decunque docti. lata, & gravissimi Tragediarum scriptoris. Hic bellum civile inter Cesarē & Pompejum gravissimo carmine perscripsit. Item Orpheum Tragediam, multaque alia quæ hodie non extant. Perit incisa iussu Neronis vena, jam. Consul designatus: propterea quod inter eos nominatus es- set, qui cum Pisone coniurârunt. Vide latius vitâ ejus apud Crinitum.

**Lucana,** Vide in APPEL.

**Lucentiā,** Citerioris Hispaniæ urbs, & Romanorum quondam colonia, ut scribit Pomponius Mela, lib. 2.

**Lescentum,** Hispaniæ Tarracensis oppidum à superiore di versum, quod Ptolem. lib. 2. cap. 6. statuit supra Carthaginem, Occiduum versus.

**Luceres,** sive Lucerensis, Tertia pars erat populi Romani tem-pore Romuli Romanorū regis. Cōstat enim, autore Livio, re-cupti jacti in urbem Sabinis, populoq; aucto, Romulum om-nē populum in tres secreuisse tribus: quarum una Tatensem, appellata est à T. Tatio Sabinorū duce: altera à Romulo Ram-nacium: tertia Lucerū à Lucero Tuscorū rege (ut refert Varro) qui pugnanti adversus Tatiū Romulū suppicias tulit.

**Luceria,** λούκερια, urbs Apulia, Aufonum colonia. Plin. libro 3. cap. 11.

**Lucerius,** λούκεριος, Ardex rex, qui auxilio fuit Remulo ad-versus Tatium.

**Lucerna,** Vna ex primatis foederis Helvetici urbibus.

**Lucetius,** λούκετιος, Dictus est Iupiter, à luce quā praestare hominibus putabatur. Sic Iuno Lucetia, quod lucis causa sit, parturientes adjuvans.

**Lucilius,** Poëtae veruissimi nomē, patria Auruncani, qui pri-mus Latinorū Satyri scribere aggressus est. Obiit apud Neapolim anno ætatis sua quadragessimo sexto, publicoq; funere elatus est. De Lucilio vide Quint. lib. 10. & Horat. lib. 3. Ser-mon. Sat. 4: Hinc omnis pender Lucilius hosce secutus, &c.

**Lucina,** pen. prod. [λούκινη, Ger. Juno die Götter Kinder ge-burt. J. Dea, partum præses: teste Servio, quæ & Iuno dicitur & Diana. Terentius in Andria: Iuno Lucina fer opem. Virgilii in Pollio: Casta fave Lucina, tuus ja regnat Apollo. Atq; hic quidem accipitur pro Diana. Cic. lib. 2. de Nat. deor.

Quam Luna à lucido nominata sit: eadem est enim Lucina. Itaq; ut apud Græcos Diana, eamq; luciferam: sic apud no-stros Iunonem Lucinam in pariendo invocant: quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non à venando, sed quod in septem aumeratur tanquam vagantibus. Dicta Lucina, quod partu ferat in lucem. Plin. lib. 16. cap. 44 putat Lucinam dici, quod oculis præsit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iu-noni facer est in Exequiis. Ovid. li. 2. Fast. Gratia Lucine, dedit hęc tibi nomina lucus: Aut quia principiū tu dea lucis habes.

**Luciūs,** Præomen est Romanis familiare: quod idcirco illi,

# L V C L V G 183

qui primò hoc prænomine fuit appellatus, impositum creditur, quod prima luce esset natus. q̄ Lucius Ostius tempore bellorum civilium patrem suum proscriptum, quem Trium-viri ad supplicium perquirebant, latente prodiit, ut ejus bona acciperet. Autor Plutar. q̄ Est etiam Lucius pisces nomen; cuius solus Ausonius meminit in Mosella: Lucius obscuras vulva cænoq; lacunas Obsidet hic, nullos mensatur lectus ad usus Feiety fumosis olido nitore popinis.

**Lucretiā.** [Germ. Ein heufräw Collatini, ein räisch Römischi Weib.] Romanæ castitatis præcipuum lumen, filia Tricipiti Præficii urbis, & uxor Collatini: quam Sext. Tarquinius, quum precibus exorata nos posset vi oppressit: stricte enim gladio in cubiculum irruens mortem minabatur, ni voluntu-suæ obsequeretur: addebatq; se cum mortua jugulatum ser-vum positur, ut in sordido adulterio necata diceretur: qui-bus minis illa perterrita, ut infamie suspicione effugeret, ex-pugnari sece passa est. Quo facto coinvocatis patre, marito, cæ-terisq; amicis oboris repente lacrymis, tyranni flagitium des-textit, & educto cultro, quem sub teste occultum habebat, se se statim confudit. Qua re moti pater cū marito & cæteris ami-cis populo ad arma concitato, reges expulerunt. Vide hæc la-tiūs apud Livium ad finem lib. 1. ab Urbe. Mart. Esse videba-ris, facor, Lucretia nobis, &c.

**Lucretiūs,** pen. cor. Mons fuit in Sabinis: de quo Horat. lib. 1.

Carm. Velo x Amœnū səpē Lucretiē Mutat Lycæ Faunus.

**Lucretiūs,** Poëta antiquissimus, Cicerone xij. annis natu-minor. Scripsit de reris natura libros sex, qui etiā hodie legūtur. Extat honorificū de eo elegium apud Ovidium in Eleg.

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,

Exiō terras quum dabit una dies.

**Lucrinūm,** Dauniorum est oppidū in Apulia, ut scribit Strabo lib. 6. & Pomponius lib. 2.

**Lucrinūs,** pen. prod. λούκρινος, Lacus Campaniæ in sinu Bajano, contra Putolos, propinquus Averno lacui adeo, ut ist maximis quandoq; tempestatibus conjungi soleant. Dictus à lucero, ut vulgo creditur, propter multitudinem piscium, quæ ibi capiebantur. De utroq; Martialis: Dū modò Lucrino, mo-dò se permittit Averno.

**Lucretiūs** Carulus, Romanus civis fuit, qui primo Punico bello trecentis navibus adversum Poenos profectus, sexen-tas eorum naves cōmeatibus & aliis & oneribus impeditas apud Aegates inter Siciliam, & Africam depressit, finemque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, ut Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis inter Italianam, Africamq; decederent, Hispania citra Iberum fluvium abstinerent.

**Lucretiūs,** λούκρινος, Pœpeli, & Ciceronis æqualis: qui in Quæ-stura amplissimum populo munus edidit. Prætor Africæ ob-tinuit: Adversum Mithridatem missus, collegam suum Cottæ Calcedone obsecum liberavit: Cyzicū obsidione solvit: Mi-thridatis copias ferro & fame afflixit, eumq; regno expulit: quem ruitum cum Tigrane rege Armeniæ bellum instauran-tem magna felicitate superavit. Deliciis omnibus affluens, maxime signorum & tabularū amore flagravit. Ingavescen-te deinde ætate, quum jam despere cœpisset, tutela ejus M. Lucullo fuit: permissa est. Vide Plutarchum in Lucretio. Cic. Acad. 2. in principio.

**Lucretiūs,** λούκρινος, Olim dicti sunt Tuscæ quidam: qui, quod Romulo adversus Sabinos suppicias tulissent, in civita-tē recepti, Lucerensium tribui nomen fecerunt. Autor Varro.

**Lucus Augusti,** Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vrbs Cæpororum, in traxi Hispaniæ Tarracensis, quam Augusti turrim Pompæ Mela nominat.

**Luciūs Feroniæ,** Oppidum est Tuscæ mediterraneum, non procul à Luca. teste Ptolem lib. 3. cap. 5.

**Lucentiūm,** sive potius Leventinūm, Britannæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 5.

**Lugdūnum,** [λογδύνα Stephano. Germ. Leon.] Emporiū est totus Gallæ Celticæ longè celebratum, à quo ea pars Gallæ Lugdunensis dicta est, à L. Munatio Plancio, dum Gal-læ Comitatæ præcesset, conditum in colle supra confluentem Rhodani & Araris imminentem: ubi etiam hodie non obseura antiquæ urbis extant vestigia. Strabo lib. 4. Lugdunū in colle conditum, ubi Arat amnis Rhodano immiscetur, Romant̄ tenetur imperio: ampliori quoq; dignitate virorum secundū Narbonem sfluxis, quibus usq; magno est empirium. Ibi quoq; Romani duces aureum numisma, argenteumq; signa-runt. Lugduni erat templum fuit communis universæ Gal-læ impensa extructum, & Casari Augusto consecratum, ea parte ante urbem, ubi amnes confluerat: inibiq; atra dignitatis eximia erat, gentium sexaginta titulo insignis: dicatis ibi to-tidem gentiū simulacris. Hæc Budæus de Asse. Fuit prætereā hæc civitas celebribus mundinis insignis, ad quas totius Gal-læ populi ad emendum, & vendendum conveniebant: unde etiam hodie locus ille in quo sicut situm fuit Lugdunum. For-

*Veneris* appellatur. In hac etiā urbe à Caligula Cœsare (ut in vita ejus cap. 20. testatur Suetonius) institutum fuit certamen Latinæ, Græcæq; facundizæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia viçtos contulisse, eorundem & laudes compонere coactos. Eos autē qui maximè displicuerint, scripta sua spōgia, linguaq; delere iussos, nisi ferulis verberari, aut fluminis proximo mergi maluissent. Huc spectaculo videtur luvensis, quum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunensem dictu-  
ro. Ea autem urbs tam insignis, totq; egregiis ornamentis nobilitata, teste Seneca in Epistolis, sub imperio Neronis, centesimo anno, à quo fuerat condita, una nocte conflagravit. Hodie verò Lugdunum in plano situm est, magna sui parte Rhodano & Arari fluminibus inclusum, nulli Christiani orbis anglis incogitum. Vulgo Lyon.

**Lūnā.** [Germ. Ein Star in Hetturien am Meer gelegen/ bei deren man scha weiss Marmesteine gräbt. Vulgo Lusi.] Hetturiz oppidum ad mare situm, secundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Plin. lib. 36. cap. 6: Adiect idem Nepos, Mamurram totis ædibus, nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Carrasco, aut Lunensi. Lucanus lib. 1:

· quorum qui maximus ævo,

Arvus incoluit deserte moenia Luna, &c.

**Lūnēnsis** casus. [Germ. Lunenser Röß / standt gat und feist.] A' Luna urbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetturiz, quæ Liguriz proxima est. Erat autē hoc casei genus sola magnitudine laudatum, ut quod libra mille pondus nonanquam æquaret: unde inter servorum obsovia refertur à Mart. lib. 14: Casus Hetruse signatus imagine Lunæ Præstabat pueris prandia mille tuis. Plin. lib. 11. ca. 42: Mistum Hetturiz aq; Liguriz confinium Lunensem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula millia pondo premitur.

**Lūnæ** promontorium, Hetturiz promontorium est, non procul à Macra fluvio: cuius meminit Ptolemaeus lib. 3. ca. 1. Ἀλύνις ἄρξη. q; Est item ejusdē nominis promontorii in Lusitania, nō procul à Tagi oklo, apud cunctē Ptolem. lib. 2. ca. 5. Lunarium, Promontorium Lalætorum in Hispania Tarraconensi: cuius meminit Ptolem. lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iovis.

**Luneburgum.** Vide MARONIS.

**Lūpērca**, à Lupa dicitur, Locus sub Palatino monte, sacra-  
rus ab Evandro Pani Deo Arcadiæ, qui Licæus vocatur, eo  
quod non sicut lupos in oves favere. Quanvis quidam ita ap-  
pellatum velint, quod Lupæ ibi Remum & Romulum nutritive  
rit, λυκαῖος. Ovid. 2. Fast.

Illaloco nomen fecit, locus ille Lupercal:

Magna dati nutrix præmia lactis habet.

**Lūpērcaliæ**, [λυκαῖα]. Ger. Fäst so im Hornung zu Ehren des Hirten-  
gottes Panos gehalten wurde. Solennia quædā sacra diceban-  
tur, quæ mensē Februario à Lupercis siebant in honorem Pa-  
nos pastorum Dei. Cic. ad Quint. Frat. lib. 2. Hodierni diei res  
gestas Lupercibus habebis. Servius eastrâ illud Virg. lib.  
3. Aen. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos. Quam in-  
quit, in honorem Panos Luperciorum solennitas celebratur,  
pecora Romanorum subito à latronibus raptæ sunt. Illi  
projectis vestibus, persecuti sunt latrones, quibus oppressis,  
& receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam,  
consuetudo permanit, ut nudi Lupercalia celebrarent.

**Lūpērci**. [Germ. Pfaffen des Hirtengottes Panos / welche auf sel-  
ben Häfen nach durch die Stadt Rom ließen.] Sacerdotes erant  
Panos pastorum Dei, qui Luperciorum die nudi per urbem  
cursitabant, prægnantiumq; mulierū manus, uterosq; capri-  
na pelle feriebant: quæ re & secunditatem, & faciliem partum  
fieri putabant. q; Dicti autē creduntur Luperci à Pane Deo pa-  
storū, cui sacra & ritus faciebāt in Lupercali. Græci enim Panos  
vocant Lyceum, deducto nomine δῶς τῷ λύκῳ: hoc est, à lupo  
quod oves à lupis tueri credebatur. Vel à Lyceo monte At-  
cadiz, in quo Pan colebatur. Ovid. 2. Fast. Quid vetat Arcadiæ  
diuos de morte Lupercos? Faunus in Arcadia templo Lyceus  
habet. Cic. 2. Phil. in securitate M. Antonium, quod in Lupercali-  
bus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sel-  
la aurea coronatus, se Lupercum exhibuerit.

**Lūpīa**, Germaniæ fluvius Pomponio lib. 3: Conjectura est, in-  
quir Vadianus in Melam, cum esse, quem hodie Neccharum vo-  
cant, qui haud longè à Danubii fontibus ortus, per Vitrin-  
bergensem ducatum lapsus, moxq; in occasum versus, Rhe-  
nū seorsum illabitur. Strabo longè secus quam Pomponius,  
Lupiam in Visurgim deferrit, ut Lupi nomine noa Nec-  
charus, sed is amnis, quem hodie Fulda vocant, intelligatur.  
Tacitus (adecd in retinilla variant scriptores) lib. 10. Augustæ  
historiæ 2: Lupiam vocat amnem noa in Rhenū: sed in Ocea-  
nū clapsum. Hæc Vadianus. Cuius viri aliqui diligentissimi  
lapsus tam supinum satis mirari non possum, præsentim in  
sue Germaniæ chorographia: Constat enim Lupiam Bructe.

## LVP LVSLVT LYÆ LYC

orum (hodie Vreßphælos appellant) fluvium esse, qui etiam  
hodie nomen retinet, ut tantummodo in i mutato, nō procul  
à Badenborna nascentem, ad cuius caput extat oppidulum,  
quod Germani sua lingua Lipenspringe/ quasi Lipæ fonte ap-  
pellant: aliudq; circa mediū ferè fluminis tractum visitur op-  
pidulum, quod eodem cum fluvio nomine Lipiam nominat.  
Labitur autem in Rhenum (quod & Mela afferit) circa Ves-  
tiam agri Clivensis oppidum.

**Lupfurdum**, Ptolemaeus lib. 2. cap. 11. Vrbs Germaniæ, ho-  
die Myña. Vulgo Meissen.

**Lusitania**, niz, [Λυστανία. Germ. Das Königreich Portugals in Hispanien.] Tertia Hispaniæ pars, ad Septentrionem Dunio amae à Tarraconensi provincia, ad Austrum à Bætica Anas flu-  
vio direpta: cuius descriptionem vide apud Plin. lib. 4. cap.  
21, & Ptolemaeus lib. 2. cap. 7. Strabo tamen lib. 3. Lusitanæ  
ad Austrum Tago flumine terminat. Distat autē volunt Lu-  
sitaniam à Luso, & Lysa Liberi patris comitibus, qui cū bac-  
chantes in Hispaniam secuti sunt, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 1.  
Hodie *Portugalliam* appellant.

**Lūstüs**, [Λυστός. Germ. Ein Fluß in Arcadia / in welchem Jupiter  
seinen ersten Maht soll gebetet haben.] Arcadiæ fluvius frigidissi-  
mus, Gortynam vicum præterfluens, in quo Iovem primum  
ablutum fuisse Arcades afferunt: unde & nomen accepisse pu-  
tatur. Vide Cæliū Rhod. lib. 18. cap. ult. q; Fuit & Lusius qui-  
dam, Marii ex sorore nepos, qui quum Trebonio generoso  
adolescentulo vim afferre conaretur, ab eodem occisus est.  
Valer. lib. 6. cap. 1. Clusium appellat.

**Lūspīæ**, Λυσπία, Ptol. lib. 3. ca. 1. Calabriæ urbs, Lupia Plinio.  
**Lūssi**, Λυσσοι, Vrbs Arcadiæ, ubi Melampus Præti filias lavit,  
& ab insania liberavit. Civis Lusius, Lusiates, Lussus. Steph.  
**Lūtetiæ**, [Vulgo Paris. Germ. Parus die hauptstatt in Frank-  
reich.] Parisiorum urbs celeberrima, primum in Sequanæ in-  
sula condita, nunc præter insulam utramque ripam latissimis  
occupans ædificis, cumq; maximis Europæ urbibus magni-  
tudine certans & frequentia, Græci λυτεῖν nominant, à pa-  
rietum (ut quidam existimant) albedine. Meminat hujus ur-  
bis Strabo libro. 4.

**Lutzeburgum.** [Germ. Lühesburg.] Vrbs in Gallia Bel-  
gica sita.

L ante Y.

**Lycæus**, xi, pen. prod. [Λυκαῖος. Germ. Ein juna Bacchi ob-  
des Betas.] Vnum ex Liberi patris cognominibus: inde impo-  
situm, quod immoderatus vini usus pariat λύκος: hoc est, rixæ  
& seditiones. Aut certè πάρος τῷ λύκῳ τὰ μέλα τῶν μετωποφόρων:  
hoc est, ab eo quod ebriorum membra solvat: unde & λυ-  
καῖος à Græcis cognominatur. Virg. lib. 4. Aen. Legiferæ Ce-  
teri, Phœboq; patriq; Lyxo.

**Lycæus**, a, um, pro Lyæus. Virg. 1. Aen. Regales intet mensas,  
laticemq; Lyæum.

**Lycæbētus**, beti, pen. prod. Λυκαῖος Suidæ, Atticæ mons et,  
apud Plin. lib. 5. cap. 7.

**Lycæd**, λυκαῖος, Sacra erant in Lyceo Arcadiæ mōte in hono-  
rem Panos fieri solita, quæ postea ab Evandro in Arcadiam  
translata, Lupercalia dicta sunt, ut placet Ovid. lib. 2 Fast. Pau-  
sanias tamen in Arcadicis Lycei Iovis sacra fuisse tradit, à Ly-  
caone Pelasgi filio ad Iovis Lycei aram primum instituta. Vi-  
de Cæliū Rhod. lib. 24. cap. 17.

**Lycæus**, xi, [λυκαῖος]. Germ. Ein Berg in Arcadia dem Jupiter  
geweiht. ] Arcadiæ mons, Iovi sacer, teste Pausania in Arcadiis,  
olim etiā Olympus & ἱερός, κρευφός: id est, sacer vertex ab  
incolis appellatus, quod lovet ibi educatum existimarent.  
In quo etiam monte Iovis Lycei aram fuisse tradit, à Ly-  
caone Pelasgi filio ad Iovis Lycei aram primum instituta. Vi-  
de Cæliū Rhod. lib. 24. cap. 17.

**Lycambes**, bis, per tertiam: vel Lycambes, bæ, per primam decli-  
nationē, λυκαῖον, Neobules pater fuit, qui quum filiā Archi-  
locho Poëta despondisset, posteaq; pœnitētia ductus, nō tra-  
didisset, tā acerbo carmine ab eo cīt perstritius, ut una cū filia  
laqueo vitæ finierit. Hor. in Epod. Ode 6: . . . . . malos aspergitq;  
Parata tollo cornua: Qualis Lycambe spretus infido gener.  
Lycambēs, a, um, pen. prod. Ovid. in Ibini: Tincta Lycambe  
sanguine tela dabit.

Lyctor.

**Lycid.** pen. prod. genitivo Lycaonis, pen. cor. [λυκεων. Ger. Ein König in Arcadien/welchem Jupiter vmb einer mishandlung wütet zu einem Wolf verwandelt hat.] Arcadiz Rex fuit, Pelasgi filius, quem Jupiter, quod aram suam in Lycæo monte, mactato pueru, sanguine respersisset, in lupum mutavit: ut scribit Pausanias in Arcadicis. Ovid. tamen lib. 1. Metam. omnino alijs tradit transformationis hujus causam, quæ sic habet: Jupiter aliquando quum multa de humani generis insperatae inaudisset, neq; tamen omnia crederet, ut rem omnem certius exploraret, relicto celo, in terras descendit: aliquotq; regionibus peragrit, tandem sub noctem in Arcadiam pervenit ad Lycaonis regiam, ubi quum se Deū esse significasset, vulgusq; se ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum facturum esse dixit, deumve an mortalem hospitio suscepisset: conatusque est noctu dormientem interimerre. Quod quum frustra tentasset, alia ratione rem aggressus est. Habet at obsides à Molosorum gente ad semissos: horum unum jugulavit, partimq; assūm, partim elixum Iovi epulandum apposuit. Cujus rei immanitate indignatus Jupiter, regi tyranni immisso fulmine exsusit, ipsumq; in sylvas fugientem, in lupum transformavit. qd Alius fuit Lycaon Nelei filius: & frater Nestoris, quem Hercules capta Pylo interemit. qd Alius item fuit Priami filius ex Laothoë Atlai Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Trojano interemit: ut placet Homer. lib. 21. Iliad. qd Lycaon item faber insignis fuit ex Gnōsso Creta urbe, artifex ejus ensis, quem Ascanius dedit Eurylochus: de quo Virg. 9. Aen.

**Lycōnīa.** [λυκεωνία. Ger. Ein herethische Landeschaft des minderen Asia, stasset gegen ausgang an Berg Taurum] Asia regio, Cappadociae pars, secundum Ptolemaum ad Taurum montem pertinet ea in parte, qua Pamphyliæ imminent. Urbes habet Iconium, Adopissum, Cannam, Paralaida, aliasque complures, quas vide apud Ptolema. lib. 5. cap. 6. qd Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, à Lycaone Rege, Pelasgi filio, & patre Arcadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit.

**Lycōnēs.** pen. corr. λυκεωνες, Populi Lycaoniæ, in finibus Cappadociae ad Taurum montem, qui & Lycaonii appellantur. qd Lycaones alii à Ptolema. lib. 5. cap. 2. collocantur in finibus Lycæ, non procul à Themizoniis.

**Lycapſiſ,** λυκεψιον. Vicus prope Lydiām, Stephan.

**Lycastæ,** λυκεστα, Filia fuit Priami ex concubina, cujus amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanū sororis Hecubæ filius, eam uxorem duxit. qd Fuit item Lycaste meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formam excellentiam Venus appellata, quæ quum Buten, Amyci Bebryciorum Regis filium hospitio exceptisset, ejus concubitu usq; Erycem ei peperit: quo factum est, ut apud posteros creditum fuerit, Buten ex Venere Erycē genuisse. Vide suprà in dictione B V T E S.

**Lycastūs,** λυκεψιον, Vrbs Cretæ, ita dicta à luporum multitudine, quæ ibi esse perhibetur, Strabo lib. 10.

**Lycēum,** pen. prod. [λυκεων. Ger. Die Schule Aristotelis bei Achm.] Gymnasi celeberrimi nomen juxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio philosophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia. Cic. 1. Academ. Qui erat cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lyceo. qd Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, à nomine scholæ Aristotelice ita dictum, de quo lib. 1. de Divin. Nuper, inquit, quum esset cum Qu. Fraatre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulandi causa in Lyceum venissemus (id enim superiori gymnasio nomen est) Perlegi (inquit ille) tuum paulò ante tertium de Natura deorum. Hujus nominis penultima produxitur à Cicero in versu illo: Inq; Academia umbrisera, nitidoq; Lyceo, Fuderunt claras secundi pectoris attes.

**Lychnidūs,** λυχνιδος, Vulgo Ocrida, Macedoniæ oppidum, sub Candavia monte situm, ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, mariq; Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Author Strabo lib. 7. & Ptolemaeus lib. 3. cap. 14.

**Lychnitīs,** idis, λυχνιτης, Lacus est in Occidentali tractu Macedoniæ, sub Carnania monte: cui imminet oppidum nomine Lychnidus. Vide Stephanum καὶ πόλεων, & Strabonem libro 7.

**Lycia,** [λυκεια. Germ. Ein Landeschaft des minderen Asia zwischen Pamphyliam und Cariam gelegen.] Regio minoris Asiae, inter Pamphyliam & Cariam sita: olim (si poëtarum fabulis credimus) Chimæra monstri ignibus infestata. Cujus fabulae occasio nem præbuit Chimæra ejus regionis mons, crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio. Urbe habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Patarœus cognominatur. qd Est & urbs Arcadiæ. Gentile Lyceates. Stephan. ex Pausan.

**Lyciūs,** Gentile. Virg. 1. Aen. Vnam quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem.

**Lyciūs,** a. um, adjektivum: ut, Lycæ fortes, apud Virg. 4. Aenei-

dus: id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responda edebat.

**Lycidās,** δελυκειδας, Nomen Centauri unius ex iis, qui Pitho Hippodamiam sponsam eripere conati, à Lapithis interempti sunt. Ovid. 12. Metamor. At non Eurynomus, Lycidasque & Aræus, & Imbreus effugere necem. qd Est & nomen pastoris apud Virg 9. Aeglog.

**Lycimniūs,** sive potius Lycymnus, λυκημνος, Avus maternus Hercules: quem Tlepolemus, ejusdem Hercules ex Astiochus filius, jam ætate proiectum, interfecit. Autor Homerus in Catalogo.

**Lyciscā,** [Germ Ein Wölfelein / ein Handwurf.] Nomen canis proprii, à lupo (ut videtur) similitudine impositum: sive ab eo, quod lupum coercent. Virg. 3. Aegl.. multum latrante Lyciscā, Servius Lyciscas vocari arbitratur canes ex lupo & cane fœmina natu: cujusmodi in Cyrenaica Libya giganti scribit Aristotle. Plin. lib. 8. c. 21, hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniaq; dñe, frangere ait, & devorata protinus cōquerere.

**Lyciūs,** λυκημνος. Germ. Ein junan Apollinis, oder der Sonnen.] Apollinis cognomē. Vel λυκημνος λυκημνος, quo nomine prisci Græcorum dicebant lucem illam, qua p̄cedit Solem. Vel (quod verius puto) à Lycia Asia regione, in qua p̄cipue colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo infagnem. Non enim sunt audiendi, qui quod lupi naturam imitetur hauriendo humore vi caloris vehementiore, Lycium dictum contendunt.

**Lycōmēdes,** λυκημνος, Scyri insulæ Rex, cui Thetis filium suum dormiente præceptore suo Chirone claram raptum servandum tradidit, ut ibi inter ejusdem Regis filias (erat enim facie venusta, & eleganti, ita ut facile pro puella se se gereret) muliebri habitu induitus latitaret, ne ad bellum Trojanum, a quo nō reversurum sciebat, proficiisci cogeretur. Apud quem quum delitesceret, Deidamia Regis filia vitavit, & ex ea Pyrrhum suscepit. qd Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit Homer. lib. 9. Iliad.

**Lycon,** [λυκων. Germ. Ein wölfchen Philosoph aus Thrakien in Asia birtig.] Philosophus Peripateticus fuit, ex Thracie Asia regione, in dicendo adeo suavis, ut pro Lycone Glycon nominaretur: trago nomine à dulcedine. Hic fuit cultu & vestium mollitie nitidissimus. Lucta & pilæ lusione exercebatur. Perit podagræ morbo annos natus septuaginta quatuor. qd Fuit præterea Lycon quidam Orator, unus ex accusatorib. Socratis, de quo Laertius in vita Socratis. Fuerunt & alii ejusdem nominis, quorum meminit idem Laertius.

**Lycone,** λυκων, Vrbs Thracie. Gentile Lyconeus. Stephan.

**Lycophrōn,** λυκόφρων, Poëta, patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici: adoptione verò Lyci Regini historici filius, inter septem poetas, qui Plejades dicebantur à numero stellarum, à Philadelpho Ptolemæo receptus. Erat autem hi, Thocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philocles, Homerus junior, & Lycophron. Tragedias ejus enumerauit Suidas. Scriptis & Alexandram, poëma valde obscurum, in quo agit de vaticiniis Cassandrae: exorsusq; ab Hercule, & rebus Trojanis, prosequitur usq; ad Alexandrum Macedonem. De hujus morte Ovidius in Ibin: Utq; cothurnatum perisse Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. qd Alius fuit Periandri Corinthiorum Regis filius ex Melissa, Procles Epidauriorum Tyranni filia, quam quum Periander gravidam ietu calcis occidisset, Lycophron cū Cypselo fratre suo ad Proclum se recepit. Verum repeatè filios Periandro quum Procles dimittere cogeretur, flans admonuit, meminisse eos debere quisnam matrem eoru occidisset. Quod verbum tam altè Lycophronis menti insedit, ut Corinthum reversus, adduci non potuerit, ut aut patrem prior salutaret, aut ab eo cōpellatus, verbum ullum responderet. Qua filii pertinacia irritatus Periander, sedibus euro ejecit, edicto simul proposito: Apollini ut sacer esset, quisquis cum testo reciperet. Cujus editi metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in portico quadam à patre inventus, illuvie squalidus, & inedia tantum non erectus, blandeq; ab eo invitatus, ut posita pertinacia regni successionem miseritimo præfret exitio nihil aliud respondit, quā caput ejus Apollini deberi, quod contra editum in colloquium suum venisset. Periander itaque animadvertis gravius esse malum filii, quā cui facile mederi posset, in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablesandum curavit. Verum quum ingravescente iam ætate Periander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administranzae minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore, ad regni administrationem cum evocavit. Cui quum ille respondidit, se patre vivo Corinthum non reveretur, hanc ei conditionem tulit Periander, se in Corcyram concessum, modò ipse ad tyrannidis successionem sese in Coriothum conferset. Id approbante filio, Periander consensu navi, in Corcyram cursum tenuit, futurum ratus, ut filius mitteretur Corinthum,

*tinum. Quæ res eum magnopere fecellit. Edocti enim de his omnibus Corcyrae, qui Periandro male cupiebant, ut adventum ejus intercluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, ut insulam vi ingressus, trecentos primorum Corcyrenorum pueros Sardis ad Halyatten Regem misericet castrando: qui tamen quum Samum appulissent, beneficio Samiorum servati sunt, & incolumes domum remissi. Vide Herodotum libro tertio, & Laertium in Periandro.*

**Lycopolis**, *λυκόπολις*, **Vrbs Aegypti**, à lupis dicta, quod Aethiopas Aegyptum incursantes, lupi facta acie usque ad urbem Elephantinam repulserunt. Ibi Aegyptii Lycopoli conderunt à bestiis illis ei nomen imponentes: quas etiam pro diis coluerunt. Autor Diodorus lib. 2. Germanicè dici posset *Wolfstas*.

**Lycoreia**, *λυκόρεια*, **Vicus in Delphis à Lycoreo rege**. Civis Lycoreus, Lycoreus, Lycoretes. **Est & Lycoreus Iupiter, & λυκόρειος** per se reperitur. Steph.

**Lycoris**, *λυκόρης*, **Voluminii Senatoris liberta fuit**, vero nocturne Cithenis dicta, miserè à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spredo, Antonium in castra sequuta est. Virgil. 10. *Aeglog. - tua cura Lycoreis, Perque nives alium, perque horrida caltra sequuta est.*

**Lycormas**, *λυκόρης* Stephano, Fluvius est Aetolæ, flavas atenas volvens. Hic postea Evenus ab Eveno Rege Aetolæ, qui se in illum præcipitavit, appellatus est, teste Strabone lib. 7. Ovid. lib. 2. Metamorph. *Arsurusque iterum Xanthus fluvusque Lycormas.*

**Lycosthenæ**, *λυκόσθεναι*, vel *λυκόσθεναι*, **Vrbs Lydig**, Steph. Gentile Lycotheneus, vel Lycotheneites.

**Lycozæ**, *λυκόζαι*, **Vrbs Thraciæ**. Cives Lycozei, Steph. *Lycosura*, *λυκόσυρη*, **Vrbs Arcadiæ in Lyceo monte**, inde *Lycosurus*. Stephanus.

*Lyconia*, **Vrbs Cretæ insulæ**, ut notat Tortelius.

**Lycius**, *λυκτός*, **Cretæ urbs**, edito in loco sita: unde & Lython quidam appellaverunt, teste Stephano, de uribus, & Sirabone lib. 10.

**Lycius**, gentile, *λυκτός*: ut, Lyctius Idomenæus apud Virg. 3. Aeneidos.

**Lycurgus**, *λυκούργος*. Ger. Ein Bruder Eunomii des Lacedemonischen Königs / welcher sich nach dem absterben des Reichs unterwunden / und mit ganz Besessen angestötet hat.] Nobis Spartiate fuit, Polydecta filius, & frater Eunomi Lacedemoniorum Regis: cui etiam in Regnum successit, ignatus Eunomum uxorem gravida relinquisse. Quod ubi primùm cogdovit, posito Regis nomine, Prodi: hoc est, tutoris nomen assumptum, regi: adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter restituit. Verum quum gravitatem pessimè institutum animadverteret, ad constitutandam salubrioribus legibus Rempub. animum adjectit. Conscriptis itaque iis, quæ longa peregrinatione dicerat civitatis utilia fore, Delphos sese contulit, ut Dei quoniam silium in re sanctissima exploraret. Quumque Pythia consilium ejus à Phœbo maximè probari, de:q; potius quam hominis inventum esse respicidisset, alacrior ad peragendum institutum factus, foro aliquot attmaris occupato, leges suas perfecit. Quibus quum jam cives mediocriter assuefactos videret, ut quas tulerat leges, æternas quibz; redderet, hanc rationem commentus est. Simulat arduum adhuc quiddam superesse, quod ad civitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendum non esset: eaque de causa se Delphos proficiendi velle. Interim tamen Reipubl. interesse, ut leges, quemadmodum latæ erant, in reditum suum inviolatae servarentur: idque ita futurum primùm à Regibus, deinde à cæteris omnibus iusjurandum exigit. Profectus itaque Delphos, quum Pythiam respondentem audisset, nihil legibus illis absolutius esse, scilicet ciliamq; fore civitatem eam, in qua illæ quam diutissimè servarentur, constituit sibi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando jurejurando soluti, leges suas excuteret. Misso itaq; Spartam oraculo, amico:q; itineris comites amplexus, insq; dimissis, Cirrham concessit, ubi mox suis sibi manibus necem concivit. Quanquam alii Crissæ, nonnulli etiam in Creta interisse volunt: ubi etiam sepulcrum ejus apud Pergam eam urbem ostendit. Spartani mortuo faciliū consecratur, & ob singularia ejus in patriam sacra divinos ei honores tribuerunt. Vide latius vitam ejus apud Plutarchum. Fuit & Lycurgus. Nemeæ Rex, & pater Archemori, alumni Hypsipylos: cuius meminit Statius lib. 5. & 6 Theb. Fuit & Lycurgus alias, Thracæ rex filius Dryantis, qui, quod Thracas immoderatè vino deditos consipereret, vitæ omnes toto regno excidi justit: ut scribit Plutarchus eo in opusculo, quod de poëtarum utilitate conscriptis. Hinc datum est Poëtis locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutus esse, adeò ut & nutrices illius, in Nysa latentes perequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, ut

## LYC LYD LYG LYLL LYMLYN

præcipiti fuga trajecto mari, in Naxum se receperit video q. ista numinum ira Lycurgum in furorem conversum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, tubas sibi succidisse: Hic est ille Lycurgus, cuius meminit Virgil. 3. Aeneid. Terra procul vastis colitur Mavortia campis: Thraces arant, acri quondam regnata Lycugo.

**Lycurgus**, *λυκόργος*, penult. prod. Avergyn. Cic. ad Attic. lib. 11. Nostris ipsi qui Lycurgei à principio fuimus, quotidie dimittigamur. Vbi interpres. Lycurgei: id est optimates, legum ascicæ, & propugnatores: qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Budæus severissimum interpretatur.

**Lycus**, *λυκός*, Bœotijæ rex fuit. Qui Antiopeam Nyctei regis filiam uxorem duxit: quam postea; quum à love in Satyrum converso compressam cogauisset, repudiavit. Dircreneque uxorem duxit: quæ verita ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asservavit: quibus lovis miseratione dissolutis, in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem & Zethū peperit: qui postea à pastore, qui ipsos nutriterat, de Lyci injurya edocti, cum unâ cum uxore interficerent. Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis quo Hercules ad inferos descendebat, ei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupavit: quamq; jam Megara Herculis uxori vim infere pararet, opportuno illius reditu oppressas est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Seneca in Hercule furente. Fuit item Lycus, quidam ex Aeneis comitibus, de quo Virgil. lib. 1: Nunc amici casum gemit, & crudelia secum Fata Lyci. Est etiam Lycus, *λυκός*, fluvius Ponti præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influit. Autor Plinius lib. 2. cap. 103. Alius item est ejusdem nominis fluvius in Asia, Laodiceam præterfluens: cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 29. Est item Lycus Germaniæ fluvius, Rhetos dirimens à Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorum in Danubium illabens, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 12. [Germ. Der Lycus]

**Lydæ**, *λυδοί*, Iudeæ oppidum, ad occasum Iordanis fluvii, teste Ptolemæo lib. 5. cap. 16. & Plin. lib. 5. cap. 14. Vulgo Rama. **Lydæ**, *[ΛΥΔΙ]I ludibm. λυδα*. Germ. Ein Landtschaft des minderen Asie, stossend an Phrygiam. Regio Asie minoris, Cœsio regé & Pactolo aurifero flumine notissima, quæ flexuosis Mæandri amnis recurvis perflusa, super Ioniam procedit, Phrygia ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Myliæ Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta est à Lydo Atios filio, quum anteæ Meonia vocaretur. Vrbes habet Philadelphiæ, Hypetas, Magnesiam, & Sardis. Cœsia regiam, totiusq; regionis caput. Hujus regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primit aurum, argentumq; signarunt: primi q; caupones, infirmoresq; fuerunt. Autor Herodot. lib. 2. Lydus in meridie, *λυδοί* in pauperia. In hominem insatiatae aut etiam intempestivæ libidinis dicitur. Narrat Lydos adeò libidine perditos fuisse, ut non tanum nocte vacaret voluptati venereæ, verum etiam ipso meridie lascivirent, manibus fœdum opus peragentes. Vnde *λυδοί* dicitur Græci pro Lydorum more vitam agere. Fuit & Lycus cauponatur, *λυδοί καπνάδαι*. In effeminate & voluptatibus addictos jaciebatur. Lydæ in planitiem provocas, *λυδοί πλανηταὶ καπνάδαι*. In cum competit, qui lacessit jamduum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendū plus a quo propensiores essent. Lydius, *λυδός*, Herculis filius ex Iole. Alter filius Athios, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nā quum præter teiræ sterilitatem Meonia populum suum aere non posset, Tyrrhenus forte jaeta discedens, cum ingenti multitudine ad Italianam veniens, eam tenuit partem, quæ ad mare inficium versa est, & à se Tyrrheniam nominavit, mareq; ipsum Tyrrenum. Lydus verò remansit, Mæoniæ de suo nomine vocitavit.

**Lydium**, *λυδόμηνος*, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adjutor. Herodot. lib. 1. **Lygdanum**, Oppidum Theuthranæ, quæ Myliæ pars est, teste Plin. lib. 5. cap. 30. **Lyle**, *λυλη*, Vrbs Arcadiæ. Gentile Lylæus. Stephan.

**Lymira**, Oppidum est Lycia, cum fluvio ejusdem nominis, in quem Arycandus influit, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Ptolemæus transpositis vocalibus *λιμύρα* appellat.

**Lyncestis**, *λυγκέστις*. Ger. Ein Stütz in Macedonen/welches Wasser trank den mächt der Wein. Macedonizæ fluvius est, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit, quæ si quis vino se ingurgitasset. Plin. lib. 2. cap. 103: Lyncestis aqua temulentos facit. Est etiam Lyncestis, idis, *λυγκέστις*, Macedonizæ regio in Occidentem veisa: cuius caput est Heraclea, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Hujus incolæ dicuntur Lyncestæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 10. Cæterum idem autor lib. 2. ca. 103, quod est de miraculis aquarum, fontium & fluminum, Lyncestis vim describit: Lyncestis (*ingens*) aqua quæ vocatur acidula yini modo temulentos facit.

Lyncestis.

**Lyncestis**, a. um. Ovid. li. 15. Metam. Huic fluit effectu dispar Lyncestus armis. Quem quicunq; parum moderato gurgite traxit Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

**Lynceus**, dissyllabum, hujus Lyncei vel lynceos, penultima obliquorum correpta, λύγεος, Vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie praeditus, ut diceretur, vel parietem visu penetrare, & (ut ex historicis nonnulli prodiderunt, novissimam Lunā, primamq; eodem die in signo Arietis conspicere: quo paucis mortalium contigit vidisse. Hinc Valerius lib. 1. Argonaut. Solus transigit nubila Lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospicuisse scribit: solumq; excutem a Carthaginē classem Punicam, numerumq; navium, ex Libycana specula manifestissime notare. Solinus refert fuisse Strabonem. q Fuit & Lynceus alias, frater Idæ, qui pro duabus Leutippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma suumperserunt, initaq; pugna Castor Lyacei, Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas vero, quem ipsum etiam Pollucem conaretur adorari, immisso à love fulmine interiit. Vide Ovidium ad finem lib. 5. Fast. Apollonius tamē in Argonaut. Idam à Castore intersecte tradidq; Lynceum per abietem vidisse, & Castorem occidisse.

**Lynceus**, a. um, per tres syllabas, & pen. prod. λύγεος, denominativū est à Lynceus formatū. Ovid. 5. Fast. Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense, Non expectato vulnera pressit humū. Vltor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta, Qua cervix humeros continuata tegit. In primo carmine, Lynceo, est adjectivum: in tertio Lyncea est accusativus à Lynceus primitivo. **Lynx**, λύγξ, Rex Scythic fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum usum commōstraret, suscepit hospitio, ut in se gloriam transferat, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres eum coaverit in lyncem feram variū coloris, ut ipse variae mentis extiterat. Hæc Servius. Ovid. 5. Metamorph. Rex ibi Lynx erat, regis subit ille penates.

**Lynndus**, Vide **LINDVS**.

**Lynx**, λύγξ, Vtis Lydiz juxta Gades, post Atlantem. Est insula Atlantis, & urbs Lynxo, λυγξ. Gentile, Lynxites & Lynxius.

**Lyrceus**, pen. prod. λυρκεος, Fons Arcadic sub Cynuria monte, ex quo Inachus fluvius oritur. Autor Strabo lib. 4. cap. 8. Stat. 4. Thebaid. Aret Lerna nocens, aetate Lyceus, & ingens Inachus. q Stephanus Lyceum agri Argivii montem esse ait, indeq; vicinam regionem Lyrceam appellari.

**Lyrceu**, lyrcæ, lirceum, λυρκεος, Ovid. 1. Metam. jam pascua Lernæ Constitaq; arboribus Lyrcea reliquerat arva.

**Lyrceus**, a. um, per quatuor syllabas, λυρκεος. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. dominum Lyrcea tellus,

Antraq; deprensæ tremuerunt conscientia culpæ.

**Lyris**, Vide **LIRIS**, per i Latinum.

**Lyrnatia**, λυρνα, Chersonesus & parva regio Lycia, Gentile Lymaticus, Steph.

**Lyrnessus**, [λυρνεος Stephano. Germ. Ein Stag in Troade so istes im Trojanischen Krieg geföhret hat.] Oppidum fuit Troades ab Achille eversum, quem Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio rapta à Græcis infestretur. Ex quo Briseida quoq; abduxerit, occiso Minete ejusdem oppidi principe, quæ inde Lyrnessus ab Ovid. lib. 4. Trist. appellatur: Fertur & abducta Larne side tristis Achilles.

**Lyrofessus**, a. um, inde deducatum nomen λυρνεος Stephano. Virg. lib. 10. Aeneid. -Lyrnessius Aemon. Ovid. in Epist. Briseidis ad Achillem: Diruta Marte tuo Lyrnessia moenia vidi.

**Lysander**, λυσανδρος, Lacedæmoniorum Imperator, homo facliosus, qui odiu totius Græciæ in Lacedæmonios concitatit. Hujus ductu Lacedæmonii Athenienses, ducentq; eorum Cononem navalí prælio superarunt: paulò post tamen eodem duce à Conone superati sunt terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam ejus vitam pete ex Plutarcho. **Lysanias**, λυσανια, Orator Græcus. q Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

**Lysbona**, [Ger. Lysbon / die Königliche Hauptstadt in Portugal.] Lusitanæ urbs primaria, in Hispania sita.

**Lysimachus**, λυσιμαχος, Atheniensis, Phædri philosophi filius. De quo Cic. Phil. 5. sic scribit: Lysiadum Atheniensem pleriq; novimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festivus, ut ei cum M. Curio confessore eodem & collusore facillimè possit convenire, &c.

**Lysias**, λυσια, Syracusanus genere, Cephali filius, unus è decē oratoribus, natus Athenis, quod pater se transtulerat. Puer Thurius coloniam migravit, rediit annos natus quadraginta sex. pte, interq; principes oratores est habitus. De quo si scribit Cicero in Brut. Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atq; elegans, quem jam propæ audieas oratorem perfectum dicere, (nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit. Demosthenem facile dixeris) nihil acutè inveniri potuit in eis causis quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdolè, nihil versutè,

quod ille non' viderit: nihil subtiliter dici, nihil pressè, nihil euacleatè quo fieri posse al. quid si matius: nihil contrā grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum gravitate, vel sententiarum, quod quicquam esset elatius.

**Lysicles**, λυσικλης, Atheniensis quidam, in quem aliquoties invenitur Aristophanes, quod capillos jam canos nigrocolore inficeret, quod juvenis etiam tuin videretur. Erat autem alioqui simus, & deformati, & farax, & largior, adeò ut locum fecerit proverbio: Λυσικλης δωρεός εστιν αθηναῖος: hoc est, Lysicles largitor, Atheniensis Imperator: quo opportune utemur, quem significare velimus, penes eos summam esse potestatem, qui ut honores largitionibus sunt adepti, ita eosdem turpissime habent venales. Autor Suidas.

**Lysidice**, [λυσιδικη. Germ. Die Großmutter Herculis.] Filia Fuit Pelopis & Hippodamie, Pithei soror, quæ Electroni nupsit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit Plutarchus. Alii vero, inter quos est interpres Homer, matrem Alcmenes nō Lysidicem Pelopis, sed Anaxo Ancei cuiusdam filiam dicunt.

**Lysimachia**, λυσιμαχια, Vulgo Hexamili, Thraciæ Cherronesi urbs, ad Helleponi, ob terrę motum deserta. Plin. lib. 4 c 11. q Fuit & Lysimachia Aetoliæ urbs, ad Hydram lacum, quam & ipsam sua ætate fuisse prostratam scribit Strabo lib. 10.

**Lysimachus**, λυσιμαχος, Agathoclis filius è successoribus Alexandri magni, Pergamo præfuit, ubi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedonia loco natus, virtute illustrissimus fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò, ut Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitu de virtute differentem sapientius audiverit, pœculumque ei, ac remedium miseriae optanti propinaverit: Quod ægide serens Alexander, Lysimachum leoni objecisse dicitur: sed ille viribus fretus rem posteris prodendam fecit manum amiculo convolutam in os leonis inferens, adrepta lingua feram examinavit, quo facto vehementius postea Alexandru dictus, & in honore maximo fuit. Vide Trogū libro decimoquarto. q Lysimachus, λυσιμαχος, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, secundas post Leonidem obtinuit: nullo urbanitas genere præditus, nisi quod se Phœnicem: Alexandrum, Achilleum: Philippum vero Pleum nuncupabat. Autor Plutarchus in Alexandro. q Lysimachus item aliud fuit, patria Atheniensis, Aristidis Iusti filius, qui ob memoriam paternorum in Rempublicam meritorum, adeò charus populo fuit, ut quum à patre protus inops relictus esset, (sunt enim Aristides adeò pauper, ut in defuncti ædibus nihil præter veru ferreum fuerit inventum) publico tamen decreto centum ei agri consti, totidemq; inculti jugera in Eubœa fuerint assignata, centumq; minæ ex publico numeratæ, & quaternæ drachmæ in singulos dies. Vide de his Plutarchum in vita Aristidis, & Demostenem in oratione adversus Leptinen.

**Lysippes**, λυσιππης, Vna fuit filiarum Proæti, quæ & sorores quod se lunoni præferre non essent veritate, tanto furore corruptæ sunt, ut per agros discurrentes, se vaccas esse crederent. Vide **IPHIANISSA**.

**Lysippus**, [Germ Ein weiterer Kämpfer Bildhauer in Sizyon.] Sicyonius clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, quorū singula arti claritatē dare potuissent. Hic teste Quintiliano, ad veritatem optimè accessit: quamobrem etiam Alexander ille magnus ab uno Lysippo se singi voluit, ut pingi ab Apelle. Horat. li. 2. Epist. ad Augustum: Edito vetuit, ne quis se præter Apelle, Pinget, aut alias Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulâcia. Cicero: Neq; enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo singi volebat: sed quod illo u. artem cum ipsis tum etiam sibi gloriæ fore putabat, &c. q Lysippus secundum poëta comicus fuit, cujus fabulas enumerat Athenæus.

**Lysistratus**, pen. corr. λυσιστρα, Lysippi statuari frater fuit, qui primus signa ex gypso fixxit. Vide Plin. lib. 35. cap. 12.

**Lysius**, λυσιος. Germ. Ein junat Bacchi] Liberi patris cognomen apud Bacchios, δέ τε λυσιος: hoc est, à solvendo impositū. Ferunt enim Bacchios aliquando à Thraciis deprehensi, partim captos, partim in fugâ versos fuisse: ex quibus quum nonnulli ad Trophonii specum cōfugissent, visum est iis noctu, astantem Deum Liberi patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi, Thracas ex insidiis adorti sunt: quos quum vino, somnoque obrutos inventi, nullo negotio superarunt: receptisque suis, quum in patriam reducissent, Dionysio cognomento Lysio templum consecravunt. Autor Heraclides Ponticus. q Iulius Pollux, deos omnes qui averuncandi mali gratia colebantur, Lysios vocari ait, quos & λυσιον & ἀποτρόπους Græci nominant.

**Lytæ**, λυται, Exigua Thessalæ regio, circa Peneum amnum: sic dicta, quod Neptuanus dissipatis aquis, Tempe ab inundatione liberârit.

**Lythrambus**, λυθραμβος, Bacchi cognomentū inde impo situm

situm, quod ex femore Iovis (cui interempta matre infertus fuerat) in lacum prodituro, identidem Iupiter inclamaverit, λῦθη μάρμαρον id est, solve suturam.

Lycus, Fluvius est minoris Afriæ in Pontum defluens.

Lyxæ, pen. prod. Aegæus, Acarnanæ oppidum, apud Steph.

## M



A, accentu circumflexo, μᾶ, Mulier fuit una ex iis quæ Rhea sequabantur, cui Iupiter Bacchum tradiderat educandum: quæ interrogata à Iunone cuius esset infans, ἦρα: hoc est, Martis, respondit. Vnde factū est, ut Bacchus apud Caras Masis fuit appellatus. Ipsa quoque Rhea Mæ appellata fuit: cui Lydi taurum immolabant: unde Lydiæ urbs Mastaura fuit nominata. Vide Stephanum in dictione Mastaura.

Macæ, μάκαι, Stephano, Populi sunt fœlicis Arabiæ, Carmenis oppositi, nardo, myrrha & thure abundantes. Autor Mela libro 3.

Macareæ, μακαρια, Vrbs Arcadiæ, à Macareo Lycaonis filio condita, quam Stephanus à Romanis Beatum vocari tradit. q Gentile est Macareates, μακαριατης, eodem Stephano teste.

Macareus, μακαριος, Acoli filius, qui cum Canace sorore coniubuit. Vide Epistolam Canaces apud Ovidium.

Macaria, μακαρια, Herculis filia fuit, quæ se pro incolumitate publica manibus devovit. Vide Cælium & Erafraum in proverbiis. q Cyprus item insula olim ob insignem fertilitatem Macaria dicebatur. Autor Plin.lib. 5. cap. 30.

Macarios, μακαρες, Viri proptimum est: quo nomine duo commemorantur à Suida, viti pietate juxta aceritudine insigne. Est autem Græcum nomen, quod nos Beatum interpretamus.

Macaros, μακαρος, Nomen est Cretæ insulæ à temperie coeli. Plin.lib. 4. cap. 12.

Maccabæus, μακαβαι, cum duplice c & diphthongo, nomen Barbarum, quo vocati sunt viri illi fortissimi apud sacras literas celebratissimi.

Macco, Oppidum Brachmanarum, populorum Indiæ apud Plinium lib. 6. cap. 17.

Mæcdon, μακεδων, Pindi montis Thessaliæ regiuncula, in Herod.lib. 1.

Mæcdoniam, [μακεδωνια, Ger. Ein weite und gewaltige Ländereyße in Griechenländt zwischen den zweyen Meeren/Epirus/Thracia und Dalmatia gelegen.] Latissima Europæ regio, duobus olim regibus & orbis terræ imperio clarissima, antea Aemonia & Emathia appellata, quæ à tenuibus initiiis, regum prudentia, gentisque fortitudine & magnitudinis excrescit, ut centu quinquaginta potita sit populorum. Hanc à Septentrione, à Dalmatia, Moesiaque montana sejungunt: ab Occasu mari Adriatico, sive Ionio: ab ortu Aegæo abluitur. Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipsa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Osiridis, sive (ut Stephanus & Solinus scribunt) Iovis filio, & Thycæ filie Deucalionis. Hinc deducitur gêtile Macedo, onis, μακεδων, & possessivum Macedonicus, a, um, μακεδων.

Mæcdō, μακεδων, pen. cor. Qui ex Macedonia ortus est. Luc.lib. 6: Quum tibi sacrato Macedo servetur in antro. Cic. 5. Tuscul. Alexander Macedo, quum ab iuncte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & trigesimo anno mortem obiit?

Mæcdonius, μακεδων, Quicquid Macedonius est: unde Mare Macedonicum, quod est Aegæi pars, Macedoniam ab ortu abluens. Macedonius, a, um. Ovid. 12. Metamor. Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque sarissa.

Mæcella, μακελλα, Vrbs Italæ, sic dicta λαστη φιλακειστης επι τη φιλακητην: hoc est, quod Philactetes in ea ægrotaverit. Gentile Macellæus. Stephan.

Mæcestus, μακεστος, Fluvius est Mysia, in Rhindacum influens. Plin.lib. 5. cap. 31.

Mæchærus, untis, μαχερης, Stephano, Arx Iudææ, secundum olim ab Hierosolymis dignitatis locum obtinens. Plin.lib. 5. capite 16.

Machalaum, nomen Græcum compositum ex μάχη, quod pugnam significat: & ἀλαυ, cæcum & errantem. Oppidum in Brixiano agro, Iusubrum clade nobile.

Mæchæon, [μαχαιων, Germ. Ein Sohn Aesculapii ein ausbündiger Arget.] Filius fuit Aesculapii & Arsinoës (alii Coronidis, alii Hesiones filia Meropis, alii Xanthionis filium faciunt) Podalirii frater, & medicus insignis, qui etiam cum felique Græciæ principibus ad Trojam venit. Tâdem ab Eurypilo occisus. Virg.lib. 2. Aen. Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon. De eo etiam Homer. 2. Iliad. Ab eo Machaonius deducitur. Hinc Machaoniam artem Poëta usurpat pro Medicina.

Machlyæ, μαχλια, Herodoto, Populi Africae supra Nasamones, quos Androgynos esse tradit Calliphanes, utriusque na-

tura inter se vicibus coēentes. His Aristoteles tradit dextera ram māmam esse virilem, levam muliebrem. Vide Plin.lib. 6. capite 2.

Macidos, Vrbs Thraciæ, quam Ptolemæus Madi nominat de genere vocabulo. Vide Vadianum in Melam, lib. 3. in descriptione Thraciæ.

Macistus, μακιστος, Stephano, Oppidum est Thriphyliæ: hoc est, Elidæ, quod Caucomes inhabitarunt: ita dictum à Macisto fratre Phryxi. Plin.lib. 4.ca. 6: Macistum enumerat inter Arcadiæ civitates.

Mæcræ, Campus est Iudeæ, teste Strabone lib. 16.

Macras, Regio Iudeæ, mari proxima: de qua Strabo lib. 16.

Macra, [Ger. Ein fluss in Italien fließt auf dem Berg Apennino/ras derselbet Ligurian von Hetruria.] Fluvius ex Apennino fluens, Liguriam ab Hetruria dividens, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3. & juxta Lunam civitatem in Tyrrhenum mare influens. Vide Strabo.lib. 5. q Est & Insula nomen in Carcinite finu, teste codem Plin.lib. 4. cap. 13. Ptolemæo Marcella dicitur.

Macris, μακρια, Insula est exigua Euboæ adjacens, olim ejus pars donec imperio maris fuit abscissa. Vide Plin.lib. 2. cap. 8. Stephanus Euboëam ipsum olim Macrim vocatam tradit.

Macritius, μακριον, vir Coüs fuit, Sinope celebrissimo Pôti urbis conditor. Vide Stephan. in dictione SINOPÆ.

Macrobî, [μακροβî, Ger. Maedigische Wôlder des Morentâts so lang läben.] Populi sunt Aethiopizæ, ultra Meroën, ut inquit Solinus, quibus dissidio protéssior est vita, quâna nostra. In stitiam colunt, amant æquitatem, plurimum valent robore, & forma sunt pulcherrimi.

Macrobîus, μακροβî, Viri Cöstularis nomen est, qui fuit Servi coætaneus, qui in Somnium Scipionis Commentarium libros duos, aliosq; septem Saturniorum conscripsit.

Macroenii, montes, Vide MACROEEMNII.

Macrocephali, μακροκεφαλοι, Populi sunt Themiscyræ regio-

nis quæ Ponte & Colchidi proxima est. Horum meminit Plinius lib. 6. cap. 4. & Mela lib. 1.

Macrochir, [μακροχî, Germ. Langhund/ist ein junger Artaxerxes des Assyrischen Königs gewesen.] Cognomè fuit Artaxerxis Affiorum regis. Ideò illi impositum quod alteram manum habebet longiorem. Latini Longimanus vertunt.

Mæcrocremni, Montes sunt non procul ab Istri fluminis ostiis. Plin.lib. 4. cap. 12.

Macronës, pen. prod. μακρινης, Populi Iberiæ, Albanis suntimi. Plin.lib. 6. cap. 10.

Macron Tichos, μακρος τάχος, Oppidum est Thraciæ non procul ab Isthmo Cherronesi: ita dictum à lôgo muro, quem Miltiades ibi à Propontide ad Melanem sinum duxit, Chernesum à reliqua excludens Thracia. Autor Plinius lib. 4. capite 11.

Macropoli, μακρόπολις, Agri Syracusani oppidulum, quod & Eryalus appellatur Stephano.

Macryes, μακρια, Libyæ populi sunt Stephano, idem opinor, cum his quos Herodotus & Plinius, Machlyes vocant. Vide suprà.

Mæctorium, μακτοριο, Vrbs Siciliæ, apud Stephanum.

Macyberna, Vide MECIBERNA.

Macynia, μακηνia, Oppidum est Aetoliæ, in Taphiasso moete situm, de quo Strabo lib. 10. & Plin.lib. 4. cap. 2. Apud Stephanum Macrynia legitur, sed corruptè: quod d & ipsa literarū series, & alphabeticī ordinis lex satis indicat.

Madaura, μαδαρε, Civitas in confinio Getuliæ sita, & Numidia, à qua Apuleius Madaurensis est appellatus.

Madaurense, Plin.lib. 5. cap. 4. Vrbs in Africa libera.

Madian, [μαδιαν, μαδια,] Vrbs quædam ab uno filiorum Abraham ex Cethura sic vocata, quæ (teste Hieronymo) est trans Arabiam ad meridiem in deserto Sarracenorum contra Orientem maris Rubri. Vnde vocantur Madiane, & Madiane regio. Leginius & filios Chobab filii Raguelis Madianeæ socii Mossi. Legimus & filias Madiane. Sed hæc civitas homonyma ejus, iuxta Arnonem & Ariopolim, cujus ruinæ nunc tantummodo demonstrantur. Vide MANDRENI.

Madytus, μαδιτος, μαδιτum, Vrbs Hellespontis. Gêtile Madytus, vel Madyteus. Stephan.

Mæänder, [μανδρη,] Civitas ad Hellespontum Stephano.

Mæander, [μανδρη,] Germ. Ein berümpfer Fluss in Phrygia, oder Mæonia. cum diphthongo, qui & Mæandrus. Fluvius Phrygiæ, sive Mæonia, qui oritur è lacu in monte Aulocrene, plurimisque affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris ita sinuosis redditur flexibus, ut sœpè ad fontem credatur reverti. Vide Plin.lib. 5. cap. 29. Ovid.lib. 9 Metamorph. Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in undis Ludit, & ambiguo lapsu restituitque, fluitque. Meander, inquit Strabo, flexuosus est: quoniam alveus multas recipit mutationes, & multum limum deducēs modò huic, modò illi ripæ adjicit. Hunc Poëta singul Oceani & Terræ filium suisse, & Cyaneen Nympha-

pham genuisse, quam postea Miletus Solis filius oppressit, & ex ea Caunum & Byblidem suscepit. Vide Ovid. 9. Metamorphos. qHinc obliquitates omnes Mæandros veteres appellarentur: quum res agitur non simpliciter, sed vafris & obliquis consiliis: sumpta metaphora à fluvio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: unde & nomen habere videtur, quasi oberrat, quærens hominum consortia. Cic. in Piso. Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula, flexionesq; quæsististi? qMore Mæandi illud fieri dicitur, quod tortuosè, flexuoseque fit. Columell. lib. 8. cap. 17: Oportet autem nonnullis locis molas intercidimare Mæandri, parvis, sed angustis itineribus. qMæander etiam, teste Nonio, picturæ genus est, in morem labyrinthorum flexuosis ambigibus implexum, quod oris chlamidum addi solet. Virgil. 5. Aen. Victorii chlamydem auratum, quam plurima circum Purpurea Mæandro duplaci Melibœa currit. Vbi Servius: Mæandro duplaci, flexuoso. Et hoc dicit: Erat in chlamyde, flexuosa, & inter se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Carœ provinciæ. Festus neutr. gener. Mæandrum vocat hoc genus picturæ. Mæandrum, inquit, genus picturæ, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus. qHoc enim nomine dictus est mons Indiæ.

Mæchlinia, [Germ. Mæhet.] Brabantæ urbs celebris. Mædi, μαδη. Populi sunt supra Macedoniam siti. Triballis & Dardanis vicini: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 1. Scribitur autem hæc dictio per æ diphthogum in prima syllaba, ad differentiam Medorum, qui in Asia sunt, Parthis finitimi. Mænædæs, [μαινάδες. Germ. Wissmige volle weiber/so Baccho setzt best begtengen...] Dictæ sunt mulieres, quæ insaniens ritu Bacchi Orgia celebrabant: unde & Bacchæ dicuntur. Mænades autem dictæ sunt à verbo Græco μαίνεσθαι, quod significat insaire. Juvenal. Satyr. 6.: crinemque rotant ululante Priapo Mænades.

Mænælius, [μαινάλιος. Ger. Ein hoher Berg in Arcadia.] Stephanus, in singulari numero masc. gen. teste Diomede, & in plurali Mænala, neutr. gen. Arcadiæ mons altissimus, nō procul ab Argis, pinis refertus: ita dictus, δῶν τε μαίνεσθαι, quod est furere, & insanire: aut certè à Mænalo Lycaonis filio: ut annotavit Scholiares Theocrati. Virgil. 10. Aeglog. Pinifer illum etiam sola sub rupe jacentem Mænalus. Idem 8. Aeglog. Mænælius, argutumque nemus, pinosque loquentes Semper habet. Idem 1. Georg. -tua si tibi Mænala curæ, Huc ades ô Tegæ favas. qEst & Mænalus Stephanus μαινάλη, nomen civitatis Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio.

Mænæliūs, a, um, Quod est ex Mænalo, Vnde Bacchus dictus est Mænalius. Et aper Mænalius, quem Hercules Euristheo attulit: & Versus Mænalius: id est, Arcadicus. Virgil. 8. Aeglog. Incipe Mænalias mecum mea tibia versus.

Mænariæ, μαιναρία, Insula est in mari Ligustico: ita dicta à mænis piscibus, quorum ibi magna capitur copia. Meminit insulae bujus Plin. lib. 3. cap. 6.

Mænobora, μαινόβορα, Urbs Mastenorum. Gentile, Mænoboreus. Stephan. qui alibi Mastianos ad Herculis columnas habite scribit.

Mænolæs, μαινόλæs, Dictus est Dionysius, quod Latinè totum furestem significat: sive quod vino contrahitur ebrietas, quæ species est insanæ: sive quod à mulieribus furentibus, quas Bacchæ vocabant, aut Mænadas. sacra ejus celebrabantur. Mæoniæ, μαινόντæ. Germ. Die Landschaft im minderen Asie so sunst Lydia genannt wird/ stößt an Phrygiam / Ioniæ.] Lydia, est regio minoris Asie, Phrygia ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Myzïæ, à Meridie Cariæ amplestens, ad Occasum super Ioniæ excurrens. Ita dicta à Mœone fluvio, ut Stephano placet. Mœoniæ Strabo lib. 13. κακωρῆποι λύδοι: hoc est, exustam regionem vocat, eamq; arboribus proflus carere tradit, præter vitæ, vini jucundissimi feracem. Summam autem camporum faciem cinerulentam esse, petrosam & nigrum aduersionis quandam similitudinem retinetatem. Imminet autem Mæoniæ Tmolii montis rupes altissima, ex qua Pactolus fluvius defluit, aureas trahens arenas & Chrysorrhœas dicitur. qInde Bacchus dictus est Mœoniæ: Virgil. 4. Georg. - cape Mæoniæ carchesia Bacchi. qItem Lydi dicti sunt Mænidæ, & mulieres Lydiæ Mænides. Ovid. 6. Metam. Mœonis elusam designet imagine tauri Europam. Quo in loco Mænides accipitur pro Arachne puella Lydia.

Mæon, onis, pen. gen. corr. [μαιον. Germ. Der Batter des weitberührten Helden Homer.] Pater fuit Homer. Vnde & ipse dictus est Mæonides: ipsiusq; poëmata Carmina Mœonia passim appellantur à poëtis. Martialis: Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Mæotis, pen. prod. [μαιοτης. Germ. Ein grosser See wie ein Meer in Scythia / in welchen Lanais und andere namhaftige Wasser sich aufsässen / das Hünige Meer.] Palus Scythica in regione Scypteriorum ali juxta Phasis ostium, hyeme congelascens: Ta-

niam, aliasque in pumeros ferè recipiens fluvios, & Cimmerio Bosphoro à Ponte Euxino diserga: ita dicta ab accolis qui Mæotæ appellantur: de quo vide testimonium Plini in dictione MÆOTÆ Luca lib. 3: Quaque sicutum torrens Mæotidos egerit undas. qAliquando utimur hoc nomine tanquam patronymico foemino. Juvenal. Satyr. 15: Tale quid excusas Mæotide sevior ara Aegyptus? Quo in loco Aram vocat Mæotidem, quæ erat in Taurica regione Thracie quæ non procul abest à Mæotide palude.

Mæotici, a, um, Vt Mæotica tellus, Mæotica unda, quæ passim leguntur apud Poetas.

Mæotæ, penult. prod. μαιοται, Dicti sunt populi Scythæ, non procul à Mæotide palude, quæ ab illis nomen sumpliit. Plin. lib. 4. cap. 12. à Bugo supra Mæotin Sauromatæ, & Essedones: at per oram ad Tanaim, usque Mæotæ: à quibus lacus nos men accepit.

Magarsus, μαγαρσος, Oppidum Cilicæ juxta Mallum: de quo Plin. lib. 5. cap. 27. Stephano Verruca est editissima, non oppidum.

Magdeburgum, Vrbs præclara Germaniæ. Vulgo Mæsburg.

Mægdolus, μαγδολος, Aegypti oppidum apud Stephanum: cuius incolæ dicuntur Magdolites.

Magi, μαγοι, Populi sub Caucaso monte siti è regione Bactriæ norum, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

Magia, μαγια, Illyrici oppidum est Stephano, cuius incolæ Magiatæ dicuntur, & Magiani. qEst & Magia fontis nomen in agro Syracusano, apud cundem.

Magnæ Græciæ. [Germ. Ein Landeschaft Italiæ gegen Griechenland/ steht unter Calabria.] Dicta est ea pars Italiæ, quæ à Tarento usque ad Cumas est: vel (ut Plin. lib. 3. refert) quæ à Locris Italiæ fronte, ad Tarentum usque protenditur. Sic d'ea (ut Festus putat) quod multæ, magnæque civitates in ea fuerint à Græcis conditæ. Vide Iust. lib. 10. Virg. 3. Aen. Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. In ea Italiæ parte Pythagoras philosophus, Architas, Parmenides, & Zeno ejusdem sectatores, & Ennius poëta viguerunt. A' quibusdam tota Italia dicta est major Græcia. Ovid. in Fast. Itala nam tellus Græcia major erat.

Magnata, μαγνατες, Ptolemæo, Vrbs Hyberniæ: à qua Magnate populi vocati sunt. Vide Ptolæm. lib. 2. cap. 2.

Magnes, μαγνης Suidæ, Atheniensis antiquæ Comœdiae scriptor tempore Epicharmi, docuit fabulas novem, vicit duabus. qMagnes item alter Smyrneus puer, præ cæteris mortibus formosus: poëtica inspera & musica ornatus, corona insignis aurca, atque habitu molliore induitus, civitates obiabat multis dilectus, præsertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum hujusmodi petrol, capta occasione comam ejus inciderunt: vestem, ornatumque omnem laceraverunt. Quare commotus Gyges, Magnesius bellum intulit, quibus tandem superatis revertens, Sardibus panegyricum celebravit magnificissimum. Suid.

Magnésia, Μαγνησία, Macedonia regio, Thessalia annexa de qua Plin. lib. 4. cap. 9. qEst & Magnesia, Ion. & oppidum ad Mæandrum fluvium, distans ab Epheso (sicuti scribit Plin. lib. 5. cap. 29.) XVI. M. pass. circa quam L. Scipio Asiaticus Antiochum regem victum magna clade affecit.

Magnésia, Μαγνησία Stephano, Mulier è Magnesia regione Thessalia annexa: aut è Magnesia Ioniae civitate. Horat. lib. 3. Carminum, Ode 7: Magnesiam Hippolyten dum fugit abstinent. Masculinum est Magnes, etis: quod de se facit foeminaum Magnessa, quemadmodum à masculino Cres fit foeminaum Cres.

Magnetæ, μαγνητæ, Qui & Magnesii, μαγνητοι, Populi votati sunt. Lucret. lib. 8: Et Magnetæ equis, Minyæ gens cognita remis.

Magnus portus, μαγνης λιμην, Mauritanæ Cæsariensis oppidum est, à portus spatio ita appellatum: ut tradit Plin. lib. 5. capite 2.

Mago, Nobilium aliquot Pœnorum ducum nomen fuit: quorum primus rem ac disciplinam Carthaginensium vehementer auxit. Is ante bellum Punicum, ut Livius & Trogus refert, cum CXX. navibus bello Tatætino auxilio venit Romanis, ægræ ferens Italianam ab externis invadi. Cui astæ à Senatu gratia, auxiliaque remissa. Duos moriens filios reliquit, Asdrubalem & Annibalem, de quibus antè scripsimus. qMago, Annibal frater; causa victoris apud Trebiam fuit, sed apud Locros à Manlio clausus, ab Annibale liberatur. Livius quoque lib. 30. scribit Magonem Annibal fratem in agro I. subtrrium vulneratum, quum in Africam per legatos revocatus navigaret, apud Corsicam obiisse. qMago alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hispania, Romamque per Lælium mittitur. qMago denique Afri, qui de Rust. duæ detriginta volumina scripsit, de quo Columella libro 1: Veruntamen

runtamen Carthaginem Magonem vel rusticationis parentem veneremur. Nam hujus octo & viginti memorabilia illa volumina ex Senatus consulto in Latinum sermonem conversa sunt. Hujus Magonis meminit & Servius, quem Virgil. in Georgic. scribit esse imitatum. Item M. Varro de re rustic. libro primo, capite primo, & Plinius libro 18. capite 2. q̄ Mago item oppidum est in minoribus Balearibus, ut scribit Pomponius in fine lib. 2.

**Magog.** [μαγόγ. μαγόγ.] Nomen viri, filii Iaphet, proprium a quo (ut ait Iosephus lib. 1.) Magogæ dicti sunt, qui à Græcis Scytha dicuntur.

**Maiā,** [μαιά.] Germ. Ein Tochter Atlantis von welcher Jupiter den Mercurium geboren hat.] Atlantis filia fuit ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium suscepit. Virgil. 8. Aeneid. Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. At Maja (auditis si quicquam credimus) Atlas: Idem Atlas generat, cœli qui sidera fulcit. q̄ Fuit & altera hoc nomine Fauni filia, cui in mellario vase, non mel, sed vinum sacrificabant. q̄ Majam item Græci amitam & matteram vocant: item nutricem & obstetricem: denique mulieres omnes natu gradiotres honoris gratia Majas salutabāt. q̄ Est item Maja, cancerorum genus maximum apud Aristot. lib. 4. Animal. μαιά.

**Malaca,** [μαλάκη.] Stephano, civitas in Hispania Bætica. Mela libro 2: Siga oppidum è regione Malacam urbem Hispaniæ coatemplatur.

**Mälchus,** [μαλχος.] Sophista fuit Byzantius, qui scripsit historiam à Constantino usque ad Anastasium. Suidas.

**Malea,** [μαλεά, μαλέα.] Germ. Ein Vorgebirg in Laconia, so weit hinauf in das Meer langt bey welchem gefährlich ist zu schiffen.] pen. inadifferente, Promontorium Laconic, quod per quinquaginta millia passuum in mare protenditur, ubi periculosa est navigatio, propter adversos ventorum flatus. Hinc est illud proverbium: Quum ad Maleam deflexeris, domesticos obliviscere. Virgil. lib. 5: Ionioque mari, Malæque sequacibus undis. Stat. lib. 7. Thebaid. Rauca circonsonat ira Maleæ. Dicta Malea, à Maleo Argivorum rege, qui in ea templum pulchrum construxit, quod Maleoticum appellavit. q̄ Maleacus sinus, vide MALACVS.

**Mäléventum,** Hirpinorum urbs, postea auspicationis omnis gratia Beniventum appellatum. Vide Plinium lib. 3. cap. 11.

**Maleus,** [μαλεός.] per simplex l. mons est Oretum, Indicæ gentis, juxta quem umbræ æstate in Austrum, hyeme ad Septentrionem jacuntur.

**Maliacæ,** Hispaniæ Tarraconensis urbs Ptolemaeo, lib. 2. cap. 6. Vulgo Malgrado.]

**Maliacus** sinus, [μαλιακὸς κύλπος.] Ger. Der Meer schoss gegen Eubœa, in der Locrer Landeschaft] Locrorum, Epicnemidiorum est, è regione Eubœæ, in quem Sperchius fluvius influit, teste Ptolemaeo: ita dictus à Malico oppido, cujus meminit Stephanus.

**Maliea,** [μαλεά.] Vrbs Thessaliz, à qua populi Malices, & mare vicinum Malicum dicitur. Vide Strab. lib. 13.

**Malio,** Stephano, Vrbs dicta à Malo filio Amphictionis, aut Amyti Boæoti. Hinc sinus Maliacus. Gentile Maleus & Maleates: quod etiam à Malea promontorio Laconiæ derivatur. Stephan. Vide MELOS.

**Malimnus,** [μαλιμνός.] Siciliæ mons est apud Theocritum, posmis refertus.

**Mallada,** [μαλαδά.] Vrbs Persica. Gentile Malladenus, Steph.

**Malli,** [μαλλί.] Indiæ populi à Mallo monte vicino ita dicti. Autores Plin. lib. 6. cap. 17. & Strab. lib. 15.

**Mallois,** entis, [μαλλοῖς.] Locus in Lesbo, ubi Apollinis tempulum est, à mallo mīlē mīlē mīlē. Stephan.

**Mallōs,** [μαλλός.] Ciliciæ oppidum clarissimum, à Mallo conditore ita appellatum, ut ex Callimachi sententia refert Steph. Lucr. lib. 3: Mallos & extremæ resonant navalibus Aegæ. Hodie vulgo Malo.

**Mallōtes,** pen. prod. [μαλλωτοί.] A' Græcis appellatur mons Ida, ab ovium multitudine. Nam μαλλωτοί apud eos significat vellus, vel pellem lanatam. Vide Cælum lib. 25. cap. 1.

**Mallūs,** [μαλλούς.] Mons est in ea parte Indiæ, quæ est intra Ganges, à quo vicini populi Malli, [μαλλοί], appellatur. Autor Plin. lib. 6. cap. 17.

**Malsane,** es, [μαλσάνη.] Oppidum est felicis Arabiæ, à quo fit gentile Malsanites. Stephan.

**Mälvæ,** Africæ fluvius Cæsariensem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teste Ptolem. lib. 4. cap. 1. Plin. lib. 5. cap. 2, Malvanam appellat.

**Mamaus,** [μαμαούς.] Fluvius est Peloponnesi, in tractu Triphyliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Autor Strabo lib. 8.

**Mamarcina,** [μαμαρκίνα.] Vrbs Aufoniæ. Gentile Marmacianus. Stephan.

**Mamblyā,** Oppidum Aethiopicæ, ab ea parte, qua Africam sp. stat. Autor Plin. lib. 8. cap. 20.

**Mambre,** [Μαμβρέ, μαμβρέ.] Mons juxta Hebron.

**Mämercūs,** Præfus fuit Vieanensis, qui teste Ptolemaeo Læcisi, anno CCCCLIII, supplicationes primus instituit, quas Rogationes nostri vocant, ob frequentes terræmotus, quibus ea regio infestabatur. Volaterranus. q̄ Mamercus item Pythagoræ filius creditur, insigni humanitate, à quo Aemylia gens Romæ appellationem traxit.

**Mämertus,** Oscorum prænomen, à Marte deductum, quem illi Mamertem appellantur.

**Mamers,** Lingua Oscorum dictus est, qui à Romanis dætatione unius syllabæ Mars, & à Poëtis per epenthelum Mavos appellatur. μῆνες.

**Mamertes,** Corinthius, filios fratris sui Sisaponis libidinare gnandi interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisapo factum rescivit, eum membratim discepsit, ut est autor Ovid. in Ibis.

**Mämertini,** [μαμερτίνοι.] Germ. Döster in Campanie Italiæ.] Populi Campani, qui quam Messanam colonos misserunt, ipsi quoque Mamertini pœtius, quam Messanenses sunt vocati: & vinum eorum, cuius ager ille feracissimus est, Mamertinum. Plin. lib. 14. ca. 6 Mart. lib. 13: Amphora Nestore tibi Mamertina senecta Si detur, quod vis nomen habere potest. Disti à civitate Mamertia, quæ à Lacedæmoniis subversa fuit, quod Messenii quinquaginta virgines Lacedæmonias violare tentassent: & non consentientes, cas occidissent. Steph. μαμερτίνων vocat.

**Mamilia,** ε, Telegoni filia, à qua Mamiliorum familia nomen traxit.

**Mamurūs,** [μαμύρος.] Faber ærarius laudatissimus, qui tempore Numa floruit, & Saliorum ancilia cōfecit, ad similitudinem ejus quod de cœlo deciderat. De hoc sic scribit Festus: Mamurii Veturi nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant: hac de causa, Numa Pompilio regnante, è cœlo cecidisse fester ancile: id est, scutum breve, quod idem sic appellatum est: quia ex utroq; latere erat recisum, ut summum, insimumque ejus latus medio pateret: unaque edita vox est: Ornatumq; potentissimam fore civitatem, quādiu id ea manasset. Itaq; facta sunt ejusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci coeleste posset. Probatū opus est Mamurii Veturi, qui præmii loco petiit, ut suum nomen Salii inter carmina canerent. Hæc ille. Ovid. 3. Faust. Ia de sacerdotiis operi promissa vetusto Præmia persolvunt, Mamuriumq; vocant.

**Mamurra,** Formiis natus, eques Romanus, & praefectus fabrorum C. Cæsaris in Gallia, qui primus Romæ in Cælio móte parietes domus suæ marmore incravat, nullamq; in ædibus columnā habuit, nisi è marmore: omnesq; solidas è Carylio, aut Lunensi. Hic est ille Mamurra, Catulli Veronensis carminibus proscissus, qui domū ejus dixit habere, quicquid habuisset Comata Gallia. Hæc Plin. lib. 36. cap. 6.

**Mandæthus,** [μανδαῖθος.] Aegyptius fuit ex Diopolis urbe ortus, qui de Physiologia, & de Astrologia judicaria carmen reliquit. q̄ Fuit & alter hoc nomine Mandæsius, sacerdos apud Aegyptios. Vtriusq; meminit Suid.

**Manicinus,** [μανικίνης.] Consul fuit Romanus, qui quod ignominiosam cum hostibus pacem erat pactus, ad liberandos religionem Romanos, hostibus fuit deditus.

**Mandane,** es, [μανδαῖνη.] Ger. Ein Tochter Astyagis des Königs in Media.] Astyagis Medorum regis filia fuit, quæ patri per quietem visa est tantum urinæ reddere, ut totam Asiam inundaret. Quare quum ex magis didicisset fore ut qui ex filia sua nascetur, Asia imperium obtinaret, Medorum nemini eam tradere voluit uxorem: sed Cambyses quendam, mediocris dignitatis hominem sibi generum delegit: ex quo quum illa gravida esset effecta, ruitus Astyages somniavit, ex filiæ utero vi-tem egredi, quæ totam Asiam obumbraret. Quo somnio exterritus, filiam gravidam ad se accersit, filiumque ex ea natum cuidam ex intimis familiaribus, Harpagi nomine, tradit ne-çandum. Qui quum per se ipse tam triste ministerium nollet executi, Mitradiat regio pastori negotium illud cōmitit. Huic uxori erat nomine Spaco, quæ sub idem ferè tēpus mortuum enixa erat partum. Quare quum regium puerum intueretur forma insigni præditum, eum pro suo educavit: qui postea ab avo agnitus, & in Persidem ad matrem remissus, ubi primum adolevit, Harpagi instinctu Astyagi bellum intulit, cumque in prælio captū quoad vixit, penes se habuit. Vide Herod. lib. 1.

**Mandanes,** [μανδαῖνης.] Germ. Ein fürtrefflicher gebräter und weiser Mann bey den Indianern in den zeitigen grossen Alexandri.] Gymnosophista fuit insignis apud Indos, quem quum Alexander per internuntios ad Iovis filii epulū vocari iussisset, & patrē amplissima præmia, detractā verò gravissimū proponebat cruciatū, constatissimè ferūt respondisse: Nec illū Iovis filium esse, nec magnæ parti terrarum imperare, nec se illius dominis permoveri, cui nulla esset satietas, nec minas pertimescere, quod

quod viventi India abunde multa esset suppeditura: mortem vero tantum abesse ut formidaret, ut multis etiam votis eam expereret, quae se se marcia senio carne liberatum, in puriorum, meliorem, vitam vindicaret. Vide Strabon. lib. 15.

Mandaræ, μανδαραι, Oxytonum, pars Cyri Macedoniæ: Incolumis mandaræ, paroxonum. Steph.

Madianitæ, Vide MANDRENI & MADIAN.

Mandorius, Dux Hispanus, partes Romanorum cum Scipione Africano in Hispania juvit: deinde Scipione egrotante, seditionem agitare, in Romanosq; insurgere coepit: quem quum Scipio morbo liberatus comprehendisset, veteris officium memor, tantum castigatum verbis dimisit. Livius lib. 28.

Mandreni & Mandianitæ, μανδρενοι, ομαδηνοι, Populi Arabiæ. Utuntur autem Arabes duobus his typis gentiliu. Steph. Vide MADI AN.

Mandro, Fuit navicularius quispiæ, qui aspirante fortuna, tandem factus est Imperator: unde etiam factus adagio locus, in eos qui preter meritum ad opes evesti, pristinæ conditionis non meminerunt.

Mandròpolis, μανδρόπολις, Oppidum est Phrygia: à quo Gentile Mandropolites, μανδρόπολιτης Stephanus.

Mandurium, μανδρύον, Oppidum Iapygia: hoc est, Apulia: à quo fit gentile Mandurinus. Stephanus.

Manes, μανες, Heresiarcha fuit, tempore Aurelianii Cesaris, genere Brachmanes, tanta dementia, ut se Spiritum Paracletum esse affere ret à Christo promissum, à quo Manichæorum secta fluxisse traditur. Hic tandem à Persarum rege, quod ejus filiu, quem repulsis omnibus medicis sanandum suscepserat, intermisset, vivus excoriatus est. Autor Suidas.

Manes, fluvius, live potius torrens, Locrorum Epicnemidiorum, Thronion præterfluens: interdum tam exiguis, ut transcursum vix tingat pedes, interdum tam latus, ut in bina diffundatur jugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strab. lib. 9. Reliqua vide in APELL.

Manesum, μανεσ, Phrygia oppidum, à divite quadam, cui Manes nomen fuit, ita appellatum. Stephanus.

Manethus, Vide paulò ante MANAE THVS.

Manethusa, Vrbs Cretæ insulæ, apud Pomp. Melam, lib. 2.

Manichæi Hæretici, Vide suprà MANES.

Manilius, Octavius, A quo Manilius fluxere: is Tusculanorum dux, & Tarquinii gener, ad quem ille post fugam se recepit, ejusq; auxilio Romanis intulit bellum. Livius lib. 1.

Maniole, Infula ex adverso Indiæ extra Gangem, in quibus tradunt navigia, quæ clavos ferreos habent, detineri, nec ulterius progreedi, ne quando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa ad se trahat. Eas tenent Anthropophagi, Manioli dicti: sicut scribit Ptolemæus lib. 7.

Manius, Prænomen est, quo Romanorum quidam appellati sunt, quod manæ nati essent: quemadmodum Lucii dicebantur, qui prima luce nascebantur. Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui (ut scribit Plin. lib. 18. cap. 3.) in summa annona caritate populo singulos frumenti modios singulis assibus vendidit. Corautes in Pers. Sat. 6, Manios dici ait homines in decori vultus, quibus pueri terrentur, à manibus fortes, quod Manes & larvas referre videntur.

Maniæna, Vrbs Lusitanæ, Ptolemæo: Vulgo Mons major. q; Maniana item, Tuscorum urbs, Ptolemæo: hodie Mallianum, Pontificum villa.

Maniæns Capitolinus, Prænomine, Marcus, Romæ magnæ in primis vir nobilitatis, qui re male gesta à Consulibus ad Alliæ contra Gallos Senones, videns in incensibus urbis parum esse praefidii, lecta mille juvenum manu, arcem Capitolinam occupavit, & à vi hostium servavit intactam. A qua tamen ipsa arce, quod in affectati regni suspicionem venisset, postea præcipitatus est: cautumq; est Senatusconsulto, ne quis ex Mania gente Marcus diceretur. De hujus fortitudine vide Plinius libr. 7. capite 28 Livium lib. 6. Historiam hanc scribit Servius, enarrans illud Virgilii: In summo custos Tarpejæ Manlius arctis. q; Fuit & T. Manlius Torquatus, cognomento imperiosus, quod sevissimi exempli autor fuerit, filio suo maximæ speci juvencæ, quod contra imperium suum in hostem pugnasset, quanvis pugnatum esset feliciter virgis cæso, & securi percussio. Atque inde, Imperia Maniana dicta, apud Livium Decadis primæ lib. 4. De hoc vide Gellium libro 9 capite 13. q; Manlius Torquatus, alias fuit qui ob ingenii & lingue tarditatem à patre in prædia rusticana relegatus fuit: patremque iudicio exemit à Marco Pomponio accusatum, ut scribit Livius libro 4. Decadis 1. q; Manlius Volso cuius meminit Livius libro 8. de bello Maced. Cn. Manlius Volso (inquit) Consul in Asia acceptis à L. Scipione copiis, & exercitu lustrato contra Gallogrecos bellum gessit, eisque supereratis revertens, quum in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati, qui cum eo missi fuerant, restituti: inter quos L. Furius Purpurario, & L. Aemilius Paulus dicebant se legatos Cn. Manlio datos,

pacis, fœderisq; cum Antiocho incundi gratia: Manlium autem operam dedisse, ut eam pacem turbaret, multosq; nobiles viros in exercitu sua temeritate morti objecisse: vicit tamq; amicis atque cognatis suffragantibus, res fœliciter gestas, & ex situ integrum reportatum dicentibus, ut triumphus ei decerneretur. q; Manlius item alius fuit, Proconsul Hispaniæ: cuius meminit Livius lib. 50. Autor Valer. Maximus li. 6. cap. De severitate. q; Manlius item Torquatus, alias Ciceronis temporibus, vir doctus, ex Rhodia disciplina Molonis, natura ad dicendum nec satis solitus, neq; expeditus. Cui si vita suppeditasset, sublato ambitu Consul factus esset. Plus facultatis habuit ad dicendum, quam voluntatis. Itaq; studio huic nō sufficit. Hæc Cicero. q; Fuit præter hos L. Manlius Torquatus, cui etsi non erat (inquit Cicero) oratio, quam Græci politici dicunt: erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ: summa verborum & gravitas, & elegantia: atq; hæc omnia viæ decorabat gravitas: me quidem admodum delectabat. Pædianus autem de eodem sic scribit: L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorem in Consulatu accusavit, qua accusatione & ipse Sylla & collega damnati sunt. Rutilus eum accusavit, quod in coniuratione Catilinæ fuisset: defenditur à Cicero, cuius extat oratio. q; L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Servilius forte cenaret, filiosq; ejus deformes animadverteret: Non similiter (inquit) Manli, fingo & pingis. Ad quem Manlius: In tenebris (inquit) fingo, in luce pingo. Autor Macrobius. q; Manlius, etiam aliis fuit cognomento Antiochus, conditione servus, arte astrologus ac poëta, unâ cum Plotio poëta mimorum, & Taberio Erote Grammatico conservus, ex Asia una navi advectus, teste Plinio lib. 35. cap. 17. q; Fuit præterea aliis hoc nomine, ex userto mortuæ matris executus, quem Pliniius lib. 7. cap. 9. scribit Catthaginem cum exercitu esse ingressum. q; Manlius item Mathematicus, Romæ Augusti temporibus fuit. Cujus mentionem facit Pliniius lib. 36. cap. 10.

Mänliānā imperia, Dicuntur dura, severa, & crudelia: quemadmodum à Græcis tyrannis & crudelitas, φυλαχτομῆς vocatur. Tractum proverbium ab historia quam scribit Livius libro 41 ab Urbe de Manlio Torquato, qui filium, quod contra editum suum cum hoste pugnasset, virgis cæsum, securi jussit percuti. Vide Erasmus in Chiliad. q; Sunt & Maniana malorū genera ab insitore sic dicta, ut tradit Pliniius lib. 15. cap. 14. Mannacarta, μανιάργητη, Vrbs Arabiæ. Gentile Manna cartanus. Stephanus.

Manneos, μανεος, Regio media inter fluvios, in qua habitat Arabes, Manneora, μανειῶν. Steph.

Mannus, [Ger. Der ander König der Leibschleimigen] Filius fuit Tuisconis Dei, al:as Teutonis, à quo Alemanni se dici gloriantur. Vide ia ALEMANNI.

Mantælūs, μανταλος, Phrygia oppidum, ita dictum à Mantalo conditore. Gentile Mantælonus, μανταλονος, Steph.

Manthyrea, μανθυρα, Vicus Arcadiæ. Gentile Manthyreus.

Mantænæ, pen. prod. μαντίνη, Vrbs Arcadiæ, quæ postea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni ejus, qui Philipo Persæ patri curator regni fuit. Sed postea Hadrianus Imperatoris jussu rursus Mantinea fuit appellata.

Mantænæs, a, ut: ut Prælium Mantineum, quod inter Thebanos & Lacedæmonios, corumq; socios apud Mantinea cōtigit: in quo Epaminondas Thebanorum dux victoria jam prope modū potitus, cecidit. Vide Xenophontē de rebus Græcorum libro ultimo, & apud Plutarchum in vita Epaminondæ.

Mantænæs, μαντηνος, Melampi filius, ex Iphianasa filia Proeti & pater Polypheidei, & Cliti: Homer. lib. 15. Odys. 11.

Mantæ, huic Mætæs, [μαντη], Ger. Ein Bergjägerin, ein Löchter Tiresie. ] Mulier fatidica fuit Tiresie Thebanorum vatis filia. Quæ quum post patris obitum Creontis, & Thesei tyrannidē fugeret, primùm in Asiæ venit: ubi Apollinis Clatii templum cōdidit: deinde etiam in Italiam, ubi ex Tyberi fluvio (ut poëta fabulantur) vel ex Tyberino rege Ocnum peperit: qui postea ad Padum fluvium urbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellavit.

Mantua, [μαντουα, μαντουα Stephano: Vulgo Mantua. Ger. Mantua in Italiæ. ] Vrbs est clarissima ab Ocno filio Tyberis, & Mantæ Tiresie Thebani vatis filia ad Padum condita, & à nomine matris ejus Mantua appellata. Vnde Virg. lib. 10. Ille etiam patris agmen ciet Ocnum ab oris Fatidice Mantæs, & Tusci filius amnis. Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua non men. Poëta clarissimo, illustissimoq; Virgilio Marone gloriat Mantua, cuius fœliciter ingenium tam omnes effere debent, quæ in imitari nulli possunt.

Mantuanus, mantuana, mantuanum, μαντουανης, μαντουανης, à Mantua deductum nomen. Vnde Mantuanus Homerius, Vergilius dictus est. Fama mantuana, Stat. 4. Silva.

Mapetæ, μαπητη, Sarmatæ Alaticæ uibs, autore Ptolemæo libro 5. cap. 9. Vulgo Copæ.

Maracha,

Maracha, μαράχη, Vrbs Indica, Gentile Marachius, Steph.  
 Maras, μαράς Suidæ, Nomen proprium viri ex Berœa Syriæ civitate: qui ut ditissimus, ita humanissimus, & officiosissimus in omnes tum cives tum hospites extitit. Vide Suidam.  
 Marathesium, μαραθεῖον, Ephesiorū oppidum in Cariæ: cuius incolæ dicuntur Marathesi. Steph.  
 Mărăthōnă, μαραθόνια. Oppidum Thraciæ, non procul ab Abderis: cuius incolæ dicuntur Marathoniæ. Steph.  
 Mărăthōn, [μαραθόν]. Germ. Ein Stad in Griechenlande nahe bei der Stadt Athen. Attici agri civitas, distans ab Athenis circiter decē millia passuum, nō procul à Tricorythio, & Rhânum: morte Icaris regis interfecti insignis, victoriaque Thesei, tauri Marathonio superato: similiter & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darii Persarum regis exercitu profligavit. q Est & Marathon, exiguum oppidulum Phocidis, ad mare, non procul ab Anticyra: ut est videtur apud Strabonem libro 9.  
 Mărăthōnūs, ον, ονια, ονιον, μαραθόνιον. Vnde Taurus Marathonius, qui apud Marathonem à Thesco interfectus est. Hic est Taurus amatus à Pasiphaë, quem Hercules ex Creta eō abegit.  
 Mărăthūs, ον, μαραθούς, Antiqua Phoenicū civitas: cuius meninerunt Plin.lib.5.ca.20, & Strabo lib.16. q Stephanus item Marathonum urbem in Acarnania collocat.  
 Mărăthūz, ον, μαραθούζ Stephano, Insula ante Ioniam, Asiæ regionem, non procul à Clazomenis: cuius meminit Plin.lib.5.cap.31. q Est & Marathusa, Cretæ insulæ oppidum, apud eundem lib.4.cap.10.  
 Mărăcēum, μαρακέον, Mons Troadis, juxta Geraghitem: incola Marceffii. Steph.  
 Mărăcellă, μαραττία, Nomen mulieris Romanæ, quæ quum à matre rogata esset, gauderent se nupississe: ita valde respödit, ut amplius nolim.  
 Mărăcellūs, Nom̄ viri clarissimi Romani proprium, cuius res gestæ & à Livio & ab aliis literis traditæ sunt. Hic Gallorum ducem singulare certamine fudit, spolia legit: Annibalem primus vinci posse docuit: Syracusas per tres annos obsedit, & tandem expugnavit, quinque Consul. Qui postremo consulatu, dum ad occupandum collum quēdam cum paucis proficeretur, insidiis circumventus, occisus est, magnificèq; ab hoste Annibale virtutis causa clatus.  
 Mărăclūdās, Latro fuit insignis in sylva Dodonea, ut scribit Tortellius.  
 Mărăcomānī, unico n., & penul. corr. [μαρακόμανος]. Germ. Die Merker.] Populi Germaniæ, quos Cæsar cum Ariovisto Germanorum rege superavit. Hos Bohemos, vel Moravos putant esse. Statius libro 3. Sylvaram: Quæ modò Marcomanos post horrida bella, vagosq; Sauromatas. Vide Strabonem libro 7.  
 Mărăculūs, Vide in APP E L.  
 Marcus Antonius, orator, Vide in AN T O Ñ I O.  
 Mărădī, μαραδή, Populi Asiæ, supra Pontum, non procul à Colchide: quorum meminit Plin.lib.5.ca.6. q Stephanus Mardos quodam inter Hyrcanos collocat.  
 Mărădonēs, μαραδόνες, gens Epirotica.  
 Mărădoniūs, [μαραδονίος]. Ger. Einer aus den sūrnemesten Landes heri der Perſier/weicher in Griechenlande in der grossen uiderlag Xerxes blieben ist. Ex præcipuis fuit Perſarum Satrapis, quem Xerxes prælio navalی apud Salaminem à Themistocle superatus, cum trecentis armatorum milibus in Græcia reliquit. Hunc postea Pausanias speciosissima victoria apud Platæas superavit: ubi & Mardonius ipse occubuit, ab Aimneto quodam Lacedæmonio interfectus. Vide Herodotum lib.9.  
 Marea, μαραία, Lacus est Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis auctus, portum habens altero qui ad mare est, multo utiliore. Alio nomine dicitur Mareotis: ut testatur Strabo lib.17. q Stephanus item Marea oppidum est Mareotis lacui adjacens.  
 Mărăotis, idis, [μαραοῖς]. Ger. Ein grosser See in Egypten / heißt jetzt Buchiara. ] Lacus in Aegypto, Alexandriam à Meridie alluens, multis Nili fossis, tum à superioribus partibus, tum à latere ad auctus, portum habens nobilem, eoq; qui ad mare est, multo utiliore. Autor Strab.lib.17. q Mareotis præterea appellatur pars illa Libyæ, quæ est inter Cyrenaicam regionem & Aegyptum, à Ptolemæo Marmarica appellata. Ejus descriptionem vide apud Plin.libro 5.capite 6. q Est præterea Mareotis pars Epiri, in qua vinum optimum nascitur: unde Mareotides uvæ dictæ sunt. Virgil.2. Georgic. Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. Columell.libro 3.capite 2: Maretoticae vites.  
 Mărăotæ, μαραοῖται. Populi sunt in ea parte Libyæ, quæ Aegypto proxima est, quæ Mareotis Plinio, Ptolemæo Marmarica appellatur. Vide Plin.lib.3.cap.6.  
 Margana, ον, sive Margang, arum, μαργανα, η μαργαρα, Oppidū

Indiæ, ut ex Martiani sententia tradit Stephanus,  
 Mărăz, μαραζ, Nomen fontis in agro Syracuseo, apud Plinium lib.3 ca.8, quo etiam nomine dicta est urbs in Eliæ: cuius meminit Stephanus.  
 Mărăzā, [μαραζάνη]. Ger. Ein Land schaft des mittleren Asis in deren Antiochia gelegen ist. ] Regio Asis majoris, inclita apicitatis (ut inquit Solinus) ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines: in qua Antiochus Antiochiam extruxit: ut lib.10. & 11. scribit Strabo.  
 Margion, μαργιόν, Civitas Phrygiæ, postea Apollonia dicta Stephanus.  
 Mărăz, Fluvius Asis, quem Ptolemæus li.6.cap.10, duobus fontibus ex montibus Scaphiis descendere tradit, & per Mefagetas, qui Margianis vicini sunt, ac Dorbicas in Oxum annum deferri.  
 Mărăz, [Μαργάζη μαργάζη] Fœmininum est à nomine Marius, & accentum in antepen. habet: nam penultimam habet correptam, quemadmodū & Marius. Claudian. de Nupt. Honori: Præparat & pulchros Maria, sed luce minores Eligit ornatū. q Pro Deipara Virgine vult Valla Mariam nominatio: ex causa legi, quemadmodum Abraham, indeclinabile, & accentu in ultima. Nam apud Lucam, cap.1, ubi legitur: Et non virginis Maria, Græca letio habet Mariam. Hebrei vero Mîzâm dicunt duabus tantum syllabis: ut in Exodus cap.13, legitur de sorore Aaronis prophetissæ. Nos i consonantem vertimus in primam vocalem. Hæc ferè Erasmus in annotac. in Lucam.  
 Mariaba, μαριάβα, Steph. Metropolis Sabæorū est. Strabo lib.16: iunctis sunt his Sabæi, eorumq; metropolis Mariaba, Mariæburgum, Vrbs alia Prussiæ, alia verò Livoniæ.  
 Mărămmiā, ον, μαραμμία, Phoenices oppidum, cuius incolæ dicuntur Mariamitæ. Autor Pausanias lib.6.  
 Mărămānă coloniā, Corsicæ in fulza civitas: ita dicta à C. Mario septies Consule, qui cō coloniam deduxit. Autor Plinius lib.3 cap.6.  
 Mărămānæ fossæ, Narbonensis provinciæ oppidum est, quod hodie Aquæ mortuæ vocant: ita dictum à vicina fossa à C. Mario ad mare usque ducta. Vide Ptolem. lib.2.ca.10, Plin.lib.3. cap.4 & Strabo.lib.4.  
 Mărăndynum, μαρανδυνία, Stephano, Regio in Asia sita est, Bithynia contermina, ubi Hercules Cerberum canem tricinctem ad superos transire dicitur: quem ferunt ibi virulenta spumam in axis evomuisse, ex qua ibi natum volunt acutum. Ejus regionis incolæ dicti sunt Mariandyzi, qui olim, teste Herodoto lib.1, Croesi regis imperio paruerunt. Horum meminit Strabo lib.8. & Valerius Flaccus lib.4. Argonaut. & Mariandynum penetravit ad urbes.  
 Mărăntūs, Ptolemæo Hispaniæ Bæticæ mons, Vulgo Sierra Morena, saltus Castulonenis.  
 Mărīcā, Dea habita fuit litoris Minturnensium juxta Lyrim amorem. Horat.lib.3.Carm. Qui formiarū mœnia dicitur princeps & innante Marica Littoribus teauisse Lyrim. q Fuit etiā Marica Fauni uxor & regis Latinus mater, ut testatur Virg. lib.7. Aenei. - rex arva Latinus, & urbes Iara senior longa pláticas in pace regebat. Hunc Fauno & nympha genitum Laureate Marica Accipimus.  
 Maridunum, μαριδονόν, Britanniæ insulæ Vrbs Ptolemæo lib.2.cap.3.  
 Maris, Fluvius Agathyisorum in Istrum fluens, teste Herodoto libro 4.  
 Marium, μαρίον, Stephano, Oppidum fuit in Cypro insula, teste Plin.lib.5.cap.31.  
 Mărătūs, Qui septies Romæ Consul fuit, ex municipio Arpinate humili loco fuit natus, multosq; annos in villa Cicerone vitam rusticam egit, procul ab urbanis deliciis. Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidia criminando, Consulatum adeptus, Iugurtham captum ante cursum egit. In proximum annum Consul ultrò factus, Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, deq; his triumphavit. Victor à Sylla Minturnis in palude latuit: inventus, & in custodiā traditus, immisum percussum Gallum vultus autoritate deterruit: acceptaq; navicula in Africam trajectis, ubi diu exulavit. Mox Cinnana dominatione revocatus, cæsis inimicis, septimo Consulatu (ut quidam ferunt) voluntaria morte decepit. Hic quum in curribus varices haberet, præbuit varicosum crus medico secundum: & dū secererat, neque suspirans, neque superciliosa contrahens, pertulit sectionem: fixisque oculis cruciantem se medicum spectavit. Quumque medicus alterum crus secare vellit, minimè assensum præbuit, dicens: Curationem tanto dolore digaam esse non arbitror. q Habuit filium Marium nomine, qui quæ esset vigintiseptem annorum, Consulatum invasit: quem honorem mater tam immaturum levissime fertur. Hic patria sevitia similis, Curiam armatus obsedit, & inimicos trucidavit: tandem &

dem & ipse crudelissimo mortis genere Catuli manibus ad inferos missus est.

Mariānūs, a,um, Cic. 1. de lege Agrar. Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in invidiam rapit? Propert. lib. 3.

Eleg. 3: Aut quibus in campus Mariano prælia signo Stent.

Marmaces, μαρμάτης, Populi Aethiopæ: quorum meminist Hecatætus in descriptione Asiae.

Marmarica, μαρμαρική. Germ. Ein Landeschaft in Africa so ans

Meer vnd gegen Hugspang an Egypten stossen.] Regio Africæ, quæ (ut Ptolemæus lib. 4 scribit) ab occasu terminatur Cyrenaica provincia: à Septentrione Aegyptiaco pelago: ab Oriente Aegypto: à Meridie interioris Libyæ parte, quæ Aegypto cōtermina est. Plin. lib. 5. cap. 6: Mareotidem appellat. Populos habet Adirmachidas, Marmaridas, & Marcotas.

Marmaridæ. Populi sunt Marmaricam, Libyæ regionem incolentes. Inter hos sunt Psylli, qui habent salivam præsens aduersus omnia venena remedium afferentem. Horum opera usus est Cato, quem reliquias Pompejani exercitus per deserata Libyæ ad lubam regem perduceret.

Marmaridius, Magi nomen apud Plin. lib. 3. cap. 1.

Marmarium, μαρμάτης, Eubœæ insulæ oppidum: cuius in-

colæ dicuntur Marmarii, & Marmorini. Vnde & Apollo Mar-

marinus dictus, qui insigne ibi habebat templū. Strabo lib. 10.

Mârmârēs, μαρμάτης, Oppidum Phœnicæ: cuius incolæ Marmi,

μαρμάται, appellantur. Steph.

Marnan, μαρνᾶς, templum Iovis Crætensis in Gaza Palæstinæ.

Vocantur autem puellæ in Creta Marnan, Steph.

Mâro, onis, Opifex fuit figulus, sive (ut alii putant) magi cuiusdam viatoris mercenarius. Virgilii Latinorū poëtarum prin-

cipis pater.

Mârōnēus, a,um, pen. prod. Stat. lib. 4, Sylvarum: -tenues igna-

vo pollice chords Pulso, Maronei, ledens in margine tem-

pli. Sumo animum.

Mârpœnæ, pen. prod. μαρπενᾶς Stephano, Ciconiæ civitas, præ-

stantissimo vino laudata. q̄ Inde Maroneus, a, um, Tibullus

ad Messalam: Victa maroneo fœdatus lumina Baccho.

Maronis, Germaniæ civitas Ptolem. libro 2. capite 12. Vulgò

Lunenburg.

Mârpœsius, μαρπεσίας Stephano, pen. prod. Mons in Paro insula: à quo Marpesius, sia, sium, μαρπεσίας: ut Marpesia cautes, a-

pud Virg. 4. Aen. id est, Parius lapis.

Mârpœssâ, μαρπεσσâ Homero, Filia Eveni, & speciosa inter pau-

cas nymphæ, uxorque Idæ, omnium illius sēp̄ virorum for-

motissimi: mater Cleopatra pulcherrimæ sc̄minæ, uxoris

Melcagri. q̄ Haec maritus tam perditè fertur adamasse, ut

quam eam Apollo rapere conaretur, sumpto arcu & sagittis,

raptorem invadere non dubitârit. Veūm quum ejus recupe-

randæ spes nulla superesset, mater eam pro Marpessa Halcyo-

nem nominavit, propterea quod fatum Halcyoni simile for-

tita videretur. Vide Homerum 9 Iliad.

Mârpürgum. [Germ. Marburg in Hessen.] Hassorum urbs.

Mârrubîs, Populi fuerunt Italij, circa Fucinum lacum habita-

tes: sic dicti vel à rege Marrubio, vel quod circa mare habitæ.

Virg. 7. Aen. Quin & Marrubia vénit de gente sacerdos.

Mârrucinī, Populi Italij in regione Marsorum. Silv. lib. 8:

Marrucina simul Frentanis æmula pubes.

Mârs. [λέγεται] Germ. Der Gott des Kriegs.] Deus belli præses ab

antiquis creditus. Dictus, ut ait Varr. lib. 4. de Lingua Latina,

quod maribus in bello præsit: sive à Sabina dictione Mamers,

quo nomine Sabini Martem dicebant: à poëtis Mavors dici-

tur per epenthesim, quod magna veritat. Hic Iovis & lunonis

filius fuisse fingitur: vel ut Ovidius fabulatur, solius lunonis.

Quum enim olim Iuno turbata, eo quod animadvertisset Io-

vem maritum percusso capite sine muliere procreasse Miner-

vam, versus Oceanum proficeretur, ut scrutaretur quo pa-

cto & ipsa sine viro patere posset, & in itinere fatigata, secùs

fores Floræ Deæ, conjugis Zephyri, confederisset, interrogata

ab ea fertur, quam ob causam ad Oceanum pergeret: qua co-

gnita facturam se voti compotem Deam pollicita est, si id

Iuno lovem celaret. Quod quum Iuno jurejurando affirmas-

set, mox illam Flora monuit, in Campis Olenis florē esse, quo

tacto statim conciperet sine viro: id experta Iuno, concepit, &

peperit filium, quem Martem nominavit. Hunc ferunt postea

cum Venerè concubuisse, eosq; Vulcani fallaciis tam obsce-

nè jacentes catena invisibili ligatos, omnium deorum risui

expositos fuisse: tandem Neptuno intercedente, à Vulcano

solutos esse. Sororem habuit Bellonam belli deam. Sacrum ei

fecerunt lupum & picum: quos in Dei hujus tutela esse credi

voluerunt. Salios habuit sacerdotes, de quibus instrā. q̄ Vfur-

patur sæpiissimè pro ipso bello, μαρτυρουμενός. Virgil. Aegl. 10:

Nūc insanus amor duri me Martis in armis Tela inter media,

atque adversos detinet hostes. Livius lib. 1. ab Vrb. cond. Ali-

quandiu ibi Marte incertos, varia victoria pugnatū fuit. q̄ Est

etiam Mars stellæ nomén quatuor & viginti mensibus, & sex

diebus minus ferè orbem lustrans. q̄ Marte nostro aliquid dicimus facere, quoties aliquid nostro ingenio nullius adjuti auxilio conficiamus. a. d. J. n. t. Cicer. 3. Offic. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed ut dicitur, nostro Marte. q̄ Mars communis dicitur, quod incertus ac varius bellum eventus sit. Cic. 11. Philip. Sed ut concedam incertos esse exitus belli, Martem communem, tamen pro libertate vi-

ta, periculo decernendum.

Mârtiūs, a,um, Quod ad Martem pertinet aut ad bellū, a. d. J. n. t.

o r̄ t̄ ē ḡ e s. ut Martia avis, Marti dicata. Ovidius Fastor. 5: Martias picus avis gemino pro stipite pugnat. August. libro 3. de Civit. Dei: Nullo Martio impetu territi sedarentur inimici.

q̄ Interdum bellicosum significat, ut Martius populus. q̄ Martius campus, Planities quædam fuit in agro Romano, inter

Tyberim, & antiquam urbem sita: hodie pars: ita dictus,

quod Tarquinio in exilium acto (cujus hic erat) Marti fuerit consecratus. ē ḡ e s. m̄ d̄ o s. Liv. lib. 2. ab Vrb: Ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tyberim erat consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. q̄ Martius mēsis. [μάρτιος μενονάς]. Gall. Le mois de Mars. Ital. Marz. Germ. Mart. Hisp. El mes de Marco. Pol. Marz. Vng. Hadakor. Ang. The month of march.] Primus olim anni mensis apud Romanos, quem Romulus genitor suo dicavit. Ovid. 3. Fast. A' te principium Roma-nu ducimus anno, Primus de patrio nomine mensis erit.

Mârtiūs, a,um, adjct. Marte genitus. οὐρανός. Plaut. in Am-

phit. Martigena ille aggressus beluam magnus Europæ quæ-

stor, anguineo Repente hostes peperit seminio.

Mârtialis, & hoc cl. οὐρανός, Quod est natum sub Martis stella,

vel qui Martis sacris servit. Cic. pro Aulul. Cluent. Martiales

quidam Latini appellabantur, ministri publici Martis, atq; è

Deo veteribus institutis, religionibusque Larinatum conse-

crati. q̄ Martialis est præterea nomen Poëtæ proprium, qui

Epigrammatum festivitate nomen sibi celebre & illustre

promeruit.

Mârst, orum, μαρσονίς Stephano, Populi Italij Picentibus, Ac-

quiculanis, & Samnitibus finitimi, à Marso Circes filio orti, q̄

saliva sua serpentum mortibus medebantur. Vide Plin. lib. 7.

cap. 2. Quinetiam regio ipsa eodem nomine effertur. Cic. pro

Domo tua: Is in Maris natus est. q̄ Sunt & Marci Scythæ po-

poli apud Herodot. lib. 4. q̄ A' Maris fit Marsicus, a, um: ut,

Marsicum bellum, quod Romani cum Marsis gesserunt.

Mârsippūs, urbs Phœnicæ, μαρσίππος: gentile Marsippeus,

Stephan.

Mârsiūs, Circes filius, qui Marsorum genti in Italia nomen de-

dit, ut testatur Plin. lib. 7. cap. 2.

Mârspit r, pen. cor. Mars pater. οὐρανός sicut Iupiter, & Iovis pa-

ter, ut Iovis sit nominativus: hoc est, ipse Iupiter, & ipse Mars.

Gell. lib. 5. cap. 12.

Mârsyâs, μαρσύας. Ger. Ein pfleißiger oder Schwägter in Phrygia,

der auf vermaßenheit seiner Kunst Phœbo hat anföhren darf. Tibi-

cen fuit è Phrygia ea temeritate, ut ipsum etiam Phœbum ad

cantus certamen auderet provocare: à quo & victus, & exco-

riatus est. Vide fabulam apud Ovidium lib. 6. Fastor. q̄ Est &

Marsyas, sive Marsya, Asia minoris fluvius, Apamiam alluens: quem Poëtæ fabulantur ortum esse ex Nymphaum, & Saty-

rorum lacrymis, Marsiam deflentum. Ovid. 5. Metam.

Illum ruricola, sylvarum numina, Fauni,

Et Satyri fratres, & tunc quoq; clarus Olympus,

Et Nymphæ flerunt, & quisquis montibus illis

Lanigerosq; greges, armentaq; bucura pavit.

Fertilis immaduit, madefactaq; terra caducas

Concepit lacrymas, ac venis peribit imis.

Quas ubi fecit aquas, vacuas emisit in auras.

Inde petens rapidum ripis declivibus æquor.

Marsyas nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.

Mârsyâs, οὐρανός, Oppidum Phœnicæ: unde Marsieni, Steph.

Mârsyâs, Periandri filius, Pellæus historicus nutritus unà cum

Alexandro Magno: scripsit res Macedonicas libris decē à pri-

mo rege usque ad Alexandrum. Item de rebus Atticis libros

duodecim. q̄ Marfyas Philippeus historicus superiore recen-

tor. q̄ Marfyas Tabenus qui scripsit de Tranquillitate libros

duodecim: fabulosa libris septem, & quædam alia de patria

sua. Autor Suidas.

Mârtiā, Catonis Vticensis uxor fuit, quam postea, quum ex ea

aliquot liberos sustulisset, Hortensio amico concessit: eoque

mortuo sub initium bellorum civilium rursus eandem duxit.

Qua in re Catō malevolorum reprehensione non caruit, qui

vacuam & pauperem eam dimissam esse calumniabantur, ut

postea Hortensi testamento locupletatam reciperet. Autor

Plutarchus in Vita Catonis.

Mârtiā, aquā. [Ger. Ein Wasser so man durch ein Gewebe in die

Stadt Rom neun Meilen weggelieget.] Quæ & Aufcia, omnium

toto orbe aquarū clarissima fuit, à nono lapide structis forni-

cibus in urbē perducta: ita dicta ab Anco Martio Romanorū

rege, qui eam primus in urbem ducere auspicatus est. Vide supra in dictione AVFFIA, & apud Plin.lib.31.cap.3.  
**Martion**, Smyrnæus medicus, de quo sic Plin.lib.28.cap.4:  
 Martion Smyrnæus, qui de simplicibus affectionibus scriptis, rumpit scolopendras marinas sputo tradit: itē rubetas, alias que ranas.

**Martius**, cognomen Anci, quarti Romanorum regis, qui Numæ Pompili nepos fuit, æquitate & religione ayo similis. [Ger. Der vierde König der Römer.] Latinos bello domuit, & Aventinum, Ianiculumq; mōtes urbi addidit: nova menia oppido circundebat: sylvas ad usum navium publicavit: salinarum vestigia instituit: carcerem primus adiuvavit: Ostiam Coloniam maritimis cōmeatibus opportunam in ostio Tyberis deduxit. Autor Liv.lib.1.ab Vrb.

**Mārullūs**, Tribunus plebis cum Flavio, coronas Cæsaris Dictatoris statuis detrahit, eosq; qui primi Cæsarem regem salutaverant, in vincula duci jussit. Quamobrem Cæsar Marullum magistratu privavit. Autor Plutarchus in Cæsare. q Marullus itē poëta mimographus sub Antonino principe, apud Spartanum. q Pomponius item Marullus, Grammaticus Romæ profitebatur, sermonis Latinæ exactor molestissimus, quū ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Attico Capitone & esse illud Latinum: & si non esset, futurum certe. Iam inde mentitur (inquit) Capito: tu enim Cæsar civitatem dare potes hominibus, verba non potes. Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit:

Qui caput ad lœvam didicit, glossemata nobis  
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis.

**Marus**, (quod hic pro nomine montis perperam legebatur) vide T M A R V S.

**Masaris**, μασαρίς, Bacchi cognomen apud Caras: de cuius origine sic fabulantur: In comitatu Rheg, cui Iupiter Bacchum alendum commiserat, mulierem fuisse, cui nomen erat Mā: quam quum Iuno rogasset cuius is esset puer, ἄρετος: hoc est, Martis, illa respondit. Qua voce à vulgo excepta, Bacchus deinceps Masaris dictus est, quasi μῆτη μάρης.

**Masanorada**, μασανωράδα, Vrbs Caria, à Masanorado Cynadpsi filio: gentile Masanoradeus, Steph.

**Maschanæ**, μασχανή Vrbs Scenitarum Arabum, στρατός τέλος οὐλισθαὶ ἐγένεται, Stephanus.

**Mascotus**, μασκότος, Vrbs Libyæ, & alia prope Hesperides, Stephan.

**Masdorani**, Asia populi, juxta Parthiam, & Carmaniam desertam incolentes. Horum meminit Ptolemæus lib.6.cap.17.  
**Masdoranus**, Moas Asia, qui Parthiam ad Orientem ab Asia dirimit, auror Ptolemæus lib.6.cap.5.

**Mases**, μασεῖς, Vrbs Argivorum, Hom. εἰ τὸ ἔχοντα μάση τὸν κύριον ἀχειδὲς: dicitur etiā μαστίνης in recto. Cives Mastri, Steph.  
**Masetis**, μαστίς, Palus quædam & vicus, & insula, Steph.  
**Mässliniā**, Numidarum rex fuit aerrimus primum nominis Romani hostis, postea verò fidelissimus socius. Hic ad extremam usq; Senectam mira valetudinis prosperitate, vegetoq; corporis robore austerus est, adeò ut non agefimo ætatis anno filium genererit, iterq; quanvis prolixum faciens, equum nunquam ascenderit: nullo imbre, nulloq; frigore adduci potuisse, ut capite operto fuerit, teste Cicer. in lib. de Senect. Ovid.6. Fast. Postera lux melior, superat Mässliniā Syphacem. De hoc multa Plin.lib.3.bell. Punici.

**Masius**, μασίος, Stephano, Gordyæorum montium pars est, supra Nisibim, ubi Armenia dirimitur à Mesopotamia. Autor Strabo lib.11.

**Maspīi**, μασπίοι, Gens Persica, apud Stephanum.

**Masphe**, vide, in lib. Jud. 11. Ios. 13. 18. 1. Machab. 5.

**Mässli**, Libyæ fluvius Ptolemæo.

**Massaca**, μασακά, Stephano, Indorum oppidum est, apud Arrianum.

**Mässæfylia**, μασσαφυλία, sive, ut apud Stephanum & Strabonem legitur μασσαφυλία unico, Africæ regio, à Mauritius Mulucha fluvio (quem Strabo Molochat appellat) dirempta. Vide Strabon lib.17, & Plin.lib.5. cap.2. q Hujus regionis populi Massæfylia vocati fuerunt, quos Plinius testatur sua ætate extintos fuisse, regionemq; eorum à Getulis fuisse occupatam.

**Mässagætæ**, μασσαγεται, Germ. Grausamæ Scythische Wölde, außerhalb dem Hircanischen Meer in Asia gelegen. ] Populi Scythici in Asia ultramare Caspium: qui quum per deserta discurrunt, equorum suorum sanguinem cū lacte bibunt. Apud hos senio confecti, in frusta cæduntur, admittisq; ovillis carnibus à suis eduntur: qui verò morbo intercunt, feris devorandi obiciuntur. Infectissimi sunt hospitibus, neq; cum vicinis populis ullam servant amicitiam, aut fidem. Vxores habent cōmunes, cū quibus etiam in publico coire non verentur. Solē præcipue venerantur, cui & equum immolant: cæteros deos habent neglectui. Vide Strab.lib.11, & Herod.lib.5. Stat. in Achilleide: Laetæ Massagætæ veluti qui pocula fuscant sanguine

punicco, &c. q Nominativus singulatis est Massageta, vel Massagetes. Lucret.lib.3: Longæq; Sarmatici solvens jejuna bellum Massagetes, quo fugit equo.  
**Mässla**, μασσαί Stephano, Oppidū Hispaniæ ulterioris, nō procul à Tartesso, circa quod lateres fiebant ex terra pumicosa, qui siccato nō mergebantur in aqua. Vide Plin.lib.35.cap.14. Massica, regio Bæticæ Tartestis opposita: hanc Vitruvius Maxiam appellat.

**Mässicūs**, pen.cor. Mons Campaniæ, optimi vini ferax. Silius lib.7. Massicus uiferis addebat nomina glebis. q Hinc Massicum vinum, inter Campana vina olim laudatissimum. Plin.lib.14. cap.6: Certant Massica æquè ex monte Gaurano, Puteos, Bajasq; spectantia. Horat.lib.1.Carm. Est qui nec veteris pocula Massici, Nec partem solidi demere de dic Spernit. Doceat Servius, Massicus in plurali facere Massica. Virg.lib.7.Aen.-vertunt scelicia Baccho Massica.

**Mässiliā**, μασσαλία. Gall. Marseille, Germ. Massilia, in Etæ in der Provinz am Meer gelegen. ] Vrbs in Narbonensi provincia, à Medis Agyage imperante condita, circa secundâ & quadragesimam Olympiadem, annis antè quām Virgo parceret, D.C. XII. post obitum David regis annis CCCCLXXXIII. Distruta deinde, à Phocenisbus instaurata est, qui Cyri tyrannide fugientes, substituta Græcia in hunc sinum navigarunt. Olim Massiliæ studia ingenuarum doctrinarū adeò floruerunt, ut Romani pro Attica peregrinatione Massiliense peterent gymnasium ad disciplinas capessendas. Plaut. in Casin. Massilienses mores, tanquam optimos, & probatissimos dixit. Vbi (inquis) tu es, qui colore mores Massilienses postulas? Massiliensem mores & instituta summis laudibus extollit Cicero, cum alibi sapè, tum præcipue in Oratione pro L. Flacco: cuius hæc sunt verba: Neque verò te Massilia prætereas, quæ L. Flaccum militem questorem cognovisti: cuius ego civitatis disciplinâ atq; gravitatē, nō solùm Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam. Quæ tam procul à Græcorū omnium regionibus, disciplinis, linguisq; divisa, quū in ultimis terris cincta Gallorū gentibus, Barbaræ fluctibus allutatur: sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes ejus instituta laudare facilius possint, quam æmulari. Inclitam autem fuisse clarissimo gymnasio in Agricolæ vita Tacitus quoq; testatur, quum soecrum scribit Agricolam statim parvulum sedem ac magistrum studiorū Massiliam habuisse, locum Græca comitate & provinciali parsimonia misum ac bene compositum. Leg. Strab.lib.4. De ejus veteribus institutis multa Valer. lib.2. De origine verò primis initii non pauca lustus lib.43. Hęc vini optimi serax fuit: unde Mart.lib.13: Tu me Massiliæ ponere vina putas. q A' Massilia fiunt Massiliensis, Massilianus, Massilioticus. μασσαλιδες, μασσαλιτæs. Vnde Massilienses viri, Massiliana vina, & Massilioticu ostium Rhodani, quod Massiliæ proximum est. Plin.lib.3. cap.4: Libya appellavit duo Rhodani ora modica: ex his alterum Hispanie, alterum Metapinum: tertium, idemque amplissimum, Massilioticum.

**Mässylī**, pen.prod. μασσαλία, Stephano, populi Africæ, Cæsariensi Mauritanie, & Massesylis proximi. Hi neq; frænis, neq; ephippiis utuntur, sola contenti virga, qua equos regunt. Massylus, a, um, adjecit. Virg.4. Aen. Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

**Mässylīs**, a, um, Lucan.lib.4: Et gens quæ nudo residens Massylia dorso Ora levì flectit frænorum nescia virga.

**Mässylītēs**, a, um, Martial.libro 9: Et Massylæum virga gubernat equum.

**Mästaurā**, μασταρά, Lydiæ civitas: ita dicta, quod in ea Rhez, Bacchi nutrici, (quæ Mā Lydis appellatur) taurus soleat immolari. Vide supiā in dictione M A. Hujus incolæ dicti sunt Mastaurenses, μασταρεῖς, ē μασταρεῖται Stephano, quorum meminit Plin.lib.5.cap.29.

**Mästiani**, μαστινæ, & alibi μαστινοί, populi juxta Herculis columnas, ab iude Mästia, Steph. Sixus, inquit alibi, urbs Marinorum corrupta, ut videtur.

**Mässuriūs**, μασσουρίος, Eques Romanus fuit tempore Tibertii, laureconsultus non in celebris, qui publicè de jure rescriptit.

**Mataurus**, ματαρος, Siciliæ oppidum, Locroium opus: cuius incola dicuntur Mataurini, Steph.

**Mätrona**, pen.cor. [ Vulgo Marne. Germ. Ein flus Campania in Strandreich. ] Nomē est fluvii Campaniam Galliarū alluens: de quo sic Aufonius in Mos. Non tibi se Liger anteferet, non Axona præcepis, Matrona nec Gallos, Belgasq; intersita fines. Matiania, ματιανæ, pars Media Steph. ex Strab.lib.22. Hyope, inquit alibi, urbs cū ματινοῖ.

**Mätinūs**, a, um, adjecit: ut Apis Matina. Horat.4. Carm. Ode 2: Ego apis Matinæ more, modoq; Grata carpere thyma perla-

# MAT MAV MAX MAZ

per laborem Plutimum circa nemus; uvidique Tyburis ripas operosa parvus carmina fingo. q Cacumina Matinā, Idem E. pod. 16: quando Padus Matina laverit cacuminā.

Matiūm, Cretæ insulæ oppidum est, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Matoas, ματος, olim vocabatur Dantubius, ut suprà dictū est.

Mart̄hæus, μαρθας, Nomen viti proprium.

Martinus, μαρτιν, Fluvii nomen in Piceno, non procul ab Adriæ urbe: de quo Strabo lib. 5, & Ptolemæus in descriptione Italiz.

Mattiācum, Germaniæ oppidum, calidis fontibus nobilitatum, de quibus sic scribit Plin. lib. 31. cap. 2: Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum haustus triduo fertur. Circa marginē verò pumicem faciunt aquæ: fortassis ea est urbs quam Germani sua lingua vocant Baden, qua est in ditione Marchionis Badensis: ubi hoc etiā tempore Thermæ sunt magnificentissimæ & celeberrimæ. q Hinc Mattiacas pilas quidam dictas existimant sphærulas ex odorato sapone constantes, quod fortassis præstantissimæ apud Mattiacum confi cerentur. Martialis in Distichis: Si mutare paras longæ vos & cana capillos, Accipe Mattiacas (quod tibi calva) pilas. Idē paulo antè Causticam ipsumam pro eodem posuisse videtur, quā ait: Caustica Teutonicos accedit spuma capillos, Captivis poteris cultior esse comis.

Matycethæ, ματικης, Populi Scythiæ Europæ, apud Stephanum.

Mavors, qui & Mars, quod magna vertat, ut ait Cic. lib. 1. de Nat. dcor. q: Vnde Mavortius, tia, tium. Vide M A R S.

Mauritaniæ, [μαυριτανια] Ger. Ein Landeschaft in Africe gegen Hispaniæ vber: stossen an das Gros Meer gegen Ridergang. ] Africæ regio extrema, versus Gaditanum fretum, & Occidentalem Oceanum. In ea Antæus gigas regnasse dicitur ab Hercule vietus. Est autem duplex, Castrensis à Cæsarea, & Tingitana à civitate Tingi. Dictaq; est Mauritania, dñi Φ μαυρη, quod inter cetera significat obscurum, vel nigrum, quod nigros habeat colonos. Gignit simias, dracones, sciuithiones, & elephantes. Mauri, μαυροι, η μαυρουσι, Populi sunt, qui Mauritaniam Africæ regionem Occidentalem versus Gaditanum fretum incolunt. Eos fuisse Indos, & Hercule duce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hac loca prævenisse multi crediderunt, ut Strabo libro ultimo scribit. Salustius certè in lugurtha, Mauri & Numidas, reliquosq; qui maritimam Africam cultiore reddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis, bellis Punicis, maximè autem contra lugurham gestis, innotuerunt. Vide Strab. lib. ult.

Mauri, nomen gentile est, ut Gallus qui è Gallia originem habet: Mauritanus verò, ut Gallicus. q Dicimus enim virū Maurum, & bellum Mauritanum.

Mauricæ, à Mauro, ut Gallus Gallicæ dieis, teste Gell. li. 2. ca. 25.

Mauri, ius, a, um, μαυρες, à nomine Maurus. Silius lib. 10: Et multa thorax perfoßus cuspide, & hærens Loricæ interdum Maurusia pendet, arundo. Sic Tellus Maurusia apud Claudianum 3. Paneg.

Maurusiacus, a, um, Martial. libro 12: Et Maurusiaci ponderata rata citi.

Mausolus, pen. prod. [μαυσωλεος. Germ. Ein König in Caria.] Caria regis nomen, quem Theopompos scriptis, referente Suida, nulla à re pecunia cupiditate abstinuisse. Hunc tam in genti amore prosecuta est uxor Artemisia, ut ejus fati perfundi cineres vino permisso tradatur ebibisse. Ad hæc sepulcrum eidem sumptuosissimum extruxit, ut in sequenti dictione dicemus.

Mausoleum, pen. prod. [μαυσωλεο. Germ. Ein treffendes Edst. Ich Grab des Königs Mausoli in Caria, so ihm sein getreuter Gemahel Artemisia hat bauen lassen.] Mausoli regis Caria sepulcrum, ab Artemisia uxore extractum tanta operis magnificencia, ut inter septem orbis miracula fuerit numeratum. Martialis de Amphitheatro Domitianæ: Aëre nec vacuo pendentia Mausolea Laudibus immodicis Cares in astra ferant. q Ab operis hujus similitudine sepulcra omnia sumptuosiora, Mausolea sunt appellata. Hinc & Sueton. sepulcrum Cæsarum, Mausoleum appellavit. De Mausoleo vide plura apud Plin. libro 36. cap. 5, & apud Herodotum lib. 7.

Mausoli, μαυσωλοι, Dicti sunt Cares Asie populi, à Mausolo rege, Artemisia viro, Stephanus.

Mauso, μαυσος, Agri Corinthii vicus est Stephano.

Maxies, μαξις, Africæ populi, à Trojanis (ut ipsi gloriantur) orti, qui dextram partem capitis comatam gestant, sinistram radunt, & corpus minio tingunt. Aut̄ Herodotus lib. 4.

Maximinius, μαξιμιν, Natione Thrax, Romanorum imperator, suffectus est in locum Alexandri Severi, à militibus interfecisti: qui & ipse ab exercitu suo cæsus est, quum Aquileiam nequicquam ob sideret. Vide Herodianum lib. 8.

Mazæna, μαζαι, Palæstinæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Mazæni, μαζαι.

# MAZ MEA MEC MED 195

Mazaca, μαζα Stephano, Civitas Cappadociae sub monte Argō, quā Tiberius Archelao pulso, & Cappadocia in provinciæ formam redacta, nominavit Cæsaream. Hinc Mazacenus, & Mazaces, Mazacis in genitivo, μαζαι, μαζαι.

Suet. in Nero. Turba Mazacum.

Mazzæum, μαζαι, Bithyniæ oppidum, teste Stephano, in ditione à μαζαι.

Mazzæt, μαζαι, Pannoniæ populi sunt, apud Strabon. lib. 7.

Mazares, μαζαι, Ex Medorum Satrapis fuit, qui Prenenses in Cyri ditionem rediget. Vide Herodotum lib. 1.

Mazyes, μαζαι, Libyæ populi inter Nomades, diversi ab iis, quos ab Herodoto Maxias vocari suprà ostendimus.

Mazeras, Fluvius in ora maris Hyrcani. Plin. lib. 6. cap. 16.

M ante E.

Mearus, μιαρ, Ptolemæo, Fluvius Hispaniæ in ora Asturum. Pompon. Mela lib. 3. Vulg. Mearon.

Mecestus, μικρος, Troadis fluvius, in Rhindacum influens: cuius meminit Strabo lib. 12.

Mecha, civitas hodie sic dicta in Arabia Felice, quam Saraceni incolunt: Mahometicæ superstitionis caput. [ Gerin. Die Hauptstadt der Saracener in Araberland. ]

Mecistum, μικρος, Triphyliæ oppidum est Stephano. Est autem Triphylia Peloponnesi regio littoralis, quæ & Messenia dicitur.

Mecisteus, μικρος, Fuit ex sociis Ajacis Telamonii, ut scribit Homer. lib. Iliad. 13.

Mecoenas, cum æ diphthongo. [ μακεινα. Ger. Ein furchtbare Herr beim Kaiser Augusto, ein Liebhaber und besidderer guter Künste. ]

Proprium nomen equitis Romani viri clarissimi, & apud Augustum potentissimi: cui, velut unico studiorū patrono. Virg. Georgica sua, & Horatius libros Carminum inscripsit. Delicatu: nunc fuisse, nō solùm cultu ac moribus, sed etiam stylo commemorant: quare eum Augustus Malacium vocat & exagitabat frequenter ut cacozelum, teste Tranquillo. Horat. i Carm. Mecoenas atavis edite regibus. Fuit vir hic in provéhendi, cum omnium disciplinarū, tum præsertim poëticæ cultoribus adèd benignus, ut ab eo etiam hodie studiorū patroni, qui in sublevanda doctorum hominum egestate se munificos præbent Mecœnates appellantur.

Mecœnatus, adjективum à Mecœnas. Suetonius in Nerone: E tuni meccœnatica prospectans.

Mecōn, onis, μικρος Stephano, Vrbs est Peloponnesi, non procul à Corintho, quæ postea Sicyon appellata est, teste Sirabone lib. 8.

Melyberna, μελυβερνα, Oppidū Maritimū in Orientali tractu Macedoniæ, nō procul à Pallencia quo & vicinus sinus Melybernae dicitur. Meminit hujus oppidi. Plin. lib. 4. cap. 10.

Mēdabā, μιδα, Stephano, Nabathæorum oppidum.

Mēddix, Vide in APPELL.

Mēdēn, [μιδην, Ger. Ein brau Iasoni und ein gross. Zauberin. ] Insignis incantatrix fuit, Aectæ Colchorum regis filia: quæ quum Iasonem perdidit deamaret, facilem illi ad aureum vellus aditū præbuit, sopito perygili draconem, qui noctes, diesq; illud aſſervabat. Quo facto, patris iram metuens, Iasonem in Græciam sequuta est, patremq; insequente disceptis Absyrti fratris membris, & per viam dispersis, retardavit. Repudiata deinde ab Iasoni, filios suos, quos ex eo suscepserat, occidit, Glaucomq; Creontis filiam, cum qua Iason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, vivam crevavit, ipsumq; etiam Iasonem impatientia doloris manus sibi inferre coēgit.

Mēdēn, onis, μιδην, Duorum vicorum nomē est apud Strabon. lib. 9, quorum alter in Phocide collocat ad sinum Crisium: alter in Boeotia, non procul ab Onchesto.

Medeficas, filia Priami notha, ut scribit Homerus.

Mēdiā, [ μιδαι, μιδαι, Germ. Ein weite Landeschaft in Afria/ stoss auf das Hircanisch Meer: gegen Ridergang an Armenien vs. nd Assyrien: gegen Kuffgang an Persiden / ic. ] Regio Afia: à Septentrione Hycano mari: ab Occasu majori Armenia & Assyria discreta: Meridie Persiden: ab Ortu Hycani habens & Patthiā, quæ Cossæoru montibus ab ea excluditur. Strab. lib. 11:

Media in duas dividit partes: quarum alteram Majoriem vocat, cuius caput Ecbatana facit: alteram Minorē, quæ Atropatia dicta est, ab Atropato duce, qui eam à Makedonum impetu tutam præstit. Est autem Media bona sui parte montosa & frigida, & ferè tota sterilis, excepta regione, quæ sub Caspiis portis in humili & concavo jacet solo, quæ opuleata est, rerumq; omnium necessiarum ferax, præterquam olei. In ea campus est latissimus, quem Hippoboton vocat, in quo eorum quinquaginta millia pasci dicuntur. Regium id armatum est. Medianum Solinus dictam putat à Mego, Aegæi & Medæ filio. Hinc Medicus, a, um, prima syllaba longa, μιδην: ut, Malum medicum, quod & Citreum appellant.

Medina Cœli, Vide MEDIO LVM.

Mēdiolanum, [ μιδαι. Vulg. Milane. Germ. Mellande. ]

N a Vrbs

Vrbs est Cisalpina Gallia metropolis populi multitudinē re-ferrissima, agriq; bonitate fœlicissima, annis CCC LIX, ante Christi adventum à Gallis Insubribus cōdita, & à nomine relieti ab eis Mediolani (ut putat Volaterranus) ita appellata. Quanquam sunt nonnulli, inter quos est Ambrosius, qui à sue dimidia parte lanata Mediolanum appellatum patet. In hac etiam sententia videatur suis Sidonius Apollinaris. Verisimilior tamen appetit Volaterrani opinio, præsertim quum ipse etiam Ptolemæus Mediolanum oppidum in Gallia Lugdunensi recenscat inter Ligerim & Sequanam fluvios. De origine hujus urbis ita scribit Liv. lib. 5. Decad 1: Galli per Tauri nos, saltusq; Iuliq; Alpis trāscenderūt: fulsisq; acie Tuscis haud procul Ticino fluvio, quum, in quo conserderant, agrum Insubrium appellari audissent, cognomen Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidere Vrbem, quam Mediolanum appellarunt. Ex hac urbe Statius Cecilius poëta comicus originem traxit. ¶ Est præterea Mediolanum, sive Mediolanium, teste Ptolem. Britannis oppidum. ¶ Item aliud inferioris Germanic oppidū in Coloniensi dīcēsi quod hodie Monasterium vocant. ¶ Strabo lib. 4. aliud hujus nominis oppidum collocat inter Xantones Galliæ Aquitanicē populos, quod hodie id ē esse credimus quod vulgo Saintes vocant. Vrbs est (inquit) Xantonum Mediolanum, ad Oceanum vergens, inter Aquitanos maximē arenosa, & agro tenui, ex milio alimoniam captans, reliquis fructibus steriles. Hujus etiam Mediolani, & alterius in Gallia Cisalpina meminit Stephanus. Mediolanum nōdūs ἀκοντιας, καὶ οἰκεῖται Mediolanios, & πόλις ἡδη τῆς Ιταλίας λαρυγγοτάτη.

**Mēdiōlūm.** μέδιολον, Oppidum est Celtiberoū in tractu Tarraconensi Hispaniæ, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. putatur ea esse quæ hodie Medina celi appellatur.

**Mēdiōmātrices.** [μέδιοματρίκες. Ger. Die Meger oder Westerreicher] Populi sunt inter Belgas Leucis & Eburonibus vicini, Metenses scilicet, & his vicini Lotharingiæ populi. Plin. & Strabo Mediomatricos vocant. Vulgo Metzen Lorraine.

**Mēdiōn** μέδιον, Oppidum in finibus Aetoliæ, apud Polybium libro 28.

**Meditrina,** pen. prod. Medicamentorum dea, Festo.

**Mēdītrīnālā, orum, Sacra deæ Meditrinæ Mos erat, ait Festus, Latinis populis, quo die quis priuūm gustaret mestum, dice-re ominus grata: Vetus novum virū b. b. v. v. etiā novo morbo medeor. A' quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nōmē coeptum: ejusq; sacra Meditrinalia dicta sunt. Varr. de Ling. Lat. libro 5. Meditrinalia, dīces dictus est à Medendo: quod, ut ait Flaccus, Flamen Martialis dicebat hoc de solitum vinum nouum & vetus libari, & degustari medicamenti causa: quod facere solent etiam nunc multi, quum dicant: Novum vetus vi-nūm b. b. novo veteri morbo medeor.**

**Mēdmārī,** μέδημ, Steph. Oppidū in agri Brutii littore, unā cum portu. Plin. lib. 3. cap. 5.

**Mēdmāssā,** μέδημα, Stephano, Oppidum Carig, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

**Mēdōn,** μέδων, Nothus sicut Oilei, ex matre Rhyna, teste Homer. lib. 2. Iliad.

**Mēdōacūs,** sive Meduacus, μέδακος, Venetorum fluvius Patavium alluens, qui nunc vulgo Brenta dicitur. Nam ostia Padi Plinius describens, ait: Pars eorum & proximum porum facit Brundulum, sicut Edron ē Meduaci duo, & fossa Clodia. Strabo scribit Medoacum vō cari & pōtūm, & fluvium. Idem supra Venetos Carnorum, & Meduacorum fuisse gentem tradit. Vide Plin. lib. 3. cap. 16.

**Mēdūllīā,** μέδουλλα Stephano, Latii oppidū, Albanorū opus, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

**Mēdūllīnā,** μέδουλλα Plutarcho, Puellæ cuiusdā Romanæ nōmen, quæ à patre in tenebris vitium passa, quum ex detracto ei annulo stupri autore agnovisset, capillis eum ad aram per-traxit, patremq; primūm, deinde etiam scipsem ad expiandum flagitium interfecit. Vide Plutarchum in Parallelis.

**Mēdūsā,** pen. prod. [μέδων. Ger. Ein Tochter Phorc, welcher Mēdēva ihjē schön haar in Schlangen verwandelt hat.] Fuit filia Phorcæ ex Ceto marina belua: quæ unā cum duabus sororibus Euryale & Stenione, Gorgadas insulas in Oceano Aethiopicō tenuisse feruntur. Vnde & Gorgonides appellantur. Hæc quū esset insigni forma, etiam habuit inter alia decoris insignia crines proximè ad auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neprunus, in Mineru templo cum ea concubuit: ex quo concubitu natus est Pegasus equus. Quam injuriam Mineru gravi & iniq; o animo screns, Medusæ crines, quibus maximè amatorii suæ placuerat, in angues mutavit, qui ea vi essent ut omnes eam spicentes in lapides verterentur. Quamobrem quum nemō t. m. mirane monstrum intueri posset, Perseus Iovis & Danaës filius, Mercurii talaribus, & falcato ense accepto, Palladis nem seuto, ut tere repercuttam effigiem ejus videre impune posset, ex improviso, quum ipsa

## MED MEG MEI MEL

anguesque sopiti essent, abortus, uno sed eo validissimo idem permittit, & in patriam rediens quū ejusdem caput secum deferret, contigit ut gutta sanguinis decidentes per solitudines Africæ mutarentur in serpentes. Vide Lucan. lib. 9: Squallebant latè Phorcynidos arva Medusæ. q; lade Medusæ, a, um, vide in dictione PEGASVS.

**Medyllia,** μεδύλλια, urbs ab Albanis condita, Romanorum colonia. Gentile Medyllinus, Steph.

**Mega:** id est, magnum, Promontorium Mauritanicæ Cæsariensis, inquit Ptolemæus.

**Mēgābýzī,** [μεγαβύζη. Ger. Die hodenlosen Pfaffen der grossen Göttin Diana in Epheso.] sive Megalobyzi. Dicebantur Epheci Diana sacerdotes, quos evauchos esse oportebat. Vnde & pro imbellibus ac mollibus ponj consueverunt, quales sunt spadones. Quintilian. lib. 5. cap. 12: An verò statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, quum corpora quām speciosissimè piagendo, fingendōve effingere cuperent, nunquam tamea in hunc occiderunt errorē, ut Bagoum, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum vel militiæ, vel palæstræ: aliorum quoque juvenum bellicosorum & athletarum corpora decorare existimarent, &c.

**Mēgērā,** cum diphthongo in penultima. [μηγαρη. Germ. Eine aus den vissnigen hellischen Dreybergen.] Vna è furia. Nam μηγαρη Odi, sive invideo Latinè denotat. Claud. Innectiva prima in Rufium: Improba mox surgit tristis de sede Megera. Megalestia, Vide in APPELL.

**Mēgālopōlīs,** μεγαλοπόλις, Arcadiæ urbs, post Leuctrum bonum conditæ: qua diuidia sui patre Orestia vocabatur, ab Orestis adventu. Ex hac oppido ortum traxerunt Cercidas, præstantissimus legi-flator, Argelias Peripateticus Theophaisti discipulus, Acelodorus, qui de urbibus scribit, & Polybius Historicus. q; Megalopolis item Alia oppidum fuit, postea Aphrodisias d. cūm, inter Lyctum & Meændrum fluvios situm, quod Stephanus Caria attribuit: quanquam in Græcis codicibus Icaria corruptè legitur pro Caria. Tertia ejusdem nominis civitas in Iberia collocatur ab eodē Stephano. q; Alia item urbs Megalopolis Germaniæ est. [Ger. Megaburg.]

**Mēgālopōlītæ,** μεγαλοπολῖται, Megalopolis incolæ, Stephan. Mēgārā, penult. corr. [μηγαρη. German. Ein Staat in Achaea.] Vrbs est Achaiae in confinio Atticæ, & Peloponnesi, patia Euclidis Geometra: ita dicta à Megario Apollinis filio. Vrbs hujus meminit Plin. lib. 4. cap. 7, & Servius Sulpitius ad Cicr. libro 4. Epist. pro eodem dicitur Megara, orum, plurali numero. Plin. lib. 16. cap. 39. Megaris diu stetit oleaster in foro. Colum. lib. 10. iam Megaris veniant genitalia semina bulbi. q; Est item Megara, rionis nomen in Sicilia apibus abundantus, qui urbem habet eiusdem nominis in tadice sicam q; Fuit pīg-terè hoc nomē ne filia Creonis, & uxor Herculis.

**Mēgārūs,** a, um, a, i, et. vum. Virgil. 3. Aceid. Pantagiam Megaroisq; finos.

**Mēgārētus,** dīctio trisyllaba μηγαρέτης, Nōmen fuit patris Hippomensi & neporis Neptuni, ex Onchi: sto. Ecclitæ oppido oriundi. Ovid. 10. Metam. Nanque mihi genitor Megareus Onchestius illi est Neptunus avus: prōne pos ego regis aquarum. q; Fuit pīg-terè eodem nomine Apollinis filius, qui Megaris à se conditis nōmen fecit.

**Mēgārīs,** idis, penultima correpta, μηγαρής, Regio est Achaiae, in confinio Atticæ & Peloponnesi: ita dicta à Megaris. præcipua ejus tractus urbe. Plin. lib. 4. cap. 7: Attungit Ithum partē sui, quæ Megaris appellatur à colonia Megara. Ex hac regione præstantissimi mittebantur bulbi, qui ab ea dīcti sunt Megarici. Plin. lib. 19. cap. 5: Proxima his est bulborum natura, quos Cato in primis serendos præcipit, celebrians Megaricos. q; Est præterea Megaris, insulæ nōmen inter Neapolim & Paüslypum sitæ, teste Plin. lib. 3. cap. 6. q; Megaris item Ni-sa vocabatur, à Niso Pandionis filio. Item Ni-sa navale Megaridis, Steph.

**Mēgas,** μέγας, urbs Libyæ: in qua σημφάγη & αροτροῦ, Steph.

**Mēgēs,** μηγη, Vnus ex Græcorum principiis, qui ad Trojam profecti sunt: de quo Homerus in Catalogo navium.

**Mēgīstanæ,** Vide in APPELL.

**Mēgīste,** μηγη, Vrbs & insula Lycia, à magistro quodam, Stephan.

**Mēionis,** μέιον, Cyprus olim dicebatur, Steph.

Midas, [μιδας. Ger. Ein König in Phrygia, ein großer Gelüste.] Gordii bubulci filius, & rex Phrygiæ, qui cunctos penè reges pecunias abundantia antecessit. Huius (ut est in fabulis) propter Bacchum hospitio suscepimus, concessum est ut quicquid vellet, optaret, futurus voti compos: optavit autem ut quicquid corpore contigisset, in autum vertetur: quod, annuente Baccho, factum est. Sed quum cibus & potus contacti etiam in aurum mutarentur, sensit tandem stolidus, se stulte petuisse: & facti pœnitens, oravit Bacchum ut hoc munus auferret: tum Bacchus iussit ut in Pactolus humine se lavaret, & sic liberaretur. Quod quum fecisset, cepit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Postea quum Phœbus & Pan carmine certarent, & Midas judex electus cum Tmolonte (qui Phœbum vistorum pronuntiaverat) secundum Pana judicium tulisset, indignatus Apollo asininas ei auriculas addidit, quas tam scire occultavit, ut nemo sciret præter solum tonsorem qui quum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamavit: Aures asininas habet Rex Midas. Deinde fossam terra adoperuit, successuq; temporis creverunt illic arundines, quæ commotæ vocem quam tonsorius dederat, reddiderunt. Vide Ovid. 11. Metam., arguitur tamen, atq; inusta vocatur Vnius sermone Midas: Nec Delius aures Humanam stolidas patitur retinere figuram, &c. Nonnulli dicunt, quum inter Apollinem & Marsyam decertantes judex constitutus esset, & ipse pro Mar-

sy sententiam tulisset, auriculis asininas à Phœbo fuisse donatum. Hinc natū est proverbium: Auriculas asini Midas habet: quo utimur in stolidos, & crassis auribus, pinguique judicio homines. Alii narrant, quā præteriret aliquando Liberi patres asinos, atq; eos afficeret injuria, iratum Bacchum Midas auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant huic aures natura pælongas fuisse: & asinarum instar prominentes: atque hinc fabula locum ortum esse: quanquam pluribus placet, bacallagoria significat Midas tyranum coriaceos ac subfuscatae, tatores demittere solitum, per quos quæcumq; per omnes regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimis nullis utens aurum vice. Proinde quum vulgus admiraretur, ab illo refici etiam ea quæ claram ac procul fierent, occasionefabulæ datam esse, ut Midas diceretur auriculas asini habere. Vel quod nulius aliud animal acris audiat, quam asinus, excepto mure: vel quod aures habeat omnium longissimas. Perclus: Auriculas asini quid non habet? Ferat nonnulli primi poëta scripsisse, Auriculas asini Midas rex habet: deinde de metu Caesaris scripturam mutasse, Quis non habet? Hæc ex Erasmi Chiliadibus.

Midia sive Midea, pen. prod. μιδας Steph. Oppidum in agro Argivo, ita dictum a Midia Aloë filia, quam antea Persepolis appellaretur. Meminit hujus Homer. lib. 2. Iliad.

Midian, urbs est circa rubrum mare sita, nomina habens à quadam Abrahami filio ē Cethura prognato. Inde Mediane, gentile.

Mieza, μιζα, Oppidum Macedonie, quod olim Stygmonium vocabant: à Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum. Autor Stephanus. Hujus oppidi meminit Plin. lib. 31. cap. 2.

Milciades, lege infra MILDIADES.

Miletopolis, μιλετοπολις, Vrbs in minore Asia, inter Cyzic, & Bathyriam, ad Rhynndacum australem, cuius meminuit Strabo l. bro 12.

Miletus, [μιλετος. Ger. Ein Sohn Apollinis von Argos, welcher in Asiam entrinnen wußt et nach dem Kretenischen Reich trachti] Filius fuit Apollonia, & Argæ Cleochi filia: vel (ut Ovidius censet) Dejones, qui quum Minoa Cretensium regem jam senem regno privare vellet, à Iove territus, in Samum, deinde in Cariam. Asinæ regionem fugit, ibiq; oppidum condidit: quod de suo nomine Miletum appellavit, ejusq; incolas Milesios. Ovid. lib. 9. Metam. Tunc erat invalidus, Dejoni demq; juvante Robore Miletum, Phœboq; parente superbium Pertinax, credensq; suis insurgere regni, Haud tamen est patrius arcere penatus ausus. Sponte fugis, Miletetus, celestis, carina Aegeas metiris aquas, & in Asia terra Moesia cœstus posuit, habentia noinen. Alii tamen aliam assertur nominis rationem. Vide in dictione sequenti. q Inde Miletis, idis, Patronymicum: id est Byblis, Miletis filia.

Miletus, pen. prod. [μιλετος. Ger. Ein Staat im minderen Asia an dem mystischen Ionie und Caria gelegen.] Vrbs in finibus Ionie, & Caria, autore Herodoto ædificata ē Miletum Solis & Dejones filio, ut testatur Ovid. 9. Metamorph. Strab. lib. 12, à Sarpedone conditam manvult, Iovis filio, & Minois ac Rhadamanthi fratre: & ab eo Miletum appellatam fuisse ab altera ejusdem nominis urbe, quam in Creta reliquerat. Vrbem hanc præstantissime lanæ provenient nobilitavit, ex qua siebanc Milesia stragula, quæ ob insignem mollietatem in proverbio cœserunt. Martialis lib. 8: Nec Milesius erat vellere digaa tuo. Et Virgil. lib. 3. Georg. quanvis Milesia magno Vellera mutantur Tyrios incocta coloris. Vbi Servius, Milesia vellera: id est, lanæ pretiosissimæ. Nam Milesius civitas est Asinæ, ubi nunguntur lanæ optimæ. Idem 4. Georg. Milesia vellera Nymphæ Carpebat, hydi saturo fucata colore. Cicer. in Verrem: Nam quid à Milesiis lanæ publicè abstulerit. q Eadem est Anactoria nominata, ab Anactoria quodam, Cœli & Terra filio. Fuit autem hæc urbs coloniis à se cœditis in primis foecunda, quæ octoginta & amphius urbium per omnia maria metropolis extiterit. Oraculum habuit antiquitatis Branchidatum appellatum, postea Apollinis Didymæ. Ex Miletio ortum traxerunt viri memoratu digni, Thales unus ex septem sapientibus, qui primus Physiolog., ac Mathematicæ autor inter Gracos est habitus: & Anaximander ejus discipulus. Item hujus discipulus Anaximenes, & Hecatæus, qui scriptis historiam & Aeschines orator, non ille, qui cum Demosthenem contendit sed aet. qui sibi sumpta nimis in Pompejum licentia, in exilium missa est Hinc & Timochæru musicum ortum ferant, & Pittacum philosophum. q Alia fuit ejusdem nominis urbs in Creta, teste Homero lib. 2. Iliados.

Milesia, μιλετος, Populi à Miletio urbe dicti sunt, qui quā prius potentes essent & opulent, deliciis dandis addicti, & opere & potentiam amiserunt. Hinc Milesius sermo dicitur voluptrarius à Milesiorum Moribus lascivis. Apuleius in Asino auctor: At ego tibi sermonc isto, Milesio varias fabelas conseruant, auresque tuas benevolas lepidò sustineo permulceam. Unde & Milesius

& Milesiae delitiae. Marcianus Capellā: Nā certē mythos, poëticæ etiam diversitatis delicias Milesias, &c. Et μιλιστας, librorum impudiciorū author Aristides apud Plutarch. in Cratso, de quibus Ovid. in Epist. ad August. Verit Aristidem Cicenā nec obfuit illi Historiæ turpes inservisse jocos.

Milias, lege M I L Y A S.

Milichiae, Fontis nomen in agro Syracusano, teste Plin. libro 2. capite 8.

Milesia, μιλισια, Vrbs Epidaurus dicta, ut suprà ex Stephano diximus.

Milo, μιλων, Civis Romanus ex municipio Lanuvino, qui quū P. Clodium Tribunū plebis multa seditione in Republica molestem occidisset, frustra à Cicerone defensus elegantissima illa oratione, quæ etiam hodie omniū manibus teritur, Massiliam damnatus in exilium profectus est: ubi quum aliquando vidisset orationem Cicerois pro se scriptam, multò meliorē ea, quæ in judicio habita erat, dixisse fertur: Si sic orasset Cicero, nō ego Massiliæ barbatos mullos cistarem Hæc Dionysius in Roma. hist. q Fuit alius hoc nomine athleta Crotoniates, qui taurum in Olympico certamine iectu nudæ dextræ occidisse dicitur, & sine fatigatione per stadii spatiū supra humeros portasse, totumq; eo die comedisse. Huic malū tenenti digitis nemo poterat extorquere: dum cōstitisset, nemo vestigio educere. Quum autem nimia nervorum fiducia arborem in parte media hiante diducere vellet, brachii hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus, lupus fuit præda. q Est & Milo sive Milus, nomen montis Indiæ, in quo homines aversis plantis nascuntur, octonos digitos in singulis pedibus habentes. Autor Plin. lib. 7. cap. 2.

Miloniæ, μιλωνια, Oppidum Samnitium, apud Dionysium lib. 16 Antiquit.

Miltiades, pert. in secunda syllaba, μιλητης Suidæ. Dux Atheniensium clarus, qui decem milibus suorum civium, & Platæisibus auxiliaris mille, profligavit Persarum sexcenta milia in campis Marathonis. Autor est Lusitanus lib. 2. Postea tamē peculatus damnatus, in carcere & vinculis mori ab Atheniisibus coactus est. Author Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. & Aemilius Probus qui ejus vitam eleganti brevitate conscripsit.

Milyas, adis, μιλυας, Regio est in minore Asia, Caria, & Lycia finitima, cuius incolæ Milyas, μιλια, appellati sunt, à Milya Cragi uxore, quā anteā Solymi appellantur. Vide Steph. & Strab. lib. 1. 2.

Mimallonis, μιμαλλονις, A' Callimacho insula dicitur, quæ ab aliis Melos, à nonnullis Zephyria vocatur, teste Plinio libro 4. capite 12.

Mimallonides, μιμαλλονιδες, Bacchæ mulieres, à Mimante Thraciæ: vel (ut alii malunt) Ioniæ mōte: vel à μιμιομαι verbo Græco, quod imitor significat, quod Liberū patrem imitarentur, & ad ejus imitationem cornua ferrent. q Inde Mimallonis, inis, patronymicū fœmi. quo ferè in eadem significatione utimur. Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Ecce Mimallonides spar- sis in terga capillis.

Mimallonis, mimallonea, mimalloneū. Persius Sat. 1: Torva Mimalloneis implerūt cornua bombis. Hæ quoq; Bassarides, & Thyades, & Ogygides vocatae sunt.

Mimas, antos, μιμας, Mons Ioniæ in minori Asia, testibus Plinio & Strabone: vel, ut Suidas mavult, Thraciæ, ubi sacra, & certamina quotannis fieri Baccho confueverunt. Ovidius 2. Metamorphos. Et tandem Rhodope nivibus caritura Mimasq;. q Mimas etiam gigantis nomen fuit, quem Jupiter fulminavit. Horat. lib. 3. Carm. Sed quid Tiphœus, & validus Mimas, &c.

Mimermnus, μιμερμης, Suidæ, Ligyrriadæ filius, Colopho-nius, aut Smyrnæus, aut Astypalæensis Elegiarū scriptor. Natu fertur Olympiadex xxvi, quod si est, septem sapientibus antiquior est. Quidā tamen eodem tempore vixisse illum dicunt. Vocatus fuit Ligyrastades, propter concinnitatem & dulcedinem carminis. Scriptū libtos multos. Hæc Suidas. Pro-pert. lib. 1. Eleg. 9:

Plus in amore valet Mimermni versus Homero:

Carmina mansuetus lenia querit amor.

Mimnedus, pen. prod. μιμηδης, Oppidum Lydiæ apud Hecateum in descriptione Asiae. Steph.

Minæ, sive, ut apud Stephanum legitur, Minnæi, duplicato n. [μιναι]. Ger. Wölker in Arabien am Roten Meer getogen/ bey wel. [Am dies Wepruchs villett.] Populi sunt in regione Arabiæ, maritubro adjacentes, qui primi commercium thuris feceré, nec præter hos Arabes alii thuris arborem vident. Vnde ab ipsis thus ipsum Minæum dictum est, teste Plin. lib. 12. cap. 14.

Mincius, [Ger. Ein Fluß in Lombardia / läuft durch den Gardsee und nach Mantua hin in flüß Padum] Venerorum fluvius, qui ex Benaco lacu defluens, alium prope Mantuam lacum efficit: & inde rursus, multis torrentibus austus, effluit in Padum.

Virgil. 4. Georg. tardis ubi Mincius errat Flexibus. Ab hoc Virgil. Minciades dictus. Iuven. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

Mīnervā, Disciplinarū dea, quæ Græcè Pallæ dicitur, [μινέρβη]. Ger. Die Göttin gütter Künsten und der Weisheit.] Et à minando dicitur, quasi vim minetur. Solet enim pingui ægide & hasta formidabilis. Aut à minuendo (ut placet Cicer. lib. 2. de Nat. deor.) Aut (ut alii malunt) à monendo, quod rethor moneat. Festus: Minerva dicta quod benè moneat. Hanc enim veteres pro sapientia colebant. Cornificius verò quod singatur, pingaturq; militaris minitans armis. Eadem & Tritonia à Poëtis appellatur, quod Ogygis regis temporibus circa Tritonidem Africæ paludem virginali facie dicatur apparuisse: ab Hōmero etiam γλωσσῆς, quasi glauco habens oculos. q Palladis autem nomen accepisse putatur διὸς Παλλὰς: hoc est, à jaculando, vel vibrando. Pingitur enim quasi manu hastam tenens, eamq; vibrans. Prima olei, & lanificii inventrix creditur extitisse: ob quæ erga humanum genus beneficia, divinos honores meruit, sapientiæq; & boarum omnium artium dea habita est. q Fabulantur autem Poëtæ Minervam ex cerebro Iovis esse prognatam: quo commento significare volunt humaniorum literarum disciplinas humani ingenii non esse inventum, sed ex Iovis cerebro: hoc est, ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte ad hominū usum esse depromptas. Pingui seu crassa Minerva aliquid facere, est simplicius, rudius, vel indistinctus aliquid facere. Columella in Præfatione libri primi: Potest enim nec subtilissima, nec rursum (quod ajunt) pingui Minerva res agrestis administrari. q Invita Minerva aliquid facere: idem est, quod repugnante ingenio vel repugnante natura aliquid aggredi. Horat. de Arte: Tu nihil invites dices, faciesve Minerva. q Sus Minervam, subaudi docet, vel monet tritissimum est proverbiū, quo utimur, quoties inductus aliquis cum conatur docere, à quo ipse sit magis docendus. Vide Erasmi Adagia.

Mīnervæ, & minervæ, à Minerva deductum nomē, erat quasi præmium quod dabatur præceptori, sicut cœna, & hujusmodi, quasi magisterii merces paucis diebus à scholasticis dari solita ante Quinquatria, per quos dies pueri vocabant, dñe-ze-go. Varr. 3. de Re rust. cap. 2: Quin simulac promiseris mineral, incipiam, inquit, A X I V S: Ego verò non recuso vel hodie, & ex ista pactione crebrō. Ovid. 3. Fastor.

Nec vos turba feri sensu fraudata magistri  
Spernere: discipulos attrahit illa novos.

Mīnilius, Mons Thessaliz, postea Orchomenus dictus est.

Mīnio, Fluvius est Tusciæ, non procul à Cærete oppido. Vulgo Menno. Virgil. lib. Aeneid. 10: Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.

Mīnius, μινιος, Fluvius Hispaniæ juxta Abubricam Gallæcorum oppidum, vastissimo ore in Oceanum profluens. Vulgo Minno. De hoc Plinius libro 4. capite 20, & Ptolem. libro 2. capite 6.

Mīnoa, pen. prod. μινωα: Vulgo Altemura, Vrbs in Amorgo insula, una Cycladum. Item altera in Siphno insula, una Sporadum. Tertia in Sicilia. Atq; hæ quidem tres enumeratur à Stephano. Strabo præterea lib. 9. Minoam fuisse emporiū tradit in agro Attico, decem & octo stadiis à Megariis distans, quod postea Nissam appellantur.

Mīnois, idis, μινωις, Insula est una Cycladum, quæ notiore nomine Baros appellatur. De hac Plin. lib. 4. cap. 12.

Mīnōum, μινωος, Oppidum est Cretæ insulæ, à Minoë rege ita appellatum. Recenetur à Plin. lib. 4. cap. 12.

Mīnos, [μινως]. Ger. Ein Sohn Iovis und Europæ der Cretenser Rb. utg. ] Iovis, & Europa filius, Rex-Cretæ, qui primus Cretensiibus leges dedit. Hic quum haberet uxorem Pasiphaen, & illa ex tauro genuisset Minotaurum, Dædalum, quod bovem lingueam fabricasset sub qua latens cum tauro uxori concebuerat, persecutus in Siciliam pervenit, ubi à Cocali regis filiabus est interfectus (ut Aristoteles refert) juxta Camerinam urbem, & apud inferos propter insignem justitiam judex factus. Virg. 6. Aeneid. Quæritor Minos urnam moyet.

Mīnoiūs, a, um, μινωιος, Possessivum: ut Minoia regna. Virg. 6. Aen. Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna.

Mīnoiūs, a, um, aliud adje. o. Ovid. in Ibin: Si tua contigerit Minoas pupi arenas. q Taurus Minous, pro Minotaurus. Stata 1. Achill.

Mīnoiūs, minoidis, Patronymicū fœm. Ovid. 8. Metam. Protinus Aegydes rapta Minoide Diam Vela dedit. Quo pacto autem Minos judex habeatur inferiorum propter justitiam, non video, quem violator fuerit hospiti, & rapor (ut Suidas ait) Ganymedis, & multa alia commississe dicatur à vera justitia non parùm abhorrentia.

Mīntaurūs, [μινωταρης]. Ger. Ein wunder Thier zweyer gestalten/ se von Pasiphae und einem Stier ist geboren wordt/ im Labyrinth ist eingeschlossen gewesen.] ex Minoë, & tauro dictio composita, Monstrum

Monstrum biforme ex portentoso Pasiphaës cum tauro con-cubitu prognatum: quod jussu Minois (ut fabulantur poëtae) Labyriatho inclusum, humanis carnibus velcebatur. Huic • quotannis Athenienses ex præscripto foederis septem ex suis liberis mittebant devorando. Sed tertio anno Aegei filius Theseus forte missus, Minotaurū occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga evasit. De hoc Virg. 6. Aen. in principio:

Hic crudelis amor tauri suppostaq; turto  
Pasiphaë, mistumq; genus, prolesq; biformis,  
Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.  
Hic labor, ille domus, & inextricabilis error.  
Magnum regnæ, sed eam miseratus amorem  
Dædalus, ipse dolos testi, ambagesq; resolvit,  
Cæca regens filo vestigia.

Servius credit Taurum scribam fuisse Minois, qui absente re-ge, cū Pasiphaë concubuit in domo Dædali: & quia Pasiphaë eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro esset similis, factus est locus fabule, ut Minotaurum bi-forme monstrum peperisse dicatur.

Minthæ, μίνθη, A' poëtae Cocytus filia fuisse fingitur, quā quum Persephone cum Plutone deprehendisset, in herbam sui no-minis comutavat. Nam μίνθη à prisca Græcis dicebatur herba, quæ postea ab odoris suavitate οὐρανός appellata fuit. Latini unius tantum literæ immutatione Menthæ vocant. [Ger. Μίνθη.] Hanc fabulam tangit Ovid. 10. Metam. ad finem: -an tibi quōdam Fœminæ artus in oientes vertere minthas Persephone licuit?

Minthæs, μίνθης, mons est Peloponnesi, non procul à Pylo: de quo Strabo lib. 8.

Minturnæ, μίντουρνα Ptolemæo. Ger. Ein Stadt Italiæ in Campania / gelegen am fluss Lyri. oppidum in Campania inter Sineuissam, & Formias, ad Lyrim fluvium: habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens proscriptionem Syllæ.

Misnūtiæ, Familia non ignobilis Romæ fuit.

Misnūtus, cognomento Augurinus, Præfectus annonæ Sp. Melium regnum Romæ affectantem, & ad Senatum delata, coarguit, qui postea à Servilio Hala, cùm à Dictatore Quintio vocatus parere imperati recusasset, est interfecitus. Huic, quod farris pretium trinis nundinis ad eam vilitatem redigisset, ut asse modius væniret, tantum à plebe habitum est honoris, ut collata in capita stipe uncia, ænea ei statua extra portam trigeminam fuerit collocata. Autore Plin. lib. 34. cap. 5. & lib. 18. cap. 3.

Minya, μίνυα Stephano, Thessalizæ oppidum, à quo nonnulli Argonautas Minyas vocatos existimant: quanquam alii nominis hujus originem ad Minyam regem referre malint.

Minyæ, μίνυαι, Populi Thessalizæ, qui iasonē in Colchos proficisci entem secuti sunt: qua dictione frequenter utitur Valer. Flacc. in Argonaut. pro ipsis Argonautis. Ovid. lib. 7. Metam. Iamq; fratrum Minyæ Pegasiæ puppe secabant. Alii dicunt fuisse populos Boeotiaz circa Iolcum montem habitantes: quos ita dictos volunt à Minya rege, Orchomeni filio Chrysæ, & ne-pote Neptuni.

Minyas, μίνυα, Chrysæ filius à quo Minyæ, quibus imperavit, nomen accepunt. Hic quum mortales omnes suæ etatis opibus superaret, primus omnium gazophylaciū recondendarum pecuniarum gratia extruxit. De hoc Pausanias, & Cæ. lius Rhodius lib. 20. cap. 25.

Minyæus, per quatuor syllabas, sive Minycius (ut apud Homerū legitur) per quinq; fluvius est Thessalizæ, postea Orchomenus dicitus, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 8. Hunc Strabo lib. 8, eundem facit cum Anigro. Homer. lib. 11. Iliad. juxta Arcenæ in mare defluere tradit:

E'ν δι το ποταμούς Μενύας, ἀλλα βάθεια,  
Εγγύθεν, Αἴγλων.

Miritus, Vide MERITVS.

Mirobriga, μιροβρίγα Ptolemæo, Vulgo Ciudad Rodrigo, Hispaniæ ulterioris urbs in conventu Cordubensi. Plin. lib. 3. cap. 1. Mirobricam vocat per secundam consonantem in ultima syllaba.

Misach, Vnus ex tribus putris, de quibus Daniel.

Miscellus, μισθεῖσα, Crotonis urbis in magna Græcia conditor, de quo vide infra in dictione SYRACUSÆ.

Miscera, μισθεῖσα, Oppidum Sicilie apud Stephan.

Misenus, pen. prod. μισθεῖσα. Vulgo Monte Miseno. Promontoriū est Campaniæ, non procul à Cumis, nomen habens à Miseno Aeneæ tubicine illuc sepulso. Virg. 6. Aen. At pius Aeneas in genti mole sepulcrum imponit, suaq; arma viro, remumq; tumbamq; Monte sub aërio, qui nūc Misenus ab illo Dicitur, eternumq; tenet per secula nomen. Horat. lib. 2. Sermon. Satyr. 4: Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.

Misetus, ti, pen. prod. μισθεῖσα, Oppidum Macedoniæ apud Stephan. cuius gentile est Misetus, μισθεῖσα.

Misgetes, μισθεῖσα, Populi Iberum, Steph.

Milnia, Germaniæ urbs ad Albim sita, Vulgo Messes.

Mispila, μισπίλα, Medorum oppidum, apud Xenoph. lib. 3. ex-peditio Cyri minoris. Gentile est Mispilates.

Missenia, (quod hic corrupte legebatur) Vide MESSENIA.

Mistrylus, Nomen coqui apud Martiale.

Mithridates, pen. corr. [μιθριδάτης. Ger. Ein mächtiger König in Ponte der Landeskraft.] Rex Ponti fuit, vi tanta & animi & corporis, ut sex juges equos regeret, duarum & viginti genitium ore loqueretur. Hic dissidentibus Romanis sociali bello, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciā, insulasq; omnes, excepta Rhodo occupavit: sed postea à Sylia apud Dardanum fūsus, à Lucullo profligatus & exutus regno, rursus à Pompejo victus, tandem à Pharnace filio in turre obsecus, venenum sumpsit. Quumq; id sibi frustra bibisset, quod adversum venena multa ante medicamentibus corpus firmaverat, immisum percussorem Gallum, citè autoritate vultus territum revocabit, & in cædem suam manū trepidantis adjuvit. Laboravit infamia maximæ crudelitatis: nam Laodicem conjugem & sororem, præterea matrem, fratremq; ac tres filios impuberes, totidemq; filias interfecit. Iuvenal. Sat. 14: Ocyus Archygenem quære, atq; eam, quod Mithridates Composuit, &c. Vide Plutarchum, Appianum, Iustinum & Valerium. q; Alius etiam Mithridates, qui Brutus epistolas collegit: De quibus, si modò illius fuit, his verbis judicium fecit: τὸ Βεντύιον ποτέ οὐκέτε ιδεύμενον ποθέατος, ἐ μηδέν διώντες. Επιστολικαὶ χειρεῖς, ἀλλὰ έ οὐ παραπλεύ φρονήσας οἰχόμενος καρκίνην.

Mithridaticum antidotum, [μιθριδατικόν απόδοτον. Ger. Ein besondere Arzney für gift / so König Mithridates soll erstlich erfunden haben/ein Thyridates.] à rege Mithridate nomen habet, quod primus hoc commissionis genus credatur iuvenisse, & adversus venena eo se præmunivisse. Plin. lib. 25 cap. 2: Vnde ei excogitatum quotidie venenum bibere, præsumptis remediorum, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primò invenia genera antidoti: ex quibus etiam unum ejus nomen retinet. Illius inventum autem, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis: quoniam veneno viverent.

Mitylénæ, nes, pen. prod. [μιτηλένη. Ger. Ein bewohnte Stadt der Insel Lebo, heißt jetzt Metelin.] & Mitylenæ, arum, Urbs in Lesbo juxta Methymnam, à cuius nomine nunc omnis insula Mitylene appellatur. Vulgo Metelin. Mart. lib. 10: Quum tibi non Ephesos, nec sit Rhodus aut Mitylene. Dicta Mitylene, ut Diod. lib. 4, scribit, à Mitylene Machari filia. Hæc nunc Methymna dicitur, urbs clara Pittaco ex septem sapientibus uno, & Alceo poëta, & Antimenide fratre eius, & Diophane oratore, & Theophane Pompejanarū rerum scriptore, qui Magno Pompejo admodum familiaris fuit, & ab eo in concione militum civitate donatus, ut testatur Cic. pro Archia. De hac scribit Vitru. lib. 1. magnificenter & eleganter ædificatam fuisse, sed non prudenter positam: in qua Auster quum flat, homines ægrotant: quum Corus, tuflunt: quum Septentrio reficiuntur in salubritatem.

Mitys, μίτης, v. o., Vir quidam, cuius statua, cum à quo interfecitus fuerat Mitys, collapsa oppressit. Aristot. cap. 10. de Arte Poëtica.

Mitterim, Insula ultra Britanniam sex dierum navigatione, ut lib. 4. Plin. scribit: Iu ea candidum plumbum provenit.

Mnas, [Ger. Ein Merianerjur zeit Pompeii.] Pirata fuit, qui temporibus Pompeii oram Italizæ prædatoria classis infestabat, ut est auctor Plutarchus in Antonio.

Mnasyrium, μιναστεῖρον, Locus est in Rhodo insula, nō procul à Lyndo oppido: cuius meminuit Strabo lib. 14.

Mnemosyne, pen. corr. [μηνώς ζιχθεῖν ης ζέχειν, μεμονοῦν. Ger. Die Gedächtnis ein Meister der Musen.] Memoria significat. Poëtae Musarum matrem faciunt, quod omnium scientiarum thesaurus memorie beneficio & acquiratur, & conservetur. q; Inde Mnemosynon, [μηνώς ζιχθεῖν ης ζέχειν, μηνώνων. Pol. Lamiatka. Vn. Emblematre adatos aiandek.] penultima correpta. Dicitur monumentum, vel pignus quod ad nostri memoriam apud amicum relinquimus. Catullus: Mnemosynon mei sodalis: id est, monumentum.

Mnæsarchus, μινασχεῖσα, Inter principes philosophorum Ciceroni numeratur, Academ. quæst. lib. 4.

Mnesimachus, μινασμάχος, Poëta Comicus: cuius fabulæ tres enumerantur à Suida.

Mnesitheus, μινασιθεῖσα, Medicus Atheniensis, cuius meminuit Galenus de Arte curandi ad Glauconem. q; Mnesitheos quoq; à quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Buphthalmus appellatur. Vide Dioscor. lib. 3.

Mnesther, μινασθεῖσα, Agrippina matris Neronis libertus. Is, Agripina à satellitibus Neronis intercpta, ferro se transfixit: incertum charitate in patronam, an metu exitii. Autor. Corn. Tacit. lib. 14

# MNE MOA MÖE MOL

lib. 14. Latinè procum significat. Nam *μόντος*, idem est quod pueræ nuptias ambo.

*Mnēstheus*, *μνῆσθεος*, Proprium nomen viri Trojani, unius ex comitibus Aeneæ, qui ab Assaraco rege originē traxit, ut autor est Virgil. 12. Aeneid. Et genus Assaraci Mnēstheus. Non nunquam verò causa metri additur e post m, ut fiat diōtio tri-syllaba, *Mnēstheo*. Virg. 10. Aeneid. Nec Lycio genitore minor, nec fratre Menestheo. Nā aliter non potest consistere versus, ut annotavit Servius.

*Mnēvīs*, *μνήσις* Suidæ, Bos Soli sacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant, in septo cum nutrientes. Autor Strabo lib. 17.

M. ante O.

*Mōāb*, [ΤΝΙΝ modb. μωάβ] Arabiæ civitas, quæ & Arcopolis nominatur. Inde Moabitæ.

*Mōbā*, *μωάβ*, pars Arabiæ, pro Moaba. Vnde Mōbeni & Mōbites, Steph. Vide M O A B.

*Mōcārūs*, *μοκάρος*, propatronymum, Parva regio Thraciæ. Gentile Mōcatenus. Steph.

*Mōcēlē*, *μοκλη*, Vicus Phrygiæ: incolæ Mōcleni. Steph.

*Mōdona*, Vide M E T H O N E.

*Mōēmāgūs*, Ptolem. Galliæ Vrbis.

*Mōēnsānā*, Vide M E N I A N A.

*Mōēnūs*, sive Mōenis, [Vulgō Meynē Mēno. Ger. Dēr Meyn.]

Fluvius est Germaniæ, per agrum Franconiensem in Rhenum defluens: de quo Plin. lib. 9. cap. 15. Pomp. lib. 3. Mōenim vocat. In Rhenum (inquis) influunt Mōenis, & Lupia.

*Mōēris*, *μοέρις*, Insula est in mari Lycio: de qua Plin. lib. 5. cap. 31. q. Fuit præterea hoc nomine Aegyptiorū rex, cuius opus est lacus inter Arisiatit & Memphitem Nomon manu factus, circuitu CCCCL. M. pass. qui ab illo Mōeridis lacus appellatur. De hoc Plinius libro 5. capite 9. [Ger. Ein König der Ägypter / dem etlich zuschreiben das er den großen See Maris gewaut/ welcher einem Meer gleich ist / gemacht habe / welches doch nicht gleich ist.]

*Mōēsiā*, *μοέσια*. Vulgō Servia, Service vel Bosna. Ger. Slesy oder Wossen. Provincia est Europæ juxta Danubium, quæ à Pan-nonia ad Pontum usq; protenditur. In ea sunt Dardani, Mōesi, & Triballi, Pontoq; contermini Scythæ.

*Mogam*, primūm dicebatur quæ postea Cappadocia, nunc autē Cæsarea à Cæsare, ut refert Josephus: ut suprà dictum est in Cæsarea.

*Mōgūntiā*, *μογύντια*. Vulgō Mogontia. A' Gallis vocatur Mō-ince. Ger. Mēns. ] Oppidum Transalpinæ Galliæ ad Rhenum fluvium.

*Mōlō*, *μόλων*, Orator Alabädensis, qui Rhodi claruit Ciceronis tractate: cuius meminit Plutarch. in vita Cic. & Strabo lib. 14.

*Molochath*, Africæ fluvius, Mauritiam Cæsariensem à Massæfylorum regione dirimens. Plinio & Salustio Mallucha dicitur.

*Molōrchiūs*, *μολόρχης*, Dictus fuit seniculus Arcadicus, qui ad expugnationem leonis, Nemei proficiscentem Herculem suscepit comiter hospitio. Cujus beneficium nomine Hercules illi sacra solennia instituit, quæ Molorchæa dicebantur. Quin & leo ipse à nomine ejus Molorcheus, *μολόρχης*, à poëta dicitur. De hoc Stat. lib. 4. & Servius in tertium librum Georg.

*Molōssiā*, *μολόσσια*. Ger. Ein Landeschaft Epri. ] Regio, pars Epri à Molosso Pyrrhi & Andromaches filio nominata: cuius incole etiam appellantur Molossi, *μολόσσοι*. Scribit Theopom-pus fuisse xiiii, Epitomarum gentes, è quibus celeberrimi fuerat Chaones, & Molossi. In hac regione nascebantur egregii canes, qui & ipsi Molossi dicti sunt. Virg. 3. Georg. Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una Velocis Spartha catulos, acremq; Molossum Pasce sero piagui. q. Legitur & Molossum, a, um, adjectivum. Ovid. 1. Metam.

Nec contentus eo, missi de gente Molosso.

Obsidis unius jugulum mucrone resolvit. Molossi, *μολόσσοι*, ex Molossia Epri regione mittebatur: unde & nomen acceperunt. Poëtae fabulantur canes hosce originem traxisse à cane æneo, à Vulcano fabricato, quem ille Iovi, Jupiter Europa, Europa Procriti, Procris Cephalo dono dedit. Vide Iul. Pollucem lib. 3. cap. 5.

*Molossus*, Vide in A P P E L L.

*Molūs*, *μολός*, uxorem habuit Siden Mēntari filiam, & nomen dedit insulæ, Steph.

*Molucha*, Vide M V L V C H A.

*Molus*, Homero vir fuit Cretensis, & Merionis, autigæ Idome-nei pater.

*Molybdana*, *μολυβδαία*, Vrbis Mastenorum. Autor Steph.

*Molycrīsa*, *μολυκρίσα*, Oppidum est Aetoliz, nō procul ab Antirrhio promontorio, quod Rheum Molycricum appellavit Thucydid. lib. 2.

*Molyndēa*, pen. prod. *μολυνδεῖα* Stephano, Lyciæ oppidum.

# MOL MOM MON 205

*Mōlys*, *μόλυς*, Libyæ oppidum, à quo fiunt gentilia Molytes, & Molyates, Stephan.

*Mōmēphīs*, *μόμυφις*, Aegypti oppidum, à quo Momem-phitica præfectura. apud Strabonem lib. 17.

*Mōmūs*, mi, *μόμυς*, Deus Nocte matre (inquit Hesiodus) ac Somno patre progenitus. Huic adē mos est, ipsum quidem nihil operis edere, sed aliorum dorum opera curiosis oculis contemplari, & siquid est omisum, aut perperā factū, id summa cum libertate carpere. [Ger. Ein Schöpfer dem nichts gesetzt.]

Nam *μόμυς* Græcè reprehensionem sonat. Vide de eo fabulā apud Lucianum in dialogo de hæresibus.

*Mōnā*, *μόνα*. Ger. Ein Isaf i swistige Engelland vnd Irland. ]

Insula est inter Britanniæ & Hyberniæ sita, ut docet Plin. li. 4. cap. 16. Corn. Tacit. lib. 14. Igitur Monam incolis validam, & recep-taculum perfugiarum, aggredi parat, navesq; fabricatur plano alveo adversus breve littus, & incertum. Idem in Iuli Agricolæ Vita: Monam insulam, cujus possessione revocatū Pauli-num, rebellione totius Britannia supra memoravi, redigere in potestate animo intendit.

*Mōnābæ*, *μόναβαι*, Iauriz oppidum: à quo fit gentile Monabates Steph.

*Monacris*, Arcadiæ thons, quasi solus vertex sive sola summi-tas, ut notat Tortelius.

Monacum, Civitas Bavariæ, Vulgō Mänchen/vide Cambod-enum. Est & alia Hercyniæ sylvæ. [Ger. Waldmänchen.]

*Monacea*, Ptolemæo lib. 2. cap. 2. insula juxta Orientalē pla-gam Hyberniæ: alio nomine Monarina dicta.

*Monapia*, *μοναπία*, Insula est inter Hyberniam, & Britanniam, cuius meminit Plin. li. 4. cap. 16. In emendatoriis exemplariis Menapia non Monapia legitur.

*Monasterium*, Vvcsthaliæ urbs. [Ger. Münster in West-phalen.]

*Monesio*, Aere fabricatus à Vulcano canis Cephalii, &c. Pol-lux quinto.

*Mōnētā*, Dicta est Iuno à monendo. Quū enim, ut inquit Cic. lib. 1. de Divin. terræmotus factus esset, ut suæ plena procura-tio fieret, vox ab æde lunonis ex arce exitit, quo circa luno Moneta cognominata est. Lucanus li. 2: Numina miscet ca-strensis flamma Moneta.

*Monetum*, Oppidum lapidum prope Istriam, Strabo lib. 7.

*Mōnōdūs*, pen. corr. *μόνοδος*, Prusia, Bithyniæ regis filius, qui dentium loco os unum continuū habuit in superna oris par-te, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 16. Vnde etiā Monodus dictus est, quasi *μόνος δόνα τρώω*, cō quād quodāmodo unicū, eumq; perpetuum haberet dentem.

*Mōnceclīs*, cū α diphthongo. [μόνοξος. Ger. Ein Schissende oder Mierhaffen in Liguria: heißt jetzt Porta di Monaco in Italiene-ren. ] Porrus & Italo quædā Liguriæ, Ab Albio Inganno c-pido distans stadiis quadrigenitis & octoginta. A' Monteci portu usq; in Herrenam universam littus cōtinuum omnino sine portu est, exceptis quibusdā parvis stationibus ad jactandas anchoras, neq; is ipse est multarū, aut magnarum capax navium. Arcem habet muris simā non procul à Nicca, quam hodie vocat Itali Monicho. Lucanus lib. 4. solus sua littora turbat Circus, & fidia prohibet statione Monceci. Nemis is rat o-nem ad Herculem referunt, quibz adēm, habebat, in qua solus colebatur.

*Monogilla*, *μονογίλλα* (locus mutilus est Stephano.) Hinc Dia-na Monogillana, cui templū Dædalus extruxit. Megilla enim lingua Cœtum lapidem sonat. Nunc verò crustaceos & molles lapides giss nominamus. Steph.

*Mōnōscēlī*, *μονοσκέλη*. Ger. Bödker in India so nut ein Schen-ku mit ein breiten Fuß habē. ] Homines Indici singulis cruribus: oxē enim crus dicitur. Hi & Scipiopodes vocantur, quād in majori autu humi jacentes oxē pīds: hoc est, umbra pedis se protegant. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

*Mōns Ferratus*, [Ger. Montferiat ein Landeschaft Italiae. ] regio Italiz cuius fides sunt, hinc Padus, inde Apenninus & Tarrarus amnis ex superiorē parte, montes proximi Moncaverio, ubi Pedemontium incipit.

*Mōns sanctus* οξος αζιον, Vide P S E N T R I S.

*Mōnspellūm*, Galiæ Narbonensis urbs. [Ger. Montpellier in Langendoc. ]

*Mōns Regius*, Vrbis celebris Prusiciæ. [Germ. Königspītz ih Preissen.]

*Mōns S. Annæ*, in Mysnia. [Ger. Sanc Annen Berg.]

*Monychæ*, chæ, cum y, & ch aspiratio, *μονύχα*. Nomē est matris divi Augustini, cuius vitæ sanctimoniam & ipse divus Augustinus, & Maphæus Vergius Laudensis vates literis mandavere.

*Monychūs*, pen. corr. *μονύχης*, unus fuit Centaurorum, de quo Iuven. Satyr. 1: quantas jaculetur Monychus ornos. q. Ductum autem est hoc nomen à Græco μονύξ, quod perinde est, ac si Latinè solungulum dicas. Hoc autem proprium equorum est epitheton, qui unicam & solidam habent ungulam. Quo

Iam. Quod sit, ut & Centauris tribuat, quibus Poëtarū fabula equinos tribuerunt pedes.

Mōnymā, pen. corr. μόνυμα, Mithridatis uxoris, quae in desperatione rerum profligatarum, detraictum est capite diadema collo circuligasse traditur, seseq; ex eo suspendisse: & quum corporis pondere laqueus ille disruptus esset, dixisse: Execrandū diadema, neq; in tam tristī ministerio mihi profuisti, moxq; quum super illud humi abjectum insputasset, eynucho regio jugulandam sese obtulisse.

Mōnymūs. [μόνυμος. Ger. Ein Diener eines Wächterberens zu Corinthe.] Corinthii cuiusdam trapezitæ servus: qui quum magno philosophia amore teneretur, Diogeniq; in primis operam dare cuperet, simulata infania monetam heri sparge-re cœpit, eoq; modo ab illo dimissus, ad philosophia studiū se convertit, & Diogeni se totum tradidit. Vide Laertium.

Mōpsūm, μόψος, Agri Pelagici oppidum in Thessalia, apud Strab. lib. 9.

Mōpsōs, μόψος, Liberum Ciliciz oppidum, ad Pyramum fluvium situm, teste Plin. lib. 5. cap. 27. Strabo lib. 14. μόψων appellat.

Mōpsōpiā, μόψωνία, Attica regio, à Mōpsō regē sic dicta, ut auctor est Strab. lib. 9.

Mōpsūs, μόψος, Nomen proprium viri vatis, qui (ut Pomponius Mela refert) in finibus Pamphyliæ Phaselim urbem condidit. q Fuit & alter Mōpsūs Lapitha: id est, Thessalus (ut Strabo lib. 9.) qui fuit Amycy & Chloridis filiæ Orchomeni filius. q Alius fuit cum quo certavit Calchas de peritia divinandi, Apollinis filius.

Mōrdīæum, μόρδαιος, Civitas Pisidiæ, Apollonia postea dicta, Stephan.

Mōrgentium, μόργεντιος, Vrbs Italizæ, δέκα την. μόργεντιος, vocatur etiam Mōrgentina. Gentile, Mōrgentinus, & Mōrgites. Steph.

Mōrgūs, Fluvius est ex Alpibus defluens, unus corum, qui à Pado excipiuntur: de quo Plin. lib. 3. cap. 16.

Mōrgyna, μόργυνα, Vrbs Siculorum. Gentile Mōrgynæus. Stephan.

Mōriei, μοριεῖς, Populi Indiæ, ligneas domos habitantes, Stephan.

Mōrīnī, pen. corr. [μόργεντιος. Ger. Die Bolanger.] Populi sunt inter Belgas ad Oceanum Britannicum Caletibus, & Nerviis vicini, quorum oppidum mediterraneū, Ptolemæo teste, fuit Tervanna, περισσών, etiam hodie nōmē retinens. Hi à Virgilio Extremi hominū appellantur, quod (ut diximus) Oceano sunt proximi, brevissimusq; ab eis, vel ipso Cæsare teste, in Britaniā, sit trajectus.

Mōrisenī, Thraciæ populi, circa Ponti littora incolentes: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Mōrphēus, [μόρφεος. Ger. Ein Diener des Schlafers so ist in versterb gestalten verederten kan.] Somni minister est, qui (ut in fabulis est) iussu domini quoctūq; vultus hominum singit, verba ipsa, mores item & gestus imitans. Ovid. lib. 11. Metam. Exicit artificem, simulatoremq; figuræ Morpheæ, &c.

Mōrtām, Vnam esse ex Parcis dicunt, quas veteres Latini tres esse putaverunt, easque nativitati & morti præsidere. Eorum nomina fuerunt Nona, Decima, & Morta: quo commento illud videntur voluisse significare, tempestivum partus tempus esse mensem nonum & decimum: qui verò ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortuos nasci, aut natos statim mori. Sipontinus ex Martiano.

Mōrtūum Mare, Straboni dicitur: quia nihil vivum gignat. [ἀρφαλήτης. Ger. Das Todmeer/ist ein stinkender See in Syria.] Lacus est in Pentapoli Syriæ, qui nihil præter bitumen gignat, nihil in eo grave submergitur. Vnde & Asphaltites vocatur, sive ab eo quod Græci bitumen ἀρφαλητόν appellant, sive δέ τις ἀρφαλητός: hoc est, à securitate, eò quod corpora viua ei innatent, tutaq; sint à submersione.

Mōryllī, μαρύλλοι, Macedonię populi in occasum vergentes, iuxta Alanteas, & Lyncestas. Plin. lib. 4. cap. 10.

Mōrychūs, μόρυχος, Cognomen Bacchi apud Siculos, cuius faciem vindemiaz tempore musto & recentibus fusic obliuere consueverunt. Vide Erasmus in proverbio: Moryche stultior.

Mōschī, [μόσχη. Ger. Das Maß.] Fluvius insignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeso monte, nō procul à Lingonum finibus profluens, & per Eburonum, Menapiorum ac Sicambrorum agrum labens, tandemq; in finibus Batavorū accepto Rheno in Oceanum se exonerans. q Meminerunt hujus fluvii Plinius libro 4. capite 14. & 15. Tacit. libro 2. & 20. Cæsar de bello Gallico.

Mōschī, μόσχη, Populi sunt Asiæ, Albanis, & Iberibus finitimi, à quibus pars Tauri montis in Septentrionem declinans, Mōschī nomen accipit. Vide Plin. lib. 5. cap. 27. & lib. 6. cap. 10. Lu- can. lib. 3. satisq; affinis Saimata Mōschis.

Mōschōs, μόσχος, Græmaticus, & poëta Syracusanus, Aristar-

chi familiaris, qui secundus à Theocrito scriptus carmē Bucolicum. Suidas.

Mōsēs, sis, & Mosi. [Μωϋσῆς, μωῆς, μωῦος.] Sicut & Achilles, lis, li, nomen incliti ludæorum ducis, qui Israëlitæ ex Aegypto, & Pharaonis tyrannide eduxit. Iuven. Satyr. 14. Tradidit arcano quodcumq; volumine Moses. Arator. non hæc jejunia Moses Condidit. Quidam Moyses efficerunt per tres syllabas, y, litera interposita, & prima syllaba contra artem corrupta. Sedulius: Quid quod & Heliam, & clarum videre Moysem. Scribit Josephus ex eventu rerum nōmē ei impositū fūl. sc, eò quod à Pharaonis filia de flumine sit servatus.

Mōsyñæci, μοσύναι, Populi Asiæ versus Septentrionem, qui (ut Pomponius lib. 1. refert) tress ligneas subeunt, notis corpore omne persignant, in propatulo vescuntur, promiscue cōcumbunt, & palam reges eligunt, vinculisq; arctissima custodia tenent. Dicit autem μοσύναι, quasi turricolæ, à turribus, quibus domorum vice utuntur. Hos Plin. lib. 6. cap. 4, vocat Mosymos: quanvis in oīnibus ferè exemplatib. Mōsylmos legamus geminato ss.

Mōsylōn, μοσύλων, Promontorium Aethiopizæ, emporium habens ejusdem nominis. Stephanus.

Mōthōs, us, μοθός, Arabum vicus, in quo Antigonus Macedo à Babilo rege fuit interfactus: quæ etiam cædes vico nōmē fecit: nam Mōthō Arabum lingua mortis locum significat Stephan.

Mōtičnī, μοτικόν, Parva regio Iberizæ, colonia à Romanis deducta, Phlegon Mutienum, μοτικόν, vocat. Gentile Moticus. Stephan.

Mōtyē, es, μοτίν, Sicilię oppidum: ita dictum à Motye quadam muliere, quæ Herculi eos indicavit, qui boves ejus abegerant. Hæc Steph. ex sententia Hecatæ.

M. ante V.

Mūgiūs, Cognomē Romani cujusdam, à frequenti murmuratione: à quo Mugiona porta, cui ipse aliquando p̄fuit, nōminata est. Vide dictiōnem subsequentem.

Mugonia porta, (ut apud Sipontinum legitur) vel Mugonia, (ut potius legendum arbitror) urbis Romæ porta fuit: ita dicta à Mugitu, quod per eam venale pecus intraret. Hæc & Tigonias appellata est: hoc est, trium angulorum. Festus, Mugionam appellatam putat, non à mugitu, sed à Mugio quodam, qui huic portæ aliquando p̄fuit creditur.

Mulcibér, pen. corr. Mulciberis, & per syncopen Mulcibris. Et enim tertii ordinis, rariū secundi. [μολκίς. Ger. Der heilige Vulcanus/ ein Gott des Feuers.] Est autē Mulciber Vulcanus, ita dictus à mulcēdo: id est, molliendo ferro. Mulcere enim mollire, sive lenire est, quod ignis omnia mulceat: id est, molliat, vincent, ac domet. Ovid. 2. de Arte : Mulciberis capti Marti, Venusq; dolis. Apud Cic. lib. 2. Tusc. legitur in patrio calu, Mulcibri secundæ declinationis, & trium syllabarum: Iovisq; numen Mulcibri adscivit manus. Donatus putat Vulcanum Mulciberem dictum à mutilando, quod claudus à pōtis sagatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iovis ex Iunone filius, quem quū parentes infelicissima forma esse vidissent, ex celo in Lemnum insulam precipitare: ex qua ruina intorno p̄defertur claudicationem contraxisse.

Muluchā, [Ger. Ein Fluss in Mauritania.] Fluvius Mauritaniae, Massæylorum fines à Cæsariensi Mauritania distinguis. De quo Strabo lib. 17: Post Mauritaniam (inquit) est Massæylorum regio, à Molachath flumine (ita Mulucham nominat) initium sumens, &c. Vbi indicat, trans flumen in ortum Massæylos esse, sicut Plin. Intelligentum ergo Mulucham regiorum terminum fuisse, Bocchi quidem Orientalem, Iugurtha verò occiduum, diversa ratione: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperii ab ortu, & septentrione terminus fuit: rursum verò Germano ab Occasu, & Meridie limes: ut quod mihi in ortum prospiciens dextrum est, id tibi in occasum verso sinistrum sit. Sic Rubiconem veteris Italie olim, & Togatæ Gallicæ terminum fuisse intelligimus. Ita in Iugurtha Salustius: Haud longè (inquit) à flumine Mulucha, quod Iugurtha Bocchiq; regnum disjungebat. Et alibi apud eundem, Bocchus inquit: Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micypam fuit, non egrediar, neq; id Iugurham intrare sinam. Hactenus Salustius. Sunt qui hoc nōmē neutro genere efferendum putent (in quibus est & Caper insignis Gramaticus) unde apud Salustrium loco jam citato, Mulucha legendum putant, non Mulucham: quemadmodum etiam in exemplaribus quibusdam vetustissimis scriptum offendimus.

Mūmāstīs, μομφήσις, Carię oppidum: cuius incolæ dicuntur Mumastites.

Mūmmīus, Prænomine Lucius, in primis Romæ & nobilitate & gloria rerum gestarum clarus, qui Corinthum bello capta diruit, Italiamq; vasim Corinthiis, æneisq; signis impletivit. Autor Plin. lib. 34. cap. 3. & 7.

Mūndā, Oppidum est Hispanizæ Bæticæ multis cladibus & scribus

neribus celebre. Ad Mundam enim Cæsar cum Pompeii filius manus conseruit, in quo prælio tanta strages facta dicitur, ut Cæsar obſidens viatos congestis corporibus vallum circum urbem struxerit. Lucan. lib. 1. Ultima funesta concurrunt prælia Munda. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgo *Mundecara*.

**Munychia**, *μυνχία*. Tumulus est in Cherronei formā cutatus ingressum habens angusto ore, à quo murus 40. stadiorum longitudine protendebatur, Athenarum urbem cum Piræo, duobusq; aliis portibus connectens. q̄ Hinc Munychius, a, um, possessivum. Ovidius 6. Metamorphos. Munychiosq; volans agros, grataq; Minervæ. Despiciebat humum. q̄ Fuit item Munychia Diana cognomen, quæ apud Pygallam, non procul ab Epheso colebatur, ut refert Strabo libro 14.

**Muraena**, proprium nomen piscis. Vide in APPELL.

**Murcia**, [Ger. Ein Göttin der Gauleit.] teste Hermola in Plinius, Socordia dea habita fuit: quemadmodum Strewna, fortia & strenuitatis. Nam Murcidum antiqui ignavum & inertem appellabant, teste Festo. Habuit autem hæc dea facellum sub monte Aventino, qui & ipse antiquitus Mucus appellatus est.

**Murgentini**, *μυργέντιοι*, Populi Siciliae: à quib. Vitis Murgentina nomen accepit, quam & Pompejanā nonnulli appellant. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. & lib. 14. cap. 11.

**Mürgis**, Oppidum in ora maritima Bæticæ, à quo Murgitana regio. Plin. lib. 3. cap. 1. Vulgo *Muxaca*.

**Muroclā**, *μυργία*. Vulgo *Murec*.] Pannoniæ superioris urbs, apud Ptolemaium lib. 2. cap. 15.

**Murraniūs**, Priscus Latinorū rex, à quo postea Latini omnes reges Murrani sunt dicti. Autor Servius. Scimus enim (*inquit*) plerunq; fieri, ut primi regis reliqui nōmē possideant, ut apud Romanos, Augusti vocantur, apud Albanos Sylvii, apud Persas Arsaces, apud Aegyptios Ptolemei, apud Athenienses Cæcrops. Hæc Servius.

**Mursa**, *μυρσα*, Ioniz oppidum, Adriani Cæsaris opus. Gentile est Mursæus. *μυρσης* Ger. Autor Steph.

**Murtia**, *μυρτια*, Veneris cognomentum, à myrto arbuscula illi sacra impoſitum: unde primum Myrtle dicta est, & deinde corrupto nomine Murtia. Plin. lib. 15. cap. 29: Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrtle, quam nunc Murtiam vocant. Festus hanc deam Murceam appellat, & sub Aventino eam facellum habuisse tradit. Murceam autem dictam vult, sive quod homines murceos: hoc est, ignavos, & inertes redderet: sive quod Aventinus, sub quo facellum habuit, olim Mucus fuerit appellatus. Varro à Murtio dictam putat, qui locus fuit Romæ, in quo facellum Murtiæ Veneris erat, vel ab urceis, quod is locus esset inter figulos: vel à murteto ita dictus, lib. 4. de lingua Latin.

**Mufa Antoniūs**, Augusti medicus fuit, cuius meminit Horatius lib. 1. Epist. ad Vallam. Plin. lib. 19. cap. 8: Divus certè Augustus lastuca cōservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ medici. Ejusdem meminit & Sueton. in Augu.

**Museum**, pen. prod. *μυσεῖον*, Locus est circa Olympum Macedoniæ montem, Musis consecratus. Steph.

**Museus**, [μυσεῖον] Ger. Ein herlicher Poet zu den jungen Orpheis.] Poëta insignis, Orphei tempore, unus ex Argonautis: de quo extat versus: Ancus erat Romæ quo Maius optimus ævo, Musæus Græcis floruit in patribus. Quod epigramma si verum est, Musæus non fuit unus ex Argonautis, qui expeditiōnem fecerunt in Colchos ante tempora Trojana. Potest tamen hoc de alio quoq; Musæo intelligi. Nam tres commemorant à Suida omnes poëta, inter quos præcipiūs fuit Musæus Eumolpi filius, Atheniæs, qui amores Erûs & Leandri carmine heroico descripsit. De hujus laudibus extat honestissimum Virgil. Elogium 6. Aeneid. Museum ante omnes: medium nam plurima turba Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis.

**Mutinæ**, pen. corr. [Vulgò *Modena*. Ger. Ein Statt in Lombardia.] Civitas est Galliae Cisalpinæ in Flaminia, quondam Romanorum colonia, ubi Antonius D. Brutum obſedit, quem Hirtius & Pansa Consules, viato Antonio liberarunt. Lucan. lib. 1: His Cæsar Perusina fames, Mutinæq; labores Accedant fatis. Cic. Phil. pp. 5. Anton. circunsedit Mutinam firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam.

**Mutinensi color**, *μυτινέως χρῶμα*, dicitur nativus, à Mutinenibus lanis, ex quibus nativo colore panni siebant. Varro. Nā & ludere alacrem vidimus Mutinensi tunica.

**Mutius**, Vir Romæ clarus, qui accepta potestate à Senatu, in castra Porsenæ regis, tum temporis Romanos obſidentis solus intravit, eo animo ut regem interficeret: sed quum regem non cognosceret, satellitem purpura induitum pro rege occidit. Hinc comprehensus, & ad regem perductus, iussus est & conjuratos, si qui essent, indicare. Mutius verò ut ostenderet se aullo supplicio vinci posse, & ut pœnam de dextra sua exi-

geret, quod in cæde aberrasset, ipsam igni impositam in conſpectu regis libi: p̄si adiulit: unde illi postea Scævolæ cognomen, quod sinistra manu uti cogeretur: οὐαῖ enim Græci sinistrum vocant. Ita Rex ejus fortitudinem admiratus, liberum dimisit. Mutius igitur, regi ut grati animi significationem aliquam daret, indicavit trecentos juvenes in eum similiter conjurasse. Qua re territus Porsena, bellum acceptis obſidiibus depositum. Martial. Vrere quam potuit contemptu Mutius igne, Hanc spectare magum Porsena non potuit. Vide Livium lib. 2. ab Urbe cond. q̄ Fuerunt præterea alii Mutii, quorum facta illustria multis prosequitur Raphaël Volaterranus libro 17.

**Mutinus**, aliás Mutonus (vide MENTA in Latinis vocibus) Deus, qui & Priapus dicitur.

**Muzyrum**, Indiæ Emporium, cuius meminit Plinius libro 6. capite 23.

M                    ante                    Y.

**Myagrus**, [μυαγρός] Ger. Der Muæren Gott.] Muscarū deus, qui & Myodes dicitur, teste Plutarcho, & Achor. Plin. libro 10. capite 28: Invocant & Aegypti Ibes suas contra serpentum adventum: & Elei Myagron deum muscarum, multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, qua litatum est illi Deo. q̄ Est item Myagrus, Nobilis statuarii nomē apud Plin. lib. 34. cap. 8. q̄ Myagrus præterea herba est ferulacea, foliis similibus rubiæ, tripedanea, semine oleoso. Fit item ex eo oleum, quod oris ulceribus eo perunetis medetur. Græci μλάμπους appellant, quasi nigrum frumentum: vulgus Gallorum vocat *Camelinam*, teste Ruellio libro 3. capite 126.

**Mycale**, *μυκαλη*, Ger. Ein Berg in Ionia auf welch das ganz Land vor dem unterweser zusammen kam zu opferen.] Mons est Ioniae, inter Mæandrum & Caystrum fluvios, non procul ab Epheso: ad quem Iones universi convenire solent sacrificiorū causa, quæ Panonia vocabant. Autor Herodotus lib. 1. q̄ Est item Mycale insula Ioniae adjacens, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. q̄ Mycale præterea veneficas nomen est, apud Ovid. 12. Metamorph.

**Mycalessus**, *μυκαλησσός*, Mons in Mediterraneo Bæoticæ, oppidum habens ejusdem nominis. Vtriusque meminit Plinius libro 4. capite 7. q̄ Stephanus Mycalessum nomen accepisse existimat à mugitu bovis, quæ Cadmum in Bæotiam perduxit.

**Mycenæ**, *μυκεναῖς*, & *Mycenæ*, *μυκενῆ*, pen. prod. *μυκελῶν* Ger. Ein herümpe Statte in Peloponneso.] Vrbs Peloponnesi, non procul ab Argis, quam Perseus Danaës filius extruxit, & in qua postea regnavit Agamemnon: à Mycenæ nympha sic appellata. Virg. 6. Aeneid. Eruct ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenæs.

**Mycenæus**, *μυκεναῖς*, a, um, *μυκελῶν* Ger. Nomen adject. à Mycenis deducitum. Virgil. 11. Aeneid. Ipse Mycenæus magnorum ductor Achivum.

**Mycenæs**, *μυκενῖς*, pen. prod. *μυκελῶν*, Gentile fœmin. à Mycenis Argivi oppido derivatum: quo poëtae pro Iphigenia utuntur. Agamemnonis Mycenarum regis filia. Ovid. 12. Metamorph. Vieta dea est, nubemq; oculis objicit, & inter Officium, turbamq; sacri, vocesq; precantū, Supposita fertur mutasse Mycenida cerva.

**Mycerinus**, Cheops Aegyptiorum regis fuit filius, qui postquam pari succedit in regnum, ita paterna facta perosus est, ut & templa ab eo clausa referant, & populo pyramidum operibus exhausto, & ad extremum calamitatis afflito, res suas agendi potestatem: quinetiam præ regibus omnibus justitiam exercuisse fertur. Herodotus libro 2.

**Mychthonia**, *μυχθονία*, Vide M.Y DONIA.

**Myci**, Populi de quibus Hecatæus, ex *μυκηναῖς αραξιούσιον*: Stephanus.

**Mycón**, *μυκονῖς*, *μυκονός*, Nomen egregii pictoris, patria Atheniensis: cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 6. q̄ Fuit etiam hoc nominis statuarius, qui 87. Olympiadæ floruit. Plin. libro 34. cap. 8.

**Mycône**, *μυκονεῖς*, & *Myconos*, *μυκονῖς*, penultima correpta, *μυκόνη*, Insula una ex Cycladibus, non procul à Delo. Virgil. 3. Aeneid. Quam prius Arcitenens oras & littora circum Errantem, celsa Gyaro, Myconeque revinxit. Ovid. 7. Metamorph. Hinc humilem Myconem, cretisque rura Cymoli. Sub hac insula fabulantur poëtae sepultos esse Gigantes, postrem ab Hercule interfectos: unde factus est locus proverbio: Omnia sub unam Myconum: quod in eos dici consuevit, qui res naatura disjunctas, eodem opere conantur complecti. Stat. libro 1. Achill. Cyclades hinc spretæ, Myconos, humiliisque Seriphos.

**Mycônus**, *μυκόνη*, Nomē à Mycono, seu Mycône insula. Accipitur pro calvo; quod ejus insulæ homines sine capillo

*pillo gignerentur: ut tradit Steph. & Plin.lib.11.cap.37.. Mydia, Insula, quæ etiam Delos dicitur, una ex Cycladibus. Mydon, μύδων, teste Homero lib.5. Iliad. Atymnis filius, & Pylämenis ducus Paphlagonum auriga, ab Antilocho Nestoris filio in bello Trojano interemptus.*

*Myes. myetis, μύεις, Vrbs Ionica Gentile Myesius. Steph. Mygdonias, [μυγδονία. Ger. Ein Landschaft in Makedonien dem Meer nach gelegen.] Regio littoralis Makedoniae, in qua Niobe Tantali filia, uxoriq; Amphionis in saxum versa est, à Mygdone rege sic dicta. q Est & altera Mygdonia, Asie regio, in ea Phrygiae parte, quæ Troadi superjacet, ad Rhodiadum amnē, & Dascyliticum lacum. Strab.lib.12. Vtriusq; incolæ dicti sunt Mygdones.*

*Mygdones, sicut frater Otrei, ac teste Porphyrio in Iliad.3, ambo fratres Hecubæ regis Priami uxoris, & Cissei filii ambo reges in Thracia: & à Mygdone, ejus filius Chorœbus Mygdones dictus est. Malum μύγδων, Mygdon, qui fratrem habuit Edonum, à quo Edoni Thraciæ populi. Steph. & alibi: A' Mygdone, inquit, Mygdonia dicta est, ut etiam Herodot. à Mygdone rege Mygdon filium habuit Geraustum. Stephan. in Parthenopolis.*

*Mygisi, μύγισι, Vrbs. Cariæ. Hinc Mygisia Minerva, & Mygisa. Stephanus.*

*Myiae, [μυλαι] Stephano. Ger. Ein Staat in Sicilien.] oppidum Siciliæ, de quo Seneca lib.4. Naturalis quæst. Circa Messanam, & Mylas simile mare profert, seruetq; & cœtus non sine calore foedò. Vnde illuc stabulari Solis boves fabula est. Vulgo Mylae.*

*Mylaces, Gæs Epirotica, Lycophron. xxi. 7 γάπτων ἡ μυλάεως οὐρανοῖς. Stephanus.*

*Mylantia, μυλαντία, Promontoriū in Camiro: vulgata exemplaria habent, cù κανέρη. Rhodi: Hinc dñi Melanii. Fuit autem illuc Mylas quidam, qui molæ usum primus reperit. Autor Stephan.*

*Mylase, μύλαση, Liberum Cariæ oppidum: ita dictum (si Stephano credimus) à Mylase Acoli abnepte. Meminit hujus oppidi Plin.lib.5.cap.29.*

*Mylisin, μύλισιν, Gens Phrygiæ. Steph.*

*Mylon, Vrbs Aegypti, μύλων, civis Mylopoleites. Stephan.*

*Myndus, myndi, μύνδη, Cariæ oppidum maritimum, ad radicem Phœnicis montis, è regione Coæ insulæ. Autores Plin. lib.5.cap.29 & Ptolem.lib.5.cap.2. q Fuit in eadem Cariæ & alterum ejusdem nominis oppidū, quod postea ad recentioris differentiam Palæmyndum appellavere.*

*Myndones, μύνδον, Populi Libyæ. Steph.*

*Mynetes. Vide MENETES.*

*Myodes, μύδης, Muscarum deus, qui & Achor, & Myiagrus appellatur. Plin.li.29.cap.6: Nullum animal musca minus docile existimatur, minoris intellectus: quo mirabilius est, Olympiæ sacro certamine, nubes earū, immolato taurō deo, quem Myoden appellant, extra territorium inde abire.*

*Myon, μύων, Vrbs Locorum in Epiro, cives μύωνες vel μυωνᾶς. Stephanus.*

*Myonia, μυνία, Vrbs Phocidis, cives Myones vel Myoneis, Stephano.*

*Myonesus, μυνίσος, Vrbs vel parva regio, inter Teon & Lebedon. Infularis Myonesius. Steph.*

*Myōnēsus, pen. prod. Insula est ante Ephesum, cuius meminit Plin.lib.5.cap.31.*

*Myscei, seu Nipſæ, teste Herodoto lib.4. Populi sunt Thraciæ, qui Dario Thraciam oppugnante, ultrò se se dediderunt. Vide Nipſæ.*

*Myra, μύρη, Vna ex maximis Lyciæ urbis, cuius meminit Strabo lib.14.*

*Myrcinus, μύρκινος, Oppidum Thraciæ ad Strymonem amnem, quod & Myrcinnia appellatur. Steph.*

*Myrgeræ, μύργειρα, Populi Scythiæ.*

*Myriandrus, μυριανδρος, Vrbs Syriæ, in situ Issico sita: qui & ipse Myriandrus ab ea appellatur. Vide Plinium libro 2. capite 108.*

*Myrica, myrica, μυρικη, Insula est maris rubri, apud Stephan.*

*Myricus, Myricuntis, μυρικύτης, Trojadis oppidum est è regione Tenedi: cuius incolæ dicuntur Myricufi.*

*Myrina, μύρινα, Regina fuit Amazonum, quæ triginta millia pedium & duo millia equitum in exercitu habuisse dicitur. Autor Diodorus lib.4. q Fuit præterea, teste Homero, urbs in Acolide ejusdem nominis: item alia in occidentali parte Lemnii insulæ, cuius meminit Ptolem. lib.3. Geograph. & Galen. lib.9. de Facultatibus simplicium medicamentorum.*

*Myrinus, μυρινός. Ger. Ein junaich Apollinis von der Staat Myrina in Acolide gelegen / in welcher er verhext ward. Apollonis cognomētum à Myrina Acolidis urbe, in qua religiosissimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.*

*Myrlæ, μύρλα, Oppidum Bithyniæ: ita dictu à Mylo Colo-*

*phonioru duce, vel Myrlæ Amazone: postea Apamia appellata: à nomine Apames, quæ Prusia Zelæ uxoris fuit. Nam quæ Demetrius & hanc, & vicinâ Ciuitate evertisset, utranq; Prusia dedit, qui eas denuò à fundamētis erexit, & Ciuitate quidem de nomine suo Prusiacem: Myrlæ autem à nomine uxoris Apamiam appellavit. Autor Strabo lib.14.*

*Myrmēcides, μυρμηκίδης, Insignis sculpendi eboris artifex fuit, qui quadrigam ex ebore consecit ad eum minutam, ut muscas alii tegeretur, & navim, quam apicula pinnis abscondebat. Plin.lib.36. cap.5: Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperauit alii musca. Cicet.4. Acad. Ut etiam inter deos Myrmecides minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur.*

*Myrmidōnes, pen. corr. [μυρμηδόνες. Ger. Wölde in Thessalia, welche mit dem Achille im Trojanischen Krieg gekämpft sind.] Thessalia populi fuerunt, qui Achillem ad bellum Trojanum sunt secuti. Hi ex Aegina insula ortum traxerunt, Pelcumq; patria profligum secuti, in Thessalia sedes fixerunt. Aeginetas enim Myrmidonas dictos constat, teste Strabone lib.7: Quod agnolæ strenui essent, perpetuoq; in fodienda terra formicatum more versarentur. Ovidius libro 7. Metamorphos. nomines rationem ad hanc refert fabulam: Quum pestilentia in Aegina crudelissimè esset grassata, eamq; insulam viris propemodum exhaustisset, Aeacus, quum ad radicem quercus infinitum propemodum formicarum numerum conspexisset, locum tradidit orasse, ut sibi parem virorum numerum concederet, precibusq; ejus yix absolutis formicas in viros fuisse commutatas.*

*Myrmisius, μύρμισιος, Vrbs est Asie, in ora Hellesponti, non procul à Lampasaco. Gentile est Myrmisius, μυρμισιος, Stephano.*

*Myron, μύρων, Statuarius insignis fuit, Ageladis discipulus. Cic. Ver.6: Verum ut ad illud sacrarium redcam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregie factus ex ære, is dicebatur esse Myronis, ut opiaor. Hæc ille. Ex hujus operibus precipuam laudem meruit buccula ex ære veræ vaccæ simillima multis pœtarū versibus celebrata. Ovid.3. de Ponto: Ut similis veræ vaccæ Myronis opus. Propriet. Atq; Aram circumfeterant armæta Myronis Quatuor artificis invida signa boves.*

*Myron, μύρων Vrbs Lyciæ, à Myrone vel Myro fluvo profluente, vel potius à Myra. Visupatur in foeminino & neutro gen μυρων.*

*Myronis Insula, μύρωνης νῆσος, in Arabico sinu est. Gentile Myrononites, vel Myrononesius. Steph.*

*Myrrhine, μυρρίνη, μυρρίνη, Fluvius est Troadis, alio nomine Sebastopolis dicta. Autor Plin lib.5.cap.30.*

*Myrsilus, μύρσηλος, Myrsi filius ultimus ex Heraclidarum genere. Lydæ Rex, alio nomine Candaules appellatus, qui quæ uxorem haberet formosissimam, nō contentus secreta voluntatum suarum conscientia, Gygi cuidam ex satellitibus suis, nudam eam ostendit. Quam rem illa indignè ferens, Gygem ad viri necem impulit, scelq; illi & Lydorum regnum tradidit. Autor Herodot.lib.1.*

*Myrsinus, myrsini, μύρσηνος, Oppidum Elidis, teste Stephano, postea Myrrotium appellatum, cuius meminit & Homerius in Catal. navium.*

*Myrsius, μύρσιος, Proprium nomine fuit patris Candaule, à quo & ipse Myrsilus dictus fuit. Herodotus lib.1.*

*Myrtiilis, Oppidum est in ora Lusitanie, ad Oceanum, cuius meminit Plin.lib.4.cap.22.*

*Myrtiilus, μύρτηλος, Mercurii ex Phœtusa, sed Myrto Amozene filius auriga Oenomai, qui à Pelepe curuli certamine cù Hippodamia Oenomai filia certante, pecunia corruptus, axi in certamine vestē non obiectit, ut Hippodamie curris dislocaretur, & Pelops victor evaderet. Quod quæ fecisset, à Pelepe victore præmium postulavit: qui ab Oenomao moriente ante rogatus, ut Myrtiil factum elcisceretur, eundem in mare præcipitavit, quod ab eo Myrtiolum dictum est. Claudianus: nam perfidus obice regis Prodidit Oenomai deceptus Myrtiulus axem. &c. q Fuit item Myrtiulus quidam Comicus Atheniensis, Lytidis filius, & Hermippi Comici frater: cuius fabula commemorantur à Suida.*

*Myrtoum pelagus, [μυρτους πέλαγος. Ger. Ein theil des Egæischen Meers / so zwischen Candia liegt und den Inseln Cyclades genannt.] Pars mariæ Aegæi, seu quod est inter Aegæum & Ion. um. Nomen habens à Myrtiolo Mercurii filio, qui in id projectus fertur: sive (ut Plinius tradit lib.4. cap.11.) ab exigua insula non procul à Carysto Eubœa oppido sita, quæ cernitur à Gereste, Macedoniam petentibus. Incipit à Megarico sinu, Cretamq; abluit, & Atticam, Occiduamq; Cariæ oram, habetq; insulas plurimas, Cythera, Calauriam, & quæ Aegæa cingunt & Salaminem, & ex Cycladibus plerasq; quod videlicet cōsiguum est, jam Aegæum existit. Autor Strabo. Ovidius lib: Præditor*

Prodit ut sepi penit auriga tyranni, Qui nova Myrtoz nomina fecit aquæ, &c.

Mys, Myos, *μύος*. Nomen fuit cælatoris, qui claruit argento cælando. Martialis lib. 8: Quis labor in phiala, docti Myos, an' ne Myronis? q. Est item Mys, Piscis marinus genus, cuius meminit Plin. lib. 32 cap. 1: Hunc & Murem marinum appellant, & in littore ova parere afferunt, scrobed; facta ea terra operire: trigeminoq; die terra refossa, foetum in aquam ducere. Vide eundem lib. 9. cap. 51.

Mysia, [μυσία. Vulgo Bosna & Servia. Ger. Ein Landeschaft des wunderen Asie, stößt an den Hellefponum.] Regio est minoris Asie ad Hellefponum, Troadi contermina: cuius incolæ Myli di. & sunt, abjectissimæ conditionis homines, sortisq; adeo contemptæ ut cesserint in proverbium. Quoties enim hominem nullius pretii volebant denotare: Mylorum ultimum esse dicebant. Cicer. pro L. Flacco: Nanque, ut opinor, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, & Lydia. Utrum igitur nostrum est, an velutrum hoc proverbium: Phrygem plagis sole re fieri meliorem? Quid de tota Caria? nonne hoc velutra voce vulgatum est: Siquid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? Quid porrò in Græco sermone tam tritum, atque celebratum, quam si quis despiciatui dicitur, ut Mylorum ultimus esse dicatur? Strabo etiam Mylos constituit in Europa in confinio Pannonia, ad Danubium fluvium, putatque Mylos Asie populos ab his ut originem, ita & nomen duxisse. Sed hi à Plinio non Mysi, sed Mœsi appellantur.

Mysomacedones, *μυσομακεδόνες*, Populi sunt Asie, in tractu majoris Mysia à Macedonibus oriundi: unde & nomen habent. Meminimus horum Plin. lib. 5. cap. 29.

Mystia, *μυσία*. Vrbs Samnitum, cives Mystiani, Autor Steph. Myteferata, *μυτεράτα*, Castellum Siciliæ: gentile Myteferatianus, Stephan.

Mytilene, Mytilenides, Motoniæ, Mytilæ, Myton, &c. Vide supra in M I T Y L E N E, cum prima per jota.

Mytistra ton, *μυτιστρα*, Oppidum juxta Carthaginem, Generis Mytistratius, Steph.

Myus, myuntus, *μύος*, Vna ex duodecim Ionie urbibus, tri-ginta à Mændri ostio distans stadiis: quam postea ob hominum paucitatem Milesii incoluerunt. Autor Strabo libro 14.

## N

Aarda, *αράδα*, Vrbs Syriæ juxta Euphratæ: inde Naardanus, Steph.

Nabatha, Civitatis cuiusdam nomen est.

Nabathæa, [נָבָתָה] *νεβαθώθ*. *νεβαθώθ* Dionysio: *νεβαθώθ* Stephano. Ger. Ein Landeschaft des Besitztigen Arabie, stößt an Syrien.] Regio Ara-

biz, Syrie contermina, populosa in primis, & paucis abundans: cuius metropolis est Petra, trium aut quatuor dierum iriæ distans ab Hiericunte, teste Strabone lib. 16. q. Hinc Nabathæus, a. um, *νεβαθώθ*, pen. prod. Juvenal. Et quos depositi Nabathæo bellua saltu. Et quia Nabathæa regio Orientem spectat: factum est ut Nabathæus accipiatur pro regionibus & populis ad Orientem vergentibus. Ovid. 1. Metam. Eurus ad auroram. Nabathæaq; regna recessit.

Nabius. Tarraconensis Hispaniæ fluvius. Ptolem. lib. 5. cap. 6, Narium dicit Melia.

Nabirissa, *νεβιρίσσα*, Ptolem. lib. 2 cap. 4, aliis Nebris, hodie Veneria cognominata. Hispaniæ Bæticæ civitas est.

Nabuchodonozor, Rex Chaldæorum.

Nacolla, *νακολλα*, m. aliæ *ναγολλα* vel *ναγλλα*, Vrbs Phrygiæ à Nacole nymphæ, vel à Nacolo Dafscoli filio, aliæ Nacolæ, Gentile Nacolæus. Meminuit ejus Strabo lib. 12.

Nacone, *νακόνη*, Vrbs Siciliæ. Gentile Naconæus, Steph.

Nacia, *νακία*, Vide N C R I A.

Næflus, *νεφέλη*, Vrbs Thraciæ, patria Constantini regis, à quo etiam condita est: gentile Naifatanus, vel Næitanus, Steph.

Nævîa, *νεβία*, Nomen mulieris, à nævo sic appellata.

Nævîus, Poëta antiquissimus fuit, cuius extat epitaphium apud Aul. Gell. lib. 24. cap. 2: Arrogantis (ut inquit Gellius) Campanæ plenus. His & Comædias scripsit, quæ passim citantur à Nonio, & Festo, & Bellum Punicum prijnum, in quo ipse stipendia fecit, literis prodidit, ut refert Gellius ex autoritate Varonis.

Nagis, vel Nagidos, Vrbs inter Ciliciam & Pamphyliam à Nagide gubernatore condita. Gentile Nagidæus. Est & insula Nagidusa, Stephan.

Nagnata, Vide MAGNATA.

Nagnia, Vilumbrorum urbs in Italia. Ptolem. lib. 3. cap. i.

Najades, pen. cor. à singulari nominativo Najas: vel Najades, à Nais, [Ναΐς], Ger. Die Göttin der Brunnen und Süffsen.] dicu-

ter nymphæ fontium, & fluviorum: δαντες, quod est fluere. Porid hæc dictio nunc tribus, nunc quatuor syllabis effetur. Virg. Aegl. 6: Aegle Nai adum pulcherrima, &c. Calphurnius Aegl. 4: Adfuerūt siccō Dryades pede, Najades udo, &c. q. Est item Nais, Nymphæ cuiusdam nomen proprium, apud Virgil. 2. Aeglog.

Naius, a. um, Propert. libro 2: Supposita excipiens Naica doma manu.

Naim, Ciuitas Galilææ, duobus millibus distans à monte Thabor. Quo nomine Hebreis significatur flatus, sive commotio.

Nais, Fluvius qui ex Tauro monte nascent, in Pontum mergitur.

Nais, *ναΐς*, Meretrix insignis, Steph. in Eucarpia.

Nætinæ, *νετίναι*, Gallæ Celticæ populi, ad Oceanum siti, alio nomine Nannæs dicti: quorum oppidum Condivicum commemoratur à Ptolemæo libro 2. capite 8. Vulg. Nantes.

Nannætum, Vrbs Britanæ ducatus. Vulg. Nantes.

Napæ, *ναπαί*, Sylvarum deæ, quæ & Dryades dicuntur: nam *λαβή*, *λιβάνη* Græcis Saltum significat, sive locum sylvorum. Nai des autem, vel Najades dicuntur fontium nymphæ, sicut Oreades montium, Hamadryades arborum, quæ cum arborebus nasci credebantur, & cum iisdem interire. Nercides verò maris nymphæ sunt appellatae. Virgil. 4. Georg. faciles venerare Napæas.

Napæt, *ναπαίτη*, Populi in Lesbo, ita dicti ab Urbe Napa: unde & Apolito Napæt dictus est.

Napata, napatorum, *ναπαίτη*, m. Aethiopiæ urbs, est: olim Can-daces reginæ regia: cujus meminit Strabo lib. 17.

Napitæ, *ναπαίτη*, Populi in Scythia, quorū caput vicus Napis, qui & Napæa nominauntur. Steph.

Nar, *νάρ*, Stephano, Sabinorum fluvius in Fiscello monte nascent, qui per urbem Nariniam fluens, Tyberi immiscetur. Lucanus lib. 1.: qui Nar Tyberino illabitur anni. Virgil. 7. Aeneid. Sulphurea Nar albus aqua. Mela præterea ejusdem nomine fluvium in Illyride constituit, qui ex Adriaco monte profluens, non procul ab Epidauro in mare Adriaticum illabitur. Plinius. Ptolemæus, & Strabo Naronem vocant.

Naramē, (Quod pro Dalmatæ, sive Illyridis fluvio inepit legebatur.) Vide N A R O.

Naracustultia, *ναρακούτλια*, Secundum Istri fluminis ostium, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Narcissus, *ναρκίσσος*, Vrbs ætuaria in Hispania, Steph.

Narbo, [Ναρβώνη. Gal Narbonne. Ger. Narbonen/ ein Stadt in Lande gegen dem Roncenwall am oberen Meer gelegen.] Cognomento Martius, olim amplidimum fuit Gallæ Braccata emporiū, teste Strab. lib. 4. hodie tutissimum Galliarum adversus Hispanos propugnaculum: à quo tota ea pars Galliarum, quæ olim Romaniorum fuit provincia, nomen accepit. Martium autem Narbonem ex eo dictum putant, quod cō Cæsar ex Martia legione colonos deduxerit Cic. pro Fonteio: Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorū civium, specula pop. Rom. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & objectum.

Narboneñsis Gallia, [Ναρβωνική. Ger. Die Landeschaft Gallia so da begreift die Provinz Langendörf / Delphinen / und die Gaphoen.] Teste Plin. lib. 3. cap 4, dicta fuit tota illa Galliarum pars, quæ interno mari alluitur, antè Braccata dicta, à bracis villosæ veltis genere, quibus ea regio præcipue utebatur: quem reliqua Gallia à studio nutriendæ comit. Coma dicetur. Hæc olim fuit Romanorum provincia, quam à Narbone Martio, amplissimo ejus regionis emporio, hodie munificissimo Galliarum propugnaculo, Narboneñsem provinciam appellabant. Dividitur ab Italia amne Varo, & Alpium jugis: à reliqua autem Gallia latere Septentrionali Iura & Gebenna montibus.

Narcissus, *ναρκίσσος*, Vicus & curbs Caria, inde Narcasseus, Stephan.

Naritia, Vide N A R Y C I V M.

Narmalis, *ναρμαλίς*, Vrbs Pisidiæ: gentile Narmalcis.

Narniæ, [Ναρνια Stephano: Vulg. Narni. Ger. Ein Stadt in der Landeschaft Umbria Italie.] Umbriæ civitas, per quam Nar fluvius, *νάρ*, Stephano, labitur, à quo & nomen accepit. Liv. lib. 10. A' Nare flumine Narnia appellata.

Narniænes, *ναρνιανοί*, Narniæ populi.

Naron, Vide Naro, onis, [Νάρων. Vulg. Narentia. Ger. Ein stet in Dalmatia heißt jetzt Narenta.] Fluvius Dalmatiæ, sive Illyrii, juxta Epidaurum in mare Adriaticum influens: quem Pomponius Mela Narem appellat. Vide supra in dictione N A R.

Naronæ, pen. prod. Liburnæ oppidū, oppositum Naroni fluvio: unde & nomen accepit, à Solona LXXII. M. pass. distans. Autor Plin. lib. 4. cap. 22.

O Närses,



# 210 NAR NAS NAV NAV NAX NEA NEB

**Nārſes.** [νάρης. Ger. Ein Oberst des Kaisers Iustiniani wider die Gothis.] Suidæ, Eynuchus, Iustiniani principis cubicularius bibliopolis prius, deinde ob animi virtutem patritatus honore auctus, vir religione, pietateq; præditus. Is in locum Belisarii ducis in Italiam missus, decem annos variis eventibus pugnavit, tandemq; Gothos insigni prælio fudit ad Anienem fluvium, quem & ponte primus instravit, quarum rerum ne quando illa temporum diuturnitate memoria obscuraretur, saxe cas insculpendas curavit insigni epigrammate, quod etiam hodie in Anienis ponte legitur. De quo vide apud Vaterranum.

**Nārthēcūſ,** [ναρθέκης, Insula est in mari Carpathio, cuius me minit Plin.lib. 5. cap. 31.

**Nāryciūſ,** [ναργίς, Quod & Naryx, ναργή, & Naryce, ναργίς, dicitur. Oppidū fuit Locorum verutissimum: à quo Ajax Naricus, & populi Narycii dicti sunt. Virg. 3. Aen. Hic & Narycii posuerunt menia Locri. Abundat autem pice optima quæ Narycia dicitur. Virg. 2. Georg. Et juvavt undantem buxo speare Citorum, Naryciæq; picis lucos.

**Nāſamōnēſ,** pen. prod. [νασαμόνης. Ger. Wüster in Libya so die Schiff überfielen vnd heraußen / wān sie in den Syrtensiefstätten.] Sunt populi Libyæ, navium Syrtibus involutarum spoliator res. Lucan.lib. 9: Hoc tam segne solū, raras tamen exerit herbas Quas Nasamon, gens sua legit qui proxima ponto Nudus rara tenet, quē mundi barbara damnis Syrtis alit: nam litoreis populatur arenis Imminet & nullos portus tangente carina Novit opes: sic cum toto cōmercia mundo Naufragiis Nasamones habent. q; Hinc Nasamonius, & Nasamonicus adjectiva.

**Nātō, onis,** [Ger. Die Göttin der geburten.] Nomen deæ, nativitatum præsidis: de qua sic Cicero tertio de Natur. deorum: Furiæ deæ sunt speculatrices, credo, & vindices facinorum, & sceleris. Quod si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint, Natio quoq; dea putanda est: cui, quum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, à nascientibus Natio nominata est.

**Nāſicā,** pen. prod., νασιός, P. Scipionis cognomen fuit. Hic ad hoc adolescens à Senatu vir optimus judicatus, Magnam matrem deorum hospitio suscepit, donec ei templum ædificaretur: unde à Iuvenale Hospes numinis Idæi appellatur. Hujus etiam duetu Tiberius Gracchus seditionis cōcionibus statum Reipub. labefactas, fragmētis subselliorū in concione est op pressus. Vide Cic. in Orat. pro C. Rabirio perduellionis reo.

**Nāſium,** Ptolem. autore lib. 2. cap. 9, Galliæ Belgicæ urbs.

**Nāſiūſ,** [νάσιος, Vrbs Thraciæ, Steph. Vide NESTVS etiam. Nāſtes, νάστες, Fuit frater Amphimachi, æquum cum illo in Casas habens imperium, qui Priamo adverius Græcos suppetas tule: iunt, teste Homero lib. Iliad. 2.

**Nātiso,** Venetiæ fluvius, Ptolem. lib. 3. cap. 1.

**Navalia,** Ptolemæus libro 2. capite 22, Vrbs Germaniæ, Vulgo ſuo.

**Nāvaria,** [Ger. Ein Landſchafft in Hispaniæ wof gegen Mitternacht gelegen.] pars Hispaniæ Septentrionalis, versus Arcton. Vaconibus adjacet: ad Meridiem verò Tarragoniam habet regionem.

**Nāucratīſ,** [ναύκρατης Stephan, civitas in Aegypto, à Milesiis condita, qui tum mari potiebantur, teste Strabone lib. 17. Ejus incole Naucratitæ appellantur.

**Nāulīum,** Civitas in Liguria, à portu & turribus inclyta: & vadorum Sabatiorum portus, à quo decem millibus distat Sabatia.

**Nāulochūm,** [ναυλοχός, Locorum oppidū est, teste Plinio lib. 4. cap. 3. q; Est item Naulochum sive Naulochus, Thraciæ oppidum: non procul ab Hæmo monte: cujus meminit idē Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus præterea Naulochum urbem in Ionia collocat, alio nomine Smyrnam appellatam.

**Nāupāctūſ,** [ναυπάκτης. Ger. Ein füremme Statt in Aetolia.] Oppidum est Aetoliæ, non procul à Locris: ita dictum (inquit Stephanus) διὰ τὸ οὐρανοκλειδὸν ναυπάκτον: hoc est, ab Heraclidianum navalibus. Vide Strab. lib. 9. q; Hinc Naupactus, a. um, ναυπάκτης, & Naupactus, pen. prod. ναυπάκτης: ut Naupactus Achelous. Ovid. 2. Faſtorum.

**Nāupliā, x, ναύπλια, Agri Argivi oppidū est, & portus Argorū: qui & inde nomen accepit, quod naves eō soleant applicare. Autor Strab. lib. 8.**

**Nāupliūſ,** [ναύπλιος, Palamedis pater fuit, qui ut morte filii, falsa Vlyssis accusatione oppressi, ulcisceretur, Græcis tempestate laborantibus, ex Capharzo monte ignem ostendit, bonamq; classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portū, annavigantem, in asperitos scopulos pellexit, miserandoq; perdidit naufragio. Postea verò quum intellexisset Vlyssem & Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes evasisse, doloris impatientia scipsum in mare præcipitem dedit.

**Nāupliādēſ,** [ναύπλιαδης, Patronymicū masculinum, quod pro Palamede accipitur, Nauplii filio.

**Nāupōntūſ,** [ναύποντος, Strab. lib. 7, oppidum est Istriæ, Tauroscorum colonia, ad fluvium Corcoram.

**Nāupōrtūſ,** [Ger. Ein ſtūf in Isteris.] Istria fluvius est, inter Aemoniam & Alpes nascens, nomen habens ab Argo nave, quam Argonautæ humeris coniuncti delatam per hunc fluvium subvexerunt. Autor Plin.lib. 3. cap. 18.

**Nāusicāc,** [ναυσικαῖ, Alcinoi Phæacū regis filia, & Arete, quæ quum exiſſet ex urbe cū pediſsequis, jussiſſetq; ad flumen lotura vestes, vidit Vlyſſem naufragum in littore ſedentem, nudum, arborum ramis circumiectum, cui oranti & velleſ dedit, & in regiam patris ſui ire jussit. De hac Martial.libro 2. Si mihi Nausicae patriq; concederet hortos, Alcinoo poſſem dicere, malo meos.

**Nāuſimenes,** [ναυσιμῆνος, Vir Atheniensis, cuius uxor quamliberos in incestu deprehendisset, indignitate facinoris perturrita vocem amisiſ.

**Nāuſithous,** [ναυσίθους, Rex Phæacum; Neptuni filia, & Peribœz Eurymedontis filia, & Pater Alcinot.

**Nāviūſ Aceiūſ,** Insignis Augur fuit, qui sub Tarquinio Prisco Romanorum rege floruit: quem Liv.lib. 1. ab Urbe condita fabulatur novacula cotem diſcidisse: meminit hujus Ciceronis ſæpè in lib. de Divinat.

**Nāxōſ,** [νάξος. Ger. Eine auf den Sprung Jäſten im Egelschen Meer gelegen.] Vulgo Niſſa, Infula in Aegæo, una ex Cycladibus, certas superans, ante Strongyle dicta. Hæc Dia pōst appellata fuit: verū quum Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occupassent: à duce Naxon appellatunt. Hanc dionysia à vinearum fertilitate dici ſcribit Plin.lib. 4. cap. 12. Vel quia (ut alii volunt) foliæ Naxiæ mulieres octavo mense pariant, quanto & Liber pater natus creditur. Siue quis fons in ea vino ſuat. Difſat à Delo tempi millibus.

**Naxiūſ, a, um, νάξιος,** unde Naxiū ardor apud Columellam, quo significatur Ariadnes corona sydus. Nam (ut ferunt poētae) infula Naxo relicta Ariadne à Theseo, nuptias cū Baccho fecit, coronamq; quā à Venere, & Horis dono accepit, inter sydeta relata fuit.

**Nazareus,** [ναζαρεὺς, η, ναζαρεὺς, Cōſecratus dicitur: & à Nazareth Nazarenus Christus dictus est.

N anto E.

**Nēā, νία,** Infula prope Lemnum, in qua nonnulli volunt Philætētem hydri mortu ſuiffe interfectum. Plin. li. 2. cap. 87, de inſulis enatis, inter Lemnum & Helleſiōntum Nea.

**Nēærā,** [νέαρα, Nomē est nymphæ, quæ peperit Soli duas filias, Phæthūm & Lampetiam, quæ armata Solis tranſuenti Vlyſſi juxta Siciliam ostendit. q; Est etiā mulieris nomen proprium apud Virgilium Aeglog. 3.: dum ſovet ille Nēaram.

**Nēæthūſ,** [νέαθος, Fluvius est in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, & Crotone urbe. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

**Nēalcēs,** [νέαλκης, Pictoris nomē, qui Venerem pinxit, Naumachiam Aegyptiorum & Persarum: Item ascellum bibentem in littore, & crocodilum ei inſidiantem. Autor Plinius libro 35, capite 10.

**Nēandriūſ,** [νέανδρος, Troadi oppidum, poſtea Perperane nominatum, teste Plinio lib. 5. cap. 30. Stephanus Neandriam, νεανδρίων, appellat.

**Nēapōliſ,** [νέαπολις, Ital. Neapol. Ger. Ein gewaltige Stadt gedenkt in Campania der Ländchafft Italiæ am Meer.] Civitas est Campaniæ à Chalcidensibus condita, quæ quum à Cumaniſ effet eversa, ingruente acerbissima pefte, ita jubente Apolliniſ oraculo, ab iſdem ſplendidius eſt restituta: bonaq; civium parte eo translata, ad differentiā veteris urbis, Neapolis eſt appella. Hæc & Parthenope dicitur, à nomine Sirenis ibi ſepulta. Autor Plin. lib. 3. cap. 3. Suid. Nēapoliſ πόλις ἡ τελεία ἀλέσιος, εὐ η παρεστήση ἰδρυτοῦ σφέλων ἀγαλμα, πολιών γε εὐθανατόλιθος. q; Est & Neapolis, Africæ oppidū, ut ſcribit Pomponius Mela lib. 1. q; Est item ejus nominis Cariæ urbs ad Iasiū ſinum, coadem autore. q; Neapolis, quæ & Leptis magna, Ptolemæo lib. 4. cap. 3. urbs juxta Syrīm parvā, quam Tripolim hodie vulgus appella.

**Nēapolitanus,** na, num, Qui ex Neapolि eſt, νεαπολίτης.

**Nēärchūſ,** [νέαρχος, Iuvenis eximiꝝ pulchritudinis, cuius me minit Horat. lib. 3. Carmenum.

**Nebis,** apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Tarragonensis Hispaniæ fluvius. Benis Straboni dictus lib. 3.

**Nebrodes,** [νεβρόδης, Mons in Sicilia, cui damarum copia no men dedit. Est & unum ex Bacchi cognominibus.

**Nebros,** [νεβρός, Clarissimus ex Asclepiadis fuit in Co insula, vel Pythiæ teſtimonio: unde Nebridæ dicti, ex quibus & Hippocrates, Stephanus in Co.

**Neceſpo,** Nomen autoris, de quo Firmicus libro 8. ſic inquit: Hunc locum diuinus ille Neceſpo, ut remedia valetudinū inueniſt,

# NEC NED NEL NEM

veniret, diligentissime quidem (ut divinum tati viri potuit ingenium) manifestis tractatibus explicavit.

Necos. Filius fuit Psammitichi & Aegypti rex, cui filius Psammis in regno successit, teste Herod.lib.7.

Necrocōrīnθī, οὐρανοῖς: Hoc est, Corinthiorū defuncti, dicebantur vasa Corinthia, tamēne quām sūtilia, quae cōversa Corinthō ex mortuorum sepulchris erubantur. Vide Strabonem lib.8.

Necrōpōlīs, οὐρανοῖς. Ger. Ein Statt in Aegyptē nah bey Alexandria] Aegypti oppidum est, triginta non amplius stadiis ab Alexandria distans: ita d. etum, quod ibi Cleopatra, admodum uberbis aspide, sece intercenerit.

Necuia, νεύσια, Vrbs Vmbrorū. Gentile, Necuiates, Steph.

Nede, οὐδή, vel οὐδή, Vrbs Arcadiæ à Nede Nympha. Inde οὐδή, Steph.

Nedon, οὐδή, Vrbs & locus Laconiæ: unde Minerva Nedusia, Stephanus.

Negla, νεγλα, Oppidum Arabiæ. Gentile, Neglius, vel Neglites, Stephanus.

Neitrum, νείτρον, Mons Ithacæ à quo miadis, diæ, vel ut alii volūt, quod versentur in r̄dūt, id est, aquas. Inde νείτρον vel neitrus & νείτρον compositum.

Neleus, οὐλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui à Peche fratre pulsus, in Laconiam venit, ubi Pylon urbem condidit, cuius rex fuit, teste Homer. Odys. 11. Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orthomeni regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes præter unicum Nestorem tum fortè alegatum, Hercules everso Pylo interfecit.

Nelidēs, οὐλεύς, Patronymicum à Neleo Pyli rege, & Patre Nectoris formatum. Ovid. 12. Metam. Bis sex Nelidæ suimus conspecta juventus.

Nēmāsūs, Teste Strab.lib.4, civitas est Narbonensis Galliæ, olim florentissima, utpote quæ quatuor & viginti vicorū fuit metropolis. Vulgo Nimes. [Ger. Νημίς.]

Nēmēa, οὐλεύς, vel Nemee, es, pen. corr. οὐλεύς. Ger. Ein Wald in Arcadia Herculis iugementum daturū das er das ein ξύλον νημέαθε hat.] Sylva est Achaiæ inter Cleonas, & Phliuntem, ubi in honorē Herculis, qui in ea sylva leonem occiderat, sacra quædam certamina celebrari consueverunt, quæ ab hac sylva Nemeæa dicta sunt. Hoc etiam nomine dicta est tota regio sylvæ huic vicina. Mart.lib.1:

Non Mara: hon taurum. Nemæe siōnd sā leonem,  
Arcas Menalium non timuisset apnum.

Nēmēa, a, um, per quatuor syllabas, Quod est ex Nemæa sylva, vel regione. οὐλεύς. Ovid. in Epistol. Dejan. ad Herculem: Nemæe sub his animam pestis Nemææ lacertis Edidit.

Nēmēa, οὐλεύς, Sacra fuerunt Græc. & certamina: ita appellata à Nemea Peloponnesi sylva, in qua fieri consueverunt in honorem Herculis, qui in ea sylva, leonē fertur occidisse: seu potius in honorem Archemori pueri in ea sylva à serpente occisi. Nemeæorum vñctores apio coronabantur. Vide supra in ditione CERTAMEN.

Nēmētis, οὐλεύς, Nympha marina, dicta quasi incorruptibilis.

Nembroth, Gigas. Vide BABYLON.

Nēmēsis, pen. corr. οὐλεύς. Ger. Ein Göttin welche die alten für ein Strafferia der Übelthäreten gehalten habet] Nomen cujusdam deæ, quæ facinorosos & delinquentes punire purabatur, ut ex Catullo & Ausonio licet intelligere. Ea quoq; Rhamnusia dicitur, quod in Rhamunte Afia oppido templum & simulachrum Phidiacū habuerit. Insuper eadem fertur remuneratrix benefactorū: unde apud Statuum lib. 13: Est dea, quam Nemesis dicunt, dea magna, potensq; Quæ bona coelestum concessu cuncta deorum Possidet. Hanc quidam Fortunam dixerunt, cui primus Adrastus rex templum edificavit. Vnde & Adrastia, Αδράστια cognominatur. Romani quoq; huic deæ templum dicavere. Hoc etiam nomine dicta Tibulli amica. Martial.lib.4: Vñct amatorem Nemesis lasciva Tibullum.

Nemetobriga, Ptolemæus lib.2. cap 6: Hispaniæ Tarracensis urbs.

Nemetes, Germaniæ Populi Galliæ tractum incolentes, citra Rhenum fluvium, ubi hodie est Spira urbs, inter Argentinam & Moguntiæ sita. [Ger. Speyerer gegne.] Meminit horum Caesar in Corin. bel. Gall. & Plin lib 4 cap. 17.

Neminia, Fons est in agro Reatino, vario ortu annoq; mutationem significans. Autor Plin.lib.2.cap.103.

Nēobûlē, οὐλεύς, Lycambis filia, quæ quod Archilocho poëta promissa negaretur, Iambis insectari cœpit Lycambem Archilochus, cumq; ad laqueum dicitur adegitse. Vide supra in ditionibus, ARCHILOCHVS, & LYCAMBES.

Neoburgum, urbs ad Danubium. Alia ejusdem nominis in Thuringia sita est.

Nēocæfāriā, οὐλεύς, Vrbs Cappadoçia, quæ Lycus amnis præterfluit. Autor Plin.lib.6.cap.3;

# NEO NEP NER 211

Nēocles, clis, οὐλεύς, Philosophus Atheniacensis, Epicuri frater.

Suidas.

Neodunum, Ptolemæo libro 2, capite 8, Galliæ Lugdunensis civitas.

Neoni, νεών, urbs Phocidis Herodot.lib.8. Gentile, Neonius & Neonæus, Stephanus.

Nēoptolémus, οὐδή, οὐλεύς, Pyrrhi Achillis filii cognomē fuit, ab eo impositum, quod admodum adolescentulus prius tyro cinium in bello posuerit Trojano. Græcis enim οὐλεύς, tyronem, vel novum militem significat.

Neoris, Iberiæ oppidum insigne, juxta Harmastim fluvium.

Autor Plin.lib.6 cap.10.

Nēotéchitæ, οὐλεύς, Acolidis populi sunt, quorum urbs,

Nēpētā, οὐλεύς, Suidæ, civitas Hetruriaz, quæ Plinio Nepet, & vulgo dicitur Nepi, à qua Nepesini, οὐλεύς. Silius: Hos juxta Nepesina cohors, & quiq; Phalisci. q; Nepeta etiam nomen est herba, quam Dioscrides secundam calamithæ speciem facit. Vulgus herbariorū à pulegi similitudine, Pulegium vocat agrestis. De hac meminit Plin.lib.20. cap. 14, & Columel.lib.8. cap.7. Vide in dictione NEPTA.

Nēphēlē, οὐλεύς, Latinæ sonat nubem. Nomen proprium uxoris Athamatis, & matris Phryxi & Helles. Vnde Ovidius, Helen Nephela dixit.

Nephelococcygia, οὐλεύς, Conictum urbis nomen

apud Aristoph. comicum, & Steph.

Nephthalitæ, οὐλεύς, Populi denominatio in Oriente, ut scribit Joseph. Steph.

Nēpirā, V:de supræ NEPTA.

Nēptunūs, οὐλεύς, Ger. Ein Sohn Saturnus und Opis.] Saturni & Opis filius, maris deus dictus est à nando, mutatis literis primis (ut inquit Cic.lib.2.de Nat. deor.) vel (ut Varroni placet) à nubendo: hoc est, tegendo, quod ut cœlum nubes: ita mare terras tegat. Dicit enim Varro: Neptunus est deus mari, vel ipsum mare, quod terras nubat: id est, cooperiat, Neptunum aut, ut est in fabulis, mater abscondit, ne à patre devoraretur, eiq; postea, expulso Saturno, aquæ in sortē cecidērunt, ut tūpā de lope dictū est. Vxorem habuit Amphitriten, ex qua plures nymphas suscepit. Tridentem habet pro sceptro. Mu. os Trojanos juvante Apolline condidit.

Nēptunūs, a, um, οὐλεύς, possessivum.

Nēptunaliā, οὐλεύς, Neptuni sacra, quæ & Salaria à Salo dicuntur.

Nēptunīcēs, Patronymicū est foeminū à Neptunus. Catul.

in Arg. Tēne Thetis genuit pulcherrima Neptunina?

Nequinum, Vmbræ oppidum, teste Plin.lib.3 cap.14, quod

nunc Narvia dicitur: ob incolam lib.1 diosam incertiā. A quo

Nequianes, qui nunc Narvianes, Vulgo Narni.

Nerabus, bi, οὐλεύς, Syriæ oppidum, apud Steph. cuius incola Neabii appellantur.

Nereides, pen. corr. οὐλεύς. Ger. Meergöttin] Maris Nympha, Nerei, & Doris filiæ, humanæ effigiem habentes: quorum nomina sunt Nescæ, & Cymothæ, & alia, quæ apud Hesioudū in Theogonia esumerantur. Nominativus singularis est Nereis, penultima indifference. Ovid. 11. Metamor. Sed memor admissi Nereida colligit orbam.

Neressūs, οὐλεύς, Oppidum est in Cea insula: cuius meminit Aeschines Epist. 1. ad Polycratem.

Nerēus, οὐλεύς. Ger. Ein Sohn Oceani und Tethyos. Ein Gott des Meers.] Deus maris est (ut docet Hesioudus in Theogonia)

Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride uxore, eademq; foro

re maximam Nympharum turbam suscepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. Hunc Orpheus in Argonaut. deorum

antiquissimum appellat: unde & Grandævus à Virgilio

dicitur 4. Georg.-hunc & Nymphae veneramus, & ipse Grandævus Nercus. q; Figuræ usus est pro Mari Persius Satyræ prima: Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.

Nērio, enis, vel Nētiene, es, & apud antiquissimos Neria, οὐλεύς. Ger. Das Weib Martis.] Martis uxor, Plautus in Trucul.

Mars peregrin adveniens salutat Neriensem uxorem suam.

Gell.li.13.cap.21, docet Sabinum esse vocabulum, quo signifi-

catur virtus & fortitudo: unde & pro vi, potestate & maje-

state Martis accipitur. Vide Gellium.

Nēris, idis, οὐλεύς, Oppidum est Peloponnesi, in agro Messenico, Stephanus. q; Est item Neris Dioscoridi nardi montani genus, in Syria, Ciliciaq; nalcens, ramulis & folio cryagii, ejusdem

naturæ cum nardo Gallico.

Nēritūs, pen. corr. οὐλεύς, Mons est in Ithaca insula: cuius

meminerunt Strabo libro 10, & Plin. libro 4. capite 12. q; Est

item Neritus, sive (ut apud Plinum legitur) Neritis, peninsula

Acarnaniz adhaerens, alio nomine Leucadia appellata, opere

accolarum olim à cōtingenti absissa, denuoq; redditâ vento-

rum flatu congeriem arenæ accumulationis. Virg. 3. Aen. Du-

lichiumq; Samæq; & Neritos ardua saxis. q; Neritus item, si-

ve Neritum, neutri generis, peninsulæ hujus oppidum est, quod recentiores Leucadem appellant, teste Plinio, libro 4. capite 1.

Nerium, *νέριον*, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Promontorium Tarracensis Hispania juxta Artabros. Vulgo *Finis terre*.

Nero, *νέρος*. Teste Gellio, libro 12. capite 21, verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos à Sabiniis oriundos accepimus, vir egregius ac praestanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id nomen à Græcis accepisse videantur, qui vincula & firmamentum membrorum *λεγέα* dicunt, nostri *nervos*. Ex hac familia fuit Claudius ille Nero, qui Asdrubalem Annibali fratri suppetias ferentem junctis cum Livio collega copiis, superavit. Fuit item hoc cognomen Romanorum imperatoris, illi ex Claudiis principis adoptione partum: omnium quos terra tulit, crudelissimi.

Nerva, *νέρβη*. Romanorum Imperator fuit, Flavio Domitiano, cui succedit, dissimilimus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Aelium Trajanum sibi adoptavit, qui illi etiam in Imperio succedit.

Nervia, *νέρβη*. Ger. Das Hennigerw oder Dornste.] Fuerunt populi inter Belgas Atrebatis vicini, ad Scaldem fluviū, omnium Belgarum fortissimi, & maximè feri: de quibus Caesar lib. 2. Comment. meminit. Hi nunc Tornacenses dicuntur. Vulgo *Tornay*.

Nerulanī, Populi in Latio juxta Romam, quorum meminuit Plin. lib. 3. cap. 5.

Nerulum, Oppidum in Lucanis, quod vi captum repentinō adventu Aemiliū testatur Liv. lib. 9. ab Urbe cond. qdade Nerulonētes dicti sunt. Sueton. in Augusto: Manibus colybo decoratis Nerulonensis mensarii.

Nesa, Regio montana juxta Actnam. Nesæ, sive Nesæa, *νησαι* Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, *νησης*: hoc est, à natando dicta. Autor Hesiod. in Theog.

Nesi. Populi Indiæ, Oceano proximi: de quibus Plin. lib. 6. capite 20.

Nesion, *νησίον*. Insula in Campano littore inter Paüslypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis, *νησίς*. Lucanus: -tali spiramine Nesis. Hujus nominis obliquos producit Papinius: Sylvaq; quæ fixam Pelago Nesida coronat. Item Sannazar. Aeglog. i: Huc illuc dum Paüslypilatus omne perereo, Piscofamq; ego celer Nesida phaselo.

Nespetus, *νησπέτος*, urbs Italæ. Gentile Nespetinus, Steph.

Nelson, *νελσόν*, urbs Theffaliae, Gentile Nelsonites, Steph.

Nellus, *νελλός*. Ger. Ein Centaurus, welcher dem Hercule sein frustete Dejaniram hat entföhrt und von ihm erschossen worden.] Nomen est Centauri Ixionis, & Nubis filii: qui quum Dejaniram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. Vide fabulā latiū apud Ovid. 9. Metam. Inde

Nessus, *νεσσός*, *νεσσός*, *νεσσός*. Ovid. in Epist. Dejaniræ: Illira Nessus misi tibi texta veneno.

Nestor, *νεστόρ*. Ger. Ein treffender alter / weiser und wohberedter Griech.] Filius fuit Nelei & Cloridis, teste Homero lib. Odys. 11, qui adhuc adolescentis bellum gessit, etiam tum vivo patre, adversus Epeos Peloponasci populos, qui postea Elii dicitur sunt: & deinde quum Pirithoi nuptiis intercesserit, adversus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenue pugnavit. Postrem bellum Trojani tempore, iam senior effecetus, ut idem Homerus in secundo Iliados scribit, quinquaginta navibus cum reliquis Græci principibus ad Trojam venit, quum natus annos nonaginta, iam tertiam hominis aetatem viveret, ut ipse ait apud Ovid. 12. Metamorph. quum trecentesimum annum ageret: ubi consilii dexteritate tactum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon profiteri non dubitaret, brevi scilicet Ilium fuisse expugnaturum, si decem sibi contingissent Nestores. Nam præter sumam prudentiam aetatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquacia excelluit, ut ex ejus ore melius dulcior fluere diceretur oratio. Vxorem habuit Eurydicem Clymentem filiam, ex qua septem filios, & unam filiam suscepit. Ovid. lib. 13: Qui licet eloquio fidu quoque Nestora vincat.

Nestorides, *νεστορίδες*, Patronymicum, & Nestorius, *νεστορίος*, possessorum.

Nestos, *νεστός*, Urbs & fluvius Illyriæ. Hinc Nestos, & regio, *νεστον*. Vide NAPVS & NESTVS.

Nestos, *νεστός*. Ger. Ein fluss Thracie, entspringt im Berg. Hemo.] Thraciæ fluvius est, in Hemo monte nascens, & Abderam urbem præterfluens. Vide Plin. lib. 4. cap. 11.

Nesus, *νεσός* Græcæ, quod Latinæ insula. Est & Nesus urbs Iberica. Stephanus.

Nesus, *νεσός*, Thraciæ urbs condita à Constantino imperatore, patria ejusdem, Steph. autor.

Neuceria, *νευκερία*, urbs est Umbriae. Vide NVCRIA.

Nevitus. Vide NAE VI V.S.

Neuris, *νεύρη*, *νεύρη*, Insula est Propontidis, Cyzico adjacent, alius nominibus Elaphonesus, & Proconnelus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

Neuri, *νεύρη*, Populi Scythæ Europeæ, ad Borysthenem am, nec, quorum meminuit Plin. lib. 4. cap. 12.

N antc L

Niæthos, lege NAE THV.S.

Nibis, *νιβή*, Urbs Aegypti. Gentile Nibites, Steph. Nicæarchus, *νικαιάρχης*, Pictor fuit sua grata eximius: qui inter alia Venerem inter Gratias & Cupidinem pinxit: & Herculem tristem infans & poenteatia, Plin. lib. 35. cap. 11.

Nicander, *νικανδρός*, vel Nicandrus, Colophonius Grammaticus, & Poëta & Medicus tempore Attali illius, qui Gallo-græcos vicit. Scriptor de Theriacis, alexipharmacis, & de agricultura. Præterea Curationum collationes, & Prognostica Hippocratis veribus edidit, aliaque complura. Autor Suidas. Cicero de Orat. Nicandrus homo ab agro remotissimus, de agricultura tamen diligentissime scriptor, tanta vis est eloquentia.

Nicanor, *νικανδρός*, pen. prod. *νικανδρίνη*, Alexandrinus Grammaticus, sub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio: cuius scripta caumerantur à Suida.

Nicarchus, *νικαρχός*, Philosopher fuit Corinthius, sub Pe riandro, cuius meminuit Plutarch. in Symposio septem Sapientum.

Nicasia, *νικασία*, Insula est exigua circa Naxum: à qua insuland Nicasii, *νικασῖοι*, appellantur. Stephanus.

Nicator, *νικατός*, Cognomen fuit Seleuci potentissimi regis, (ut Appianus autor est in Syriacis) bello semper invicti.

Nicatoris, *νικατορίς*, Syriæ oppidum, à Seleuco Nicatore conditore ita appellatum: cuius incolæ dicuntur Nitatoriz, Stephanus.

Nicæa, Sive potius Nicæa per diphthongon, *νικαιά* Stephano, & Suidæ multarum urbium non en est, quarum una est Gallia, non procul à Varo fluvio, à Massiliensibus condita. [vulg. Nissa.] qd Altera Asia Bithynia metropolis, quam prius Antigonus Philippi filius condidit, & Antigonam nominavit. Postea Lysimachus à nomine uxoris, Antipati filie, Nicæa appellavit. Urbis ambitus stadiorum sexaginta fuit, in figura quadrata in campo sita. Habuit quatuor portas ad rectos angulos: quæ ex uno lapide, qui ad medium gymnasium positus erat, omnes cernebantur. Hic jubente Constantino clarissima illa synodus celebrata est, trecentorum decem & octo episcoporum, in qua perfidum Arii dogma convulsum, sublatumq; est. qd Tertiam hujus nominis urbem Stephanus apud Locros Epicnemidios constituit: quartam in Illyride: quintam in India: sextam in Corsica insula: septimam in Leuctris Bœotia: & octavam in Thracia.

Nicephorium, *νικηφόριον*, Oppidum est Mesopotamia, non procul ab Euphrate fluvio, ab Alexandro magno conditum. Autor Plin. lib. 6. cap. 26.

Nicetes, *νικητής*, Smyrnæus sophista, Adriano principi gratissimus, ab eoq; Musco Aegyptio ascriptus. Quum causas tentaret, foro etiam apitissimus videbatur. Adeo ingenio ad utramque dicendi rationem accommodavit, ut genus judiciale sophistica quadam facultate exornaverit: Sophisticum vero & umbratile forensibus aculeis roboraverit. Genus dicendi antiquum & politū retinuit, lascivus nihilominus, & dithyrambicus visus. Ex Philostrato.

Nicias, *νικίας*, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabricium veniens, ei promisit Pyrrhum se veneno necatum. At ille aversatus facinus, Pyrrho rescripsit ut à Nicias sibi caveret. Curtius. qd Nicias Grammaticus Romæ, familiaris Pompejo & Ciceroni, qui ejus in epistola quadam ad Atticū meminuit: item Epistola ad Dolabellam. Tranquillus. qd Nicias item nomen viri Atheniensis nobilissimi. Aristoteles scribit tres viros Athenis eodem tempore æquè potentes fuisse, Niciam Nicerati, Thucydidem Mylesium, & Theramenem Anonis. Thucydides his nata aliquantul major, multa cum Pericle clara pro Republica gesit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delata sunt. Missus igitur imperator unà cum Demosthene altero duce contra Syracuseos, qui Gilippum Lacedæmoniorū ducem auxilio accesserant, infeliciter pugnantes ambo à Syracuseis in bello capti sunt, in carcereq; conjecti, sibi manus intulere. Nicias Marco Crasso ex nostris comparatur à Plutarcho in Parallelis: quod & divitias abundaverit, & eundem fecerit exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos invenerit. qd Nicias alias Atheniensis pictor, qui teste Plinio libro 35. capite 11, diligentissime mulieres pinxit, lumen & umbras custodivit: atq; ut eminenter è tabulis picturæ maximè curavit. Hic etiam in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, ue cibum sumere sapè oblitus sit, Achianus de varia historia.

Nito, *νιτός*, Fuit unus ex tredecim principibus Tarentinorum, qui con-

qui conjuraverant in Annibalem: tandemque comprehensus cum Philomeac, ad Annibalem deductus est. De quo Livius Decad. 3.

Nicocréon, ontis, οὐρανός, Cypriorum tyrānus, qui Anaxarchum philosophum malleis ferreis cædi jussit. Vide ANAXARCHVS.

Nicolāis Damascenus, Νικόλαος οὐρανός, Peripateticæ sectæ Philosophus, Herodi ludostrum Tetrarchæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui universarum rerum historiam libris 80. complexus est. q Nicolaus alius fuit ex Myra Liciæ civitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare vixit. q Fuit itē Nicolaus quidā Sophista, ex eadem urbe ortus, Diocordius Grammatici frater, qui aetem Rhetoricam conscripsit, & Meditationes quasdam. De his omnibus vide plura apud Suidam.

Nicomachus, pen. corr. οὐρανός, Nomen patris Aristotelis philosophi. q Nicomachos quinq; tradit Suidas: primum ex Alexandria Troadis, poëtam tragicum, qui scripsit tragœdias undecim. Secundum Atheniensem, item tragicum qui vicit Euripidem & Theognim. Nicomachum item Medicum, Machaonis filium, Aesculapii nepotem, qui scripsit de medicinalibus sex, & de Philosophia unum. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis recenset ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physica patris. Sextum Nicomachum addit Plinius pictorem, Aristodemum filium & discipulum, qui pinxit raptum Proserpinæ (quæ tabula fuit Romæ in delubro Minervæ in Capitolio, supra ædiculam Iumentatis) Scyllamq; quæ erat in templo Pacis. Autor Plin. libro 35. cap. 2.

Nicomede, pen. prod. οὐρανός, Nomen regis Bithyniæ, Romanorum maximè studiosi, qui olim raso capite sumpsit pileum, & se Romanorum libertum vocavit. Hic in adolescentiâ eo nomine male audire, quod turpi obsequio sibi Cæsarem crederetur conciliasse.

Nicomediæ, [οὐρανὸν]. Ger. Ein Stadt in Bithynia: vulgo Nicomedes. Civitas Bithyniæ à Nicomedæ rege, qui eam condidit, appellata. In hujus urbis villa Magnus Constantinus obiit: qui quum vellet in lordanæ fluvio baptizari, atq; idcirco Hierosolymam petret, motte preventus ab Eusebio Nicomedensi episcopo, Arriane perfidie sectatore, baptizatus est. Quæ res Christiani principis fidem apud plerosq; in dubium vertit. Sed non est verisimile cum principi qui per omnia vitam Ariani dogmatis hostis fuerat, in extremo spiritu ei dementiæ consenseret, quam summo studio de suo Imperio prius eliminaverat.

Niconiæ, οὐρανός, Oppidum est Ponti, ad Istri fluminis ostia: cuius incolæ dicuntur Niconiatae. Autor Stephanus, & Strabo lib. 7.

Nicophanes, pen. corr. οὐρανός, Nomen pictoris insignis, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 10. Annumeratur (inquit) his & Nicophanes, elegans & cōcianus, ita ut vetusta opera pingere propter æternitatem rerum, impetuosi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei & gravitas artis.

Nicopolis, [οὐρανός]. Ger. Ein Stadt in Epire/het sich Presefa. Vulgo Presefa. Civitas Epiri, à victoria Augusti sic appellata, qui quum Cleopatram, & M. Antonium apud Actium prælio superasset, in proximo littore urbem condidit, & à victoria sua Nicopolis alia in Bithynia: item tertii in minori Armenia: & quarta inter Ciliciæ & Syriam, ab Alexandri victoria ita appellata, qui ibi Darium superavit, quum antea Iissus diceretur.

Nicostratæ, οὐρανός, Evandri mater, quæ quod fatidica esset, à carminibus Latinæ Carmenta est appellata.

Nicostratus, οὐρανός, Macedo, orator intet decem secundus, tempore M. Antonii, & Dionis Chrysostomi, & Aristidis Oratoris æqualis scripsit nōnulla, ut autor est Suidas. q Fuit item alter Nicostratus poëta comicus, cuius meminit Athenaeus in Diplosoph. q Nicostratus cithareodus, & Laodocus, quum inter se certaret, dixit Nicostratus Laodocum esse in magna arte parvum, se autem in parva magnum: satiusq; esse non domū divitiæ, sed artem studio & diligentia augere. Aelianus de varia historia.

Nigidius Figulus, Philosophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæsaris, Ciceronis & Varr. tempore. Hic, teste Gellio, multa Ædere Grammatica edidit volumina, quæ ad nostra secula non pervenerunt.

Nigritis, οὐρανός, Fluvius est interioris Aethiopiarum, ejusdem cum Nilo naturæ. Nam & calidum gignit, teste Plin. lib. 5. cap. 8, & papyrū, ejusdemq; generis animalibus, quæ in Nilo gignuntur, iisdemq; etiam temporibus augeantur. Dicitus Nigritis propter solitudines nigri pulvritis, eminētibus interdū velut exustis cautibus. q Stephanus Nigretē οὐρανός, appellat, accusasq; ipsos Nigretas: quorum meminit & Strabo lib. ult. Plin. lib. 5. cap. 8. Nigritas nominat. q Item Nigritis fons est in Aethiopia,

quem nonnulli caput Nili esse crediderunt. Plin. lib. 5. cap. 9. Nili, οὐρανός, Lacus est inferioris Mauritaniae, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantes efficere creduntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.

Nilus. [Νείλος/nilew/ chichór. οὐρανός. Ger. Ein grosser nämhaftiger fluss in Egypten.] Aegyptiæ fluvius à Nilo rege sic dictus, vel à novo inferendo luto, quod in inundatione totam feracem reddit Aegyptum. Servius Nilum dici existimat, quasi οὐρανός: hoc est, novum trahentem limum, quo obliterat Aegyptum, & oppleat. Vnus est ex majoribus totius orbis fluvius, à quibusdā Geon dictus, quasi terra, ante Mele vocabatur. Habet septem ostia. Virgil. 6. Aeneid. Et septem gemini turbant trepidâ ostia Nili. Nomina ostiorum hæc sunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendesicum, Taniticum, & Pelusiacum. Nascitur in monte inferioris Mauritaniae, non longe ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem vocant Nilidem: deinde condit se itinere aliquot dierum, rursusq; erumpit alio lacu majore in Mauritania Cæsariensi, iterumq; arenis receputus: per deserta viginti dierum spatio fertur ad proximos Aethiopias, & denuò profilit foante, qui Nigris dicitur. Inde Africam ab Aethiopia disternans, moxq; Aethiopas medios secans, plerasq; insulas facit, quarum clarissima est Meroë, cuius Metropolis etiā Meroë vocatur, Aethiopes Aṣṣapum vocant, quod illarum gentium lingua significat, aquam è tenebris profluentem. Circa Meroë in duo dispergitur brachia, Astabores lato alveo dicitur, dextro Astabapes: nec antè quām se cōcordibus aquis juixerit, Nilus appellatur. Postrem septem (ut dictu est) ostiis exonerat se in mare Aegyptiū, Aegyptiæ, inferiorē partem, dextra, lœvamq; divisus, amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco: propter quod aliqui Aegyptiū inter insulas posuere, ita se dividente Nilo, ut triquetra terræ figuram faciat. Idcirco multi à Δ Græcæ literæ similitudine Delta vocaverunt. Augetur Nilus circa æstivum solstitium mirum in modum, & per totam spatium Aegyptiū terræ pluviis omniibus destitutam aquis suis irrigat, secundissimod; limo obducit. Causas incremēti Nili vide apud Lucanum, lib. 10. q' A' Nilus fiunt adjectiva, Niloticus, a, um, οὐρανός: ut, Nilotici pisces: & Nilacus, a, um, οὐρανός, pen. corr. Martialis: Nilacis primū puer hic sit natus in oris. q' Nili quodq; apud veteres capiūtur pro fossis seu canaliculis, quæ spectaculis circundari solent, aut quibus aqua ad privata ædificia duci cōsuevit: qualibus etiam hodie videamus magnatum insulas esse cinctas. Cic. 1. de Legib. Ductus verò aquarum, quos isti Eupipos, & Nilos vocant. Vide latius in dictione EVRIPVS.

Nimbūs, Insula nō longe à Gyaro, quam Callimachus Agathus vocat.

Ninea, οὐρανός, Vrbs in Oenottorum mediterraneo. Gentile Niheus vel Nihæsus, Steph.

Ninive, es, pen. corr. [Νινεύη ninewē. οὐρανός Suidæ. Ger. Die Hauptstadt in Assyria gelegen am fluss Tigris.] Vrbs Assyriorum ad Tigrim fluvium sita: ita appellata à Nino conditore Beli filio. August. lib. 1. de Civit. Ninives civitatis magnæ Ninus Beli filius conditor: unde nomē ex illius nomine derivatum est, ut à Nino Ninive vocaretur. Populi in ea habitantes, Ninivitæ, pen. prod. οὐρανός, dicuntur. Ptolemæus in descriptione Asyriæ urbem hanc Ninum, οὐρανός, appellat: quo nomine ferè ab omnibus rei geographicæ scriptoribus censetur. Vide Plin. lib. 6. cap. 26, & Strabonem in principio lib. 16.

Ninoë, es, οὐρανός, Cariæ oppidum est: aliás Aphrodystias appellatum, Lelegum, Pelasgorum colonia, si Stephano creditus. Nintūs, οὐρανός. Ger. Der esī Assyrish König so die Stau Ninive erbauwen hat. Beli filius, & Semiramis vir, primus Assyriorum rex. Nam Belus solam habuit Babylonem: Ninus verò totam Assyriam partam armis obtinuit.

Niobe, οὐρανός, Nomen filiæ Tantali, sotoris Pelopis, uxorisq; Amphionis, quæ in saxu versa est ex dolore, ut Poëtae fingunt, quum ex fœtū diuidimæma matre ad orbitatem redacta, extinctos vidisset filios, filiasq; omnes, quos Apollo & Diana sagitus confixant. Quæ in saxum versa dicitur: quoniam ex nimio dolore artonita obmutuit, ac veluti lapidesq; malis dirigit. A' Statio in sylvis Sipyleiæ mater dicta Niobe: quoniam facta saxeæ turbine venti in Sipylum patriam rapta est: ubi fixa cumine montis liquitur, & lacrymis etiā nunc marmora manant. q' Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Osirium suscepit, qui & Serapis dictus est.

Niphates, pen. prod. οὐρανός. Ger. Ein Berg am grössten Armen, an welchem der fluss Tigris entspringt. Mons supra Assyriam, ad finē majoris Armeniæ, Tauri pars, ex quo Tigris nascitur, ut refert Strab. lib. 11. Virg. 3 Georg. Addam urbes Asyriæ dominas, pulsumq; Niphaten. Dicitus Niphates à niyibus, οὐρανός, οὐρανός, οὐρανός.

Niphates, οὐρανός, Nomen viri proprium, ab equis interfecti apud Virg. 10. Acadid.

Niphe, *es, ipse*, Vna ex comitibus Dianæ, à niveo candore appellata. Ovid. 5. Metamorph. Excipiunt latice Nipheq; Hypanisq; Rhaniq;

Nipsa, *ψη*, Thracie oppidum: cuius incolæ dicuntur Nipsæ, *νηπαι*, Stephanus.

Nircus, *ηρκος*, Charopi & Aglaia filius, Græcorum omnium formosissimus, quemadmodum Thersites omnium maximè deformis. Ovidius libro 4. de Ponto: Tam mala Thersites prohibebat forma latere, Quam pulchra Nircus conspiciebat erat.

Nisæ, *νησαι*, Oppidum Siciliæ, cuius meminit Thucydid. libro 3. q Est & nomen pueræ rusticæ apud Virgil. in Pharsalia.

Nisæ, *νησαι*, Oppidum in sinu Megarico, ubi Megarenium erant navalia, teste Thucyd. lib. 2. q Est item Nisæa, Parthenes regio, cuius caput fuit Alexandropolis ab Alexandre conditora ita appellata. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præstantissimos albat equos, qui ab ea Nisæi appellabantur, teste Strab. lib. 11.

Nisæa, (quod hic pro Nymphæ nomine corruptè legebatur.) Vide N E S A E A.

Nisibis, *νησιβης*, Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superavit, alio nomine Mygdonia appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiam appellasse. Vide Plin. lib. 6. capite 13.

Nisæ, *νησαι*, Boeotia oppidum est, apud Hom. in Catalogo navium.

Nisyrus, *νησυρος*, Nomen regis Megarenium, qui (ut in fabulis fertur) à Scylla filia sua fatali rapido spoliatus, in avem sui nominis conversus fuit. Virg. 1. Georg. Apparet liquido sublimis in ære Nisus. q Fuit & alius hoc nomine, Hyrtaci filius, indissolubili amicitia vinculo Euryale conjunctus, ut satis copiosè describit Virg. lib. 9. Aen.

Nisyros, penultima producta, *νησε* Homero, Insula est in mari Carpathio, una Sporadæ: quam Poëta fabulantur olim Coo adhæsisse, Neptuniq; sceptro inde fuisse avulsam. Vide Strab. lib. 10.

Nitrates Nomos, *νητρατος νημα*. Straboni, præfectura est in ea parte Aegypti, quæ est supra Memphim, nomen habens à duabus nitriis, quæ plurimum ferunt nitri. Vide Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 16.

Noa, Sénitarum oppidum est ad Nilum fluvium, teste Plin. lib. 6. cap. 29.

Noæ, *νηε*, Urbs Siciliæ. Gentile Noæus, Steph.

Noás, *νηας*, Thracie fluvius est, ex Hæmo monte nascens, & in Istrum influens. Autor. Herod. lib. 2.

Nödinius. pen. prod. Deus quem divus August. in lib. de Civ. Dei, ex Varrone scribit cultu fuisse à veteribus Romanis, putantibus Proserpinam frumentis præpositam germinantibus & proserpentibus: geniculis vero, non disq; culorum, deum Nodinum: involucris autem illis folliculorum, deam Voluntatem: quem folliculi patefecerunt, quæ exeat spica, deam Patefam: quem segetes novis arisq; exæquuntur, Hostilinæ deam: quia hostiæ ac hostimentum veteribus exæquationem significabat. Floram quoque adjicit, & Lactucinam, & Macturam, quæ florentibus, lactescensibusq; ac maturescensibus præsentibus frumentis.

Noega, Oppidum est Hispaniæ Tarracensis, in tractu Asturum in peninsula Pesci, Autor. Plin. lib. 2. cap. 20.

Noemagus, Vide N E O M A G V S.

Nola, *νηλα* Ptolemæo, Campaniæ urbs mediterranea, quam Virgil. ob aquam sibi denegaram è carmine suo erasisse dicitur. Hanc prius Sidicinum fuisse dictam scribit Plin. libro 3. capite 5.

Nomadæ, dum, *νημαδης*, Africæ populi inter Zeugitanam regionem, & Mauritaniam siti, qui postea literis aliquot mutatis Numidæ appellati sunt. Hos scribit Salustius ex Persis ortum traxisse, qui Herculem in Hispaniam sunt comitati: eoq; mortuo, in Africam trajecisse, locaq; occupasse Oceanum proxima, alveosq; narium inversos pro tuguriis habuisse: deinde paulatim per connubia sibi Getulos miscuisse: posteaq; Numidæ nomen propter multitudinem à parentibus digressos, possedisse ea loca, quæ proximè Carthaginem Numidia appellatur. Hæc ille. Dicti autem sunt Nomades *νημαδης*: hoc est, à pascendo, quæd pastoriibus præcipue vacaret, herbisq; uno in loco depalatis, papilliones suos curribus aliò transvehent. q Sunt & alii Nomades in Scythia supra Maeotim, Agathysis & Basilidis finitimæ, quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 12.

Nomæci, *νημακαι*, Populi qui postea Scythæ dicti sunt, Stephanus.

Nomba, *νημβη*, Urbs Iudeæ. Gentile, Nombæus, Stephan. ex Iosepho.

Nomentum, *νημεντον*, Stephano: Vulgo Lamentana. Ger. *Stadt im Namental*] Oppidum in Latio, non procul ab Roma Mart. lib. 13: Si vicina tibi Nomento rura colantur, q Ninc Nomentana via Romæ, qua itur Nomentum: & Nomentanæ, *νημεντε*, qui Nomentum habitant. Dicunt Nomentum à Nomento conditore.

Nomius, *νημιο*, Dictus est Apollo, quasi pastor, sive quod cælo exulans (ut fabulantur poëti) Admeti regis pecus parvit: sive (ut se habet res) quod Solis calore omnia hæc inferiora pascantur & vegetentur.

Nona, *νηνα*, Vna ex Parsis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Partas dixerat: quod tempestivū tempus partus, sit & nono & decimo mense: qui verò ante hoc tempus in lucero prodeunt, aut mortui nascantur, aut paulò post moriantur. Vide ea que annotavimus in dictione Morta: & quæ ea de re scripta sunt apud Gell. lib. 3. cap. 16.

Nonacris, *νηνακρη*, pen. corr. *νηνακρης*, Plin. lib. 4. cap. 6. Mons est Arcadiæ: aut (ut alii malunt) regicula montosa, cum oppido ejusdem nominis. Vitruv. lib. 8. cap. 3: Est in Arcadia Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillantes ex safo frigidissimos humores. Hæc autem aqua, *νηνακρη* appellatur, quam neq; argenteum, neq; æneum, neq; ferreum vas potest sustinere, sed diffilit ac dissipatur: conservare autem eam & continere, nisi ungula mulina nil potest.

Nonacris, *νηνακρη*, crista, crium, *νηνακρης*, *νηνακρητης*. Ovidius in Fast. Et matr., & vati parat Nonacris heros. q Item Nonacritus, crista, num. Idem: Quid fuit asperius Nonacris *Atalanta*?

Nonymna, *νηνυμνη*, Urbs Siciliæ, civis Nonymnæs, Stephanus.

Norbæ, Cæsarea, Lusitanæ urbs, Ptolemæo, lib. 2. cap. 5. Vulgo Alcantara.

Norscum, pen. corr. *νηρκυλα*. Ger. Das Beyerland mit sempelte Stat. Pol. Bauwarks *καμια*. Vng. *Bauaria*.] Regio est Germania habens ab Occasu Aenum fluvium, qui medius est nec Vindelicos & Noricos: à Septentrione Danubium: ab Ortu Solis montem Cecium, qui Pannoniæ superiorum disternat à Norico: à Meridie mōtem Curvancam, qui est super Istriam. Eam nunc regionem bona ex parte *Bauaria* appellant. Sunt qui vulgo *Stria* & *Carinthia* vocant.

Norskus, a, urn, *νηνε*. Horat. lib. 1. Carm. - quas neq; Noricus Deterret ensis. Virg. 3. Georg. Tum sciataæris Alpes & Noncasique Castella in tumulis, &c.

Nortmanniæ, Regio Galliæ ultra Sequanam flumen, qæ à Carolo Magno devicta, fidem Christianam suscepit: ita dicta à Nortmannis Cimbriæ Cheronenses populis, qui eam regiæ occuparunt. Nortmanniæ autem nomen, Germaniæ præculdubio, vocabulum est, qui Mart. Septentrionem appellant, & Man. virum. A' Cesare totus ille tractus inter Armoricas ciuitates numeratur.

Norvegia, Regio in Europa, Septentrionalis, versus Oceum Germanicum sita, sub imperio regis Danorum. Vulgo Norway.

Noscopion, *νηνοσκο*, Lyciæ urbs est, apud Plin. lib. 5. cap. 27. Nofræ, *νηνε*, Insula est maris rubri, teste Stephano: cuius incolæ dicuntur Nosoren.

Notsum, *νηνο*, Oppidum est Ionie nō procul à Colophone: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29. q Est item Notium Calydnes insulæ oppidum: Idem lib. 5. cap. 31: Calydne insula cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero. Vulgo Cabo de Mar. Notium mare, *νηνο ηλαιο*. A' Græcis dicitur ea maris Mediterranei pars, quæ est inter Ligusticu & Siculum: alio nomine à Tuscia, quam alluit, Tuscum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5: A' Ligustico usq; ad Siciliam insulam, Tuscum: quod ex Græcis alii Notium, alii Tyrrhenum, è nostris plurimi Insulum vocant.

Nötius, *νηντ*. Gall. Le vent de Midi. Ital. *Astro*. Ger. Das Sudwind/ Wind von Mitag. Fland. *Zuyden*. Hisp. *Vento demedio dia*. Pol. *Wiatr polydniewi*. Vng. *Deli gel*. Ang. *The southwest wind*.] Ventus Meridionalis, quem nos Australis appellantur: ita dictus *νηντ*, *νηντ*: hoc est, ab humiditate.

Nötius, a, um, *νηντ*: Idem quod Australis, & humides. Nam Græci *νηντ* vocant, quem nos Australis.

Nova Mœniæ, *νηνα μαι*, Sarmatæ urbs in Europa, Ptolemæo lib. 3. cap. 5. Hodiæ *Album castrum* appellant. Stephanus quoq; ejusdem nominis urbē in Acolide constituit, cuius cives Nectichitas ait appellari. Vulgo Welfsenburg.

Növanus, *νηνα*, Fluvius est in agro Pitinæ trans Apenninum, qui æstivis solstitiis supra modum augetur, & circæbrum siccatur. Vide Plin. lib. 2. cap. 103.

Növaria, Oppidum est Italiz in tractu trispadano: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgo Novara.

Növellus Torquatus, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberii Cæfaris, qui gestis honoribus è Praetura ad Proconsulatum

# NOV NVB NVC NVM

consulatum usq; pervenit. Hic Tricongius cognominatus est, quod tres congiis vini uno impetu erupavent, adeo q; siccaverit, ut nihil profrus reliquerit quod ad pavimentum posset elidi. Autor Plin. lib. 14. cap. 22.

Nōvēm Vīæ, *ovia* oddi Stephano, Civitas Thraciæ, quæ & Amphilipolis, *amphipolis* dicitur.

Novium, *vitis*, Tarragonensis Hispaniæ urbs, in tractu Artabrorum non procul à Nerie promontorio.

Novius, Fluvius Britannia. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

Novum Comum, *xom*, Galliæ Cisalpinæ oppidum est ad Latinum lacum situm: antea Comum appellatū, donec deditis cō à Divo Iulio quinque colonorum millibus auctius factum, Novum comum appellatum est, & oppidani Novocomenses. Vide Strab. lib. 5.

N ante V.

Nubæ, *nubia* Stephano, Populi sunt Libyæ, ad sinistrum Nil flexum habitantes, in multa divisi regna, teste Strabone libro 17.

Nuceria, *nuceria*. Vulgo Nocera, Civitas Campaniæ, cujus populi dicti sunt Nucerini, & ager ipse Nucerinus. Plin. lib. 3. cap. 5: Haud procul à mōte Vesuvio ager Nucerinus est: & novem M. passuum à mari ipsa Nuceria.

Nuditanum, Hispaniæ Baeticæ oppidum est, apud Plin. lib. 3. capite 1.

Nūmā Pompilius, *nmpilis*, Ex Curibus Sabinorum urbe ortus, secundus à Romulo Romanorum rex, justitia & pietate insignis, qui pacatis finitimorū odiis, quod truces, effratosq; longa militia animos ad pacis artes traduceret, ad deorum cultum animum adjectit: primumq; ad infimū Argiletum Iani templum cōdedit, quod apterum, bellum: clausum, pacem indicaret. Deinde Dialem, Martialem, & Quirinalem Flamines creavit, Salios item duodecim Marti assignavit: virgines Vestales sacravit. Pontificem maximū primus declaravit, dies fastos, nefastosq; condidit: annum in duodecim menses divisit. Quæ omnia quod majore apud imperitam plebem in veneratione essent, simulavit sibi cum Aegeria Nympha nocturnos congressus esse, ejusq; se monitu, quæ acceptissima diis essent, sacra instituere. Postremò ubi maxima cum reverentia & suorum, & finitimorum crevisset, quadragintaq; annis regnasset, diem suum obiit. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe condita.

Numana, Oppidum est Piceni, & Siculis conditum, teste Plin. lib. 3. cap. 13..

Numantia, *nmpantia*, *nmpantia* Stephano: quibusdam Cesar Aegaei alii verò Soria, Celtiberorum insignis fuit urbs: quæ quā à Romanis frustrā obfessa fuisse per annos quatuordecim, tandem ab Africano cuius Paulus pater Perseus vicit, fame potius, quam viribus est delecta. Quum enim fame laboraret, nec eis daretur justi certaminis copia, omnia sua, & scipios igni concremarunt. Florus lib. 2.

Numantinus, *nmpantinus*, *nmpantinus* Stephano, Numantia incola. Quod etiam cognomen Scipionis Aemiliani fuit, qui Numantium expugnavit.

Numatius Plancus, Nobilis fuit Romanus, Iulii Cæsaris temporibus, qui primus Lugdunum Coloniam deduxit. Ad hunc extant Ciceronius aliquot epistolæ, & Horatii carmen. Sunt qui scribant Munatius.

Numenius, *nmpnus*, Misericordia regionis (quæ mari rubro proxima est) sub Antiocho prefectus, qui Persas eodem die nivali, & equestri certamine vicit: geminaq; eodem in loco lovi & Neptuni trophyæ erexit. q; Fuit & Numenius Platonice se & philosophus, quem Origenes non dubitat certis omnibus philosophis anteponere. Huc ferunt, quum Platonis dogmata cū Mosis mysteriis conferret, illud identidem afferuisse Platonem sibi profrus videri Mosen alterum, Attica eloquentia divinitatis arcana rimantem.

Numerius, *nmprius*, A' numero prænomen deductum est.

Numestrani, Populi Italæ, in tractu Lucanorum, Ursentinis, & Volventanis proximi: quorum meminit Plinius libro 3, capite 11.

Numiscius, Fluvius in Latio, in quo reportū cadaver Aeneas, & Anna soror Didū sese submersisse fertur. Hic postea decrevit, & in fontem redactus, qui & ipse postea exiccatus est, sarcis Vestæ (cum hæc fluvio modò libari fas erat) junâ intercepit. Ovid. 3. Fastor. Corniger hæc tumidis rapuisse Numicius nondi Creditur. Virg. 7. Aen. - hæc fontis stagna Numici. Vbi Numici per apocopen-dixit pro Numicis.

Nūmidia, *nmpidix*. Vulgo il regno d' Tunis. Ger. Das Königreich in Afrika ] Pars Africæ, inter Cæsariensem Mauritaniam, & Carthaginemensem regiones, cujus populi à Latinis Numidae, à Græcis Nomades, *nmpides*, dicuntur, quasi in pascuis inter armenta degentes: dñs *nmpidix*, quod est pascere. Erat enim ea gens rei pecuariae in primis studiosa, & ob id ad latiora pabula cum usus requirebat, magalia sua transferebat: quemadmodum & Hamaxobites, qui plaustris domos suas erūscere-

# NVM NVN NVR NYC 215

bant. Plin. lib. 5. cap. 3: Numidae verò Nomades, à permittadis pabulis, mapalia sua: hoc est, domos plaustris circumferentes. Hæc Virg. lib. 4. Aen. Infræni Numidae appellatur, quod equos non strigo, quemadmodum nos coasnevimus, sed virgula dantaxat regerent.

Nūmfdi cūs, *a, um, nmpidix*: ut Lapis Numidicus, qui inter generosa marmora annumeratur. A' Papinio Libycus silex appellatur. Et pavimenta Punica à veteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico strata erant. Vide supra NOMADES. Nūmfdi ānā pyra, A' patria nomen sortita: quorū meminit Plin. lib. 11. cap. 15.

Nūmfdi, pen. corr. Filius Procæ Albanorunt regis, & Amulii frater, Romuli & Remi avus maternus. Hic Rheam Syviā filiam habuit, quam Amulius pulso Numidore fratré Vestalem virginem fecit, ne quando sobolem haberet, quæ patrum ulcisceretur. Postea verò fénex à Romulo & Remo nepotibus, occiso Amulio, in regnum restitutus est. Virg. li. 6. Aen. Et Capys & Nūmfdi, & quæ nomine reddit Sylvius Aeneas, &c. Vide Livium, lib. 1. ab Urbe.

Nuncoreus, Sesostridis filius, qui obeliscum illum, qui nunc visitur Romæ in Vaticano, curavit excidendum. Autor Plin. lib. 36. cap. 11.

Nūndrīnā, *nndrinia*, Romanorum dea, à nono die nascentium dicta, qui & Lustricus dicitur. Erat autem Lustricus dies, quo infantes lustrabantur. Is autem erat in masculis nonus, in pueris vero octavus. Vide Macrob. lib. 1. Satura. cap. 16.

Nūpsīā, *npsiā*. Oppidū est ad Nilum fluvium, in tractu Syenitum: cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Nūpsīs, Oppidum est Arabiæ, Nomadibus proximū: de quo Plin. lib. 6. cap. 100.

Nūrsīā, Vrbs antiqua Sabinorum, ex qua Q. Sertorius, vir rei militis scientissimus ortus est. Virg. 7. Aeneid. - quos frigida misit Nursia, & Hortinæ classes, populiq; Latini Vbi Servius: Frigida Nursia, vel quia re vera talis est: vel frigidā dixit: quasi venenosam, & nocentem. Gracchi nanq; ubiq; in concionibus suis Nursinos scleratos appellavere. Scimus autem Virgilium amare historiarum rem per transitum tangere. Hæc ille. q; Huic oppidi incolæ dicti sunt Nursini: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Nūrsīnūs, *nrsins*, *a, um, adjetivum*. Mart. lib. 13: Nursinas poteris parcius esse pilas.

N ante Y.

Nyctēliūs, *nctlius*, Vuon est ex Bacchi cognominibus, trāclum ab eo quod nocturno tempore ejus sacra celebrabantur, quæ Nyctēlia, *nctlia*, dicta sunt.

Nyctēus, per duas syllabas, *nctus*. Neptuni fuit filius ex Cælæne Atlantis filia, quem ex Amalthea Cretensi nympha Antropum & Nyctimenem suscepisse ferunt, ipsumq; ab hac posteriore turpi amore adamatum cum eadem nutricis opera ignarum concubuisse: sed scelerate cognito Nyctimenem occidere voluit: illa. verò fugiens, miseratione Minervæ in avena sui nominis versa est, & in ipsius tutelam suscepta est: *nctlius* enim Gracis noctuum sonat. Vide Ovid. lib. 2. Metam.

Nyctileia, *nctlia*. Ger. Opfer so zu thien Bacchi nahts gehattet worden. I sacrificia quæ Bacchο siebant, à nocturno tempore dicta. Vnde & Bacchus Nyctileus, *nctlius*, vel Nyctilius dictus, quod ejus sacra noctu celebrentur.

Nyctimēnē, *nctliam*, Filia Nyctei, ex Amalthea Cretensi Nympha, quæ nefando patris sui amore capta, opera nutricis cum illo concubuit: tandemq; agnita, quum pater eam vellet occidere, fuga se subduxit: imploratoq; Minervæ auxilio, transformata est in avem sui nominis, quæ à Latinis Noctua dicitur. Græci etiam *ylax* appellant: quæ etiā nunc sceleris sui conscientia, lucem fugit, nec nisi noctu volat. Ovid. 2. Metam. An que per totam res est notissima Lesbon, Non audira tibi est, patrum temerasse cubile Nyctimenen? avis illa quidem, sed conscientia culpa Conspectum, lucemq; fugit, tenebrisq; pudorem Cælat, & a cunctis expellitur æthere toto.

Nyctorix, Babyloniorum regia, maximæ animi mulier, & quæ ipsam Semiramidem solertia longè superavit. Vide Herodot. libro 1, ubi tamen hæc non Nyctorix, sed Nitox apellatur.

Nymphæ, *nmpfiæ*, Insula est juxta mare Adriaticum, in qua Calypso dicitur habitatse. Gétile est Nymphagus, *nmpfiæ*, Stephan.

Nymphæum, *nmpfiæ*, Stephano, Oppidum est in Taurica regione, non procul à Bosphoro Cimmerio, juxta Paanticæum, & Theodosiæ portum habens utilissimum, teste Strabo lib. 7 & Plin. lib. 4. cap. 12. q; Est item Nymphæum, locus quidam in ea Macedoniæ parte quæ mare Adriaticum spectat, non procul ab Apollonia tam finibus, perram habens igne yomentem, cui subsum fontes, qui aqua tepida, bitumineq; scarent. Autor Strabo lib. 7.

Nymphæus, *nmpfiæ*, Italiæ fluvius est juxta Velitras, non procul

procul à Circis in mare influens. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.  
Nymphās, adis, νυμφαί, Locus est Arcadiæ, cuius incolæ vocantur Nymphas. Steph. ex Pausania.

Nymphodorus, νυμφιδόρος, Medici insignis nomen, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 10.

Nýfā, νύφη, Vrbs est in ea parte Arabiæ, quæ Aegypto contermina est, apud quā (ut Diodot. ait,) Bacchus educatus à Nympha fertur. Vnde & Nyseus, νύσεος, νύσης dictus est ac Dionysius, à Iove scilicet & Nysa nomine accepto. q Nysa etiam civitas in India est, à Libero patre (ut refert Strabo lib. 15.) condita, carminibus poëtarum celebratissima: sita sub radicibus montis, quæ Meron incola appellavit. q Alia est Nysa in Boeotia, apud Homer. in Catal. navium, quam tamen in castigatis exemplaribus Nissam videmus appellari. Alia in Caria apud Plin. lib. 5. cap. 29. q Est item vicus in Helicone, apud Stephan. Baccho sacer. q Item oppidum Eubœæ, apud cundem, in cuius agro fabula sunt eodem die & vites florere, & uvas maturescere, Ptolem. præter has duas alias ejusdem nominis urbes commemorat, quarum alteram in Lycia, alteram in Ionia collat. Plin. lib. 8. cap. 39: Nysam India montem esse tradit, juxta quem lacertæ ad 24. pedum longitudinem fervunt ex crescere.

Nysæa, pro Indiæ oppido lege. NYS A. Pro emporio autē sive portu Megarensum, lege NIS A&A.

Nyseus, νύσεος, Disyllaba dictio, Bacchi cognomen est: à Nysa Arabiæ oppido, ubi fertunt esse educatum. Ovidius libro 4. Metamorphos. Additur his Nyseus, inde consuebat Thyonus.

Nysirus, vide NIS Y & V S.



Anus, αἰνεῖος, Lydiæ oppidum, apud Steph. Oasis, οἴασις, Oppidum in desertis Libyæ, septem dierum itinere à Thebis distans, quod Herodotus aetate à Sauniis tenebatur, ut ipse refert libro 3.

Oaxis, οἰαξις, Fluvius Cretæ insulæ, ab Oaxi Apollinis filio sic vocatus: unde & Oaxia tellus, Creta appellatur. Virg. Aeglog. 1: Pars Scythiam, & rapidum Cretæ venientius Oaxem. At Servius putat esse fluvium Mæsopotamiæ, cretum vobentem limum: unde à poëta rapidum cretæ putat appellatum Quæ tamen interpretatio à dōctioribus omnibus merito rejicitur.

Oaxus, οἰαξος, Civitas Cretæ, ab Oaxo Minois ex Acallide filia nepote: vel à situ loci, quod crepidines Græci Axos vocent. Herodotus quoq; li. 4. Oaxum urbē Cretæ facit, in qua Etearchus pater Phronimæ matris Battæ regnavit, qui Cyrenæ Libyæ urbem ædificavit.

O ante B.

Obaren, ὄβαρεν, Armeniæ populi, nō procul à Cyro fluvio: quorum meminit Stephanus.

Obrima, μέγα, Vnus est ex tribus fluminibus Apamiam urbem in Asia celeberrimam ambientibus. Plin. lib. 5. cap. 29: Tertius conventus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas, deinde Ciboton. Sita est in radice montis Signiæ, circunfusa Marsia, Obrima, Orga fluminibus in Mæandrum cadentibus.

Obris, ὄβρις, Fluvius est Galliæ Narbonensis, ex Gebenna monte nascens, quem Ptolemaeus Obrium, Plinius Obrim appellat. Vide Pomponium, ad finem lib. 2.

Obnula, οὖται, Oppidum ulterioris Hispaniæ, in conventu Astigitano: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Obulco, οὖται, Oppidum mediterraneum ulterioris Hispaniæ in conventu Cordubensi; cuius meminit Plinius libro 3. capite 1.

O ante C.

Ocalea, οὐαλεά, sive Ocalee, es, pen. corr. οὐαλεά, Bœotia oppidū est, cuius meminit Homerus in Catalogo naviū: Ωὐαλεάν, μεδινατ̄. οὐαλεάν περιθέρων.

Oceanus, pen. corr. & persimplex c. [οὐαλεάς. Ger Das hoch Meir oder gross Meir.] Colli & Vestæ filius, & maritus Tethyos, quem poëta maris deum efficiunt. Virg. 4. Georg. Oceanūq; patrem terum, Nymphasq; sorores. q Oceanus item magis universum appellatur, quod universem circuit terram. q Pro eodem etiam neutro genere Oceanum dicitur, præsertim si Mare sequatur, ut Caper & Probus testantur. Irrumpit autem Oceanus in Medium terrarum, inter Africam & Hispaniam, Abylam Africæ montem ad dextram, Calpen Hispaniæ ad sinistram relinquens, qui ob altitudinem Herculis columnæ dici consueverunt, eò quod testimonio veteris laboris Herculei limes illic fuerit consecratus. Dictus est autem Oceanus, à Græca voce οὐαλεάς, quæ velocem significat, ut quidam putant. Suidas verò deducere videtur ab εἰ privativa particula, & εἰ, quod est οὐαλεάς, mutato εἰν. Et quanyis nomē sit propriū,

Oceanus, aliquando tamen non mare universum, sed partes eius significat. Quo modo mare, aliquando totum Oceanum ambicatem terras, singulas ejus partes tantum aliquando significat: nam à littoribus plerisque accipit nomen. Ad dextram siquidem, antequam terram intret, Atlanticus dicitur: ad sinistram, Gaditanus: illinc Arabicus, Persicus, Indicus. Hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus. Postquam vero terras intravit, primò ab Iberia: hoc est, Hispania, dicitur Ibericum mare. Tum à Balearibus insulis, Balearicum: posthac Narbonensem provinciam cōtingens, Gallicum: Deinde à Liguria, Ligusticum. Mox usque in Siciliam à Tuscia, Tuscum, sive Tyrrhenum à Tyrrheis: sive etiam ad differentiam Superi maris, Inferum appellatur. Superum enim, Adriaticum vocamus, quod ad id ab Urbe venientes, Apenninum descendamus, sive quod Italianam ab ortu alluat. Inde ab Ionibus, Ionii: à Sicilia, Siculum: à Creta, Creticum: ab Afra, Agathicum: & à Pamphylia, Pamphylicum: & multa alia nomina, quæ enumerare longum esset. Poëta tamen Oceanum pro quo cuncte mari usurpant. Virgil. 2. Aeneid. Et ruit Oceanus nox. q Est & Oceanus solium vastum in balneis, & omnino lacus, alveusque major, ab amplitudine vocatus, & à lavantium quoque strepitu, & marino quasi æstu. Lampridius: Oceanus solium primus inter principes Alexander appellavit, quum Trajanus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Nam thermarum magnitudo Romæ quanta fuerit. Ammianus testatur libro sexto decimo, quum inquir: Lavaca in urbe in modum provinciarum extracta. q Ab Oceanus fit Oceanitis, pen. prod. tidis, οὐαλεάτης, οὐαλεάς, pro filia Oceanii. Virg. lib. 4. Georg. Oceanides ambæ.

Océum, οὐαλεάς, Hispaniæ Tarragonensis urbs, in tractu Gallorum, teste Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Ochâ, οὐαλεάς, Eubœæ insulæ oppidum est, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Ochus, οὐαλεάς, Fluvius, qui in Indiæ montibus ortus, per Barbarianorum regionem fluit. Plin. lib. 6. cap. 16.

Ocnus, οὐαλεάς, Tyberis filius fuit ex Mano muliere fatidica, Tiresiae Thebanæ filia, qui in Gallia Cisalpina urbem condidit, & à nomine matris Mantuanum appellavit. Virg. 10. Aeneid. Ille etiam parris agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantus, & Tuscæ filius amnis, Qui puros, matriq; dedit tibi Mantua nomen. q Est etiam Ochnus nomen cuiusdam apud inferos, multis insignium artificum picturis celebrati, quæ effinxerunt perpetuò torquentem funem, astante asella, quæ quantum ille torisset, statim præoderet. Inde ortum est proverbium: Ochnus funiculum torqueret: quod quæcum in eos omnes comportat, qui non profuturam in re aliqua operam collocant, cum in eos præcipue qui quæcum nihil neque laboris, neque industriae ad augendam rem familiarē prætermittant, nihil rama reduntur ditiones, quod domi habeant asellam: hoc est, uxorem prodigam, quæ quicquid misellus multis sudoribus corrasit, strenue profundit. Ad hanc picturam alludit Propertius lib. 4. Eleg. Dignior obliquo funem qui torqueat Ochno, Aeternumq; tuam pascat asella famem.

Ocrium, sive Orion, οὐαλεάς, Britanniæ insulæ promontorium est, apud Ptolemaeum, libro 2. capite 3. Vulgo Mons S. Michel.

Octavians, à Velitræ originem accepit, quam nonnulli Augusti gratiam per assentationem captantes, nobilitate eximia fuisse proddiderunt. Ipse autem Augustus nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit, yetere ac locuplete, & in qua primus Senator suus pater fuerit. M. Antonius libertum ei proavum exprobaret, Rectionem è pago Thurino, & avum argentarii. Ex Tranquillo. Cic. in Epistola quadam, (si modò ejus autor est) cum nepotem argentarii, & filium adstupulatoris vocat. Vt cunque id fuerit, constat Augusti patrem honestissimum fuisse, magnaq; laude Macedoniam provinciam administrasse, ex ipsius etiam testimonio Ciceronis, quæ ad Quintum Fratrem scribēs, hortatur ut in promerendis sociis vicinum suum Octaviū imitetur. Natus est Octavius Augustus M. T. Cicerone, & C. Antonio Consulibus: cui infanti cognomē Thurino inditum est, in memoriam originis majorum. Postea C. Cæsar, & deinde Augusti cognomen affumpsit: alterum testamento majoris avunculi, akerum Munatii Planci sententia. De his vide Suetoniū in vita Octavi. q Octavius Manilius, alias fuit, cum quo Aulus Posthumius Dictator bello Tusculano dimicavit, ut scribit Cicero 2. de Naturæ deorum, & in Epistolis ad Atticum libro 9. q Alius Octavius Balbus iudex, homo & juris & officii petitissimus. Cic. 4. Verrina. q Alius Octavius Marsus sceleratus & insigis latro, de quo Cicero 11. Philip. q Qu. Octavius L. Cinna collega in Consulatu interfectus. Pædian. q Octavius Avitus, & Petilius Faustinus, fuita Virgilii adnotarunt, locaq; indicarunt unde carmina essent suscepta, ut ait Servius. Fecit & hoc idem Macrobius.

Ostaviz

Octavianus, duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propriorem Octavia soror Augusti fecit: altera theatro Pompeii proximam Cn. Octavius, Cn. filius, qui fuit ædilis curulis Pr. Con. Decemvir sacris faciendis, triumphavitque de rege Perse navalí triumpho: quam combustam reficiendā curavit Cæsar Augustus. Festus.

Octavianus, a, um, Cic. i. de Divin. Ex quo genere sep̄ ariolosum etiam & vatum furibundas prædictiones, ut Octaviano bello Cornelii Culeoli, audiendas putaverunt.

Octavianus, Augusti Cæsaris cognomē: inde tractum, quod ex Octaviorum familia in Cæsarum gentem fuerit ad optatus, quemadmodum & Africanus minor dictus est Aemyianus, quod Pauli Aemyli filius fuerit, à P. Cornelio Scipione adoptatus. Solebat enim in adoptionib. nōmē naturalis familiæ una aut altera litera extenti ad eam retinendam memoriam. Octodurum, οὐαδύρον, Vaccorum oppidum in Hispania Tarraconensi, cuius meminit Ptolemaeus lib. 2. cap. 6. Vulgo Tero. q̄ Est etiam Octodurum oppidum in Alpibus Cottii, non procul à Centronibus: cuius incola Octodurenses commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 20. Vulgo S. Mauricio.

Ocyalus, οὐαύλος, Vnus ex Phæcibus, tempore Alcinoi regis, ut ostendit Hom. lib. 8. Odys.

Ocypete, οὐαύπητη, Vna ex Harpiis: sic dicta, quod alarum velocitate polleat: & enim celer, & citus dicitur. οὐαύπητη, volo, as. Vide Cælium lib. 39. cap. 27.

Ocyrrhoe, οὐαύρροη, Nympha fuit, Chironis Centauri filia ex Chariclo Nymphâ: ita dicta à celeriter fluendo. οὐαύρροη, celer, & p̄ fluo. Poëtæ in carmine abjiciunt alterum r, quod aliter hexametrum carmen nequeat ingredi. Ovid. 2. Metam. -quam quoadam nympha Chariclo Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit Ocyroon.

### O ante D.

Odeſſus, οὐαός, Vrbs est in Mœſia inferiori, inter Axiacem & Boryſthenem amnes, paululū a Ponto Euxino remota: autor Ptolemaeus tabula Europæ oſtava, & apud Melam, lib. 2.

Oditæs, οὐαίτης, Vnus ex Centauris, Ixonis ex Nube filius, à Mopso interfictus in nuptiis Pirithoi. Ovid. 12. Metam. Occubuit, frustraq; loqui tentavit Odites.

Odius, οὐαός, Halizonum dux fuit, quem Agamemnon in bello Trojano interfecit. Hom. lib. Iliad. 5.

Odrusæ, οὐαόης, Populi sunt Thracia. Plin. lib. 4. cap. 11. Horū q̄litas amplissimum fuit regnum, ab Abderis Thraciæ urbe usq; ad Pontum Euxinum, & Istrum fluvium extensum. Vide Thycidem lib. 2.

### O ante E.

Oea, οἰα, Africæ civitas est, una ex tribus quæ Tripolim illâ Africanaam fecerunt. Solitus, Achæi Tripolim lingua sua signat de trium urbium numero, Oea, Taphræ, Leptis magnæ, &c.

Oeagrus, οἰαγρος, Nomen est patris Orphei. q̄ Est præterea hoc nomine Thracia quidam fluvius, à quo Hebris initium sumit, qui ob id Oeagrius cognominat. Virg. 4. Georg. Tum quoq; marmorea caput à cervice revulsum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebris, &c.

Oeanthæ, οἰανθη, & oīanθη, Stephano, Oppidum est Locorum: apud Plin. lib. 4. cap. 3.

Oebares, οἰαβαρε, Darii stabularius, cuius industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est. Nam quum placuissest septem Persarum Satrapis, ut postridie singulos equos certum in locum adducerent, cujusq; equus primus hinnitum edidisset, is Persarum rex declaretur: Oebares re intellecta, domini equi eodem in loco quod conventuri erant, equæ admisit. Quò quid postridie reduceretur, coitus desiderio rursus hinnitum edit. Vide Herodotum lib. 3. & Iustinum lib. 1.

Oebalæ, οἰαβαλη, Vulgo Taranto. Regio in Peloponneso, quæ & Laconia dicuntur ab Oebalo Arguli filio, qui rex Laconum fuit. Statius lib. 1. Achil. Solverat Oebalio classem de littore pastor Dardanus. Quod autē Virg. lib. 4. Geog. dixit: Nanq; sub Oebalæ memini me turribus altis, &c. idè posuit, ut ostenderet Tarentum à Laconibus suis conditum, quorum pars est Oebala.

Oebalidæ, pen. corr. οἰαβαλιδη, Dicti sunt Castor & Pollux ab Oebala Laconia regione, in qua nati feruntur. Ovid. 5. Fast. Effugere Oebalidæ cursu potuere sequentes. Helena quoque horum soror eandem ob causam Oebalis dicta est.

Oebalus, pen. corr. οἰαβαλος, Rex Laconum, Arguli filius, à quo regio Oebalia. q̄ Alius fuit Telonis Capreiarum regis, & Scberidæ nymphæ filius, qui bonam Campaniæ partem in ditio nem suam rededit. Vide Servium in Virg. 7. Aen.

Oechaliæ, οἰαχαλια, Vrbs Laconia, ab Oechaleo fluvio eam præterfluenre ita dicta, sed postea ab Hercule eversa. Vnde & ea pars Laconia, quæ ubi huic propinquæ est, Oechalia appellatur. Virg. 8. Aen. Ut bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamq; Oechaliæm. In hac Eurytus regnavit, qui Herculi famam Iolam aare promissam negavit, quod filius eum dehor-

tatus, Herculem & uxorem & filios esse interemptum affir- maverat. Quare illum & filios interemit, atq; Oechaliam ejus urbem evertit, teste Virg. 8. Aen. Ovid. lib. 9. Metam. Victor ab Oechalia Cenæ ritè paravit Sacra Iovi. q̄ Aliae etiam fuerunt Oechaliz, ut in Thessalia, & Eubœa.

Oedipus, hujus Oedipodis, vel Oedipi. [ οἰδίπους. German.

Ein Sohn Lai des Thebanischen Königs / welcher dem wunderthies Sphynx genaunt sein frag außgelebt hat, und es barnach umbbrach.] Lai, Thebanorum regis & locastæ filius fuit: quem pater quid ex Apollinis oraculo futurum intellexisset. ut à filio occideretur, pastori occidendum tradidit: qui misericordia commotus, quem invitus regiæ stirpi manus inferret, neque tamē regis imperium auderet detrectare, perforatis gladio plantis, vimineque trajecto, ex arbore suspendit, futurum putans ueita inedia moreretur. Cæterum quum Phœbas Polybii Corinthiorum regis pastor illâ iter ficeret, auditio vagitu, ed accurrens, puerum servavit, reginæque: quæ liberis carebat, magni munera loco obtulit: à qua, veluti puer cœlitus missus, filii loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus, Oedipus est appellatus. Grandior deinde natu factus, quum forte Thebas venisset, Lajum patrem suum ignorans occidit, locastamque matrem duxit uxorem. Postea verò re cognita, tantorumque à se scelerum poenam repetens, utrumque sibi eruit oculum, Athenasque in voluntarium concessit exilium. Declinatur autem Oedipus, podis, per tertiam declinationem: vel Oedipus, Oedipi, per secundam: ut apud Plautum in Pœn. Oedipo, est conjectore opus, qui Sphinga interpres fuit. q̄ Pro eodem etiam legimus Oedipodes, & per primam declinationem. Statius lib. 1. Thebaid. Oedipodes confusa domus. q̄ Davus sum, non Oedipus, proverbio usurpatur à Davo apud Terentium in Andria, quum veller significare hominem scire rudem, ad intelligenda obscuriora enigmata minime parem esse. Tractum est proverbium à callido, acutoq; Oedipi ingenio, quod dissoluto Sphingis enigmata in vulgi cœssit proverbium.

Oedipodion, οἰδίποδιον, ab Oedipus deducitur. Lucan. Oedipodion, infelix fabula Thebas.

Oedipodion, οἰδίποδιον, pen. cor. Patronymicum masculinum. Stat. 1. Theb. Interē patriis olim vagus exul ab oris Oedipodionides furtim deserta pererrat Aonia.

Oenanthia, οἰανθη, Vrbs Sarmatia in Asia. Ptolem. lib. 5. Hodie s. Sophia, alias Oenanthie.

Oeneus, οἰανεος, Actolæ rex Parthaonis filius, qui ex Althea Thestii filia Meleagrum, Tydeum, & Dejaniram genuit, quam Hercules duxit uxorem: licet alii matrem Tydei Eurigōēam appellent. Stat. libro 1. Theb. Vos quæ progenies quanquam Calydonius Oeneus, &c. Fabulantur Poëtæ, regem hunc de primitiis, omnibus numinibus sacrificasse, excepta Diana, quæ irata aprum immisit qui cuncta vastabat, donec à Meleagro occideretur. Hæc Servius.

Oenæus, a, um, pen. prod. Quo usus est Ovid. 8. Metam. & Oeneus per quatuor syllabas, quo uitur Stat. 5. Theb.

Oenända, οἰανδη, Oppidum Cabalæ, quæ Lyciæ regiuncula est, tria habens oppida, Balburam, Bubonem, & Oenæandam. Autor Plin. lib. 5. cap. 27.

Oenochæmæ, οἰανχαιμη, Mons in finibus Africæ.

Oenochœnus, Vide ONOCHONVS.

Oenomaus, οἰανομας, Hippodamiae pater, Elidis rex, & Pisæ, & ex Marte & Harpina Asope: seu, ut alii tradunt, Eurythoe Danaï filia progenitus, qui quum ex oraculo se à genero interficere trii didicisset, & illa tamē à multis procis ob formæ præstantiam ambiretur, curule certamen procis proposuit, ea lege ut filia viatori in matrimonium cederet, vietus mortem subiret. Tredecim igitur vieti & occisis, Pelops Tantalifilius amore ejus captus, Myrtillum ejus aurigam pretio corrupti, ut axes infirmos & fragiles currui subjungeret. Quo facto, Oenomaus unā cum curru corrut, membrisque omnibus ea ruina collisis, mortuus est. Pelops itaque & conjugæ regno potitus, universam Cherroneum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Strab. lib. 8. q̄ Alter fuit Peloponnesius in bello Trojano ab Hectore interficetus, teste Homer. Oenone, οἰانων, Nomen Nymphæ Phrygiæ, quæ Paridem adavavit. Ovid. in Epist. Quum Paris Oenone poterit spirare res licta, Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

Oenopidæ, οἰανοπιδη, Nomen Mathematici ex Chiō insula Anaxagora aliquanto minor.

Oenotriæ, [ οἰανοτρια. German. Das Weinland Italiæ.] Regio Italia, seu ipsa Italia, cuius populi Oenotri dicuntur, vel Oenotri: ita appellata λαοὶ τοῦ οἴνου, quod optima in Italia vina nascantur, vel (ut Varro putat) ab Oenotrio Sabinorum Rege. Virg. lib. 1. Aen. Oenotri coluere viri, nunc fama minores Italiam Iolam aare promissam negavit, quod filius eum dehor-

Oenotrides, οἰνοτρίδες, oī. Dieta sunt duæ insulæ, quæ sunt contra Veliam: Pontia scilicet, & Ilicia, Plin.

Oenussæ, οἰνούσαι, Tres insulæ sunt ante Messenæ Peloponæsi urbem: quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 12. q̄ Est itē Oenussa exigua insula, Chio adjaceps: de qua idem Plin. lib. 5. cap. 31.

Oesyme, es, οἴσυμη, Oppidū est in Thracia, sive in ea Macedoniæ parte, quæ Thracia proxima est, non procul à Philippi, & Neapoli. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 11.

Oëta, [οἴτη] Ger. Ein hoher Berg zwischen Thessaliæ und Macedoniam. Mons inter Thessaliæ, & Macedoniam clarus morte & sepulchro Herculis, & copia hellebori, quod optimum in eo nasci traditur. In hoc monte (ut Servius inquit) stellæ videtur occidere, sicut de monte Ida nasci. A' Parnasso usq; Pindū pars in Thermopylas vergens, propriè Oeta vocatur.

Oëtæus, a. um, οἴτης, Vnde Hercules Oetæus, nomen Tragedie apud Senecam.

Oetoſcyros, οἴτοσκυρός, Lingua Scythica Apollo dicebatur. Oëtæus, οἴτης, Gigas ingens fuit, filius Aloï, & frater Ephialtis, qui in Creta bellū gessit, ut Salustius refert. Vnde Octii campi dicti sunt.

### O ante G.

Ogdolapis, Fluvius navigabilis, ex Alpibus fluens, & juxta Segeticam urbem in Saum irrumens. Vide Strab. lib. 4.

Ogdous, οἴδους, Aegypti rex, Achoreus cognominatus, qui Mephim cōdedit à nomine filiæ. Autor est Diodorus Siculus.

Ogyges, pen. cor. οἴγυγης, Thebanorum rex, qui Thebas Bœotias adificavit, circiter mille & quingentos annos ante urbem conditam. Sub hoc rege fuit diluvium magnum, teste Augustino de Civitate Dei, non illud quidē maximū, quod Noë temporibus contigisse Sacré literæ testantur: sed tamē majus eō quodd Deucalionis seculo bonam terræ partem inundavit.

Ogygius, a. um, ut Theba Ogygæ. Autor carminis de Actna, quod Virgilio à quibusdam adscribitur: Nunc juvat Ogygius circundata moenia Thebis, &c.

Ogygia, οἴγυγια, Insula inter Phoenicum & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnauit, appellata: in qua Calypso nympha habitavit, quæ Vlyssen tempestate eō adactum hospitio & lecto exceptit, ejusq; amore capta septem annos apud se detinuit, tandemq; love jubente dimisit. Homerus in primo Odyssi.

Ogylus, οἴγυλος, Insula est inter Peloponæsum, & Cretam, Stephan.

Ogyris, οἴγυρη, Insula est ante felicem Arabiam, Erithræi regis monumento nobilitata. Autor Plin. lib. 6. cap. 18. Rufus ex Dionysio: Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes Carmelidis, quæ se pelagi procul invehit undis Regis Eritræi tellus, &c. Hujus insulæ incolæ dicuntur Ogyritæ, οἴγυρται.

### O ante I.

Oicæs, Filius fuit Antiphatis filii Melampi, & pater Amphiarai Argivi vatis. Homer. lib. 15. Odyss.

Oileus, per tres syllabas, pen. prod. οἴλεος, Locorum rex fuit, & pater Ajacis illius, quem ab eo Virg. Oileum cognominaat lib. 1. Aen. Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei.

Oina, οἴνα, Aristoteli in libro quem οἰνοχοῖσιν ἀντεκόπτων inscripsit. Tusciæ urbs est munitionissima, in cuius medio collis est editissimus, triginta stadiorum, aquas & sylvas in vertice habens. Hoc ratiōne oppidum an unquam fuerit, viderit Ariosteles, nemo Geographorum ejus meminit.

### O ante L.

Olbia, οἰλβία, Pamphyliæ oppidum juxta Cataren fluvium, teste Plin. lib. 2. cap. 27. Fuit & Olbia Bithyniæ urbs in extremo Ascanii sinus sita, quæ postea Nicæa appellata fuit. q̄ Est & alia in Sarmatia Europæ ad Borysthenem amnem, quæ & Borysthenis appellatur à Ptolemæo tabula octava Europæ: cuius etiam Plinius meminit lib. 4. cap. 11.

Olbæpolis, οἰλβαπόλις, Oppidum esse Gallæ Narbonensi apud Ptolem. lib. 2. cap. 10. Strab. lib. 4. Olbiæ vocat.

Olbæpolis, οἰλβαπόλις, Civitas Sarmatæ Europæ, ad Borysthenem amnem X V. M. paff. à Mari recessens. Hanc Milesii considerauit, teste Strab. lib. 7. Vnde & Miletropolis appellata est. Ptolemæus Olbiæm vocat, & Borysthenidem.

Olcachites, οἰλκάχιτες καὶ λατ. Zeugitanæ regionis: hoc est, Africæ propriæ dictæ, sinus est: cuius meminit Ptolemæus.

Olenus, penult. corr. οἰλεος. Bœotiae urbs: sic dicta ab Oleno Vulcani filio. q̄ Fuit & alia urbs in Aetolia, juxta quam fuit aper Calydonius. Strabo lib. 8.

Olenus, οἰλεος, possessiū est ab Oleno: unde Capella Olea vocitata est, Amaltheæ capra, Iovis altrix: præterea quod circa Olenum Bœotiae & nata dicatur, & nutrita. Ovid. 5. Fastor. Nasciunt Oleniæ signi, pluviales Capellæ,

Olerus, οἰλεος, Urbs Cæta in edito loco sita, ultra Hieraptynam. Hinc Minerva Oleria, & Festum olerium in ejus honorem, Stephanus.

Oliaros, οἰλεος, Insula in mari Aegæo, una Cycladū, de qua

Virgil. lib. 3. Aeneid. Oliaron, niveamque Pareo, &c.

Oliba, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hispanæ Tarraconensis urbs.

Olicana, οἰλικανα, Urbs Britanniæ apud Ptolem. lib. 2. cap. 3. Olinzōn, οἰλιζόν, Thessalizæ oppidum, cuius meminit Homerus in Catalogo.

Olympē, es, οἰλυμπη, Urbs Illyridis, cujas incolæ dicuntur Olympia. Autor Stephanus.

Olympia, πιξ, οἰλυμπία, Urbs Eliæ fuit, quinquennali ludo. rum celebritate, quæ & ipsa Olympia dicebantur, toto orbis celebritate. Stephanus Olympiam eandem putat fuisse cum Pisæ. Strabo autem lib. 8. videtur indicare Pisæ partem fuisse. Cic. 1. Tusc. Quum Olympiam venisse in maxima illa quinquennali celebritate locorum.

Olympiæ, orum. [πιξ, οἰλυμπία. Ger. Ολυμπία oder Ολυμπία] Hercules bei der Stadt Olympia der Landschaft Eliæ in den Ionen angerichtet hat.] Ludi ab Hercule instituti in honorem Iovis, circa Olympiam Eleæ regionis urbem: à qua & nomen habent. Hercules enim Augæa Eliæ rege superato, repugnat, ejus stabulo, in campus Olympiæ vicinis juxta Alpheum fluvium, sacerū certamen instituit, quod quinto quoq; anno, vel (ut Lycophronis interpres afferit) quinquagessimo mense celebraretur: idq; eo cōsilio, ut in illo certamine Græci juvenis sece pentathlo: hoc est, quinq; gymnasticis certaminibus exerceceret, castib; scilicet, cursu, saltu, disco, & palæstra: inq; veluti meditationibus verò certamini præluderet. Huic certamini quinto die finis imponebatur: & viator (qui Olympionices vocabatur) oleastro: vel (ut Aristoteli placet) olea, que paulo Stephanos dicitur, coronabatur: tantumq; ei honoris habebatur, ut non per portas urbis, sed per ruinas murorum, sublimis in curru in patriam reverberetur. Horat. 1. Epist. 1: Qui circum pago, & circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia. Cicero de Clar. Orat. Pugiles exercitati pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt. Idem 2. de Divinit. Cursor ad Olympia proficiisci cogitans, vilus ekin somnis curru quadrigarum vchi.

Olympiæ, a. um, pen. cor. Ut Olympiacum certamen, Victoria Olympiaca. Autor ad Herenn. lib. 4: Quasi si quis ad Olympiacum veneret cursum, &c. Virg. 3. Georg. Seu quis Olympiaca miratus præmia palmæ pascit equos.

Olympionices, pen. prod. [οἰλυμπιονίκες. Ger. Der in der Olympia spät oder Schauspiel Olympia den Sieger erhielt.] Qui in Olympia certamine viator evalit, non quippe victoria dicitur. Adianus de Varia histor. lib. 10: Duxit ad Olympicum certamen solum suum Pherenice sc̄mena, prohibentibus eam spectare qui præsidebant: licet id sibi persuaserit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicas. Cic. pro L. Flac. refert quod apud Græcos esse Olympionicem, judicabatur prop̄ esse major & gloriōsus quam Romæ triumphasse.

Olympiæ, adis. [οἰλυμπιάδες. Ger. Ein jahrl. bei den Griechen so sāgt jar in sich hält. Pol. C̄as piēt latw. obie maiaci.] sive (ut Lycophronis interpres tradit) quinquaginta mensis: quod Romani Lustrum appellantur: inter intervallum scilicet interceptu inter duo Olympia. Græci enim tempora per Olympiadis suppatabant, ita numerates, Olympiadis primæ, aut secundæ, aut centesimæ anno primo, vel secundo, vel tertio, vel quarto. Atq; ut Cöles: ita & in Olympiis viatores iterū & tertium dicimus. Plautus in Menæch Iterum (inquit) Pythia & tertium Olympia.

Olympiæ, Nomen mulieris proprium, quo nomine dicta Alexandri Macedonis mater, cuius frequens est mentio apud Plutarch Curtium, & alios.

Olympium, penult. prod. οἰλυμπίον, Locus in Delo, quem quum Atheniensis Adriani sumptu condidissent, Novas Athenas Adrianas vocaverunt. Stephan.

Olympiæ, οἰλυμπία, pen. prod. οἰλυμπιας. Nemē proprium ejus qui docuit Epaminundam cantare tibiis.

Olympus, pi. [οἰλυμποι. Ger. Ein hoher Berg in Thessaliæ, wo der gipfel bis über die Wolken hinauffreicht.] Mons cuius vertex usque ad cōsulit, ut summa ejus accolæ cōsulit: vocant. Propter quod Poëte ecclum Olympum vocat. Dictus Olympus, quasi οἰλεος, hoc est, torus fulgens: solē enim clarū habet, nullisq; unquam rubibus fuscatur. Lucan. lib. 2: nubes exedit Olympus. q̄ Sunt autem quatuor mōtes hoc nomine. Primus mons alutissimus inter Thessaliæ & Macedoniam, qui tamē Thessaliæ ascribitur. Alter in Gallogrecia, vel in Cypro. Alius apud Myos, ad cuius radices Prūia ab Annibale condita. Quartus, ad mare Rubrum in Aethiopiam, hanc longe ab Heliopoli oppido: qui oriente sole usq; ad quinoram die horam flammæ emittit. Virg. 1. Georg. Scilicet atq; Osse frondosum involvere Olympum.

Olympius, οἰλυμπος, Mylius tibicen & poëta Melicus & elegans: Marlyæ Satyri discipulus, qui eitharæ legē dedit, modosq; puerandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Trojani. Ab hoc & mons in Myia nomen accepit. q̄ Fuit item aliis junior è Phrygia tibicen tempore Midæ regis. Sudas.

¶ Praet.

¶ Præter hos fuit & Olympius Némésianus, qui (ut ait Vopiscus in vita Cæsarum) scripsit Halieutica, Cynegetica, Nautica. Olympius itē præfuit, natione Hispanus, inter Christianos commemoratur scriptores à Gennadio. Edidit librum aduersus eos qui naturę, non voluntati liberę & arbitrio peccata nostra ascribunt. & Olympius etiam hexachorum Italiū unius.

Olym̄pīcūs, a, um, ὥλυμπικός, Quod est Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: ut, Iupiter Olympicus. Dicitur est autem Iupiter Olympicus ab Olympo, à quo eruditus & ad virtutem institutus sit. Alii verò à celo, quem Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur. Pulsis Olympicus. Horat. 1. Car. Ode 1: Sant quos curicolo pulverem Olympicum Collegisse juvat.

Olym̄pīcūs, a, um, ὥλυμπικός, Cœlestis, deducētum nomen ab Olympo.

Olynthiūs, ὥλωνθος, Thracie urbs juxta Atricam regionem, sub Atheniensium imperio, quam quum Philippus Macedoniam rex obsideret, nec tam vi capere posset, eisdem custodes auro corrupti, atq; hoc modo suæ ditioni subiecti. Postea verò ab Atheniensibus delecta fertur: quanvis non desint qui à Philippo eversam tradant. Iuven. Satyr. 12: . biberat quo calidus emperor Olynthi. Stephanus autor est Olynthum ab Herculis filio Olyntho conditum, & appellatum fuisse: quanquā non desunt qui à Chalcidensium colonia illuc missa conditū malint. Olynthi item, ὥλωνθος, fucus parvæ, & non maturescentes dicuntur, quas Latini Grossos appellant.

Olyras, ὥλύρας, Flavius est prope Thermopylas, quem fabulārū conatum esse Herculis rogum extinguere. Strabo lib. 9.

Olyssippō, Plin. lib. 4. cap. 12. [ ὥλυσίππης, Prolem̄zō: ὥλυσίππης, Strabō. German. Cui gewaltige Städte am Meerhafen in Portus gelegen heißt jetzt Lysbona.] Lusitaniae urbs, quæ noslris temporibus Vlysbona appellatur. Vulgō Libona.

O ante M.

Omerici, Populi juxta Illyricum, apud Herod. lib. 3.

Ombrīcōs, ὥμερος, Vna & prima ex Fortunatis insulis, habens in montibus stagnum, & arbores ferulæ similes. Plinius lib. 6. cap. 32.

Omphalē, es, ὥμφαλος, Nomen propriū reginę Lydię, quæ Hercules multis munribus ornavit, quod anguē juxta Sagaram fluvii multos homines interficiēt interemisſer. Hęc, ut Poëta tradunt, Hercules sibi servientē etiam ad lanificium compulit, quum ipsa calathum & colum, cultusq; formineos, sagittis & clava, leonisq; tegmine mutasset. Alii dicunt, ob Iphiti Euryti regis filii cædem, à Mercurio, iussu Iovis, Omphalæ Lydorum reginę fuisse in servitutē addictū: & inde esse quod illi servisse, & calathos subministrasse dicatur.

O ante N.

Oñchēstūs, ὥχεστης, Filius fuit Neptuni, qui Onchestum civitatem Mycalesto promontorio propinquam condidit, deque suo nomine appellaravit.

Oñchēstūs, ὥχεστης, Bœotię urbs est, nō procul à lacu Capalde, ubi Amphictionum cōciliū cogi solet, teste Strabo. lib. 9. Condita putatur ab Onchesto heroē, Neptuni filio, & ab eo nomen accepisse.

Oñestīritūs, penult. corr. ὥχεστης, Philosophus & historicus Aeginensis: ut autem Demetrio Magnesio placet: Astypalæus fuit à Diogenis schola. Similitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur. Ut enim hic cum Cyro: ita ille cum Alexandro militavit. Xenophon Cyri Pædium, Onesicritus Alexandri incunabula & originem scripsit. Similiter uterque persequitur laudes ejus, quo Imperatore meruit: stylus insuper utriusque simillimus. Autor Diogenes Laertius. Fuit etiam medicus.

Oñestīmūs, ὥχεστης, Cyprius, seu Spartiata, tempore Constantini magni scripsit de Rhetorica, De statuum differentia, Præexcitationes, Declamationes, & alia, Suidas.

Oñobā, ὥβα, Civitas inter Sacrum promontorium, & Hercules columnas, in Bœtia regione. Autor Plinius libro 3. cap. 1. & Pomp. lib. 3.

Onobalisturia, ὥβαλιστρια: Vulgō Gibralter, Hispaniae Bœtiae oppidum est, teste Ptolem. libro 2. cap. 4, in tractu Tuditanorum: idem cum eo quod Plinius & Pomponius Onobam vocant.

Onochonus, Thessalię fluvius, unus ex iis, quos Xerxes exercitus tradidit ebibisse. Autor Herod. lib. 4.

Oñthyriōn, ὥβηριον, Oppidum est Thessalię juxta Arnen, cuius incolæ Oñthyrii appellantur, Stephan.

Oñuphīs, ὥβηφης, Vrbs celebris Aegypti: à qua vicina præstera Onuphitis appellatur: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 9.

Onythes, ὥβηθης, Nomen proprium Thebani cuiusdam, qui

Aeneam securus, à Turno fuit interfectus. Virgil. 12. Aeneid.

O ante O.

Oñzā, ὥβη, Insulæ in Oceano Septentrionali, in quibus (ut Plinius refert libro 4. cap. 13.) ovis avium, & aves incolæ vivunt.

Oopellum, Britannia insulæ urbs, Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vxellum alijs dicta: hodie Cestria.

O ante P.

Opeconsiva, Dies festi Opeconsivæ deæ instituti, cujus in religia sacrarium, in quod nemo præter virgines Vestales & sacerdotem publicum introbat. Varro lib. de Ling. Lat. 5.

Ophārūs, ὥφαρος, Scythia fluvius, in montibus Caetheis na-

scentis, & in Lagoum transfluvens. Plin. lib. 6. cap. 8.

Ophētēs, ὥφατης, Filius fuit Lycurgi regis Thracum, & alumnus Hypsipyles, alio nomine Archemorus appellatus: quem quum nutrix Argivis Langiam fontem indicatura, in herba reliquisset, serpens interemit. In cujus honorem Argivi Nemēa certamina instituerunt: quorum victores apio corobabantur.

Ophineus, ὥφινος, Melisseniorum vates, qui quotannis natali die furore correptus, futura prædicere solebat.

Ophiogenæ, ὥφιογενες, Genus hominum in Helleponto, quos Crates Pergamenus scripsit serpentum istus tactu solitos levare, & manu imposita venena extrahere corporibus.

¶ Sunt & alii eodem nomine in Cipro insula. Plinius lib. 28. cap. 3: Quorum à genere sunt Psylli, Marsique, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cipro: ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romę in dolium serpentum cōjectus experimenti causa, circummultentibus linguis, miraculum præbuit.

Ophīōn, onis, ὥφιον, Socius Cadmi fuit, & in Thebis ædificatis adiutor: ita dictus, quod à serpentum dentibus singatur prognatus. ¶ Est etiam Ophion nomen filii Oceani, qui cum uxore Eurynome ante Saturnum rerum est potitus. Claud. lib. 3. de Rapt. Prof. -hos onerat ramos exutus Ophion. ¶ Ophion verò, ophii, animal fuit Sardiniae insulæ peculiare, pilo & dentibus cervo simile: quod Plinius sua ætate interisse tradit lib. 28. cap. 10. & lib. 30. cap. 14.

Ophitæ, ὥφιται, Heretici quidam fuerūt, qui Christum sub serpentis specie colebant. Interim tamen habebant & vivum serpentem, quem venerabantur & nutriebant.

Ophīuchūs, ὥφιοχος, Cœlestis sidus est, quod à poëtis aliquando Anguitenens appellatur, ed quod hominis effigie singi soleat anguem manu tenentis. Itaq; nonnulli Herculem esse putaverunt, qui adhuc in cunctis vagiens, angues à lunone immisso manibus præfocavit. Dictus Ophiuchus, quasi ὥφιοχος, & per synæsthesiam mutatis & s in ὥφιοχος. Suntem qui Ophiuchum Aesculapium esse velint: alii Canobanta Getarum regem: alii Phorbætem Triopæ Thessalorum regis filium. Vide H I G I N V M.

Ophīus, ὥφιος, Insula est in mari Balearico, teste Ptolem̄o: ex duabus Pithyusis minor, (nam major Ebusus dicitur) propter serpentum copiam inulta: unde & colubraria à Latinis appellatur. Plin. lib. 3. cap. 5: Ebusi terra serpentes fugat, Colubraria paritides infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus, Græci Ophiusam dixerunt. ¶ Est & altera ejusdem nominis insula non procul à Creta, cuius etiā meminit Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Ophiusa item oppidum fuit Sarmatia Europea, ad Tyram amne: de quo idem Plinius loco jam indicato. Rhodius quoque insula, aliquando propter serpentum copiam Ophiusa dicta fuit: ut tradit Strabo lib. 14.

Ophīusīus, a, um, Ophiusa arva. Ovid. 10. Metam. Ipsa suas urbes Ophiusiaq; arva parabat Deserere alma Venus.

Ophītēs, ὥφιτης, Vrbs Libyæ Mareoticæ, Aegypto proxima: Autor Stephenus.

Ophyon, Vide supra OPHION.

Opiæ, ὥβη, Populi juxta Indum fluvium, Stephan.

Opmītis, Prænomine Lucius, Consul Romę fuit, quo annod C. Gracchus seditionis concionibus statu Republicæ labefactans cœsus est. Ab hujus nomine vina Opimiana dicta sunt, quæ Opimio Consule nata sunt. Plin. lib. 14. cap. 4: L. Opimio Consule, quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis interemptus est, ea coeli temperie fulsit, quam coetum vocant, solis opere, natali urbis DCXXIII. Durantiq; adhuc vina ducentis ferè annis, jam in speciem redacta melius aspergi: (etenim hæc natura vini in veteritate est) nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem carie indomita.

Opis, hujus opis, ὥβη, Nympha Diana comes, de qua Virgil. Aen. 11: Veloce interea superis in se dibus Opin Cöpellabat.

Vbi prima produxit: quia in Opis ab Ops cotripiatur.

¶ Est item Opis viçi nomen in Mesopotamia, ad Euphratem fluvium,

flavium, non procul à Seleucia, vicinatum regionum empōriū. Autor Strabo lib. 2. & 16.

O' pīstochōm̄, ὁ πίστοχός, teste Polite, Embētē populi di-  
cti sunt, qui crines habebant versus tergum reflexos: sicut A-  
crocomē dicti fuerunt populi in Thracia qui antias in fronte  
re muliebriter grecabant demissas.

O' pītergīum, Vulgo Odergo, Venetiē mediterraneę oppidū,  
etiam hodie nomen retinetur: cuius meminunt Plia. lib. 3.  
cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1.

O' pītergīnūs, na, num, pen, prod. Lucan. lib. 4: Hic Opiterginis  
moles onerata colonis Constituit.

Opites, Argivi cuiusdam nomen proprium, quem Hector in  
bello Trojano interfecit.

O' ppīrā, Vra fuit ex Vestalibus, quae convicta stupri, viva de-  
fossa est. Cujus scriptis Epitaphium Stroza filius, Vestalis vir-  
go, ləsi damnata pudoris, Contegor hoc vivens Oppia sub-  
rumulo. Liv. lib. 12. hanc Optimam vocat.

O' ppīrānūs, ὁ πιράνης, Grammaticus & Poëta insignis, Agesilaus & Zenodotus filius, ex Anazarbe, sive (ut Suidas placet) ex Coryco Cilicię civitate ortus. Scriptis ἀλθηγα, κωμῳδίᾳ, &  
ἰεροποίῃ, versuum viginti millibus: quæ quum M. Antonio, Se-  
veri filio obtulisset totidem aureos stateras ab eo accepit.

O' ps, Opis, gener, foemin. [Ger. Die Frau Saturni, welche sunt  
auch Cybele genannt vnd.] Filia Coeli ex Vesta, & soror & con-  
jux Saturni, quæ & Pīa dicitur Græco vocabulo, δύναται, jā, quod est fluere: propterea quod terra rebus omnibus affluat.  
Eadem Cybele appellatur, vel à monte atque oppido Phry-  
gię Cybelo, ubi sacra ejus primū instituta sunt. Vel δύναται τὸν  
κυροῦ λαον, quibus in sacris ejus utebantur sacerdotes. Ops au-  
tem idcirco dicta putatur, quod terra ope vita hominum su-  
stentatur. Vel ab antiquo nomine Ops, quo veteres pro divi-  
te utabantur, quemadmodum contra Inopem pauperem &  
egenum dixerunt. Veteres enim quorum opes præcipue in  
re pecuaria, & agricultura consistebant, terram hujusmodi  
opum largitatem divinis prosecuti sunt honoribus, Opem  
que: hoc est, opulentam nuncupavere. Hæc etiam Mater  
Deum appellatur à poëtis, quod putarent celestes omnes in  
terris fuisse genitos, & ob insigne aliquod meritum in cœlum  
fuisse translatos.

Opsophagus, ὁ πορφύρας, Apicī cognomen fuit, qui omnes  
gula proceres longo intervallo superavit.

O' pūs, ūntis, ὁ πορφύρας, Civitas Locorum Epicnemidiorum,  
non procul ab Asopo fluvio. Ovid. lib. 1. de Pont. Facta cæde  
puer Patroclus Opūntia reliquit.

O' pūnti, Populi dicuntur, ὁ πορφύρας: & propinquus  
suis Opuntius.

### O ante R.

Oratha, ὡρα, Oppidum est Mesopotamia, ad Tigrim flu-  
vium, Stephanus.

Orbana, Deæ cuiusdam nomen, quæ Romæ ad ædem Larium  
aram habuit. Autor Plin. lib. 2. cap. 7.

O'rbēlūs, ὁρβήλος, Thracia mons est in ea parte, qua Mac-  
donia est contigua, non procul à Pangæ promontorio: à  
quo vicina regio Orbilia dicta est, ὁρβήλια. Vide Plinium lib. 4.  
cap. 10. & 11.

O'rbiliūs Beneventanus, Grammaticus fuit, Horatii in pue-  
ritia præceptor, quem libro 2. Epistol. ob nimiam in pueros  
sevitiam Plagorum vocat. Huic in senectute accidisse ferunt  
ut omni prorsus memoria destitueretur. Itaq; per jocum Li-  
terarum Oblivio est appellatus. Vixit ad centesimum prop̄  
annum, reliquitq; filium Orbiliūm, & ipsum Grammaticum.  
Ex Tranquillo.

O'rcādēs, pen. corr. ὁρκάδης Ptolem. ὁρκάδης, Insulæ Oceani Septen-  
trionalis ultra Britanniam & Hyberniā, numero triginta, se-  
cundum Pomponium, parum inter se distantes. Vulgo Orknes.

O'rcēlīs, ὁρκέλης, Vrbs Bassitanorum in tractu Tarracensis  
Hispania. Ptolem. lib. 2. cap. 7.

O'rchāmūs, Asyriorum rex fuit, qui Leucotheam filiam ab  
Apolline virtutam vivam defodit. Vide fabulam apud Ovid.  
lib. 4. Metam.

O'rchōdā, ὁρκόδης Babylonia oppidum est, in confinio Arabiæ,  
quam desertam vocant. Ptolem. lib. 5. cap. 20.

O'rchomēnūs, pen. corr. ὁρκομένης, Thessaliæ fluvius antea  
Minycus appellatus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. q' Orchomenus i-  
tem, sive Orchomenum, Boeotia oppidum est, ad sui nominis  
fluvium situm, olim potentiissimum, utpote cui & Thebani a-  
liquando tributum pependerint (ut testatur Strabo lib. 9.) pre-  
sertim sub Eteocle tyranno, qui primus Gratius templū extraxit.  
q' Fuit item ejusdem nominis oppidum in Arcadia, non  
procul à Lebadia, quod Strabonis ætate interierat, ut ipse te-  
statut lib. 8. q' Fuit & tertium in Eubœa insula non procul à  
Caristio: cuius meminit idem Strabo lib. 8.

O'rchomēnūs, a, um, adjecit. ὁρκομένης.

O'rcūs, Vide in APP ELL.

O'rdēllūs, ὁρδέλης, Fluvius maximus Scythia, qui ab Oriente  
profluens, miscetur cum Istro. Herod. lib. 3.

Ordovices, Populi fuerunt Britanniæ insulæ arduis monti-  
bus proximi: apud quos (ut Tacitus scribit libro 12.) Hosto-  
rius dux Romanus Caratacum regem viyum cepit, Romanum  
quæ misit.

O'reādēs, ὁράδης, Mötium Nymphæ. Nam ὁ Græ-  
cis montem significat. Virgil. 1. Aca. Exerceç Diana choros,  
quam mille secutæ Hinc atq; hinc glomerantur Orcades.

Oreges, Pats Tauri montis, in Caspium mare vergens. Plinius  
lib. 5. cap. 29.

O'restrōphūs, ὁρεστρόφης, Vnus ex canibus Actæonis: ita  
diuersus δύναται ἐπίφερε, quasi in mōtibus educatus. Orid.  
3. Metam. Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit, Proxi-  
ma Theridamæs, Orestrophus bælit in armo.

O'restē, ὁρέτης, Vrbs, cuius Hecatæus in Europa meminit: ges-  
tile similiter, Oreste.

O'restes, ὁρέστης, Ger. Ein Sohn Agamemnonis und Clytemnestre,  
welcher hernach diese sein Mutter unnd seinen Stiefvater umbrohte  
hat] Agamemnonis, & Clytemnestre filius, sic appellatus ob  
serinam atque agrestem, & quasi montanam naturam: cui so-  
ror Electra necem parati ab Aegistho, qui patrē Agamemna-  
na interfecerat, matremq; constupraverat, prævidens, ipsum  
per pædagogum in Phocidem clām ablegat ad Strophium  
Phoconium principem, qui Agamemnonis sororem duxer-  
at. Illuc xii. annos demoratus, cum pædagogo suo Argos re-  
diit: ubi sub specie hospitum Phocenium, quos Strophius  
mitrat, ut Orestis obitum nuntiarent, intromissi ad Clytem-  
nestram, eandem cum Aegistho adultero conscia Electra in  
ultionem patris occidit, ut scribit Sophocles in Electra, &  
Euripides in Oreste. Deinde Pyrrhum quoq; Macarei sacerdotis  
ope in Apolliniis templo interfecit, eò quod Hermonem Me-  
nelat filiam sibi prius desponsatam rapuisset. Propter quæ  
sceleræ agitatus est furii, quibus nō ante purgari potuit quæ  
ad aram Diana Taurica, illuc à Pylade perductus, perpetrata  
facinora expiaverit. Vide supra in ditione PHIGENIA. A-  
amicū habuit Pyladem, perpetuū omnium suauū profectionū  
comitem; periculorumque omnium socium, cum quo tam  
sancte amicitiam coluit, ut alter pro altero mori non recusa-  
ret. Cicero. de Amic. Qui clamores tota cavea nuper in hospi-  
tis & amici mei Pacuvii fuerunt nova fabula? quum ignorante  
re regi uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse dice-  
ret, ut pro illo necaretur: Orestes autem, ita ut erat, Orestem se  
esse dicere perseveraret.

O'restis, ὁρέστης, Regiuncula Macedonia, in eo trætu qui mani  
Adriatico imminet, cuius populi dicuntur Orestæ, Amanus  
finiti: quorum meminat Plin. lib. 4. cap. 10.

O'retæ, ὁρέται, Gens Indica, secundum Strab. lib. 15. post Arbin  
annum Ariani: quos Plin. lib. 6. ait, non Indoū, sed pro-  
pria uti lingua. Lucan. lib. 3: Tum furor extemos movit Ro-  
manus Orcas.

O'retis, pen prod. ὁρέτης, Dictus est Liber pater, à montibus,  
in quibus ei fieri sacrificia solebant. Festus.

O'rglā, orum, pen. cor. ὁργά, Neutri generis & pluralis nume-  
ri, apud Græcos, teste Servio, primū dicta fuerunt quævis sa-  
cra. Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodum  
apud Latinos Ceremoniarum. Postea tamen factus est ut  
principiæ hoc nomine Liberi patris sacra nominarentur, δύ-  
νατες ὁργα: hoc est, à furore, ut quidam putant, quod hæc præ-  
cipue sacra à mulieribus furore correptis celebrarentur: vd  
δύναται ὁργα: hoc est, à montibus in quibus potissimum hæc  
sacra fiebant. Innovabantur autem tertio quoq; anno: unde  
Trieterica dicta sunt: id est, triennalia. Virg. 4. Aen. ubi audi-  
to stimulant trieterica Baccho Orgia.

O'ribāsīūs, ὁριβάσης, Sardianus, Juliani principis fuit fami-  
liaris, à quo & Quæstor Constantinopolitanus factus est. Scri-  
psi libros Medicinæ LXXII. ad Julianum: & eorum epitome  
libris novem ad Eustachium filium. Præterea de regno, & de  
affectionib. Hæc Suidas. Eunapius verò Græcus autor in col-  
lio quem de Sophistarum vitis conscripsit, ejus vitam pluri-  
bus persequitur. Oribasius, ait, Pergamenus gener, in elo-  
quentia pariter & medicina proficit, à Julianoq; propterea ut  
medicus fuit accessitus. Invidia deinde succendentium princi-  
pium, bonis privatus, atq; in exilium ad Barbaros missus, ani-  
mū philosophi semper in calamitate reuinuit. Tanta apud eas  
nationes gratia, & opinione ob doctrinam & medicine expe-  
riimenta perseveravit ut pro Deo pendat coletetur. Hæc ille.

O'ricōs, sive Oricum ὁρίσης, Civitas Epiri, à Colchis condi-  
ta, in confinibus Macedoniæ, teste Plin. lib. 3. cap. 23, juxta quæ  
nascat terebinthus, nigrum lignū habens & solidum in bu-  
xi speciem. Vnde Oricia terebinthus, apud Virg. 10. Aen. aut  
quale per artem Inclusum buxo, aut Oricia terebintho Luce-  
ebur. De haec & Lucret. lib. 3: Tunc qui Dardaniam tenet Ori-  
con, & yagus altus Dispersus sylvis Athamas, &c. Hæc quoniam  
dam in su-

dam insula quum esset, continentii juncta est. Plin. lib. 2. cap. 36: Epidaurus & Oricum insulae esse desierunt.

**O**rigenes, penultima correpta, ὥστε σαν, (qui & Adamantius dictus est) Theologus magni nominis, qui tempore Philippi primi Christiani Imperatoris, fidem Evangelicam & scriptis, & viva voce non parum illustravit. Incidit tamen in aliquot errores ab Ecclesia damnatos, quos nonnulli suspicantur ab æmulis, ejus libris fuisse inspersos. Hic adhuc adolescentes fervido quadam studio atq; acri incensus, ut liberius & citra pudicitia periculum Evangelicæ professioni posset incumbere, seipsum castravit.

**O**rión. [Ὀρίων, οὐρανός.] Quasi Vrion, dictus est filius Iovis, Neptuni & Mercurii. De hoc variè fabulantur poëtæ. Qui-dam tradunt Iovem, Neptunum, & Mercurium, quum tertiam peragraret, superveniente nocte ad pauperem quendam Hyrcum, quem Aristonicus Erytheum appellat, divertisse, qui eos bilario animo suscepit: quumque deos esse animadvertisset, occiso bove iisdem sacrificium obtulit. Quo officio mortuus Iupiter, jussit ut aliquid muneris à se peteret, statim voti compos futurus: qui nubil fese magis cupere respondit quām filium: conjugem tamen se non habere, neque velle ducere, quod morienti uxori fidem dedisset se aliam non ducturum. Iupiter sigitur & reliqui dii corium immolati bovis sumptescunt, in quod quum urinam emisissent, jusserunt ut terra ob-sutum completis maternis mensibus solveret. Quod quum fecisset, invenerit puerum, quem ab urina Orionem nominavit. Hic postea adulitus evasit venator maximus, adhæsitque Diana. Sed quum viribus fidens, gloriaretur nullam esse feram quām non conficeret, diis insolens verbū ulciscentibus, contigit ut terra scorpiōnē pareret, à quo ictus periret. Diana igitur satellitis sui obitum gravissime ferens, cum in cœlum iuxta Tauri sydus constituit. Lucanus verò à Diana scorpione emulso occisum dicit, & deorum miseratione in cœlum sublatu. Horatius ab ipsa Diana sagittis confossum tradit, eò quod vivoluerit eam cōprimere. Servius autem hanc fabulam longè aliter pettexit: Oenoponis Siculum habitum esse filium, qui quum Candiopeu (quam alii Meropem vocant) sororem vitiasset, à patre excæcatus est. Consulo igitur oraculo responsum accepit: Si per pelagias ad Orientem pergeret, ut oculorum cōcavitates semper haberet soli oppositas, lumina recuperaturum. Quod quum facere conaretur, auditio strepitu, ad Cyclopas pervenit, ex quibus unū humeris suis impo-suit, cuius ductu Solē semper adversum habens, oculos recepit. Hesiodus Neptuni & Euriales filium facit: idque muneris à patre obtinuisse tradit, ut per summos fluctus posset incedere. Alii ferunt, cūm oculis ab Oenopione privatus esset, in Lemnum insulam venisse, & ibidem à Vulcano caballo accepto ad ortum Solis perrexisse, & sic visum recipisse. Postea verò reversum, Oenopionem ulcisci statuisse: sed quum hic à cibis suis sub terra occultaretur, in Cretam profectus, ibique ob arrogantium à scorpione divinitus immissa fuisse interfectum. Est autem signum cœlestis, quo oriente maximæ excitantur tempestates. Hinc Virgilius libro 1. Aeneid. Quum subito affurgens fluctu nimbosus Orion, &c. Sunt qui Græcæ ab aquarum inundatione sic diū velint, quod ortus ejus hyemis initium ascitat, & mare ac terras tempestibus turbet: ἡρός enim turbo & concito significat. Plautus lugulam vocat, quod stellarum fulgorē qualis gladius armatus, terribilis videatur. Si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem præ se fert. Habet autem hoc nōmē apud Poëtas primam syllabam indifferenter: quod idcirco factum creditur, quod prima syllaba olim apud Græcos per diphthongum scribatur: quæ secundum proprietatem lingue Doricæ in eo solet commutari: qua ratione constat posse produci. Poterit tam etiam coripi, si abjiciamus ex prima syllaba vocalem subjunctivam, more Græcorum, qui ut brevem syllabam extendant, aliquando assumunt vocalem: ut longa contrahant, aliquando vocalem abjiciunt. Media autem syllaba semper producitur: Penultima verò obliquorū rursus est indifferens. Lucan. lib. 1: Teste tulit cœlo vīti decus, Orionis. Versus est spondacus. Ovid. 8. Metam. stritumq; Orionis ensem. Apud Catullum de Coma Beren. legitur nominativus Oarion: Proxi-mus (inguit) Hydrochoo fulgeat Oarion.

**O**ricæ, ὥστε. Populi sunt India: liber. Steph. Strab. lib. 25.

**O**rithoës, lege ORICOS.

**O**risthyia, penultima producta. [Ὀρισθύα Homero. Germ. Ein Braut Boreæ, welcher zu einem Wind ist verwandelt worden.] Filia fuit Erichhei Athenarum regis, qui Pandioni in regno succedit, quam à Boreæ raptam, & in ventum conversam Poëta fabulantur. Verum, ut Eusebius autor est, Boreas hanc sibi in conjugem anteā denegatam rapuit: raptam tulit in Thraciam, & ex ea Zetē & Calain suscepit, qui cum Argonautis in Colchos navigaverunt, & Harpyias fugaverunt. Vide CALAIS. Propertius libro 2: iam Pandionæ cesser ger-

nus Oritbyia. q Hoc etiam nomine dicta est Amazonum regina, quæ Marpesia matre successit in regno, Iustinus libro 2. quam à Boreæ raptam Poëta fabulantur: ita dicta, teste Erasmo, quod in montibus malefica sacra soleat peragere. Et quanvis ἀντίτιθηται, deduci putetur, quod per eparvum scribitur: tamen propter tot brevium syllabarum concursum e mutatur in e.

**O**rmēniōn, ὥστε Homero, Vicus est ad sinum Pagasum, sub monte Pelio. Vide Strab. lib. 9.

**O**rnēx, ὥστε. Vicus fuit ex agro Corinthio, in quo Priapi sacra magna solennitate celebrabantur: unde Priapus ipse dictus est Orneates. Autor Strabo lib. 8.

**O**rnēus, nei, pen. prod. ὥστε, Vaus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ovid. 12. Metam. Fuit & Orneus, Lycabasque, & fauicus armo Dexteriore Medon.

**O**rnithiæ, ὥστε. Venti sunt Septentrionales quotannis sub initium Veris triginta sicut continuis diebus spirantes: ita dicti, ut credit Budæus, ab adventu avium, quod id temporis hirundines & ciconiæ ad nos transvolant. Columella lib. 11. cap. 2: Decimo Calendas Martii quum Leo desinit occidente, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiæ, per dies triginta esse solent.

**O**rovatis, Plin. ὥστε Straboni, Fluvius est Carmanus in confinio Perlidis, cuius meminerunt Ptol. lib. 6. cap. 3. Plin. lib. 6. cap. 23, & Strab. lib. 15.

**O**rōbā, ὥστε, Urbs est Assyria, in Mediterraneanis. Ptol. lib. 6. c. 1. **O**rōbātis, ὥστε, Urbs mediterranea Persidis. Ptol. lib. 9. capite 4.

**O**rodes, ὥστε, Parthorum rex, à quo Crassus captus fuit & interfecit. Vide Plutarch. in Crasso. Est & Orodes Tūsi cuiusdam nomen apud Virgil. 10. Aeneid. qui Aeneas arma fecerit, à Mezentio fuit interfactus.

**O**rōntes, ὥστε, Vir Persa, & Sardum præfetus, qui Polycratem Samiorum tyannum dolo captum suspendit. Hic postea iussu Darii & opera, astuq; Bagæ à Sardibus trucidatus est, ut scribit Herod. lib. 3.

**O**rōntes, ὥστε, teste Pomp. lib. 2. fluvii nomen est, qui dividit Syriā ab Antiochia. q Est & nomen montis, inter quem & Orientem fluvium urbs Antiochia posita est.

**O**rōntēus, a, um, ὥστε, Propert. libro 1: Aut quod Orontea crines perfundere myrra.

**O**rōntes, ὥστε, Vir Trojanus, qui Troja capta cum Aeneas in Italiam navigans naufragium fecit, ut scribit Virgilius libr. 1. Aeneid. Vnam, quæ Lycios, fiduciamque uehebat Orontem.

**O**rōpus, pen. prod. ὥστε, Stephano, Oppidum in Attica, in coenatio Boeotiz. Plin. lib. 4. cap. 7. Est & alia ejusdem nominis civitas in Macedonia, patria Seleuci Nicatoris. Item alia in Eubœa, Apollinis templo clarissima. Rursus alia in Syria, non procul ab Amphipoli, à Nicatore condita aut certè instaurata, & à nomine patriæ suæ ita appellata. Sunt & alia nonnullæ quæ enumerantur à Stephano.

**O**rphæus, [Ὀρφεος. German. Ein poët aus Thracia, ein Sohn Apollinis, und Calliope, ein ausbündiger Harpenschöpfer.] Poëta seu vates genere Thraciæ, Calliope & Apollinis filius, quem à Mercurio: live, ut alii habent, à patre Apollini lyram accepisse ferunt, eaque tantum valuisse, ut illius cantu sylvas & saxa moverit, fluviorum cursum prohibuerit, terasque mitiores reddiderit Eurydicem uxorem habuit, quæ Aristæum vim sibi inferre volentem fugiens, à serpente occisa est: ob cujus mortem Orpheus maxime contristatus, accepta lyra, ad inferos descendit ubi suo cantu à Proserpina uxorem Eurydicem recepit. Sed quum eandem non servata lege à Proserpina sibi imposita turram amississet, cœlibem vitâ agere statuit: quumque jam multas nuptias rejecisset, aliosque insuper à mulierum consortio deterret, atque in puerorum amores pelli-ceret, à Mænadibus inter Bacchi sacrificia juxta Hebrum fluviū occisis & disceptus est: cuius membra passim per agras sparsa Musæ collegunt, dederuntque ea sepulture: lyra vero & caput in Hebrum dejecta, ad Lesbon insulam delata sunt, ubi caput ab incolis sepulture mandatum est: lyra autem in cœlum assumpta. Virg. Aeglog. 3: Non nec carminibus vincet nec Thraciæ Orpheus, &c. Alii Orpheum Ciconum regem, Oceani (à quo Oceanius appellabatur) & Polymniae filium fuisse dicunt, atq; cum Argonautis in Colchos na-vigasse, ideoq; assumptum, quod juxta vaticinium Chironis, Sirenes p̄sternit non poterant nisi præsente Orphico. q Sunt qui duos Orpheos fuisse dicant, quorum alterum Colchos navigasse perhibent.

**O**rphæus, pheæ, pheum, pen. prod. ὥστε, Denominativum: ut Orpheus cithara. Martial. lib. 1: Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro, Dicitur exhibuit Cæsar arena tibi.

**O**rphæus, adjec. ab Orpheus. Macrob. Comment. lib. 12. liberum patrem Orphaici, q, q, suspicantur intelligi.

**O**rphæus, ὥστε, apud Claudi. lib. 1. de Rapt. Proserp. unus est

est ex equis Plutonis, à tenebris nomen habens: Orphnæus crudelē micans, Aethonque sagitta Ocyor, & Stygiū sublimis gloria Nycteus Armenti, Ditisq; nota lignatus Alastor.

Orrhæa, oppia, Oppidum est in Occidentali tractu Britanniae, teste Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgo Newcastel.

Ors ilochiūs, ὄρσιλοχος, Filius fuit Idomenei. Hic patrē secutus ad expeditionem Trojanam, quum per totum bellum ex voto omnia successerit, in exitu tui ob insolentiam, cum obstatet totis viribus ne ex præda capti illi fors debita daretur Ulyssi, ab eo occisus est.

Orthocorybantes, ὄρθοκορύβαντες, Populi sunt Medis & Hyrcanis finitimi, quorum meminunt Herodot. lib. 3.

Orthiosia, ὄρθοια, Oppidum est in ea parte Syriæ, quæ Libano monti sub jacet: cujus meminunt Plin. lib. 5. cap. 20.

Ortē Hesperidum, κύπεια ταύτη, In Africa fuerunt inter duas Syrites, Poëtarum fabulis plurimum celebrati, quum revera nihil ferant præter oleastrum. Vide suprà in dictione HORTVS.

Ortōn, ὄρτων, Ptolem. li. 3. ca. 1. Pelignorū urbs, hodie Ortona. Ortōplā, ὄρτωπλα, Līburniæ urbs. Ptolem. lib. 2. cap. 15. Ortona hodie.

Ortygia, ὄρτυγια, Διλα, Ger. Ein Insel des Hegelschtn Meers/ so jetzt Delos genannt wird. Insula in mari Aegæo, omnium Cycladum clarissima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Ortygia: quia in ea primò visae sunt coturnices, quas Greci ὄρνυας vocant: nos a sono vocis Quales dicimus. Alii, ut Nicander, ab Ortygia oppido dictam putant. Virgil. 3. Aeneid. Linquimus Ortygię portum. Hæc etiam dicta est Delos (ut docet Aristoteles) quodq; quam antea sub aquis mersa esset, subitè apparuerit: nata Διλα, Ostendo significat. Ab aliquibus præterea Pyryle nominatur, ab igne ibi primum reperito: ab aliis Cyathia: ab aliis Asteria: ab alia Cynæthus. De Dolo terræ motu concussa, vide Thucydidem libro 2. q; Est alia Ortygiæ nomine insula in Sicilia, Syracusarum pars, reliqua urbi ponte conjuncta, quæ fonte habet Arethusa. Hæc ex opposito Plemmyriū Siciliæ amnis sita est: de qua Virg. lib. 3: Sicanio prætentā sinu jacet insula contra Plemmyrium undosum, nomen dixere priores Ortygiam, Alphœum fama est huc Elidis anem Occultas egisse vias subter mare, quæ nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

### O ante S.

Oscæ, ὄσαι, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Ilergetum. Autor Ptol. lib. 2. cap. 6.

Oscæla, ὄσαιλα, Leontiorum oppidum in Alpibus Cottii, autore Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

Osci, ὄσαι, Italizæ populi qui tractum maritimum Campaniæ tenuerunt, ab oīs fœditate ita dicti. Vnde Obscœna verba dīa (ut quibusdam placet) quasi Oscena.

Oscæ, a. um, adjet. Cic. Mario, lib. 7: Non enim te puto Græcos, aut Oscos ludos defuderasse: præsertim quum Oscos ludos vel in Senatu nostro spectare possis. Horat. i. Serm. Sat. 5: Messi clarum genus Oscæ. Tellus Oscea, Propert. lib. 4. Eleg. 2.

Ostiris, pen. prod. Osiris, vel Osiridis, ὄσιρις. Fuit Iovis filius, ex Niobe Phoronei filia, successitq; Phoroneo in regnum Argivorum. Postea tamen Aegialeum fratrem præfecit regno Achæiæ, & ad Aegyptios transfractavit gloriæ cupiditate. Quos quum subegisset, Isid (quæ & lo vocabatur) Inachi primi regis Argivorum filium duxit uxorem. Vbi, quū illa literas, Osiris variæ artes Aegyptios docuisset, uterq; divinos honores meruerunt. Tandem à Sityphone Aegyptio: vel (ut Servius) à Typhone fratre clam occisus, ab Iside diu quæsus est. Tandem apud Phialam juxta Syenem laceratus repertus est, curavitq; eum Isis sepeliendū in Abato insula ejus paludis quæ Memphis proxima est: quam etiam Stygem: id est, meroarem appellavit: nec nisi sacerdotes, certis diebus, eosq; mitratos eō accedere voluit. Sed quū appariuerit Aegyptius deinde bos quidam, Osirum putarunt, adoraveruntq; ut Deum, & vocaverant Apim: id est, bovem, eorum lingua. Deinde dictus est Serapis. [Germ. Ein Gott der Aegyptier wader der gestalt eines Ochsen.] Tibullus lib. 1. Eleg. Te canit, atque suum pubes miratur Osirim Barbara, Mephiten plangere docta bovem. Mart. lib. 9: non illam mille catastæ Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. De Ostide sic habet Eusebius lib. de Præpar. Evan. Diodorū Siculum inducens, Aegyptios ferunt primos omnium motū, ordinemq; ecclœsum corporū admiratos, Solem & Lunam deos putasse, ac Solem quidē Osiris, Lunā Istim nuncupasse, à proprietate quadam inditus ipsi nominibus. Nam si quis ad Latinam linguā verba transferat, multioculus Osiris dici potest, neq; id abs re. Radii enim suis quasi multos teb. immittit oculos, quibus omnia perspicit ut etiā Poëta dicit: Sol qui terrarū flammis opera omnia lustras. Quāvis nonnulli Græcorum poëtae Dionysium esse Osirim confingant. Istim vero Priscam Latinè dicere possumus. Lunæ hoc homine indito: quoq; sibi sempererna, prisaq; sit: Cui idcirco cornua depin-

gunt: vel quia quum minor est, cornuta videatur: vel quod bos ei apud Aegyptios sit dedicata. Ferut Osirim apud Aegyptios insitionē, & aratri, viniq; usum primum reperisse, aliaq; nōnulla que latè prosc. quitur Tibull. lib. 1. Eleg. q; Osiris item herba est ramulos ferēs nigros, tenues, lētos, & in iis folia nigra ceu lini, sem eq; in ramulis nigru initio, deinde colore mutato rubescens. Verba sunt Plin. lib. 27. cap. 12. Vulgus Herbariorū Linaria vocat. [Ger. Letztraut, Hanstraut, Schätzstraut.] Osismi, Populi sunt Galliæ Lugdunensis ad Ligurim amne. Plin. lib. 4. cap. 18. Cæsar Ossifinos vocat.

O squidates, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plin. lib. 4. capite 19.

Ossæ, ὄσαι, Mons in finibus Thessalia, Centaurorum stabulum, quæ Seneca dicit Olimpo olim fuisse coniunctū: Herculis autem opera fuisse abscissum, ab ea parte ubi per Tempe fluere Peneus fluvius. Lucan. li. 1: & tantus in æthera clamor, Quæstus piniferæ Boreas quum Thracius Ossæ Rupibus incubuit. Ossæ, a. um, ὄσαι, denominativum. Lucan. lib. 6: Thessaliæ qua parte diem brumalibus oris Attollit Titan, rupes Ossæ coæret.

Ossigetania, Regio Hispaniæ Bætica vicina: cujus meminie Plin. lib. 3. cap. 1.

Ossinobæ, ὄσαι, Lusitanæ civitas, non procul ab Ano fluvii ostiis, teste Ptolemæo lib. 2. cap. 5.

Osteodes, ὄστεοι, Insulæ sunt Siciliæ adjacentes ab ea parte quæ Africam spectat. Autor Plin. lib. 3. cap. 8.

Ostia, ὄστια, Stephano: ὄστια, m. Straboni. German. Et Staa Italie an den aufgengen der Tyber getegen. ] Vrbs in ostis Tyberinis sita, ab Anco Martio condita (ut inquit Liv. lib. 1. ab Urbe) in ipso maris, fluminisq; cōfinio, ut totius mundi opes illæ, veluti maritimo urbis hospitio, recipereantur. Ab hoc Ostenses, ὄστιαι & ὄστιαι dicti.

Ostiensis porta Romæ dicitur ea quæ Ostiam versus ducit, ὄστια πύλη. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.

### O ante T.

Ocanes, ὄσαινε, Persa nobilis, unus ex his qui cū Dario in Magos conjurarunt. Vide latiū apud Herod. lib. 3.

Othryadæ, ὄθραδæ, Nomen Lacedæmoniorum viri, qui cum cōtroversia nata esset inter Lacedæmonios & Argivos de agro Tyreat, placuissebantq; ut ea lis trecentorū utrinq; prælio decidetur, solus ex Spartiatis superfluit, duobusq; qui ex hostib. reliqui erant in fugâ versis, patriæq; parta victoria, ne solus ex sociis in patriam rediret, sibi manus intulit. Autores Valerius lib. 3. cap. 2. Plutarchus in Parall. & Ovid. in Faust.

Othrysius, adjet. ut Hebrus, Othrysius in Claudiano.

Othrys, ὄθρυς, Thessaliæ mons est, non procul ab Octa, Centaurorum olim sedes. Luc. lib. 5: Solstitialie caput nemorosus submovet Othrys.

Otreus, ὄτρεος, & Mydon, Fratres fuerunt Hecuba & filii Ciseci, & patruces Polymnestoris, ut annotavit Porphyrius in 3. Iliad.

Otus, ὄτος, & Ephialtes, filii Neptuni fuerunt ex Iphimedæ Aloëi uxore, quos Poëtae fabulantur nono èatis anno in novem jugerum altitudinē excrescisse, quo corporis rebore frotos, etiam diis bellum moveare, montesque montibus impentes, cœlū ipsum oppugnare ausos, donec Apollinis telis cōfici, temeritatis suæ pœnas dedere. Vide Hom. lib. 11. Odys.

### O ante X.

Oxus, Amnis in lacu Oxia, ut inquit Ptol. sive Oxo, ut Soglinus.

Oxyrrhinchus, civitas Aegyptiæ dicta ab oxyrrhinchopisce qui ibi templū habuit. Cæterum Aegyptii omnes Oxyrrhinchum pisces colunt. Nam quædam animalia sunt quæ Aegypciū universi colunt, quemadmodum ex terrestribus tria, bovinum, canem, felinem: ex volatilibus duo, accipitrem, atq; ibia: ex aquatilibus duo, lepidotum pisces, & oxyrrhinchum. Ex Strabone lib. 17.

### O ante Z.

Ozolæ, ὄζοιαι, Populi ex Locris, Aetoliz oram incolentes ad sinum Crissium, quorum oppida enumerantur à Ptolemæo, Molycris, Naupactus, Antirrhium, & Evanthis. Vide Strab. lib. 2. cap. 9.

### P



Achynus, penultima producta. [πάχυνος. Germ. Das Voigebirg Sicilie gegen Auffgang.] Promontorium Sicilæ Peloponnesum spectans: ab aëris crassitudine nomen habens. Nam πάχυ pingue & crassum dicitur. Virg. lib. 3. Aen. Præstat Trinacriæ metas lustrare Pachyni. Priscianus medium hujus dictioñis syllabani nullo veteri exemplo corripuit: quod non ausim imitari: Qui procul fugis Pachyni distenditur oris.

Pacinus,

# PAC PAD PÆA PÆD PÆO

Pacinius, pen. prod. Vnus ex nepotibus Volfinii regis, cognomento Luculli: qui reliquo Illyrico in Italia cōsedit, ubi & populos Pacinates de se nominavit. Autor Festus.

Pacorius, pen. cor. & sine aspiratione, πάκος. Suidæ, Orodis regis Parchorum filius, ejus qui Crassum dolo circumventum intermit. Quam maculam postea Ventidius Bassus Antonii legatus delevit, Pacoro cum toto exercitu ad internectionem cæso. Horat. 3. Carm. Bis iam Monæses, & Pacorius manus Non auspicatos contudit impetus nostros, &c.

Pactia, πάκτια. Stephano, Insula maris Aegæi, una Cycladum, candido marmore nobilis, distans à Delo XXXVI l. M. pass. Alio nomine Paros dicitur, autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Pactias, πάκτια. Agri Ephesi mons est, Mycaliz incumbens, & ab ea ad Mediterranea deflexus. Autor Strabo lib. 14.

Pactolus, pen. prod. πάκτολος. Fluvius Lydæ, ex monte Tmolio nascens, & per Sardianum agum in Hermum influens. Alio nomine Chrysorrhoas dicitur, quod auræ trahat atenuulas, teste Plin. lib. 5. cap. 29.

Pactæ Plinio, πάκται. Proletemæ, Oppidum est Thracæ ad Propontidem, non procul à Cherroneo: cuius meminit Plini. lib. 4. cap. 11. ¶ Sunt item Pactæ, insula quædam in mari Lycio, apud eundem. Plin. lib. 5. cap. 31.

Pacuvius, πάκυος. Brundusinus poëta tragicus illustris, Enni poëta ex sorore nepos. Romæ poëticam exercuit, ac fabulas venditavit: deinde Tarentum transgressus, propè nonaginta annos diem obiit. Hic (ut Quintilianus ait) gravitate sententiarum, pondere verborum, autoritate personarum clarissimus fuit, circa tamen nitorem. Ejus epitaphium extat apud Gell. lib. 1. cap. 24, in hæc verba:

Adolescens tametsi propria, hoc te saxum roget.

Vt se aspicias, deinde quod scriptum est, legas;

Hic sunt poëta Pacuvius Marci sita

Ossa, hoc volebam, nescius ne esses.

Pacyris, Scythæ Europæ fluvius, in sinum Carciniten influens. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

Padua, Venetorum urbs à Padi vicinitate dicta, quæ & Patavium παταβίον dicitur, quasi Padavium. Vel δῶν τῆς πάτης: id est, à volando, quod captato augurio dicatur conditum. (Alias diximus esse Grammaticorum ineptias has devorandas, & quæ nobis causa sit hæc non inducendi.) Vel à petendo, quod telo avem Antenor petisse dicitur, eoq; in loco urbem condidisse. Primo Antenore dicta est: unde Antenoreæ, postea Patavini, & Padiani. Apud Patavium natus est Titus Livius historicus celebrissimus, qui res Romanas summa facienda prescripsit. Similiter Stella, & Valer. Flaccus poëta, & Paulus Iurecons. Fuit quoque Volusius poëta Patavinus, qui post Ennium, rerum gestarum pop. Rom. annales carmine descripsit. Catull. de Cinna: At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam.

Padus, [πέδαδες: Vulgo illo. German. Ein Fluss in Italiæ/so geht heißt il Po.] Fluvius est ē gremio Vesuli montis celissimum in cacumen elati, finibus Ligutum Vagienorum visendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, & in Forovibensium agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior. A Græcis dictus Eridanus, ac poëna Phæthonis illustratus. Augetur ad Canis ortus, liquatis nivibus, agris quam navigiis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vendicans. Hæc Plinius libro tertio, capite 16. Metrodorus refert, quoniam circa fontem arbor sit multa picea (quæ Pades Gallicæ vocetur) Padum hoc nomen accepisse.

Paduæ, pen. prod. Fossa est ex Pado Ravennam usque ducta, quam Messanicum olim appellatunt, teste Plin. lib. 3. cap. 15. Claudianus: Eridani ripas, & rauæ stagna Padusæ.

Pæan, πάεα, Hymnus erat in laudem Apollinis, sicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui (ut Iulius Pollux inquit) non solum in aversione malorum decantabatur, sed etiam in Victoria. Interfecto enim Pythonem, Apollo & carminibus laudatus fertur, quæ Pæanas dixerunt. Virgilius 6. Aeneid. lætumque choro pæana canentes. Latiū usurpat tamē pro omni deorum laude. Vnde opus suum Pindarus, de Laudibus deorum omnium, Pæana inscripsit. ¶ Accipitur aliquando Pæan pro ipso Apolline, δῶν τῆς πάεας: hoc est, à medendo. Credebat enim antiquitas medicinam Apollinis esse inventum. Iuvenal. Satyr. 6: Parce precor Pæan. Fuit & Pæan notum patris Philocetes: quod recentius tamē per ce diphthonum scribitur. Hinc Pœantius, & Pœantiades, quæ omnia vide infra suis locis.

Pædaretus, παδαρετός. Proprium nomen viri, δῶν τῆς παδαρετούς: hoc est, à disciplina & virtute.

Pæon, πάεων, Nomen viri medicina artis peritissimi, quæ Hom. lib. 5. Iliad. scribit Plutonem curasse, ab Hercule graviter vulneratum. Hic herbam illam insignem invenisse traditur, quæ ab illo Pæonia dicta est. ¶ Est & Pæon genus pedis, qui à Diomedæ quadruplex esse traditur. Quorum primus ex longa &

# PÆO PÆS PAG PAL 223

tribus brevibus constat: ut, Obtinuit. Secundus, ex brevi & longa, & duabus brevibus: ut Facillimus. Tertiæ, ex duabus brevibus, & longa, & brevi: ut Faciebat. Quartus, ex tribus brevibus, & longa: ut Docuerant. Cicer. de Orat. duas tantum hujus pedis facit species, quum scilicet syllabam unam longam sequuntur tres breves: ut Definite, Comprimebat. Aut quæ tres breves sequitur una longa, ut Domuerant, Studuerant.

Pæonæ, Regio est Macedonia: ita dicta à Pœone Endymionis filio, & Epeï fratre, qui victus cursu ab Epeo (sicut inter eos convenerat) imperium paterni regni victori fratri permisit, & ad Axium Macedoniæ amnum sibi, spisq; sedes delegit. Vnde ea Macedonia pars, quæ ante a regis Emathionis nomine Emathia dicebatur, Pæonia appellata est: & populi ipsi, Pœones, ut Iustinus lib. 7. scribit. Hi olim fortissimi habiti sunt, magnumq; sibi ex rei militaris scientia nomen pepererunt. Stat. lib. 2. Achill. non me ulla feri Mayortis imago Præteriitidi ci quo Pæones arma rotatu.

Pæfarcae παφαράκαι, Populi sub Caucaso, Steph.

Pæstum πάστομ, Oppidum Lucanæ, rosarum abundantissimum, ubi ob cæli clementiam bis in anno producebatur fructus, scilicet Majo & Septembri. Virgil. libro 4. Georg. bise-riq; rosaria Pœsti. Hujus mœstæ propæ magua ex parte adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. Strab. lib. 5, autor est banc urbem primum à Sybaritis fuisse conditam. Posidoniamq; appellatam: siuamq; ipsum in quo sita fuit, Posidoniatem.

Pæstanus, a, um, παγανός. Ovid. 2. de Ponto: Calthaq; Pæstanas vincat odore rosas.

Pægæla, penult. corr. παγαλον, Thessalæ oppidum, teste. Plin. libro 4. cap. 8, quod postea Demetrias dictum est. Apud eam urbem ædificata dicitur Argonavis, quæ ob id ab Ovid. lib. 7. Metamorph. Puppis Pagasea nuncupatur. Hinc sinus propinquus Paganicus appellatur à Plinio loco oījam indicato. Steph. παγαλον vocat.

Palæbíblus, παλαῖον, Oppidum est in ora Syriæ, Lybano monti subiectum, non procul ab Adoni fluvio. Autor Plinius lib. 5. cap. 20.

Palæmon, παλαῖμον, Athamantis & Inus filius, fuit alio nomine dictus Melicertes, qui patris furor fugiens unā cū matre se in mare præcipitavit: amboq; dii marini facti sunt: mutatisq; nominibus, mater Leucothea: hoc est, alba dea, dicta est: crediturq; esse Aurora, q; & Matuta dicitur: ille vero à Græcis Palæmon, à nostris, quod portibus præesse putetur, Portunus est appellatus. In Palæmonis honorem Isthmia celebabantur, à Theseo primum instituta, quorum præmia erant coronæ ex pinu confectæ, quæ à Palæmone dictæ sunt Palæmoniæ. Claudian. 8. Paneg. Cuncta Palæmoniæ manus explorata coronis Adsit. Erat autem hoc unū ex quatuor sacris certaminibus, quæ magno totius Græciæ concursu celebabantur: quorum duo erant diis immortalibus, Iovi Olympia, Apollini Pythia: duo itidem mortalibus, Nemæa Artemis, Palæmoniæ autem Isthmia. Circumfertur ea de re Epigramma Græcum nomine Archia poëta, in hæc verba:

Τίσαρεις ἐστιν ἀγάνες ἀ' Εὐάδα, τίσαρεις ἱγος·

Οι δέοι μὴ οὐταντοί, οι δέοι οὐ οὐταντοί·

Ζλως, λατοδοσο, παλαῖμον, αρχημόρειο.

Αἴθλα γά τοι, κάτιπον, μῆλα, σπλαντα, πιτα.

Quod sic Latinè effertur:

Quatuor Argivis certamina sacra feruntur:

Bina hominum natis, binaq; cœlitibus:

Phœbo, ipsiq; Iovi, pueri Archemoro, & Melicertæ.

Poma, olcastra, apium, præmia pinus erant.

¶ Est etiam Palæmon nomen proprium grammatici Vicetini, qui Romæ vixit sub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogancia, ut M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas jactaret. Luxuriaz ita indulxit, ut sepius in die lavaretur, nec sufficeret sumptibus. Hec Tranquill. Iuvenal. Sat. 6.: odi Hanc ego quæ reperit voluntq; Palæmonis artem. ¶ Est & pastoris nomè apud Maronē in Aeglogis: Palæmyndus, παλαῖμον, Caria oppidum fuit eo in loco, in quo postea condita fuit Nariandus. Palæmyndi autem nomen accepit ad discriberem recentioris Myndi, quum antea etiā Myndus diceretur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29.

Palæpaphus, παλαῖμον, Oppidū Cyprī insulæ, antiquum Veneris Paphiæ templum habens: antea Paphus dicta. Verū quum Agapenor ad sexagesimum inde stadium alterum ejusdem nominis urbem condidisset, cœpta est hæc ad differentiam recentioris Palæpaphus appellati, quasi vetusta Paphus: Autor Strabo lib. 14.

Palæscamander, παλαῖμονασδρος, Fluvius Troadis, q; effecto prius lacu, in Achæorū portum influit. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Palæstina, [Παλαιστινη] παλαιστιν. Ger. Ein Landstrasse in Syria welches Gott dem Volk Israel eingegeben hat. Provincia Syriæ, Iudeæ & Arabiæ concretim: ut inquit Plinius libro 5. cap. 12.

cap. 12. & 13. Herodotus totam Syriam vocat Palæstinam. In ea quinque civitates continebantur, Gaza, Ascalon, Geth, Acaron, & Azotus. q Est & altera Palæstina prope Phœaciā, de qua Lucan.lib.5.

Palamēdēs, dis, παλαμέδης. Nomen filii Nauplii Eubœœ regis, qui Vlysses fraude à Græciis interfactus dicitur. Nam quum omnes totius Græciæ principes ad bellum Trojanum convocarentur, Vlysses ut domi maneret, infanire se finxit: & quod melius rei fidem faceret, junctis diversæ naturæ animalibus salem serebat. Palamedes autem ut viri astutiam comprehendet, Telemachum filium objecit: quo viso Vlysses aratrū subito suspendit ne eum läderet: quo argumento simulatione deprehensa, ad bellum coegerit. Deinde quum in Thraciam frumentatum missus esset Vlysses, & nihil inde attulisset, neque quicquam fœse invenisse diceret: Palamedes eodem missus plurimum frumenti ad vexit. Quamobrem Vlysses invidiæ stimulis agitatus, adulterinam Prianni nominit epistolam scripsit, in qua agebat Palamedi gratiæ, comitemorabatque secretum auri pondus esse transmissum, ut Græcos prodet: quod ipse Vlysses per corruptos servos in tabernaculo ejus infidi curarunt. His igitur literis in Græcorum concilio recitat, Palamedes proditionis accusatur. Ibi Vlysses reo se adesse simulans, hostilibus literis nihil fidei habendum contendit: easq; re ipsa facile posse coargui, si Palamedis tabernaculum scrutaretur: in quo si aurum inveniretur, nullam illum suppliæ genus reculare. Missi itaq; qui tabernaculum ejus perscrutarentur, quum aurum invenissent, Palamedes veluti prodictionis convictus, lapidibus obrutus est. Ovid.lib.13: Veller & insœlix Palamedes esse relictus, Vivere, &c. Hic fertur Trojano bello quatuor literas invenisse, scilicet, θ, ρ, χ, φ. Præterea calculorum ludum & mensurarum, & ponderum rationem excogitasse. Astrologia insuper peritus fuisse dicitur, annumque ad cursum Solis, & menses ad cursum Lunæ accommodasse: primusque in castris visam atque reformidatam Solis eclipsim naturalem, minimeque timendam esse docuisse. Præterea ordinem aciei & tesseras: hoc est, symbolum bellicum, & vigilias invenisse. Quæ omnia à gruibus fertur didicisse. Illæ enim nō nisi acie instructa volant, electo duce quem sequuntur, dispositisq; in extremo agmine, qui gregari voce continent, & qui noctu cæteris dormientibus excubias obeant. Inter volandū etiam, mutatis subinde ordinibus, literas quasdam videntur effingere, quas etiam ab eis primus observasse fertur Palamedes. Hinc à poëtis Palamedis aves, grues dicuntur. Martial.libro 13: Turbabis versus, nec litera tota volabit, Vnam perdidis si Palamedis avem. q Fuit & Palamedes Eleates Grammaticus qui scripsit Onomasticum de tragicis & comicis dictiōnibus, ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguae. Suidas.

Palantēum, vel pōtiū Pallāteum gemino l., παλαντεῖον, Vrbs in Palatino monte, à Pallante Evandri proavo. Vnde Virgil. lib. 8. Aen. Arcades his oris genus à Pallante profectum, Qui regem Evandrum comites, qui signa secuti, Delegere locum, & posueré in montibus urbem, Pallantis proavi de nomine Pallanteum. Varro à balatu ovium per antistochon dictum voluit, & per l simplex scribi debet: secundum Virgiliū autem duplex. Vide PALATINVS & PALATIVM.

Palantia, παλαντία, Oppidum Hispanæ Tarraconensis, ut ait Ptolem.lib.2.cap. 6. Vacceorum colonia, à qua Palantini diciuntur: ut à Numantia, Numantini. Alias Palentia dicitur. q Est & nomen fluminis in Valentino littore.

Palantiū, παλαντίον Stephano, Arcadiæ oppidum, Evandri regis patriæ: qui quum patrem imprudens occidisset, suadente matre in Latiū se contulit, montemque in quo primum consedit, à nomine relata patris Palantium appellavit: qui postea Palarium, & Palatinus appellatus est. Plin.lib.4.in descriptione Arcadiæ: Palantium (inquit) unde Palatum Romæ. Pallantia, & Vrbs Romæ quarta fuit regio, circa Palatinum montem: unde & nomen accepit. Sunt qui à Palantia Latini regis matre huic regioni nomen putent impositum. Alii à palando: hoc est, ab errando dictam putant, quod Arcades duce Evandro palantes ibi primum subsederint.

Pallatiū, tī, παλαντίον ὄρος, Vnus ex septē urbis Romæ montibus, nomen habens inde quod ante urbem conditam pecus in eo pascens balare cōsuevit, (sic enim vox ejus animalis figuratur) quasi Balatum: qua etiam voce utitur Nonius. Vel à Palo, las, sive quod ibi palare: id est, errare pecudes soleant: sive quod palantes Arcades cum Evandro ibi consederint. Nam ante Romanam conditam cultum fuisse atque habitatum hunc montem cōstat. Alii à Palantia Latini matre quæ ibi habitaverit, Palatum dictum volūt. Alii à Pallante Evandri avo. Alii à filia Evandi Palantia, ab Hercule vitata, & postea ibi sepulta: vel certè à Pallante ejus filio ibi sepulta. Plinius à Palantio Arcadiæ oppido, & patria Evandri dictum existimat. Ferunt enim Evandrum ob patris cædem domo profugum,

in Latiū venisse, montemq; in quo consedit, Palatum appellasse. Alii à Pale pastorali dea nomen inditum autumant, q Palatum, Domus imperatoria, regia: [ ] Jūn. hechdi 777 birā. ἀρχαῖον. Gall. Palau, maison royale. Ital. Stanza imperiale palazzo. German. Ein Palast/ein Fürstlich hōus. Hispan. Palacio, casarreal. Polon. Palacj.] à Pallante gigante, qui primus palatum ob magnitudinem sui fecisse dicitur: sive (ut Cyrillus auctor Græcus refert) à Palatino mōte. Suetonius de Clas. Gram. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus præceptor eleitus, transit in palatum cum tota schola. Hujus prima syllaba indifferenter scriptores utuntur. Ovid. i. de Arte amandi Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Martial.lib.1: Iude sacro veneranda petes palatia clivo. Crediderim tamē primam hujus nominis syllabam quoties productur genuo lessc scribendam.

Palatīnus, na, um, παλατίνος. Vnde Palatinus Deus, & Palatinus mons dictus est in quo primò Roma ædificata fuit, & in quo Reges primò: deinde Consules: pōst Imperatores majore ex parte fedem habuerunt. Et palatina regio, ea pars urbis in qua Arcades & Aborigenes palantes: hoc est, errantes & vagabundi, duce Evandri primò consederunt: de quæ plura paulò antè in PALATIVM. q Palatina officia, dicuntur Officiales, aulici, & Imperatorii. Iulius Capitonius in Galien. Quum iret ad hortos noītīnis sui, omnia Palatina officia sequebantur. q Palatina palæstra, Quæ in Palatino monte exercetur. Cicero ad Articū lib.2.

Palēs Pastorum dea, vel pabuli: [ βοηθητὴ θεός. German. Die Wiefs und Mutter Göttin. ] cuius festa, Palilia sunt appellata, aut ut alii malunt, Patilia à pariendo, quod pecorum partu credebatur præsidere. Autor Festus. Hanc quidam Vestam, quidam Deorū matrem appellant. Hanc Virgilius genere sominino vocat. Alii, inter quos Varro, masculino genere, ut hic Pales. Huic sacra solvuntur quæ Palilia vocantur, de quib; infia. Hec Servius enarrans illud Virgili 3. Georg. Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus Pastor ab Amphyso. Paliliā, [ παλιλία Ger. Die Bäst der Hütten Göttin ] vel Patilia, in armata, Palis deæ festa dicuntur: quæ à pastoriis in armis siebant undecimo Calend. Maii, quo die Romulus urbem fundavit, ad lupos arcendos, morbosq; à pecorepellendos, seu pro partu pecoris. Propert. lib. 4: Vrbi festus erat, dixere Palilia patres: Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

Paleutrius sura, Orator & causidicus fuit, Martialis & Lucani amicus: sed ob suspicionem, quod cum Vitellianis senisset, senatu à Domitiano fuit amotus.

Palicenus fons, παλικήν ρέλιον, Fons est in Sicilia non procul à Catana: ita dictus q proximus sit Dellis lacibus, quos fratres Palicos esse vetustas credit. Apud hunc fontem juramentorum veritas explorari solet ad hunc modum: Iuratus tabellam quam manu tenebat, conjiciebat in fontem: quæ si vera esset quod jurejurando asseruerat, fluitabat: si falsum, megebatur. Autor Stephanus de Vrbib.

Palici, [ παλικὶ Germ. gewissig/Göttin von der Thalia, oder Actna. ] Dicti sunt gemini fratres, Iovis filii & Thaliq Nymphæ sive (ut alii volunt) Actnæ: quæ quum Iunonis iram meminerat, oravit ut terra sibi defisceret. Sed quum tempus maturitatis infantium quos alvo gestabat, advenisset, rursum terra hiā, duos infants ex puerelæ alvo emisit, appellatiique sunt Palici, δύο τε παλικῖον, quod in terram demersi, denudū sint reversi. Ostendunt accolæ duos lacus, ex quibus Palicos fratres prout emersisse, eosq; Dellos appellant: qui tanta olim in vocatione habitu sunt, ut circa eos juramenta exigunt solerent, si quis in furti suspicionem incidisset, prius tamen accepto si dejustore, qui si juranti quid accidisset, præstaret quod exiū ostenderet. Vide in dictione D ELLI.

Palīnūrūs, παλινύρος, Lucaniz promontorium, haud longe ab Helia, quæ postea Velia dicta est: ita dictum à Palinuro natus Aeneus gubernatore, qui somno oppressus, unaq; cum gubernaculo in mare delapsus, quum ad eam partem Lucanum adnatasset in qua postea Velia condita fuit, ab incolis præde cupidis occisus est, & spoliatus, cadaverq; ejus in mare abiectum. Verum quum nō ita multo pōst ora illa gravissima pestis infestaretur, oraculo moniti ut Palinuri Manes placarent, lucum ei fecerunt, & cenotaphium: hoc est, inane sepulcrum, posuerunt in promontorio, quod etiam Palinurum à nomine ejus appellarunt. Virg. 6. Aen. Nam tua finitimi longè, lateq; per urbes Prodigis acti cœlest. bus, ossa piabunt: Et statuerunt tumulus, & tumulo solennia mittent, Aeternumq; iocus Palinuri nomen habebit, q Dicitur autem Palinurus qualitera meiens: πάλιν, enim iterum, ὥρα urina. Ad quā etymologiam alludit Mart. lib. 3. Minxisti Pauline semel currente carina, Mējere vi iterum, sic Palinurus eris.

Palladiūs, παλαδίος, Nomen viri proprium, qui de Agricultura libros duodecim scriptis, singulos libros singulis mentibus sumens.

Palladium.

Palladium. Vide in APP ELL.

Pallantiās, παλαντίας, Palus est in Africa, non procul ab ari Philenorū, ad Tritonem aranem: quam etiam Tritonidem paludem appellatam invenimus. Circa hanc paludem Palladem primum apparuissē ferunt: unde ex ea natam fuisse non nulli putaverunt. Vide Plin.lib.5.cap.4.

Pallantiās, παλαντίας, Oppidum citerioris Hispaniæ, apud Prolem. lib.2.cap.6. Inde Pallantini dicti sunt ejus urbis incolæ, quos Plin.inter Vacceos numerat lib.3.cap.3.

Pallas, αντις, πάλλας, Evandri filius, qui Aeneo suppetias missus adversus Turnum, ab eo occisus est. Virgil.10.Aen. Ipse caput nivei fultum Pallantis, & ora Ut vidit, &c. Alius fuit Pallas Pädionis filius, cuius meminit Ovid.lib.7.Metam. Major habet Clyton & Buten Pallante creatos.

Pallas, adis, πάλλας, Sapientia dea, quæ alio nomine dicitur Minerva, ex Iovis cerebro sine matre prognata. Quod ideo à Poëtis fingitur: quia liberalibus artibus & honestis disciplinis credatur præsidere, quæ non ex invento humani ingenii, sed ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte creduntur dimanasse. Dicta est autem Pallas (ut quibusdam placet) à Pallâte gigante ab illa interfecta, quam prius Tritonia vocaretur à Tritonide palude, ubi primum visa est. Vel δέ τοῦ πάλλαν: hoc est, à vibrando, vel quatiendo. Solet enim ita pingi, ut hastam manu teneat, eamque veluti vibrare videatur.

Palladiūs, dia, dium, παλλαδίος, Quod est Palladis. Hinc Palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis.

Pallēnē, es, pen pro. παλλεῖν, Oppidum in finibus Macedoniæ, ab ea parte qua Thraciam spectat, exigua Cherroæ situm: ita dictum à Pallene Sithonis filia, & Cliti uxore. Vide Plin.lib.4.cap.10. qd Est item Pallene vicus Atticæ regionis in tribu Aptiochide. qd A' Pallene Macedonia regione fit Pallenus, a, um: ut Triumphi Pallenæ, apud Statuum lib.4.Sylvarum.

Palmā, παλμη, Civitas in majori Balceari, Romanæ civitatis ius habens, ut tradit Plin.lib.3.cap.5, & Ptolem.lib.2.cap.6.

Palmariā, παλμη, insula est ultra Tyberina ostia, in mari Tyrrheno. Var.lib.3. de Rust. Hoc ita fieri appetet in insulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandataria.

Palmýrā, παλμη, Stephan. Vrbs est Syriæ, situ loci, soli, divisa, & aquarum amicentia insignis. Civitas est libera & private fortis (ut inquit Plin. lib.5. cap.25.) in confino Romani & Parthici Imperi sita. qd Hinc Palmynæ solidudines appellatae sunt, quæ ab hac urbe, usq; ad Petram Arabiæ Petreæ metropolim, & ad fines Arabiae felicis pertingunt.

Pamisus, παμισός, Arcadiæ fluvius in Stymphalo monte na-scens, & præter Trozenem in Messeniacum sinum influens. Dictus Pamisus, quasi totus odiosus, ob damna & detrimenta quæ agris infert. Ptolemæus Panisum vocat. Est & alter eiusdem nominis fluvius in Thracia ex Hemo profluenus, teste Plin.lib.4.c.11. Item tertius in Thessalia, cuius meminit idem Plin.lib.4.cap.8.

Pamphigī, παμφιγι, Aethiopæ populi quibuslibet rebus vescentes, quorum meminit Plin.lib.6.cap.30. Pamphagus item numeratur ab Ovid.lib.3.Metam. inter canes Acteonis. Pamphiliūs, παμφιλός, Neoclidis filius, Platonis auditor, quem testatur Plato in Phædone, inter eos qui in acie ceciderant, decem dies jacuisse, triduoque postquam inde sublatus fuerat, impositum rogo revixisse, ac mira quædam tempore mortis visa narrasse. qd Pamphilus alias sacerdos, Eusebius Cæsariensis necessarius, tanto bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut bonam partem voluminum Origenis sua manu descripsit. Existens idem martyr apud Cæsaream Palæstinæ sub Maximino. Ex Hieronymo. qd Suidas autem tres Pamphilos commemorat: duos Grammaticos, quorum alter patriam Sicyonius, de Grammatica, picturaque, ac claris pictoribus scripsit. Alter Alexandrinus dictionarium edidit, quod & Pratum appellavit: id est, variarum rerum collectanea. Tertius Atheniensis fuit, reipublicæ expilator.

Pamphylia, παμφυλία. Ger. Ein Landeschaft des minderen Asia zwischen Cilicia und Syria gelegen.] Regio in minori Asia, ab Ortu Ciliciam & partern Cappadociæ: ab Occasu Lyciam habens: à Septentrione, Galatiæ: à Meridie, mæs quod ab ea Pamphylium appellatur. Dicta Pamphylia (ut quidam putant) ab arborum copia, quasi tota frondosa. In ea (ut Pomponius refert) est fluvius Melas, navigabilis, & Erymedon, apud quæ Cimon Atheniensis Perlas navalij pugna superavit.

Pan, παν. Germ. Der Hirt der Götter] A' Poëtis pastorum atque adeò totius naturæ Deus esse fingitur: unde etiam à Græca dictione παν, quæ idem significat quod totum vel omne, nomen accepit: quod putabant uno genere nomine omnia complecti. Vnde etiam ita Pana pimerunt, ut nihil ex toto universo in eo videatur prætermissum. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem, rubet ejus facies ad ætheris imitationem: in pectori Nebridem habet stellam, ad stellarum imaginem. Pars ejus inferior hispida est,

propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet, ut ostendat terræ soliditatem. Hic Dæmogorgonis filius creditur fuisse, & fistulam composuisse septem imparibus calamis, simul conjunctis, propter harmoniam cœli. Hunc Arcades colunt, eum universæ materiæ dominum appellantes. Vnde à Græcis παν, appellatur. qd Itero Pan Latinè incubus dicitur. Incubi verò sunt nocturna phantasmatæ mortalibus terrent incutientia. Traditur & cum Cupidine aliquando pugnascit, à quo superatus incidisse in amorem Syringis seu Syringæ virginis, quam quum transire Ladonem Arcadiæ amnem non posset, nympharū precibus in palustrem calamum mutatam vidisset, ex hoc statim composuisse fistulam, quæ illius nomine apud Græcos est vocata, septem imparibus calamis simul junctis. Virgil.2.Aegloga: Pan primus calamis cera coniugere plures instituit: Pan curat oves, oviumque magistros.

Panætiūs, πανατίος, Nicagoræ filius, pattia Rhodius, Stoicæ sectæ philosophus, Diogenis familiaris & Scipio's Africani præceptor, quem Cicero se in Officiis imitari profitetur. Hujus autem hodie celebratur aurea illa sententia: Vitam hominum ex improviso assidua & propè quotidiana pericula ferre, ad quæ cavenda, oportere animo semper esse intento, ut sunt athletæ. Sieut enim illi in certamine athletico, caput, manus, oppolitis, quasi vallo præmuniunt: ita animum sapientis adversus petulantiam injuriarum, ictusque fortunæ debere esse erectum, arduum, septum, nequa in re repentina incurso imparatis, improtractis, nobis obviatur. Fuit & alter Panætius senior, & ipse Rhodius, cuius multa fit mentio apud philosophos. Vtiusq; meminit Suidas.

Panætolūm, πανατολή, Mons est Aetolianus: ita dictus, quasi totam occupet Aetoliam. Plin.lib.4.cap.2.

Panætolycūs, ca, cum, adjективum, ut Panætolicum concilium apud Livium lib.1.belli Macedonici.

Panchārā, πανχάρα. Germ. Ein Landeschaft Arabie, in welcher Wehrauchdwæwachsen.] Regio Arabiæ, terra arenosa, in qua arbores sponte natæ thus emittunt. Virg.2. Aen. Totaq; thuriferis Panchala pinguis arenis.

Pánchez, Populi, qui, ut Pomponius libro tertio refert, deserta Sabæ habitant: qui & Ophiophagi vocantur: quoniam serpentibus vescuntur.

Panchale, Insula una Cycladum, aliás Amorgus, Steph.

Pändānā, Porta Romæ, quæ anteà Saturnia dicebatur; ita dicta à verbo Pando, quod semper pateret ad res quæ in urbem cerebantur excipiendas. Eadem dicebatur Libera, à Libertate. Autores Pompon. Fest. & Varro lib.4.de Ling. Lat.

Pandaria, πανδαρία, Insula est exigua in sinu Cajetano, distans à continente ducentis quinquaginta stadiis. Strabo lib.5.

Pandararia, πανδαρία, Insula in Putolano sicut, teste Plinio lib.3.cap.6.

Pandōn, πανδών, Proprium nomen Erechthei Athenarum regis filii, qui patri successit in regno. Hujus filiæ fuerunt Progne & Philomela: quarum Progen Tereo Thracum regi, cuius ope Ponti regem profligaverat, uxorem dedit. Reliqua vide in dictione P R O G N E. Hinc Pandonia, πανδών: hoc est, Attica: & Pandionius, a, um, idem quod Atticus. Lucanus de Pallade: Et Pandonia quæ cuspidé protegit arcæ.

Pandōrā, pandora, πανδώρα. Ab Hesiodo fingitur fuisse prima mulier à Vulcano Iovis iussu fabricata, quæ singuli dli donis suis ornauerunt. Pallas enim sapientia donum ei contulit: Venus formæ: Apollo musices: Mercurius eloquitiæ. Inde dicta fuit Pandora, quasi omnium donum, vel quasi ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Autor Hesiodus in Theogon. qd Est & nomen matri Deucalionis, à qua Thessalia Pandora dicta est.

Pandōræ, πανδώραι, Populi sunt in convallibus Indiae, (sicut libro septimo, capite secundo, scribit Plinus) qui ducentis annis vivunt. In juventa capillos candidos habent, infeste nigros.

Pandōrā, πανδώρα, Civitas in Epiro sive Thesprotia, non procul ab Acheronte amne. Item altera in Lucania Italiam regione, quæ & ipsa Acheronte quadam fluvio irrigatur, circa quam Alexander Epirotæ trucidatus est. Nam quum Dodoneo oraculo monitus esset ut Pandosiam urbem, & Acherusiam aquam caveret, ad declinanda fatorum pericula imminentia, peregrinam militiam sibi suscipiendam ratus, in Italiæ trajecit, ignarus & ibi Pandosiam urbem esse, & Acherontem fluvium: ubi vix nave egressus, vetusto à milite est transfixus.

Pandrosos, pen. corr. πανδόρος, Filia fuit Cecropis Athenarum regis, soror Aglauri & Herse: de quibus Ovidius lib.2. Metamor. Pars secreta domus ebore & testudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tum Pandrose dextrum, Aglauros levum, medium possederat Herse.

Panēus, πανεύς, per simplex n, Fons est sub Libano monte, in quem si quis natantia projiciantur, in lacu, cui Phiala nomen est,

est, cuncta reperiuntur. **P**er est etiam hoc nomine Colchorum fluvius, Bocatio teste, cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Henjochorum multimodas gentes.

**P**āngæus, πάνγαος, Promontoriū est Thracia, Bessis conterminum, & Macedonia conjunctum, ad cuius radices Nestus amnis defluit. Et in singulari est generis masculini, in plurali generis neutri. Statius: illi Pangæa resultant, Istraraq;

Pāngæus, a, um, ut Arva Pangæa.

Panhormius. Vide PANOR MVS.

Panionium, πανιόνιον, ut scribit Herodotus lib. 2, Locus est sacer in Mycale promontorio, ad Septentriōnem vergens, communī consensu ab universis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis conveniebant Iones, ad peragenda sacrificia, quæ & ipsa Panonia, πανίωνα, dicebantur.

**P**āntisci, παντίσκοι, Diti sylvestres, per diminutionem dicti, quasi minutuli Panes, sicut à Satyro Satyricus inclinatur. Scribit Plin. lib. 35, Paniscum fuisse pictum à Taurisco pictore.

**P**ānnōniī, [παννόνιοι, Ger. Die Ungaren.] Appellantur à Romanis, quos Graeci Peones, πεωνες: vulgus Hungaros vocitat, quorum fama olim formidine totam concussit Italiam, tanquam essent bello insuperabiles. Hi tribus fluviis, Dravo, Savo & Istro, vallauntur.

**P**ānnōniīcūs, -ca, cum, παννονίος, Sueton. in August. Reliqua per legatos administravit, ut tamen quibusdam Pannonicis bellis atque Germanicis auxilievaret, aut non longe absit. Horum regio, Pannonia, παννονία, dicta est, quæ ab Oriente habet Moesianam, quæ & Servia & Bulgaria dicitur: ab Occidente Noricum: à Septentrione Germaniam & Danubium. Dividitur autem Pannonia in superiorē & inferiorē. Pannonia superior ab Occasu, Norico: à Septentrione, Germania & Istro terminatur: ab Oriente habet Pannoniā inferiorem: à Meridie Illyriū. Hęc Pannoniā pars Styria & Austria appellatur, in qua Vienna urbs celeberrima, firmissimumque orbis Christiani propugnaculum. Inferior vero Pannonia à Septentrione Germaniam, Danubiumque: ab Occasu Pannoniā superiorē: à Meridie Liburniam, quam hodie Sclavoniā appellant, prospicit: ab Ortu vero Iazyges Metanastas: quem tractum hodie Septem castra vocant. Hęc Pannoniā pars hodie ferè uno nomine Hungaria dicitur.

**P**ānomphæus, [πανομφαῖος, Germ. Ein junam Ioris, aff der älter stum hörte.] Ioris epitheton, à πύρ & ὄμφη, vox sine quod ab omni lingua colatur, sive quod omniū voces audiat. Ovid. lib. 7. Metam. Ara panomphæa vetus est sacrata tonanti.

**P**ānopē, es, πανόπεια, sive Panopea, πανόπεια, Nymphe marina, Nerei & Doridis filia: ita dicta à perspicuitate visus. Virgil. 5. Aen. Phorcij chorus, Panopeiaq; virgo. Idem primo Georg. Glauco, & Panopeq; & Ino Melicertæ. Hesiodus in Theogonia: Δωρές, οὐ πανόπεια. C. L. de Gellatius.

**P**ānōpolis, πανόπολις, Oppidum est Aegypti, Panos cultui præcipue deditum: cuius simulacrum ingens apud illos erat, pudendo supra modum erecto: dextra autem Lunæ flagellum intentans. Hinc fit gentile Panopolites. Nomos quoque vicinus, ab oppidi hujus nomine Panopolites dictus est: de quo Plin. lib. 5. cap. 9.

**P**ānorūmūs, [πανόρομος, Vulgo Palermo. Ger. Ein Vorgeberg in Sizilien / heißt jetzt Palermo.] Latinē statio dicitur: quo nomine dicta est Siciliæ insignis civitas, propter multitudinem naviū quæ uide illuc conveniunt. Hęc etiam in neutro genere effertur Panormum. Componitur dñs Πανόρμος η ὄρμη. Est autem ὄρμη, portus pars, sive statio: unde nautæ Hormizare dicuntur, quando navem anchoris & retinaculis instruunt, quod secura sit à repentinis procellis. Hinc sunt Panormita, πανορμῖται, & Panormitanus, qui ex Panormo est. Pro. lib. 3. cap. 4.

**P**antaces, πανταξις, Fluvius est in finibus Italæ non procul à Gargano monte, iuxta Calchantis, & Podalirii facella: cuius aquæ ad pecorum morbos præfens habet remedium. Dictus Pantaces, λότος πάντας τὰς τούτους ἀκαίας: hoc est, à morbis omnibus curandis.

**P**antagias, πανταξις, Fluvius qui quum plenus incederet, to tam Siciliam sonitu implebat: post raptum autem Proserpinæ quum Cereris filiam querenti obstreperet, tacere iussus, paruit numinis voluntati. Hęc Servis in illud Virgil. 3. Aen. vivo præterehor ostia saxo Pantagia. Nomen autem videatur accepisse hic fluvius à nimia rapiditate, λότος πανταξις, quod obvia quæq; protervat atque secum rapiat.

**P**ānthēa, πάνθηα, Vxor fuit Abradatas regis Suforum, ut forma ira & castitate insignis: quæ quum à Cyro majore, expugnatis Assyriorum castris capita esset, liberaliterq; ab eo habita, Abradatam virum ad se accersivit, cum per communia leti & fœdeta obtestans, ut pro tanta regis in se benegyfetia aliquid illi mercedis rependeret. Qua uxoris oratione inflammatus Abradatas cū universis copiis in Cyri castellum venit: ubi quum fortiter dimicās mortem oppetiisset, Panthea cadaver

illis inter tot millia cæsorum agnitus, lectica sua ad ripam Pactoli amnis retulit: ablutiq; ejus vulneribus quum nutriti quid post mortem fieri vellet in mandatis deditset, capite in mari peccus inclinato necem sibi concivit. Vide historiam hanc latius apud Xenophontem lib. 7. Pædæ Cyri.

**P**ānthēon, [πάνθεον, πάνθεον, Germ. Der Tempel aller Götter oder heiliger in Rom.] Templum Romæ, ut Dion historicus refert: sic dictum, quod in Martis, Venerisque imaginibus, sub templo constitutis, omnium deorum imagines effigie erant. Sive quod templum rotundum sit, cæloq; persimile ut propter otium omnium deorum habitatio censetur. Potest evam dici Pantheon, summum deorum. Nam πᾶν significat omne (quod sanc in similibus sacer ad summum spectare solet) & πᾶν deorum. Plin. lib. 36. c. 15: Pantheon lovi ulti ab Agripa factum fuisse narrat. Hodie vulgo appellatur Templum D. Mariae rotunda.

**P**ānthēoūs, & per contractionem Panthūs, πάνθεος, Nomen proprium filii O:rei fratris Hecubæ. Vocativum facit Panthu, abjecto s, more Græcorum. Virg. 2. Aen. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Inde sit Patronymicum Pāthoides, pen. corr. quo usus est Ovid. lib. 15. Metamorph pro Pythagora, qui tempore belli Trojani se Euphorbum Pāthoi filium fuisse gloriabatur.

**P**ānticapes, παντικῆπται, Fluvius est Scythæ quintus ab Istro, (ut scribit Herodot. libro quarto,) Nomadas à Georgis distinguitur.

**P**ānticapēum, παντικάπεια, Vrbs maxima ad Bosporum Cimmerium, cæterarum metropolis, condita ab Aetæ filio, cui Agætus Scytharum Rex hunc locum donaverat. Nomen autem accepit à Panticape vicino amne. Meminit hujus opidi Plin. lib. 4. cap. 12.

**P**āntomatriūm, παντομάτριον, Stephano, Oppidum est Creta insulæ maritimum, authore Plin. lib. 4. cap. 12.

**P**āpæus, Nomen, Herod. teste lib. 4, quo apud Scythias lupi vocatur.

**P**aphages. Rex Ambraciæ. Is quum obviam factus esset lexæ catulis suis stipatæ, ab eadem occisus est.

**P**aphlagonia, [παφλαγονία, Germ. Ein Landstrich des mittleren Asia: hoffend an Galatiam, und das Eurasisch Meer.] Regio minoris Asiae, ad Septentrionale litus veria, supra Galatiam, cuius eam Ptolemaeus partem facit: ita dicta, teste Stephano, à Paphlagone Phinei filio. Ejus incole dicti sunt Paphlagones: ex quibus fuerunt & Heneti, qui per seditionem patria pulsi, & rege Pylemene ad Trojam amissi, Antenorem in Italia sequuntur sunt, & pro Heneti literæ unius immutatione Veneti sunt appellati, autore Livio, libro 1. ab Urbe condita. Paphlagonia (ut Solinus scribit) à Cytoro monte consurgit protecta in spatium trium & sexaginta, millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ subacta à Pompejo, Pompeiopolis nominata fuit.

**P**āphūs, πάφος, Filius Pygmalionis filii Cilicis ex Eburnea matre. Quum enim olim Pygmalion in Cyprus insulam pervenisset, competrissetq; mulieres omnino libidini obsequentes, cælibem vitam ducente statuit. Porro quum ingenio valeret, essetq; sculptor insignis, dicitur sibi ex cädidissimo ebore muliebre sculptissimæ simulacrum, omnis venustatis, formæque numeris (quoad fieri potuit) absolutum. In quo quum homo ingeniosus artem suam miraretur: in ejus amorem incidit, oravitq; Venerem, quæ summa cum veneratione id temporis in Cyprio celebrabatur, ut uxorem sibi concederet statutæ suæ eburnæ simillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediēs statuam suam animatam invenit, servatisq; iisdem lineamentis, eodemq; candore, in formosissimam virginem transformatam. Cuius postea concubitus, ex ea Paphum filium suscepit, qui & patri in regno succedit, condiditq; urbem in Cypro, quam de suo nomine Paphum appellavit: constructa etiam in eo templo & ara in honorem Venetis, cui diu s. lo thure sacrificiū est. Virg. lib. 10. Aen. Est Amathūs, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, &c. q. Inde Paphius, a, um: unde & Paphia Venus dicta est, quod apud Paphum coleretur.

**P**āpia, [Vulgò Pavia. Germ. Πάπεια] Civitas Insubrum, Ticinum, παπια, Ptolemaeo appellata, olim Ostrogothorum & Longobardorum regum sedes.

**P**āpīnānūs, παπινανος, Iurisconsultus, Severo principi gratissimus, Scævolæ discipulus, cui in advocatione filii succedit. Is est cui filios suos Severus moriens commendavit: deinde ab Antonino Caracalla securi percussus. Causa necis traditur, quod Caracalla imperfecto fratre Getae mandaverit ut & in Senatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem spondisse, non tam facile, patricidium excusari posse quām fieri, Spartan.

**P**apinius Statius, Neapolitanus inter heroicos poetas relatus, haud ignobilis genere ortus est. Quidam scribut majoris ejus

ejus oriundos esse Episo, diuq; versatos Sellis non sine admiratione ingenii & probitatis. Patrem Papiniū habuit, qui ob insignem eruditionem, egregiasq; virtutes Neapolitana civitate donatus est, in qua Statius Papinius poëta natale suum habuit. Edidit multa & varia poëmata, Thebaide libris duodecim, quos consecravit Cæsari Domitiano. Præterea opus Sylvorum. Postremò Achilleida aggressus, morte præventus tantum reliquit inchoatum. Ex Crinito.

Papicium, παπίκιον, Vrbs est Paphlagonie: à qua sit gentile Papicius, παπίκιος, Autor Stephan.

Pappius, παππεύς, Philosophus Alexandrinus, scripsit de situ orbis: de flaviis Africæ: & commentarios in Ptolemaeum.

Paprimois, παπρίμαιος, Aegypti oppidum. Cujus civis Paprimites, παπρίμαιοι, Stephan.

Papyrius, Α' velocitate Cursor dictus, qui Dictator creatus adversus Samnites, quum se adversis omnibus progressum esse sensisset, ad auspicia reperenda Romam rediens, edixit Fabio Rutiliano magistro equitum, quem exercitu præsebat ne manus cum hoste consereret. Sed quum illè opportunitate ductus pugnasset, ac viceret, reversus eum ferire securi voluit: ille in urbem confugit: ubi quum nec supplices Tridentini satis eum tueri auderent: victus tandem Dictator populi precibus, miserique parentis lacrymis, supplicium ei remisit: paucisq; post diebus ducto de Samnitibus triumpho, Dictatura se abdicavit. Vide Liv. lib. 9. q; Lucius Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus secundum patrem omnium pulcherrimam victoriam reportavit: sedemq; Fortunæ de manubiosis faciendam locavit. q; Papyrius Crassus, quum Privernates intra mœnia fugasset, ac pro rebus bene gestis triumphus ei negaretur, in mōte Albano triumphavit, & pro laurea usus est myrtle corona. Valer. lib. 4. q; Papyrius Carbo, cum dentibus natus, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 16. q; Papyrius praetextatus, nobilis adolescentis, ex eo cognomen adsecutus, quod in praetexta & adolescentia magna indolis atque ingenii specimen dedit. Quum enim à patre duceretur in Curiam, in eaq; fore arcana quædam tractarentur, domum reversus, interrogatus à matre quidnam in Senatu esset actum: Ut duæ (inquit) uni nubere possint. Qua re inter matronas sparsa, manè gregatim ad Curiam concurrunt, multò equis esse clamitantes, duobus unam nubere. Cujus clamoris causa tandem intellexit, & Senatus Papyrii in ætate taciturnitatem admiratus, soli in posterum ex æqualibus aditum concessit in Senatum. q; Papyrius item alius fuit, qui quum Publum quendam adolescentem nobilem ex alieno sibi devinctum, & in servitutem adjudicatum haberet, scđoque ejus amore captus, generosum animum ad turpe obsequium nulla ratione posset inflectere, eaq; de causa adolescentium multis, & plagiis, & cōtumelias afficeret, re in Senatu cogita, in carcerem conjectus est, cautusq; est ne quis in corpora libera ob æs alienum quippiat in posterum juris haberet. Simile quiddam refert Valer. lib. 6. cap. 1. de T. Veturio, & Cælio Plotio.

Paradisus, Vide in APP E L.

Paræsus, Vrbs condita à Paræso Minois cognato, Steph.

Parætonium, παρατόνιον, Libycæ Marmaricæ oppidum est, stadiis ferè non ingentis distans à Catabathmo. Alio nomine Ammonide dicitur. Habet portum ingentem, XL. ferè stadiorum. Autor Strabo lib. 17.

Pärætoniūs, α' um, adjecitum. Lucan. lib. 3: Vsque Parætonias Eoa ad littora Syrites. Silius item lib. 3: Perque Parætonia celebratum littora Syritis. Ab hujus oppidi nomine etiam Parætonium appellatum est coloris quoddam nativi genit, quod circa hanc urbem in littore solet inveniri, ex spuma maris, ut creditur, cum limo solidata: unde & minutæ conchulæ plenique in eo inveniuntur. Autor Plin. lib. 35. cap. 6.

Paralus, Vide in APP E L.

Parapotamia, παραπόταμια, Regio Asiaz, Tigri fluvio proxima: unde & nomen acceptit. Vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Päræ, arum, [Germ. Die drei Göttlin von welchen die Hölten gesichtet haben / das sie einem jeden die geschehen Lebens: Iom sein Glück oder Un Glück bestimmen.] Dicitur sunt à Parco, per contrariam significationem, quod nemini parcant. παραγ. αρον, Ideò tres esse Parcas arbitrantur: quoniam tria sunt tempora in quibus omnia evolvuntur. Varto à partu, unius literæ mutatione deduci putat: quoniam ut (scribit Hesiodus) nascentibus hominibus bonum, malumq; conferre censeantur. Iuven. Satyr. 9: Hec exempla para sceliticibus: at mea Closto, Et Lachesis gaudent, si palpitatur inguine venter. Harum nomina erat Closto, Lachesis, & Atropos, quas Cicero Erebi & Noctis filias fuisse scribit, & easdem cum Fatis fuisse existimat: Vnde & illud Cleanthis: Ducuat volentem fata, nolentem trahunt. Finguntur vita hominum præesse, & nendo eam ducere. Quapropter lanificas sorores appellat Mart. lib. 6: Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores Stamina, nec surdos vox habet ista deos: Apulejus. Tres Parcas tria fata sunt numero, cum ratione tem-

poris faciæt, si potestatem earum ad ejusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: & quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spatia: & quod nondum extolo tractum est, subactumq; cura digitorum, futuri & consequentis seculi posteriora videtur ostendere. Lachesis dictam esse putant à λαχεῖν, quod Græcæ sortior significat. Atropon: quia verti: hoc est, mutari aut fletri non possit, ab & privativa particula & verbo τέλεω, quod est verbo. Clotho: quoniam contorta & convoluta omnia teneat: à verbo Græco κλεψυ, quod significat ne, vel circumvolvo.

Parentium, παρέντης, Istræ oppidum est, cuius meminit Ptolemaeus libro 3. cap. 1. Hinc Parentinus, gentile. παρεντῖος, Stephanus.

Paretaceni, παρετακενοὶ, Populi Mediæ, aut certè Mediæ finitimi juxta Elymæos, montium incolæ, & latrocínio viatum quæritantes. Meminit horum Herodotus lib. 1, & Strabo lib. 11, & 16.

Paretonium, vide PARABONIUM.

Pariædres, παραιδρες Ptolemaeo, Pars Tauri montis, in finibus

majoris Armeniæ, ex qua Absarus fluvius oritur. Autor Plin.

lib. 6. cap. 9, & lib. 5. cap. 27.

Parienna, παριέννα, Ptolemeo libro secundo, capite 11. Geræ manæ urbs.

Parilium, vide in APP E L.

Pärīs, Paridis, [πάρις. Germ. Ein Sohn des Königs Priams so die Schön Helenam aus Griechenland entführt hat.] Priami Trojanorum regis, & Hecuba filius, alio nomine Alexander appellatus. Cuius matri, quum illa se facere ardenter somnasset, conjectores responderunt fore ut filius, quem in utero gestabat, causa esset Trojani excidii. Qua re cognita, Priamus puerum, ubi primum fuit natus, Archelaō seruo expонendum tradidit. Contrà Hecubam tum materno affectu, tum infantis forma commota, curavit ut furtum nutritur a pastorebus in Ida monte. Vbi quum adolevisset, Oenonem virgunculam amavit, & cōpressit, suscepitq; ex ea duos filios. Porro quum in dirimendis controversiis esset æquissimus, maximam justitiae famam sibi comparavit, adeò ut orta inter deas, lunonem, Palladē, & Venerem disceptatione de forma propter aureum pomum à love cœlitus demissum, in quo scriptum erat: Detur pulcherrimæ: judex sit ab iis constitutus. Quas quum vidisse nudas, sentientiam secundum Venerem tulit, quæ pulcherrimam forminaru illi uxorem promiserat, neglecto regno quod pollicebatur Iuno, & contempta, quam Pallas offerebat, sapientia. Præterea quum esset fortissimus in agonali certamine, quod ad Trojā agebatur, cum aliis omnes superavit, tum ipsum etiam Hectorem: qui quum status quod ab imbecillitate vinceretur, gladium in eum strigiter, pastorem esse eum putas, Paris illi aperuit, se ejus fratrem esse germanum: quod & allatis crepundiis probavit, quum adhuc sub pastorali habitu lateret. Sic igitur cognitus, à patre receptus est. Deinde constructis viginti navibus per speciem legationis ad repetendam Hesionem, in Græciam missus est: ubi à Menelao, hospitio est susceptus. Verum quum ille necessaria de causa in Cretam navigare cogeretur, Paris sibi occasionem rei bñnd gerendæ oblatam ratus, Helenam quam mutuo amore deperibat, rapuit, & in Asiam abduxit. Alii tradunt in Græciam venisse absente Menelao, Hellenesque pulchritudine captum, Spartam expugnasse, illætique etiam renitentem, & omnes regios thesauros rapuisse, & ob id postea Helenam dignam visam esse, quæ à viro, atque adeò à tota Græcia tantis opibus repetetur. Ita Helenæ rapuum esse deinde securum bellum Trojanum, in quo singulari certamine cum Menelao congressus, quum penè vinceretur, à Venere pugnæ subtrahum. Postremò Hectore & Troilo fratibus occisis, quum ipse sumptuoso arcu & sagittis quibus plurimum valebat, Achillem sub praetextu deponensq; Polyxenæ sororis in templo Thymbræ Apollinis interfecit, cum quoque à Pyribō, live (ut aliorum est opinio) à Philoctete esse interfectum: post cujus mortem Helenam Deiphobo nupsisse. Ovid. in Epistol. Bella gerant alii, tu Paris semper ama.

Pärīsii, Parisorum; [Vulg. Parii. Germ. Die Pariser in Brandenburg.] Populi sunt inter Celtes ad Sequanam fluvium; inter Senones & Bellovacos: quorum caput est Lutetia, optimarum omnium disciplinarum patens, olim in Sequanæ insula sita: hodie verò prolatis id estidem pomœriis tantopere aucta; ut nulli potentissimarum urbium meritò debeat posthaberi. Vide Caesaris lib. 6. Comment. & Ptolem. lib. 2. cap. 8.

Pärīum, παριόν, Troa ad oppidum ad Propontidem, teste Strabone lib. 13. à Milesiis, Erythræis, Parisque conditum, juxta quod, teste Plin. lib. 7. cap. 2, Gentes fuerunt quæ Ophiogēnes vocantur, serpentum iætus levare solitæ, & manu impolita venena extrahere corpori, quorum etiam sua ætate paucos, reliquos fuisse, autor est Varto, salvia sua serpentum iætibus me-

deri solitos. In eodem oppido, teste Plin. lib. 16. cap. 5. Cupido nudus fuit pat Veneri Guidi nobilitate & injuria.

Pārīs, paria, patium, παρίς, adjectivum: Vnde Patis lapis, sive Parium marmor, quod candidum erat, & sculpruris aptissimum. Virg. 1. Aeneid. Pariūsve lapis circundatur auro.

Pārmā, nomen est fluvii, à quo Parma urbs in Insulib[us] celeberrima appellata est. Hæc patria fuit Cassii Poëtae, & Macrobii, viri ingenio & doctrina præstantis.

Pārmēnides, παρμενίδης, Eleates philosophus, Xenophanis auditor, atq[ue] amicus, à cuius nomine Plato Dialogum, quem deinde collocavit, Parmenidem appellavit. Hic carmine Physiologiam expressit, sicut Empedocles & Hesiodus, duplicitemque eam esse dixit: unam quæ veritate constaret, alteram quæ opinione. Primus deprehensisse dicitur eundem esse Luciferum & Hesperum: alii Pythagoram dicunt. Autores Suidas, & Diogenes Laëtius. Hic censuit sempiternum atque immobile esse universum, quod maximè unum secundum veritatem rerum subsistat: solum enim esse simplex, & intrepidum, atque ingenitum: generationem verò eorum esse quæ falsa existimatione videntur esse, quum non sint. Sensus autem removendos à veritate putat. Affirmat enim, si quid est præter ens, id esse non ens. Non ens autem, non esse in rebus, & sic ens viventium sibi relinquitur: terram verò densioris aëris defluxu factam arbitratur.

Pārmēnō, παρμένιος, unus fuit ex precipuis amicis Alexandri Macedonis, qui cum in Asiaticam expeditionem est secutus, cuius frequens est mentio apud Curtium.

Pārmēno, parmenonis, παρμένης, Personæ Comicæ nomen apud Terentium in Eyancho, δῶς & παρμένης: hoc est, à diuitiis commorando (ut videtur) impositum.

Pārnassūs, gemino, (nam apud Stephanum & Suidam legitur παρνασσός) mons est in Phocide, ut autor est Plin. lib. 4. c. 3. & Strabo lib. 8. & 9: [Gerra. Ein hoher Berg in Phocide, Bacchus und der Apollini iugeat] duos vertices habens, quorum unum Thitorea vocati: alterum Hyampeum, Herodotus in Vrania tradit. Citharon autem & Helicon, quos Servius male putavit esse Parnassi juga, montes ab hoc diversi, & disjuncti sunt, ita ut Helicon à Parnasso circiter quindecim passuum millia: Citheron verò triginta distet. Est autem (sicut docet Strabo) Helicon Parnasso cœmulus & altitudine, & circuitu. Quinetiam Musis natale solum in nemore Heliconio scriptores assignant. Cyrrha verò & Nysa, quas nonnulli etiam trididerunt esse Parnassi vertices, nomina sunt civitatum Cyrrha sub Cyrrhite Parnassi, in planicie mare versus, locata est: Nysa verò, non in Parnasso, sed in felici Arabia sita est: in qua quum Bacchus nutritus esset, in ejus memoriam ipse postea alias in India condidit. Est igitur Parnassus mons Phocidis, sacer Baccho & Apollini. Ovid. 1. Metamorph. Separat Antonios Astas Phocis ab arvis Terei ferax. Mox addit: Mons ibi verticibus perit arduus astra duobus, Nomine Parnassus, superatq[ue] cacumine nubes. Lucan. lib. 5: quatum semotus Eoo Cardine Parnassus, gemino petit æthera colle. In hoc monte rupes vel majestate numinis, vel situ ipso horrorem visentibus incutit, undique ferè præcepit in formam theatri: Hic est, Apollinis Delphici templum, hic fons Castalius, Musis sacer. Hic habitaverè Pieres, natio Thracia: unde Pierius mons, & Pierides Musæ, sub Parnasso habitaverunt Hyantes populi: Vnde aquam Parnassi fontis, Hyantida dicunt. Hic fontes Atticam versus, Hippocreno & Aganippe.

Pārnassūs, Parnassia, parnassium, παρνασσός, παρνασσός. Virg. 7. Aeglog. Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes.

Pārnus, παρνός, Natura fuisse fertur pauperibus, qui ob amissam naviculam, cum obviis quibusque litigabat. Hinc adagium: Disceptare ob Parni scaphulam: id est, ob res minutulas multū mouere litiu & querelarum. Erasmus ex Diogeniano. Paropamisadæ, παρομισάδαι, populi Asiae, qui (sicut refert Ptolemaeus) ab Oriente, patte Indiæ: ab Ocasu, Arabia terminantur: à Meridie, Arachosia. Meminit horum & Plin. lib. 6. cap. 26. & 23.

Pārōs, [παρός]. Germ. Eine auf den Circel Innen des Aegeischen Meers. ] Insula est una ex Cycladibus, quæ à Delo tringit, quinque milibus distat, ex quo Parius lapis adveni solet, colore candido, & statu exculpendis aptissimum. Virgilii libro tertio: Olearon, niveamque Paron, sparsaque per æquor Cycladas.

Pārrhāsiā, παρράσια, Regio in Peloponeso, alio nomine dicta Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parthasius, a, um, παρράσιος, παρράσιος, pro Arcadicu. Virg. 8. Aen. Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum Rettulit, & gelida monstrat sub rupe lupercal, Parthasius dictum Panos de more Lycæi. In ea mons est Lycæus, in quo bicornis Fauni templum fuit, à quo Lycæa ludicra illi sacra, nobis Lupercalia dicta. Ovid. lib. 2. Fasit Quid vetat Arcadicu dictos à monte Lupercos? Faunus in Arcadia tempora Lycæus habet.

Pārrhāsiā, παρράσιος, Patronymicum est sceminarium à Parthas: Hinc Parthas ursa apud poetas pro Polo arctico, quod Callisto, quam à love compressam atq[ue] in hoc signum cōversam fabulantur, Lycaonis Parthas: hoc est, Arcadia, regis filia dicta sit. Lucan. lib. 2: sed nocte sopora Parthas obliqui Helice quum verteret axes.

Pārrhāsiā, παρράσιος, Nomē pictoris Ephesii, qui cum Zencies in certamen pictura descendit: & quū ille detulisset uis pictas tanto successu, ut in scenam aves advolarent: ipse deuallis linteum pictum traditur, ita veritate representata, ut 2eūx alitum judicio tumens, flagitatet tandem remoto linteo, ostendi picturam: atq[ue] intellectu errore concederet palmam ingenio pudore: quoniam ipse aves fecellisset: Parthas autem se artificem. Hic primus symmetriam picturæ dedit, prius argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem ornatus pressit. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. Horat. lib. 4. Carmin. Quas aut Parthas protulit, aut Scopas, Hic saxo, liquidis illi coloribus, &c.

Pārthēniūs, παρθηνός, Mons Arcadia, teste Plinio lib. 4. ca. 6. Ita dictus à virginibus, quæ in ea Veneri frequenter sacrata cere solebant. q[ui] Est & Parthenius, παρθηνός, fluvius Paphagonum. Ovid. lib. 4. de Ponto: Partheniusque rapax, & volvens saxa Cynapes. q[ui] Parthenius item, Poëta Nicæus, ut sis Suidas, Elegiarum, variisque carminis scriptor: à Cinoe in bello Mithridatico captus, deinde ob illius ingenium manumfus. Vixit usque ad Tiberium Cæsarem, qui, teste Traquillo, ejus scriptis admodum delectabatur. Hujus Parthenii locos Virgilius quandoque mutuatur, cujusmodi est illud: Glauco, & Panope & Iuovo Melicertæ. Autor Gellius. q[ui] Fuit item alter Chius genere, filius Thestoris, qui vocabatur Chaos, ex Homeri Poëta posteris. Scriptis versus in laudem patris Thestoris. Suidas.

Pārthēniūs, παρθηνός, adjectivum: ut Saltus Parthenii, Virg. 10. Aeglog. Lustra Parthenia, apud Claudian. 2 de Rap.

Pārthiāon, pen. prod. Pater Oenei regis Aetoliz, apud Ovid. 9. Metam. in principio.

Pārthēnopæus, pen. prod. παρθηνοπαῖος, Martis & Menalippes filius fuit, teste Servio, qui in bello Trojano perit. Virg. 6. Aeneid. Hic illi occurrit Tydeus, hic inclitus armis Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago.

Pārthēnopæ, παρθηνόπαι, Una Sirenum, quæ præ dolore, quod prætereuntem Vlyssen: cum sociis in scopulos catu pellicere non potuerint, in mare se præcipitaverunt. Harum alie alia in loca. Parthenope autem eo delata est, ubi postea cōdita Neapolis est, præclara urbs Capanix, quæ ab ejus nomine etiam Parthenope est appellata. Neapolim autem postea dictam fuisse hanc urbem nonnulli putaverunt, quod ab Augusto sic instaurata: quod falsum tamen est. Nam etiā apud Lycophronem, qui Prolemæ Philadelphi temporibus multis ante Augustum annis claruit, Neapolis hæc urbs appellatur: & cives ipsi, Neapolitani, quos scribit quotannis ad tamulum Parthenopes facies tulisse. Verisimilior est eorum opinio, qui hanc urbem à juventute Cumana conditam tradunt, qui forte quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum reperissent, nomen ejus urbi indidere. Sed postquam loci ubertate atque amoenitate majorem in modum frequetari civitas coepit, veriti ne Cumæ desereretur, diruendi Parthenopem consilium inivere. Quo facto, mox immensi pestilentia vexati, oraculo moniti sunt, ut urbem instauraret. Itaque subito restitutam, Neapolim: hoc est, novam urbem vocavere. Hinc Parthenopæus, a, um, παρθηνοπαῖος.

Pārthēnopōlis, παρθηνόπολις, Oppidum Thracie, teste Plinio lib. 4. cap. 11, Stephanus Parthenopolim in Macedonia collocat, dictamque putat à filiabus Gerasti filii Mygdonis, quæ quum agrestes & inhumanae essent, pater ut eas ad civilorem vitam traduceret, civitatem hanc earum gratia condidit.

q[ui] Est item Parthenopolis, Bithynia oppidum apud Plinium lib. 5. cap. 32. Pārthiā, [παρθηνία]. Stephano. Germ. Der Parther Landeschaft gelegen in Asirien. ] Regio Assyriæ, à qua Parthi. παρθη, παρθη, παρθηνία. Fuit hæc olim geno Scythica, quæ postea ad Medos profugit: unde & nomen accepertunt. Nam Parthi lingua Scythica exules dicuntur: autor enim est lustro. lib. 22, ab exiliis Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum. Horum regna duodeviginti fuisse testis est Plin. lib. 6. cap. 15. Ab Ortu habet Arios: à Meridie Carmania: ab Occasu Medos: à Septentrione Hyrcanos.

Pārthini, Populi sunt Macedoniæ provinciæ. Plin. lib. 4. c. 21, in descriptione Macedoniæ.

Parysatis, παρυσαῖς, Xenophon, Plutarchus, Cyri filia, & Araxensis mater. Pāsiphæ, per quatuor syllabas, πασιφᾶ, Filia Solis, & uxoris Minoris regis Cretæ, quam fabule ferunt Tauri amore captam fuisse, Dædalique opera, qui lignæ eam vacce inclusi, voti compotem

comptem factam, Minotaurum peperisse, media parte hominem, reliqua taurum referente: quod monstrum postea in Crete si labyrinthum Theseus dicitur interfecisse, Ariadnes ope adjutus. Servius Minois scribam fuisse tradit nomine Taurum, cum quo Pasiphaë mutuo ejus amore capta, in Dædali ædibus concubuit. De hac Virg. 6. Aeglog. Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent, Pasiphaëa, nivei solatur amore juventi.

Pāsītēlēs, πασίτης, Insignis statuarius fuit, & artis plasticæ peritissimus: de quo vide Plinium lib. 33. cap. 12.

Pāsīthēa, πασίθηα, Vna ex tribus Gratia, quam alii Euphrosynen vocant. Statius: Non hoc Pasithæa blandarum prima sororum.

Pāsīthōē, πασίθηα, Nomen est nymphæ marinae, Nerci & Doridis filia, autor Hesiodus in Theogonia.

Pāsītigris, Tigris amnis appellatur, ea in parte qua duo ejus alvei confluent. Plin. lib. 6. cap. 27: Tigris citra Seleuciam Babyloniam CXXV. M. pass. divisus in alveos duos: altero Meridiem ad Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad Septentrionem flexus, eisdem gentis tergo, campos Cauchas fecit. Vbi remeavere aquæ, Pasitigris appellatur.

Pāsītūlūs, πασίτηλος, & Achemon Cercopes fuere filii Sennonidis mulieris satidice, qui cum nullo non injuriarum genere in obvium quenque debacchatentur, à matre admoniti sunt ut sibi à Melampygo caverent. Evenit deinde ut Hercules sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Acceserunt Cercopes fratres, cumq; dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidas sentiens, correptos ac viarios, de clava suspendit leporum ritu, & ad eum modum gestabat. Pendentes itaque capitibus deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum atque hispidum intuiti, non Lydorum more laxe ac depilatum, materni moniti memores, ea de re inter se confabulabantur. Quod simulacrum audivit Hercules, cognomine delectatus, & in rufum solitus, vinculis eos liberatos dimisit.

Pāsītōphōrī, penult. corr. πασίθηος, Sacerdotes sacrosancti Aegyptiorum, honoratores cæteris. Dicti quid ferant pallium Veneris, cui nomen est Pastos: à quo & ipsa Venus πασίθηος dicta est.

Pastophorium, Vide in APPÉL.

Pātālūs, πατάλος, Insula vicina Caria, apud Stephanum. Gentile est Patalus.

Pātārā, pen. cor. πατάρα, Vrbs Lyciæ, ubi Apollo dabat responsa sex hybernis mensibus, ut tradit Servius. Dicta à Pataro Apollinis filio ex Lycia Xäthi filia: vel ab alio Pataro Lapeonis filio. q; Hinc Patarae, a. um, παταρα. Stat. lib. 1. Theb. Phœbe parentes, seu te Lyciæ Patarae nivosis Exercent dumeta jugis. Ovid. 1. Metam. - mihi Delphica tellus, Et Claro, & Tenedos, Pataraeque regia servit.

Pātāvīum, παταύιον, παταύιον, Longè clarissima Venetorum ditionis atque imperii urbs in Italia, quæ alio nomine dicitur Padua, ab Antenore condita, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 19. & Ptolem. lib. 3. cap. 1. Extat hodie in eadem urbe Antenoris sepulchrum vetustissimum cum hujusmodi inscriptione, quæ ob nimiam vetustatem vix legi potest: Inclitus Antenor patram vox visa quietem, Transtulit huc Hénetos, Dardanumque fugas: Expulit Eugaeos, Patavinam condidit urbem: Quem tenet hic humili marmore cæsa domus. Virg. lib. 1. Aen. Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit. q; Alia ejusdem nominis urbs Ptolem. in Ponto, sive Bithynia, quæ hodie vulgo Poline dicitur. Vide P A D V A.

Pātēriānā, Ptolemaio lib. 2. ca. 6. oppidum Carpantanorum in Hispania Tarragonensi.

Pātmōs, πατμός, Germ Ein Insel auf den Cycladen, in welche Johannes der Evangelist ist verschütt worden. ] Insula in mari Aegeo, quæ (ut Plinius scribit lib. 4. cap. 12.) patet circuitu triginta millibus passuum. In hac Iohannes Apostolus exul Apocalypsim scriptis.

Pātīrāmphēs, πατηράμφης, Nobilis Persa, Otanis filius, & ariaga Xerxis, Herod. lib. 7.

Patiziches, πατζίχης, Vir Persa magnus, qui Smerdim fratrem suum similem Smerdi fratri Cambysis Persarum regem declaravit. Fuit enim praefectus Cambysis apud Persas. Vide Herodot lib. 3.

Patræ, trarum, πατρα, Civitas in Achaia propriè dicta juxta Olenum, quam Pausanias Aroén dici prius solitam affirmat: mox à Patræ, in orientibus ampliatis nomen accepisse, quod nunc habet. Hujus meminit Plinius lib. 4. cap. 4. Ovid. lib. 6. Metam. Messeneque ferox, Patræque, humilesque Cleonæ: de Patris scribit Thucydides, lib. 6.

Patrānūs, a. um, πατρανός, deductum nomen à Patris Achaia oppido, ad Occasum Peloponnesi sito, non procul ab Oleno. Cicero Thermo: Ut obtineat id juris insegris, quod ei Patria na civitas decrevit, & dedit.

Patrais, πατραῖς, Vrbs Pontica, teste Stephano: à quæ deducitur gentile Patrasides, πατραῖται.

Patrōclidēs, πατροκλῆδες, Proprium nomen affectatoris Philippi Macedonum regis.

Patrōclus, πατροκλῆδες, Menetii filius & Steneles, qui occiso per ludum Astragalorum Cleonymo: seu (ut alius placet) Acane Amphidamantis filio, solum vertens, in Phthiam venit, ubi à Pelco propter generis propinquitatem suscepitus est, & una cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem amissima amicitia junctus vixit. Postea etiam cum Achille ad expeditionem Trojanam profectus est, ubi armis Achillis induitus, cum Hector pugnans, ab eodem confossus, occubuit. Quod quum rescripsit Achilles, tametsi propter erexitam sibi ab Agamemnone Briseida bello abstinerem omnino constitisset, nihilominus mutato proposito, acceptis etiam à Thetide matre armis à Vulcano fabricatis ab bellū rediit, nec prius quievit, quæm socii mortem est ultus.

Pātūlciūs, dictus est Janus, quod tempore belli, portæ templi ejus paterent. Macrobi. lib. 1. Saturn.

Pāulīs, λι, παῦλος, Latinè modicus, Græcè παῦλος. Nā παῦλος quies dicitur. Hoc nomine dictus L. Aemilius, qui in prelio Canenii pro patria occubuit. q; Et qui multò fortunatior patre victus Persea Macedonum regem in triumphum vexit. q; Est & Paulus, a. um, adjectivum, à Parum, quo rarissimè usi sunt autores, nisi in ablativo. Plaut. in Bacch. Pacisci cum illa paula pecunia potes. Terent. in Andr. Dum in dubio est animus, paulo momento hoc illuc impellitur. Idem in Adelph. scilicet Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos Paulo sumptu.

Pausānīas, παυσανίας, Cleombroti filius Lacedæmonius imperator, qui una cum Aristide Atheniensi vicit Mardonium Medium Xerxis regis generum apud Platæas, cum ducentis pedum millibus electis, & viginti equitum millibus, haud ita magna manu. Et quum multum incremēti Lacedæmoniis adiecisset, ita mores Asiaticos labi sensim cœpit. Deinde eousque amentia dicitur tandem progressus, ut cum Xerxe pacificetur, se illi imperium Lacedæmoniorum proditum esse, si filiam sibi in matrimonium dederet. Quo nomine in judicium vocatus in templum Minervæ configit, ubi interfactus est, cadaverque ejus in barathrum abjectum. Autor Thucidas lib. 2. q; Fuit & Pausanias nomen autoris Græci scriptoris, qui floruit Hadriani & Antonini temporibus. Scriptis Chronica Lacœnica, de Amphyctionibus, & Lacedæmoniorum feris. Autor Suidas. q; Alius præterea fuit Pausanias Macedo adolescentis, qui quum primis pubertatis annis stupebat ab Attalo per vim esset passus, & quod deterius est, omnibus etiam convivis veluti scortum ad stuprum oblatus, de tanta injuria ad Philippum Macedonum regem querelam detulit, illatiq; probri ultionē postulavit: verū quū se etiam à rege irrideti videret, iram in eum convertit, ultionemque quam ab inimico non potuerat, ab iniquo judice exegit. Autor Diidorus & Iustinus. q; Pausanias Cæsariensis, Grammaticus æqualis Aristidis, scriptis de constructione librum unum, Problemata item unum, quem inter malos Rhetores receperat Philostratus in Virtutis Sophistarum. Autor Suidas.

Pausiās, παυσίας, Nomen pictoris Sicyonii. Plin. lib. 35: Interpretores (inquit) Pamphilus docuisse traditur Pausiam Sicyoniam, primū in hoc genere nobilem. Inter omnia hujus opera præcipue admirationi fuit tabula quædam, qua Glyceram municipem suam à se amatam, sedentem pinxit, & coronas ex floribus nestentem: quod opus ex argumento Stephanopolo appellavit

Pausiācūs, a. um, adject: Horat. 2. Ser. Satyr. 7: Vel cum Pausiaca torpes insane tabellazoc est, tabula à Pausia depicta.

Pausilipum, παυσιλύπον, Villa est Campaniæ, ab amoenitate dicta, λατ. παυσιλύπον: hoc est, à curæ, mœrorisque cessatione. Plin. lib. 9. cap. 53. Pausilipum villa est Campaniæ, haud procul Neapolii. Idem lib. 3. cap. 6. Inter Pausilipum & Neapolim Megaris.

P

ante

E.

Pécūscum, Palatii regio urbis Romæ, quam Romulus obvetans posuit ea parte in qua plurimū erat agri Romani ad mare reversus, & qua molissime adibatur urbs. Festus autor est, & indicat Varro lib. 4. de ling. Lat. Nonnulli legunt Petuscum.

Pēdætūs, fuit Antenoris filius nothus, παῦλος, Homerius lib. Iliad. 5.

Pēdāsūs, παῦλος, Fuit, teste Homero lib. 6. Iliad. Bucollenis maximi filiorum Laomedontis filius. q; Est & ejus nominis civitas, Pylo vicina, vini feracissima, ut idem Homerius est autor lib. Iliad. 9. q; Est etiam Pedalus unus ex equis Achillis, ut idem tradit Iliad. 16, quem eversis Thebis Eetioneis cepit, equisq; suis immortalibus comitem addidit.

Pedum, παῦλος, oppidum non longè à Prænestinis: à quo Pedani, παῦλος, populi: quarum meminit Plin. lib. 3. ca. 5.

P 3

Livius

Livius lib. 8, ab Urbe: Neq; tamē nisi admodū paucis populis, Pedani adjuti sunt. Tyburnes, Prænestinique, quorum ager propior erat, Pedum pervenire.

Pediculi, populi Calabriæ, Peuci etiis & Brundisiniis finitimi: quorum oppida sunt Rudia, Egnatia, Barion, Amita, & Paetius. Autor Plinius libro 3, cap. 11. Strabo lib. 6. Pædiclos appellat.

Pedo, Albinovanus, Poëta fuit Epigrammatographus, qui sub Augusto floruit, & ad Neronis usque tempora pervenit. Præcipue amicus fuit Ovidio, qui Pedonem eum vocat, lib. 4. de Ponto, Eleg. 10: Si roget aliquis cur sint narrata Pedoni, &c. Alibi etiam Siderci epitheto cum honestat, vel propter excellentiam, vel quia fortasse de sideribus scriptum aliquid edidisset: sic enim ait Eleg. 16. Quam foret & Marsus, magni, Rabirius oris, Iliacusq; Macer, sidericusq; Pedro.

Pegasa, πηγαση, Steph. Oppidum est Cariæ.

Pegasæ, πηγαση, Thessaliz oppidum, quod postea Demetrias, δημητρια, dictum est, propter quod navis longa Argonautarum Pegasæ nuncupatur, quod Iason, qui eam ædificavit, fuit filius Aesonis fratris Peliz, regis Thessaliz. Ovid. Iamque frustum Minyæ Pegasæ puppe seabant. Hinc Pegasus sinus in Thessaliz est appellatus. Sunt qui rectius Pegasæ dici patient, & Pegasæ. Vide supra: sed à Pegaso equo, Pegasides Musæ, pen. corr. ut Ovid. docet.

Pegasidæs, penult. corrept. [πηγασῖδες]. Germ. Ein junan den Muß gebet vnd dem Brunnen Pegaso.] Musæ dictæ sunt, dñs & myrs: hoc est, à fonte, numini illarum sacro, quem Pegasus ieu ungulæ singitur aperuisse. Ovid. Epist. 21: At mihi Pagasides blandi illiua carmina dictant. q Interdum etiam Pegasides dicuntur fontium, vel fluviorum nymphæ, quæ & Naiades. Idem Epist. 5:

Pegaso Oceano Phrygiis celeberrima sylvis.

Pegasus, pen. corr. [πηγασο]. Ger. Ein Pferdt mit flügeln/welches am Berg Helich ein Brunnen herfür geschart oder gestan pfeft hat.] Equus alatus, dñs & myrs: id est, à fonte, quod juxta πηγα: id est, fontes Oceanis natu sit, ubi Gorgones habitabant. Hung. Hyginus, & alii complures Neptuni & Medusa filium dixerunt: alii ex Meduse sanguine quam Perseus intermit, natum affirman. Hic quum Helicona evolasset, saxum unguia ferens, fontem aperuit, qui ex eo Hippocrene: id est, fons equinus, est appellatus. Postea verò quum ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimaram parabat, captus est. Strabo lib. 8. Fama est (inquit) equum Pegasmum quum potaret hoc in loco, à Bellerophonte deprehensem suisse, alatum, inquam, caballum è Medusæ certice & de Gorgonis ex ego gutture prossidente. Hoc equo usus est Bellerophontes in expeditione contra Chimaram. Vulgarū est, & caballinum fonte in Helicona erupisse, quum subiectam ibi tellurem feriret unguia. Post hæc terum terrarium tædio ductus, in cælum dicitur evolasse, ibique inter sidera constitutus, Arcticum circulum spectare, pedibusque æquo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarii manum dextram cervici sua adjungere. q Pegasus etiam dicebatur instrumentum in domibus, quo tanquam jumento, vestes & similia strata suspenderetur, à Pegaso equo Pento, traductio nomine excogitata. q Fuit & hoc nomine Iurisperitus: à quo nomen accepit Pegasinum senatus, consultum. Pompon. lib. 2, de Origine juris.

Pégæus, a. um, adjectivum, penult. corr. Catul. ad Camerium: Næsi Pegaseo ferat volatu. Versus est hendecasyllabus. Achilles Statius: Non si Pegaseo, legit.

Pégæiūs, aliud, adjectivum quinque syllabarum. Persius in Praef. Corvos poëtas, & poëtrias picas Cantare credas Pegascium melos.

Pélægæ, πηλαι, Matier Antiochena, voluptatibus & illecebris primum deditissima: ut quæ nulli rei attentiū vacaret quam corpori comèdo. Tandem tamen meliore ducta spiritu, repente velut in novum quoddam animal transformata est, curamq; deinceps quæ corporis cultui impendere solebat, ad animum virtutibus excolendum transstlit.

Pélægoniā, πηλαινα, Pars Macedoniæ Septentrionalis, quæ Triballis proxima est. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

Pélægæ, πηλαινα. Olim dicta est celeberrima illa totius Europæ Chersonesus, inter duo maria, Aegæum & Ionium, platanæ folio similes propter angulosos recessus: quæ nomine nomine Peloponnesus dicitur. Dicta Pelægæ à Pelægis populis vetustissimis, qui ab Arcadibus originem traxerunt. Vide Strabonem, lib. 5, & Plin. lib. 4. cap. 4.

Pélægæ, πηλαι, Populi sunt Græciae vetustissimi, qui ex Arcadia oriundi, circa extremam partem Macedoniæ cōsederunt, in eo Thessaliz tractu, qui ab illis aliquandiu Argos pelægium fuit appellatus. q Dicta Pelægæ, ut nonnulli putant, quæ πηλαι: hoc est, eiconis, quod more eiconiarum, antequam sedem sibi deligerent, bonam partem orbis peragratiint.

Pélægæ, πηλαι, Regio est mediterranea Peloponnesi, olim etiam Drymodis, & postrem Adria dicta. Autor Plinius lib. 4. cap. 6. q Inde Pelægæ, ga, gum, πηλαι. Dicta quoque est Pelægæ Arcadia, ut annotat Hermol. in Plin.

Pélæthrōniūs, πηλæθρον, Thessali cujusdam nomen est qui primus fræna, & equorum strata dicitur: inventisse. Plin. lib. 6. capite 55.

Pélæthrōniūs, πηλæθρον, Oppidum Thessaliz, ubi primæ domandorum equorum inventus usus est.

Pélæthrōniūs, πηλæθρον, Dicti sunt Lapithæ, à loco qui subditus est Pelio monte, in quo medicamentorum magna vna nascitur, quæ Graeci glossematici θρόνο vocat. Hi primi omnia frænorum usum invehisse dicuntur, & domadorum equorum arem: ut annotavit Servius in illud Virg. 3. Georg. Fræna Peleronii Lapithæ, gyrosq; dedere.

Pélæus, πηλαι, Acaci filius, qui ex Tethide genti Achille, qui à nomine patris, Pelides a Poëtis dicitur. Ovid. 8. Epist. Pelides utinam vitasset Apollinis arcus. Stat. 2. Syl. Scenæ Aeronium vincet Pelea Chiron.

Pélædæs, πηλαιδες, Achilles dictus, à Peleo patre Hephaestion interpretis Sophoclis in Ajace: Aiædes διδεις τοι της αρχης, πηλαιδες, δις ἀχιλλεος καὶ αιδης, τοι αιδης μητης λι διδειν: id est, Acacus filius Iovis ex Aegina, Peleus & Telamon ex

Aeaco, quorsu Achilles & Ajax: Ajacis aut filii erat Euryaces.

Pélædæs, adis, πηλαιδες, patronymicum est scemminum à Peleus. Ovid. Epist. 3. Transeat Hec torum Pelias ha[ga] latut: hoc est, ab hasta Achillis, qui Pélei fuit filius: quæ nemo prater Achille vibrare ob magnitudinem poterat. Hanc à Pallade decorticatum & politam à Vulcano cuspidatam fuisse ferunt.

Pélædæs, πηλαιδες, Neptuni filius ex Tyro Salmonei regis filia, frater Aesonis, & Thessaliz rex, qui Iasonem fratris sui filium, cuius in Iolem formidabat, ad expeditionem Colchicam, vescit ad certissimum periculum ablegavit. Vide Valerium Flaccum lib. 1. Argon. Hic tandem filiarum suarum manibus jugularis in fabulis, idque persuasum Medæs, quæ integræ statuca illum restituturum simulabat. Vide Ovid. Metam.

Pelides. Vide PELEVS.

Peligni, πηλαινοι. Ger. Die Salmonen set Landeschaft in Italiæ] Populi, Massis finitimi, quorum metropoli erat Sulmo: Ovidius patria. Ibi pessima nascuntur vita.

Peligni, a. um, adjectivum, Ovid. lib. 3. Amor. Pelignæ dicas oīdria gentis ego.

Pelinnæ, πηλαινæ Stephano, Thessaliz oppidū in tractu Peltidæs: ita dictum à Pelinno Oechaliez filio. Meminit hujus opidi etiam Plin. lib. 4. cap. 8.

Pelion, πηλαιον. Germ. Ein berumper Berg in Thessaliz.] Mons Thessaliz in sinum Pelægicum incumbens. Ovidius, Factor. Pelion Aemonia mons est obversus in Austros: Summavient pinu, cætera quercus habet.

Pella, πηλαι, Vrbs Macedoniae fuit in litora Aegei maris, illustrata maximè natalibus Philippi Macedonum regis, & Alexandri. q Est item Pella Syriæ oppidum, à Macedonibus ita appellatum, quum ante Apamia dicteretur, Steph.

Pellæ, a. um, adjectivu. Lucan. lib. 10: Illic Pæliæ proles resina Philippi Felix prædo jacet. Iuvenc. Sat. 10: Vnus Pellæ iuveni non sufficit orbis.. q Pellæ gula, pro Alexandrinis delicis, apud Mart. lib. 13, epitheto longiusculè petito ab Alexander Pellæo Alexandriae conditore: Princeps (inquit) Nubiac raperis Coracine macellis: Pellææptior est gloria nulla gula.

Pellæa, sive Pellane, es, πηλαι, Oppidum Laconiz, in Megalopolinum vergens agrumi, teste Strab. lib. 8, quod tamè Plin. lib. 4. cap. 6. Arcadiæ annumeratur.

Pellænæ, πηλαι, Castellū est Achaïæ propriæ dictæ, sexaginta stadii à sinu Corinthiaci litora distans, teste Strabon. lib. 8. Plin. lib. 4. cap. 5. Pellenzorum castellum appellat. q Est item Pellene, ejusdem Achaïæ vicus, inter Pelænem castellum & Aegæs, teste Strabon. loco iam citato.

Pellænæus, πηλαι, Mons est in Chio insula, apud Plin. lib. 5. cap. 32.

Pelopea, pen. prod. πηλαι, Thyestis filia, quæ à patre groviida facta, insigni forma infantulum peperit: quem receter natura ne turpitude sua palam fieret, feris devorandum in sylvis reliquit. Evenit tamen dies ita volentibus, ut pastores quidam illâc faciens, in puerum incidet, qui misericordia motu dorsum suum illum detulit, laetisque capriso educavit: Unde & Aegæsus appellatus est. Hic postea quam in vitum adolevit, Atreum patrum suum Thyestis iostinctu interfecit. Clytaemnestram quoque absente Agamempone per adulterium polluit: virumq; ejus è Trojano bello redeutem, ab illa adiutus, interemit. q Pelopea item Lydiæ urbs, alio nomine Thyatira, & Semiramis appellata. Autor Stephanus. q Pelopea item Tragedie nomen, miserabiles Pelopeæ Thyestis calus, serumnasq; continentis, lycenalis Satyræ: Praefatos Pelopea facit, Philomela tribunos. Pelopeus,

Pelopeus, & Pelopeius. Vide PELOPS.

Pelopidas, πλοπίδας, Thebanus, rei militaris gloria clarissimus, arctissimoq; amicitie fædere cum Epaminonda coniunctus. Vitam ejus Plutarchus conscripsit.

Peloponnesus, [πελοπόννησος, Πελοπόννησος]. German. Die groß vnd herzlich Landshafft Griechland so wie ein Insel schier allenfalls mit dem Jonischen vnd Aegeischen Meer umbgeben ist heißt jetzt Morea.] Nobilissima est totius Europæ peninsula, isthmo angustissimo Grece annexa, inter duo Maria, Aegæum & Ionium, platani folio similis, angulosus recessibus duos efficiens sinus: ab Ortu Saronicum: Crissum, sive Corinthiacum ab Occasu, sex millium angustiis diremptos. Olim Apia & Pelasgia appellata. q; Postremo Peloponnesus dicta est à Pelope Tantali filio, qui quum Oenomaus Eleorum regem curul certamine superasset, Hippodamiam filiam ejus uxorem duxit, regnumq; dotalce accepit: totamq; illam peninsula Peloponnesum appellavit. Habet in circuitu circiter CCCCLXXXI.M. passuum amplissimum olim habitata urbibus, ex quibus clarissimæ fuerunt Corinthus, in ipso statim isthmo sita: deinde Argos, Mycenæ, Lacedæmon, Patras, Messene, Corone, Methone, Elis, Pisa, aliq; complures. Hodie Moream appellant Veneti.

Pelops, opis, πέλωψ, Tantali Phrygæ regis & Taygetes filius, cuius pater quum deos in terris peregrinantes hospitio exceptisset, ut certo aliquo arguento divinitatem eorum experiretur, filium suum illis epulandum apposuit: à cuius esu quum dii ceteri abstinuerint, sola Ceres humerum ejus dextrum absunspit. Quem quum Iupiter deinde ad vitam revocasset, eburneum ei humerum restituit. Postea verò quum adolevisset, relicta patria in Elidem se contulit, ubi id temporis regnabat Oenomaus, qui unicam habebat filiam nomine Hippodamiam, & forma eximiam, & regni totius hæredem, iisque nominibus à procis plurimis ambitam. Verum Oenomaus quum oraculo edocetas esset, fore ut generi opera intericeret, durissimum hanc procis conditionem tulit, ut qui nuptias filię potiri vellet, secum prius curuli certamine cõtenderet: idq; ea lege, ut victor filię suę conjugium & regni hæreditatem, vietum mors sequeretur. Quum igitur jam cōplures equorum (quos perniciissimos habebat) celeritate superasset, necq; tradidisset, Pelops (qui & ipse puellæ amore tenebatur) sibi alia via rem aggrediundam ratus, Myrtilum aurigam ejus pretio corruptit, ut fragiles currui axes subjugeret. Quo factō Oenomaus unā cum currū corrut, membrisq; omnibus ea ruina collisis mortuus est. Pelops igitur & conjugē potitus & regno, universam Cherroneum de nomine suo Peloponnesum appellavit. Aut. post Strabo lib. 8.

Pelopœus, a, um, πελοπεῖος, & divisa Græca diphthongo Pelopœus, πελοπεῖος, per quinq; syllabas à nomine Pelops deducatur. Propriet.lib. 3. Eleg. Infamis stupro stat Pelopea domus. Ovid. 8. Metam. Ipse locum vidi: nam me Pelopea Pitheus Misit in arva, suo quondam regnata parenti.

Pelorus, pen. prod. [πελούριος]. Ger. Das Vorgebirg sicilia gegen Italiæ. Vnum ex tribus Siciliæ promontoriis, quod in Italiam vergens, Scyllæ adversum est: ita dictum à Peloro Annibalis gubernatore: quem is in Syriam fugam parâs, (ut Pomponio Melæ placet) ibi interemit, se ab eo proditum ratus, eò quod procul intuenti continua videbantur esse littora, pelagusque minimè pervium. Valerius lib. 9. cap. de Temeritate Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratur eo tempore quo is à Petilia solvens, in Africam redditum parabat, à suis revocatus ut patriæ periclitanti opem ferret aduersus Scipionem. Quæ sententia videatur multò verisimilior. Non enim video quid ex Africa Syriam petenti, in Siculo freto fuerit negotii: nisi quis hoc prætextat, vi tempestatis eò fuisse appellum. Servius explicans illud Virgil. 3. Aeneid. Ast ubi digressum Siculæ te admovet oræ Ventus, & angusti rarefcent claustra Pelori: quamquam cum Valerio videtur sentire: fatetur tamen etiam ante Annibalis tempora promontorium hoc Pelorum fuisse appellatum. Polybius quoq; in primo bello Punico alio nomine non utitur.

Peltæ, arum, πίλαι, Phrygæ oppidum: à quo vicinus campus Pelitus appellatus est. Vide Strab. lib. 12. cap. 13.

Pelusium, si, [πελουσίον]. Germ. Der aufgang Nili so Arabiam von Egypten und vnderscheidet. Oppidum in extrema Aegypti ora, quæ Casiotidi contermina est: à quo & extremum Nili ostium quo Aegyptus ab Asia terminatur, Pelusium, seu Pelusiacum appellatum est. Hanc urbem condidit Peleus Achillis pater monitu deorum post lustrationem. Eo enim tempore Peleus furii agitabatur: quia fratrem Phocum interemerat.

Pelusium, sia, sium, πελουσίον, & Pelusiacus, a, um, pen. corr. πελουσιακός. Mart. in Xenii: Accipe Niliacam Pelusia muneralentem. Virgil. lib. 1. Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Pelusianamala legimus apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Pelusiotæ, πελουσιαῖοι, Populi in extremitatibus Aegypti, Pelu-

sium oppidum incolentes, ea in parte qua Aegyptus Arabiæ contermina est. Hieronymus contra Iovin. Impelle (si valens) Pelusioten, ut manducet cæpe.

Penates, penatium, penatibus, tantum pluraliter. Dicti sunt dii domestici, ut inquit Cic. lib. 2 de Natur. deorum, quod penates nos nati sint, vel quod non longè absint ab hac vita, sive quod penitus insidet. [ἰπέται δέ τοι Ger. Haushälter, Hausherrin.] Ex quo etiam penetrales à Poëtis vocantur. Alii à penu hoc nomen derivant. Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 4. Penates esse dixerūt per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Terent. in Phorm. At ego deos Penates hinc salutatum domum Devortar. Virgil. 1. Aen. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor, ilium in Italiam portans, viatosq; Penates.

Penatiger, ra, rum, Gerens Penates, Ovid. decimoquinto Metamorph. Hæc Helenum cecinisse Penatigero Achæ Mento memor refero.

Penelæus, per quatuor syllabas, πενελέως, Vnus fuit è quinque Bœotorum ducibus in bello Trojano, teste Homero lib. Iliad. secundo.

Penelopæ, πενελόπη, Icari filia, & Ulyssis uxor, admirabilis castitas mulier, singulareque pudicitia exemplar, quæ absente totes viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit, ut fidem quam viro discedenti dederat, secundis nuptiis violaret. Quum autem proci acris instaret, atque adeò vita illaturi videbantur, tantum moræ ab illis sibi postulavit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, absolvendæ sufficeret. Quod quum imperiasset, mulier astuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retehexebat: eoq; commento eorum cupiditatem in redditum mariti distulit: qui ab illa sub mendici habitu hospitio susceptus, processus ad unum omnes interemit. Dictam autem volunt Penelope ab avibus quæ penelopes dicuntur, sive meleagrides: quum autem Arnea diceretur, quasi abjecta & repudiata. Ferunt enim quum ab Icaro, Peribœa, parentibus esset exposita, ab hoc avium genere fuisse educatam.

Penæus, per tres syllabas, πενεας, Fluvius in Thessalia, inter Ossam & Olympum decurrens, collibus dextra, levavq; molliter curvis. In eo cursu sunt Tempe, ad quinque milium passuum longitudinem, & fermè sesquijugeri latitudinem extensa. Ovid. 1. Metam. Est nemus Aemonia, prærupta quod undiq; claudit Sylva: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo, spumosis volvit undis. Vide Strab. lib. 7, & 8, & Plin. lib. 4. cap. 8.

Penæus, a, um, per quatuor syllabas. Virg. 4. Georg. Pastor Aristæ fugiens Peneia Tempe Amisiss, ut fama, apibus, &c. Peñæa Daphna, apud Ovid. 1. Metam.

Pentapolis, pen. corr. πεντάπολις, Regio inter Palæstinam, & Arabiam, à quinque civitatibus sic appellata, ubi Sodoma & Gomorrha oppida. Hanc regionem (ut Solinus scribit) de coelo tactam, testatur humus nigra, & cinere soluta. Nascentur ibi pomæ, quæ comedì non possunt, licet matura videantur, quod leniter manibus pressa fumum exhalent, & in pulverem fasciant. q; Est & Pentapolis regio in Lybia, quæ & Cyrenaica vocatur, Pentapolis dicta à quinq; urbibus, quarum nomina sunt, Berenice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, & Cyrene. Plin. lib. 5. cap. 5.

Penthesilea, pen. prod. πενθεσίλεα, Amazonum regina, quæ teste Iustino. lib. 2, Otteræ (sive ut alii) Oritheæ successit in regno: ciusq; Trojano bello inter fortissimos viros, quum auxiliu adversus Græcos fertet, magna virtutis documenta extitère. Hæc, ut ait Servius, dicta est furens: quia sororem in veneratione confixit, simulans se cervam ferire. Virg. 1. Aeneid. Dicitur Amazonidū lunatis agmina peltis Pentesilea furens, mediisq; in millibus ardet, Aurea subnæctens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audetq; viris concurrende virgo. Hæc quum Trojanis opem fertet, ab Achille occisa est.

Pentheus, per duas syllabas, πενθεος, Echionis ex Agave filius, qui quum Bacchi sacra contemneret, à matre & sorore, & nuninis furore actis, est dilaceratus. Vide latius omnem fabulam apud Ovid. lib. 3. Metam.

Penthæus, a, um, pen. prod. Stat. lib. 2. Theb. Pentheumque trahens, nondum te prendimus quæco Bacche, genus.

Penthylius, πενθυλιος, Filius Demonoi, qui è Papho naves duodecim in auxiliu Xerxis eduxit, quas oborta tempestate amisit. Ipse verò captus, multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Herodot. lib. 7

Peraea, περαια, cum diphthongo, Vterior Iudeæ pars, Arabia & Aegypto proxima, asperis divisa montibus, & à reliqua Iudea Jordane amne discreta. Plin. lib. 5. cap. 14.

Percopæ, es, penult. prod. περκοπη Stephano, Vrbs Trebis ad Propontidem: postea Percote appellata, quæ Trojants auxilia misit aduersus Græcos, teste Homero ad finem lobi fecundi.

Pērcōsiūs, Insignis vates fuit divinandi peritissimus, cajus filii Adraustus & Amphius qui fristrā dissuadente patre Trojanis suppetias tulerunt, & à Græcis sunt interficti.

Pērcōtēs, es, pen. prod. πέρκοτην, quæ & percope olim dicta fuit, Vrbs est Troadis, autore Stephano. Valer. Flac. 2. Argona. Iam juga Percotes, Pariumq; infame fragosis Exuperat, Phthiamq; vadis.

Pērcōtūs, adjectivum, πέρκοτος. Valer. Flac. 3. Argon. Muneribus primas conjux Percosia vestes Imposuit.

Pērdīcas, περδίκας, Macedo inter comites Alexandri Magni, cui etiam in regni partem successit, tanta vir audacia, simul & fortitudine, ut leæna præsente, catulos è cubili per vim auferret. Autor Aelian. de varia historia.

Pērga, πέργη, Oppidum in Pamphylia, à quo Diana Pergæa, περγαῖα, dicta est propter templum illi dicatum. Pomp. Melib. 1. in descriptione Pamphylæ.

Pērgāmā, orum, πέργαμος, Arcium Trojanarum nomen fuit, ut annotavit Seryius in illud Virg. 2. Aen. - Trojam incensam, & prolapsa videntem Pergama. Quanquam postea, ut idem fatetur, hoc nomen etiam cæteris arcibus, locisque omnibus editis communicatum est. q; Vsurpatur nonnunquam pro ipsa Trojanorum urbe, quæ propriè Ilium appellata est. Virg. 1. Aen. Nanque videbat, ut bellantes Pergama circum, &c. In eadem etiam significatione legitur Pergamos, sive Pergamus. Autor Aetnæ: *Quis non Argolico deflevit Pergamon igni impostram?*

Pērgāmēus, a, um: hoc est, Trojanus. Prop. lib. 4. Elegia prima: Aut si Pergameæ serd rata carmina vatis Longævum ad Priami vera fuere caput.

Pērgāmum, Plinio, sive Pergamus, πέργαμος. Ptolemæo, Vrbs insignis Asiae, non prœcul à Caico fluvio: ita dicta quod edita in rupe sita esset: nam Pergama olim loca omnia editiora appellabantur, testibus Suida & Servio. Strabo lib. 13, autor est tempore Lysimachi Agathocles filii, (qui unus fuit ex Alexander's successoribus) Pergamum nihil aliud quam castellum fuisse, in quo ille, quod locus esset in primis munitus, thesauros suos asservabat, præfecto illis Philetæro quodam Thyanensi, Evenucho: qui quum se Arisnoe Lysimachi uxori invisum sciret, & ab ea apud regem accusatum, castellanos ad defectionem adduxit. Exortis deinde in Asia variis bellorum motibus, in quibus primùm Lysimachus à Seleuco Nicatore: deinde & Seleucus à Ptolemæo Cerauno è medio sublatu est: Philetærus interim se Pergami continebat, victoribus semper & propinquioribus obsequens: iisq; artibus & ipse viginti annis castellum, pecuniamq; possedit & Eymeni fratri filio moriens reliquit: qui prolati imperii finibus, Antiochum Seleuci filium apud Sardeis superavit. Hic quum annos duos & viginti regnasset, Pergami successionem Attalo patrueli suo reliquit, qui Galatis maximo prælio superatus, contrafactaque cum Romanis amicitia, primus ab iis Rex appellatus est. Attalo successit Eymenes filius natu maximus, qui cum Romanis adversus Antiochum magnum, & adversus Persen bellum gessit. Cujus beneficij memores Romani, regionem omnem quæ cis Taurum montem Antiocho paruerat, regno ejus adieceroent. Hic primus Pergamum prolati pomceris, ex castello amplissimam urbem reddidit, & Nicephorium lucum circa eam conseruit. Regnavit annis quadraginta novem, moriensque regni successionem Attalo filio reliquit, cogaomento Philometori: cui, quod admodum adolescentulus esset, Attalum fratrem tutorem assignavit: qui regni procuratione fungens, cum Alessandro Antiochi filio adversus Demetrium Seleuci filium bellum gessit, & Romanis adversus Pseudophilippum, socium sece præbuit. In Thraciam quoque trajecto exercitu, Dioglym regem cepit. Moriens Attalo ex fratre nepoti, cuius tutelam gesserat, regnum à patre ejus acceptum fideliter restituit. Attalus hic postremus fuit Pergami rex, qui quum annos quinq; regnasset, sine liberis deceperit, populo Romano hærede instituto: qui adita hæreditate regnum ejus in provincie formam redigis. Hec Strab. lib. 13. q; Ex Pergamo vii illustres orti sunt, Galenus Medicorum clarissimus, Apollodorus Rhetor, & Augusti præceptor, à quo Apollodoreæ secta nomen accepit: & Dionysius Atticus, hujus discipulus.

Pērgāmēus, a, um, πέργαμος, ut Charta pergamenta, quæ Pergami inventa est, ab Attalo rege, (ut Aelianus placet) sive ab Eumene (ut Plini. mavult) primum Romanæ transmissa.

Pergase, es, περγαῖα, Vicus est agri Attici in tribu Erechtheide, teste Stephano.

Pēriāndēr, [περιάνδρος]. Gerra. Eine auf den fiben weissen Griechenlandes. Cypseli filius, unus ex septem sapientibus Greci, & Corinthiorum rex, qui aliquando interrogatus, quare quum sapiens esset, in tyrannide perseveraret: Quia (inquit) & sponte, & invitum cedere est periculoseum. Crueliter igitur, & immagna suspicione agebat, magno semper militum comitatu stipatus, eos potissimum qui otiosi in foro observabantur, refor-

midans. Quapropter ut novi consilii capienda occasionem clivibus suis præcederet, jugiter eos in bellis, navalibus præsttim, destinebat. Vxorem habuit Melissam, quam zelotypia quadam ductus, quem gravida esset, istu calcis interfecit, palacarum suarum delationibus temere fidem adhibens: quas tamē penitentia ductus, vivas creavit. q; Sunt qui duos fuisse Periandros tradant: alterum Corinthi tyranum: alterum sapientem, cumq; Ambraciota. Quorum profectio sententia verisimilior videtur. Nam & matris & uxoris mortua concubitus, altaq; id genus flagitia, quæ de Periandro Corinthio traduntur, non video quo pacto in sanæ mœtis hominem, nedum in sapientem, cadere potuerint.

Pēribōcā, περιβόκα, Eurymedontis gigantis filia fuit, ex qua Neptuneus Nausthoum suscepit Alcinōi patrem. Autor Homer. 7. Odyss.

Pēriclēs, περικλῆς, Atheniensis viri clarissimi nomen, qui annos quadraginta in administratione Reipublicæ principatum tenuit. Plurimum enim & autoritate & eloquentia pollebat. Vnde & Olympius identidem à Poëtis Comicis appellabatur, quod tonare in cōcionibus, & fulmen cicer videretur. Habet in administratione Reipublicæ adversarium Thucydidem Milesium, virum nobilem & potentem: qui quum illum apud populum eo nomine reprehenderet, quod nimis in publicis operibus sumptum fecisset: Atqui (inquit Pericles) de meo hac omnia persolvere non recuso, modo mihi liberum sit nomen meum illis inscribere. Quo tam animoso responso, adversarii calumniam facile effugit, censeante populo operum magnificientiam ad Reipublicę splendorem pertinere, ideoq; ea publico, non privato sumptu esse facienda. Author est Plutarchus, quum Pericles aliquando Sophoclem in magistrata collegam haberet, & cum eo nescio quid de Republica colloqueretur, eximia forma puerum illâ iter fecisse, quem intuitus Sophocles, quum pulchritudinem ejus supra modum admiraretur: Atqui (inquit Pericles) magistratum decet non modo manus, verum etiam oculos continentes habere. Vide plura de hoc apud Plutarchum.

Pēriclymēnūs, περικλύμενος. Homero, nomē filii Nelei fratri Nestoris, cui à Neptuno avō concessum erat, ut in quas evisum esset formas se posset transformare. Hercule itaque bellum gerente adversus Neleum, Periclymenus in aquilam conversus faciem hostis unguibus, & rostro lacerabat, donec sagitta Herculis in ære confixus, & in terram delapsus, altius corporis pondere adacta sagitta, animam effavit. Vide latius banc fabulam apud Ovid. 12. Metamor.

Pērallūs, περιάλλος. Ger. Der tünstlich Werckmeister so dem rauhen Tyrannen Phalaridi den ehren den Dösen oder Bewerben gemacht hat.] Atheniensis faber ingenio prestans, qui Phalaridi tyranno Agrigentino taurum ex ære fabricavit, in quo reus claudetur, ac subiecto igne mugitur bovis ederet: cuius munera nomine quoniam amplissimum à Tyranno, qui novis semper tormentis excogitatis deletabatur, speraret munus, inclusus tauro, suppositusque ignibus, primus sus artis experimentum præbuit. Ovid. 1. de Arte: Et Phalaris tauru violentus membra Perilli Torruit, infelix imbuit autor opus. Plin. lib. 34. cap. 8: Perillum nemo laudat, seviorem Phalaride tyranno: cui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus, igne subditio, & primus eum expertus est cruciatum justior: seviitia.

Pērinthiūs, περίνθιος, Vrbs Thraciæ ad Propontidem, postea Heraclea dicta, à nomine Heraclei principis Constantiopolitani, in qua olim fuit celestissimum illud amphiteatrum martoreum ex uno lapide excisum, quod inter septem orbis miracula numeratur.

Pērinthiūs, thia, thium, περίνθιον. Qui ex Perintho est: ut Perinthia, Menandri Comedia. Terentius in Prologo Andria: Menander fecit Andram & Perinthiam.

Pēripatēticī, περιπατητοι, Philosophi quidam Athenis fuerunt, è Platoni schola profecti, quorum princeps fuit Aristoteles: ita dicti quod inambulantes docerent, λόγος ἀσφαλεῖα, quod est deambulare. De horum origine sic scribit Cic. lib. 1. Acad. Quæst. Platoni autem autoritate, qui varius & multiplex, & copiosus fuit, una & consentiens duobus vocabulis philosophiae forma instituta est, Academicorum, & Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differabant. Nam quum Plato Speusippum sororis filium Philosophiaz quasi hæredem reliquistet: duos autem præstantissimos studio atq; doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagitem, qui erant cum Aristotele, Peripateticci dicti sunt: quia disputabant inambulantes in Lycio: illi autem qui Platoni instituto in Academia (quod est alterū gymnasium) cœtus erant & sermones habere soliti, & loci vocabulo nomen, habuerunt. Sed utrique Platoni ubertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam. Haec esten. Cicero.

Pēriphrās, antia, περιφράση, Theſſalus quidam fuit pater Lapithæ, à quo

à quo Lapithæ nomen acceperunt. Autor Stephanus. quod Est item Periphæs, apud Virgilium nōmē cujusdam ex comitatu Pyrrhi, quem una cum illo Priami regiam oppugnantem inducit. lib. 2. Aen.

Periphænes, περιφαίνεις. Comici cujusdam nōmē: quod Latīnē conspicuum significat: à verbo Gr̄co περιφάνειον, quod est clarus & conspicuus sum.

Periphōrētūs, pen. prod. περιφέρειος. Artemonis cujusdam cognomen fuit, delicias adēd effeminati, ut nunquam nisi le etica pensili circunlatus, domus suę limen transire: ita dictus λόγος τοῦ περιφέρειον, quasi circulatilis. Meminit hujus Plin. lib. 34. cap. 8.

Permessiūs, περμέσσως. Fluvius Bœotia ex Heliconē, Phœbo & Mūlis sacer, & juxta Haliartum in lacum Copaidem influens, teste Strabone, lib. 9. Virg. in Sileno: Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum. Declinatur etiam hic Permessis, idis, vel idos. Mart. lib. 1: Quid tibi cum Cyrrha? quid cū Permessido unda?

Perō, πέρως. Nelei filia ex Chloride filia Amphionis, soror Nestoris & Periclymeni, eximia pulchritudine: quam quum multi certatim proci uxorem sibi depositeret, Neleus qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule dissudebat, negavit se cuiquam illam despousurum, nisi prius boves Herculis abato ad se adduxisset. Vide Hom. 11. Odyss.

Perorsi, Plin. lib. 6. cap. 8: Populi Aethiopum, in sinu Mauritaniae: qui ut idem testatur lib. 6. cap. 30. quadrupedum ferarum modo vagi sunt, carumq; visceribus vescuntur.

Perrhæbi, περιβοήσι. Populi fuerunt Thessalizæ, qui Lapitharū potentia fracti fugerunt in Actoliz montana, Pindo monti proxima: quæ regio ab ipsis Perhæbæ dicta est: ipseq; Pindus cognominatus est Perhæbus. Propertius: Aut cur Perhæbi timuere cacumina Pindi.

Persæ, idis, περηνίς. Nymphæ cujusdam nōmē, Oceanī & Teuthyos filiæ, ut refert Hesiodus in Theogon.

Persephōne, pen. corr. περσεφόνη, à Græcis dicitur Cereris filia, Latinis Proserpina appellata, quam ab Orco in Sicilia rapta fuisse Poëta fabulatur. Ovid. 4. Fast. At neq; Persephona digna est prædone marito.

Perispōlis, περιπόλις. Persidis regia, à Perseo condita, quam postea Alexander ebrius demoliri jussit, Græcorum se injuria ulcisci dicitans, quorum illi sacra igni, ferroq; vastassent. Vide Strabonem lib. 15.

Perses, πέρησ. Nomen regis Macedonum, qui ab Aemilio viatis, & in acie captus, ductus est in triumphum Romam cum liberis, peritq; in carcere animi maceratus: vel (ut alii tradūt) vigilis maceratus. quod Fuit & alter Perses, Solis & Perse nymphæ filius, pater Hecates, rex Tauricæ regionis crudelissimus. quod Perses præterea, autore Herodoto lib. 7, filius fuit Persi Danaeis filii ex Andromeda Cephei filia, à quo Persas originem duxisse scribit. Hic teste Plin. lib. 7. cap. 5, primus sagittas reperit.

Perseus, ei, & Perses, is, vel Persi, πέρησις, sicut Achilles, is, vel li, vel Achilleus, ei, Iouis filius fuit fertur ex Danae, Acrisii Argivorum regis filia, quam Iupiter commutatus in speciem aurei imbris vitavit. Acrisius enim quum ex oraculo dicitur futurum aliquando ut à nepote occideretur, filiam munitissimæ turri inclusit. Iupiter itaq; Danae amore captus, quia alias non pateret aditus, assumpta specie aurei imbris, per regulas turrim ingressus est, puellæq; siustrâ tam arcta custodia servata stuprum intulit. Ex quo concubitus natus est Perseus, qui postea avum imprudens interfecit. Hic Andromedam Cephei filiam, marinæ beluz objectam, periculo liberavit, liberatamq; uxorem duxit: acceptoq; deinde à Vulcano adamantino ens, quem vocat Harpen, Medusam unam ex Gorgonibus, quæ se aspicientes omnes in saxa commutabant, occidit: unde & Gorgonostonus est cognominatus.

Perseus, a, um, πέρησις. Propert. lib. 3: Sextaq; Persea Phocidis arva manu.

Perses, idis, seu Persæ, πέρησις. Germ. Ein Lande in Afrika, südlich des Carmaniam, und die große Meroesch gegen Meroesch liegt am Mediam. Orientalis Regio Alizæ, à Perse, seu Perseo regis dicta, cuius populi Persi dicti sunt. Lucan. lib. 10: Quæ tibi visendi Nilū Romane cupido2 Hæc Phariis, Persisq; fuit, Macedoniq; tyrannis. Hæc autem Persis (sicut Ptolemæus scribit lib. 5.) à Septentrione Medis terminatur: ab Occasu, Susiana: ab Ortu Solis, duabus Carmanis: à Meridie, parte sinus Persici. Ejus oppida sunt Axima, Persepolis, Diopolis: ubi primum inventa artis magica fuit. Ad eam Nimrod gigas post confusione linguarum se contulit, Persaq; ignem colore docuit. Primus in ea rex (sicut refert Iustinus lib. 1.) fuit Cyrus. In ea lapillorum multa copia. Et primam Sibyllam in ea natæ fuit, quæ hæc de CHRISTO prænuntiasse traditur: Panibus simul quinq; & pisibus duobus hominū milia in eremo quinq; satiabit, reliquias tollens duodecim cophinos impletis in spem mulorum.

Persciūs, a, um, pen. corr. περσικός. Quod ex Perside est, ut regnum Persicum. Juven. Satyr. 14: Nec Cræsi fortuna unquam nec Persica regna Sufficeret animo. quod Persicus sinus, ab Oriente mari Rubri: ad Occidentem, Arabicus dicitur. quod Apud Horat. Persicus pro dñe & opulento, à Persarum scilicet ditiis, luxuq;. Horat. libro primo Carm. Persicos odi puer apparatus.

Persiūs, Vir Romæ doctus, eius meminit Cic. de Orat. C. Lü cilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque à doctissimis legi velle: quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse: quare etiam scripti, Persium non curio legere, (hic fuit enim, ut noramus, omnium ferè nostrorum hominū doctissimus) Lælium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. quod Persius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus est: quem constat clarius esse iisdem ferè temporibus, quibus Domitius Nero imperium urbis Romæ suscepit. In Grammatica præceptorem habuit Rhemnum Palæmonem Vicetinum, qui gravissimas inimiticias dicitur exercuisse cum Marco Varrone: In Rhetorica Flaccum Virginium: Anneum verò Cornutum, qui Philosophia studio excelluit, magna diligentia, singulariisque observatione coluit, cumque eo familiarissime diu vixit, ut testatur ipse.

Perusiūs, περυσία: Vulgo Perugia, Hetruriæ civitas ab Achæis condita, in qua L. Antonius ab Augusto obcessus, quam extrema fame laboraret, coactus est deditioinem facere.

Perusinus, a, um, pen. prod. περυσίας. Propert. lib. 1: Si Perusina tibi patriæ sunt nota sepultra.

Perssinus, pen. prod. hujus Pessinuntis. περυσίας. Germ. Ein Gewerbstadt in Phrygia, in deren die Göttin Cybele verehret wird. Emporium Phrygiæ, cuius fertur templum maximum (ut inquit Strabo) magnæ venerationis Matri deum, quam Andigistan vocat. Hic locus magnificè ab Attalis regibus structus est, & templo, & porticibus ex albo lapide. Romani celebrè reddiderunt, accessita inde Matri deum statua, quæ ab hoc loco Pessinuntia est appellata. Nomine hoc Cicero in masculo genere semper utitur. Sic enim ait in Oratione de Aruspicum responsis: Qui accepta pecunia Pessinunti ipsum, sedem, domiciliumque Matri deorum vastaris. Et paulò post Pessinuntem per scelus à te violatum, & sacerdote, sacrificisque spoliatum recuperavat.

Peralūs, περιάλη. Nomen unius ex iis qui in aula Cephei regis Perseos vim inferre conati, ceciderunt. Ovid. 5. Metam. Petrus irridens, Stygiis cane cætera, dixit, &c.

Perilia, Plinio, περιλι, Ptolemæo, & Stephano, Magnæ Græciæ urbs est non procul à Lacinio promontorio, à Philoëte cōdita, λόγος τοῦ περιλίου: id est, à volando, quod ex volatu avium sumpto augurio, ibi futuræ urbi locus sit delectus.

Perofiris, περιφύρις, Aegyptius mathematicus insignis, de quo Plin. lib. 7. cap. 49. & lib. 2. cap. 23.

Pertrā, περτρά. Siciliæ oppidum prope Hyblam, cuius incolæ dicuntur Petri: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8: Petra Sirenum, Lucanizæ promontorium est, Sirenum olim insidiis infame. Idem, Minevæ promontorium appellat lib. 3. cap. 5: Surrentum (inquit) cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam sede. Meminit loci hujus & Virg. lib. 5: Iamq; adeò scopulos Sirenum adiecta subibat Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos. Vbi multa de Sitenibus. quod Item Petra, Strab. lib. 16: Arabiæ oppidum, Nabathæorum metropolis: unde ea pars Arabiæ, Petras nuncupatur.

Perræ, περτρά, Pars Arabiæ, ita dicta à Petra Nabathæorum metropoli. Strabo lib. 16. quod Est etiam Petras nympha Oceanii & Tethyos filia, teste Hesiodo in Theogonia.

Perreia, Mulier dicebatur quæ pomparam præcedens, in coloniis aut munitiis imitabatur anum ebrietam, quod pedes in petris frequenter impigeret: quam & ali⁹ volunt ab agri vitiis, scilicet petris appellatam. Festus.

Perreīs, Pompejanarum partium dux in Hispania, unde cum Afranio à Cæfæ vicit, Cæfæ 2. libro belli Civil. & Lucan. lib. 4. quod Petreius Atinas, Cimbrico bello primipilus sub Qu. Catulo fuit, qui quum legionem eam in qua ordines ducebatur, à reliquo exercitu interclusam videret, neque ullis adhortationibus Tribunum suum impellere posset, ut per hostium castra perrumperet, eu. n cunctantem occidit, legionemque salvam eduxit. Quo nomine etiam corona graminea donatus est.

Perrocōrī, περιπορέα. Ptolemæo, Populi Gallizæ Aquitanizæ, Santonibus finitimi: quorum meminit & Plinius libro 4. capite 19.

Perroniα, περιπορέα. Nomen uxoris Vitellii, de qua apud Suetonium in Vitellio. quod Petronia itē annis in Tiberium defluens, qui inde nomen accepit, quod per petras fluat: quā magistratus auspicato transeunt, quum in campo quid agere volunt:

Perpetuus, περιπετεῖος

quod genus auspicii perenne vocant. Amaem autem foeminae antiqui enuntiabant. Autor Festus.

**Petrōniūs**, *πετρόνιος*, Aegypti praefectus sub Augusto, qui Cornelio Gallo successit. Gessit bellum aduersus Aethiopes, quibus regina Candace imperitabat, virili quidam animo mulier, sed altera capta oculo. Vide Strabonem lib. 17. q Petronius Granus centurio octavae legionis sub Cæsare bello Gallico: qui postea bello Africano Quæstor designatus, quū, natus qua in provinciam vehebatur, & in Scipionis potestate venisset, & ceteris interfactis, Quæstori Scipio in columnitatem polliceretur, respondit Cæsariorum aliis in columnitatem dare, non accipere consuevit: quo dicto se gladio transverbaverat. Vide Plutarchi in Cæsare. q Petronius item alius fuit, prénomine Lucius, qui quum P. Cælium à quo ex humillima sorte ad Equestrem dignitatem erat elevatus, precibus adductus, Placentiae occidit, se quoq; eadem dextra interemit. Autor Valer. lib. 4. de Arnic. q Petronius pater Vespasiani Cæsar. q Petronius Perpenna, qui Constantianas thermas in pristinum splendorem restituit. q Petronius Diodorus medius, qui scripsit antilegomena, citatur testis à Plin. libro 20. cap. 8. q Petronius Poëta, cuius nonnulla de medicina versibus conscripta, ad nostram cætatem pervenerunt, ut scribit Valer. q Petronius, *πετρόνιος*, vir Consularis fuit Neronis tempore, qui moriturus principis invidia ut mensam ejus exhereditaret, trullam murrhisam CCC sexagesimam emptam confrexit. Autor Plin. lib. 37. cap. 2.

**Pétuscum** palati, dicta est ea regio Vrbis quā Romulus obversam posuit ei parti in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus: quia molissimè inde adibatur Urbs, quum Hetruscorum agrum à Romano Tiberis discluderet, ceteræ vicinæ civitates colles aliquos haberent oppositos. Festus.

**Peucē**, *πευκη*, Parva est insula in uno ostiorū Istri, quod ab illa Peucē appellatur, teste Plin. lib. 4. ca. 12. & Lucan. lib. 12.: & barbara Cone Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamq; profundo Multisidi Peucem unum caput abluit Istri. Valer. Flac. lib. 8: Danubii viridemq; vident ante ostia Peucen.

**Peucetiā**, *πευκη*, Peninsula est in finibus Italiz, aliis nominibus Calabria & Messapia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

P ante H

**Phabiranum**, *φαβίρων*, apud Ptolem. lib. 2, Germaniz urbs est in climate Septentrionali sita. Qui Ptolemaeum postremo recognoverunt, ex longitudine & latitudine situs conjicunt eam esse urbem, quam hodie vocant Niemus.

**Phaciōn**, *φάκιον*, Thessaliz oppidum, apud Thucyd. lib. 4. **Phæacēs**, *φαέας*, Populi fuerunt Corcyrae: unde & Corcyra Phæacia dicta est: quæ est insula in ostio maris Adriatici. Hoc die vocant Corphi. Scribitur cum æ diphthongo. Nominatus singularis est Phæax. Horat. lib. 1. Epist. Pinguis ut inde domum possis Phæaxq; reverti. Phæacem vero figuratè dixit pro homine nitido, ventriq; ac gula dedito, quales in Phæacia: hoc est, Corcyra esse solent: de quibus sic ait Horat. Epist. lib. 1: Quicis pulchrum fuit in medios dormire dies, & ad strepitum citharae cessatum ducere curam.

**Phæacum**, Civitas est in Planicie Phæaciæ insulæ, quæ ab utraq; parte habet duos editissimos vertices, in quibus adhuc sunt arcæ.

**Phæaciūs**, a. *μην*, *φαέας*, & Phæacus, ca. cum, una syllaba minus. Propert. lib. 3: Nec mea Phæacas æquat pomaria sylvas. **Phædōn**, *φαῖδην*, Atheniensis, in cōvicio à triginta Atheniensium tyrannis accusatus fuit: cuius filii virginis quum adversus quorundam vim pudicitiam alioqui illibaram servare nō possent, invicem se complexæ, in puteum desilientes accem sibi conciverunt. q Fuit & alter hoc nomine philosophus Eliensis, Socratis auditor, ingenio liberali. Qui (ut quidam scriperūt) servivit lēoni perinde quasi meritorius puer, quem stuariumque mancipium. Eum Cebes Socraticus emisse dicitur, habuisseq; in philosophorum disciplinis. Atque is postea Philosophus illustris fuit, cuius nomini Plato libri de Immortalitate animorum inscripsit, qui etiam ab ejus nomine Phædon inscribitur.

**Phædrā**, *φαῖδην*, Mineis Creteisū regis filia fuit, & uxor Thesei, quæ amore Hippolyti privigni capta, quum ipsum adducere non potuisset, ut paternum thalamum confupserat, apud patrem eum detulit, tanquam stuprum sibi inferre voluisse. Reliqua vide in dictione **HIPPOLYTUS**.

**Phædrīs**, *φαῖδης*, Vnus ex discipulis Platoni, cui Plato inscripsit librum, qui ab ejus nomine dicitur Phædrus.

**Phædymā**, Ottanis nobilis Persæ filia, primū Cambysis regis, eoq; mortuo, Smerdis Magi concubina, quæ prima deprehendit, nō Smerdim Cyri filium, uti populus credebat, sed Magum imperare. Quare cōmota Persarū nobilitas Smerdim in regia trucidavit, Dariumq; equi hinnitu (ut inter eos convenerat) regem declaratum, in illius locum substituunt. Autor Herod. lib. 4.

**Phænsana**, apud Ptolem. lib. 2. cap. 12, Rhetæ urbs, alio nomine Phæbiana castra, Vulgo hodie *Babenfusum*.

**Phæstum**, *φαῖστος*, Urbs in Creta, à qua Phæstius, *φαῖστος*, Epimenides dictus est, quem adiutorem condendis legibus Salonis fuisse tradit Plutarchus, in clytum vaticinio, & resum divinarum peritia.

**Phæstus**, *φαῖστος*, Mons, seu promontorium Cretæ, circa Gorystiam urbem, civitatem habens ejusdem nominis. Sed nōmē civitatis foemini generis est, montis masculini. Strabo libro 10. q Phæstus, *φαῖστος*, fuit, teste Homer. s. illiad. Bori Meonius, sive Lidii, qui quum venisset Trojanis auxilio, ab Idomeno interfactus est.

**Phæthon**, *φαῖθων*, Ligurum rex fuit vetustissimus, cuius multa in Herrusco littore coloniae fuerunt, ut Cato est author in Originibus. q Phæthon. [ φαῖθων. Germ. Ein Sohn Solus und Clymenes.] Solis filius ex Clymenæ: qui quā à patre impetrasset, ut uno die currus sui habendas sibi permitteret, augädigi imperitus cœlum & terrā combureret, à luce fulmine è curru excussus, in Padum fluvium decidit. Dictus Phæthon καὶ τὸ φᾶσι: hoc est, à luce, & φᾶσι, uro: unde & pro Sole accipitur. Virgilii 5. Aeneid. Auroram Phæthontis equi jam luce rehabant.

**Phæthontiādēs**, *φαῖθωνάδης*, Clymenes & Solis filii dicuntur, sorores Phæthontis, quæ dum extinctum fratrem fecerint, conversæ sunt in alnos arbores, ut ait Virg. 5. Aeglog. ut 10. Aeneid. in populos.

**Phæthusa**, *φαῖθωσα*, Fuit una ex filiabus Solis ex Neera, nymphæ, & soror Lampetæ, quæ in Sicilia, patris sui, id est. Solis armamenta custodiebant: è quibus soli sacris socii Vlysses cōna Circes monita degustantes, naufragium fecerunt, ut lib. 12. Odysseus fabulatur Homerus. Ovid. 2. Metam. Phæthusa, & Lampetæ Solis & Clymenes filias fuisse tradit, & sorores Phæthontis, quæ quum fratre fulmine percussum supra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores cōversæ sunt, quæ lacrymarum loco electrum exsudant.

**Phago**, [ φάγων. Ger. Ein Bras. Pol. Zantok.] Incredibilis edacitatis homo fuit, quem Flavius Vopiscus in Aureliano tradit, mensæ Imperatoris adhibitū, aprum integrum, centū panes, vervecē, & porcellū uno die edisse, bibisseq; vini orcam. **Phalantūs**, *φαλάντος*, Lacon quidam fuit, de quo hæc tradit Servius lib. 3. Aeneid. Quum olim Lacones & Atheniensis diu inter se bella tractarent, & quum utraq; pars affligeretur, Lacones quibus juventus deccrat, præcepérunt ut virgines cum quibuscumque concubarent: quod & factum est. Sedatis autem bellis, juvenes incertis parentibus nati, quum & patræ & sibi essent opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalanto, octavo ab Hercule, patriam reliquerunt, delatiq; ad breve oppidum Calabriæ, quod Taros Nettuni filius condiderat, id auferunt, & prisco nomine Tarosum appellaverunt. Hec ille: Eadem ferè commemorat Actea in illud Horat. lib. 2. Carm. Ode 6: Dulce pellitis ovibus Gallesi flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalanto. q Hinc Phalanteus, a. um.

**Phalaris**, *φαλάρης*, Civitas in sinu Malacaco non procul à Specchie fluminis ostio. Plin. lib. 4. cap. 7. **Phalāris**, [ φαλάρης. Germ. Ein grausamer König von Taras zu Agrigent in Sizilien.] Nomen proprium Agrigentinoi regis crudelissimi: qui præter cætera novorum suppliciorum instrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immisso damnati: igneq; subiecto, bovis mugitus edebant: cujus munera nomine quā artifex non leve munus speraret, iussu Tyranni in taurum cōjectus, primus artis specimen præbuit. Ipse quoq; Phalaris, quum nimia ejus atrocitas ulterius ferri non posset, facto in eum universorum ciuium impetu correptus, ei ipsi tauro quo alias exsisterat, inclusus, viuis crematus est. Cic. lib. 2. Offic. Phalaridis præter cæteros nobilitata crudelitas, qui non ex infideliis interierit, ut is, quem modò dixi, Alexander: nō à paucis, ut hic noster, sed in quem universa Agrigentinorum multitudine impetum fecit. Ovid. in Ibis: Utq; ferox Phalaris lingua prius easse refeta, More bovis Phario clausus in ære gemas. q Est præterea Phalaris avis quædam ex genere amphibiorum, in Seleucia Parthorum & parte quadam minoris Asiae præcipue nascens. Varro. 3. de Re rust. cap. 11. Sunt item non dissimilia alia genera: ut querquedulæ, Phalarides, sic perdices, quæ (ut Archelaus scribit) audita voce maris concipiunt. Apud Plinius tam lib. 10. cap. 48. & Colum. lib. 8. cap. 15, legitimus phalerides per secundam vocaliem in antepœultima, quo pacto etiā apud Var. legendum suspiccamur.

Phalaris, mi, φαλαρησμός. Phalaridis tyrannis, vel ejus imitatio: hoc est, summa crudelitas.

**Phalera**, orum, *φαλέρα*, Portus Atheniensium, quinque milium passuum muro urbi cōjunctus. Hinc ortus traditur Demetrius philosophus, Phalerus à patria cognominatus. Apud Græcos

Græcos, teste Stephano, indifferentes essent, φάλεροι οὐδὲν τοιούτους.  
Phalætus, φαλαιτός, Gentile nomen est à Phaleris Atheniensium porta deductum. Quo cognomento etiam dictus est Demetrius philosophus, Phæostrati filius, & Theophrasti auditor, qui quum à Cassandro Macedonum principe Athenis esset praefectus: non modò popularem non destruxit potentia, sed etiam melioribus institutis reformativit. Veram tantum invidia valuit, ut post Cassandri obitum in Acgyptum fugere coactus sit: quo tempore ejus inimici statuas ejus plures trecentis disjectas conflavere. Tadear morsu aspidis perire, quū multa apud Ptolemaeum in calamitoso orio scripsisset. Vide Strab.lib.9.

Phælrium, φαλίριον, Vrbs Hetruric. Inde Phalerius, ria, rium, Stephan.

Phaliscæ, φαλίσαι, Populi Hetruric, quorum oppidum Phaleñi vocabatur. Sunt qui arbitratur Phaliscos esse qui eam Hetruræ partem inhabitant, ubi sicutum est oppidum quod hodie corrupto nomine Monsen Flacovens vocant, quum potius monitem Phaliscum dicere debeamus.

Phalora, φαλώρη, Vrbs Thessalæ. Inde Phalorense, φαλωρέ, Stephan.

Phanætis, φανετός, Capo mastico, Promontorium in Chio insula, optimo vino nobilissimum. Autor Servius in illud Virg. 2. Georg. Sunctam Ammianæ vites summi vina, Timulus & assurgit quibus, & rex ipse Phanætus.

Phanes, φανεύς, Vir fuit Halicarnassus, qui Cambyses Persarū regi adversus Aegyptios bellum molienti, se ducem itineris præbuit, exercitumque ejus citra periculum per Arabiam in Acgyptum duxit. Autor Herodotus lib. 3. qd Phanes etiam à Græcis dicunt Sol, καὶ τὸ φανεύς: hoc est, à lucendo.

Phanesii, φανεῖον, Populi, in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (ut Solinus ait) habent aures ad eò effulas, ut reliqua viscera contingant illis.

Phænæ, φανεύς, Iuvensis Lesbos fuit formosissimus, à Sappho poetria perditissime adamatus. Extat apud Ovid. Epist. Sapphus ad Phœnæm.

Pharæ, φαραι, numero plurali, Vrbs est, teste Plin.lib.4.cap. 12. Cetera mediterranea, à Messeniis condita.

Pharænæs, [φαρανῆς, φαρανῆς] appellantur Aegypti reges, quod cognome fuit dignitatis, ut scribit Euseb. Aegyptiorum enim lingua Pharaon regem significat, ut docet Ioseph.lib. 8. Antiq. Ita quum primum perveniebant ad Imperium, hoc nomen accipiebant.

Pharæ, Prolemaeo, Plinioq.; Straboni verò Pharus, φαρεῖς, Insula contra Dalmatiam & Sadaram, quæ nunc Vulgo Lysa Illyrico sermone dicitur. qd & urbs in ea, à qua Pharenes populi.

Pharisæus, & Pharisæus, Vide in APPEL.

Pharmacoëtröphi, [φαρμακοτρόφη], Germ. Giftpfresser, scind. Vide in APPEL. Populi sunt Asiaz Margianis, & Sutianis finitimi, qui venenis aliferuntur: unde & nomē illis inditum est. Meminit horum Plin.lib.6.cap.16, & Pompei lib. 1.

Pharmacus, φαρμακός, Sunt duæ infulæ exiles juxta Atticum regionem in mari Salaminiano, in quarū altera (ut inquit Strab.lib.9.) sepulcrum Circes visitur. Plinius ejusdem nominis insulam inter Sporadas connumerat, lib.4. cap.12. Hac Stephanus supra Miletum collocat, & Attalum regem in ea oculum fuisse assertit. Gentile est Pharmacus.

Pharnacia, φαρναξία Stephano, Regio & urbs Pontica, Trapezunti proxima. Plin.lib.6.cap.4 pharnacen appellat.

Pharnax, naxis, pen. corr. φαρναξ, Mithridatis regis filius, qui quum majorē civilis belli, quod tum inter Cæsarem & Pompeium geregatur, quam propriarum virtutum fiducia Cappadociam invaserit, à Cæsare fulminis in morem est obtritus, & (ut Cæsar gloriatus fertur) antequam hostem vidisset, vires: unde etiam inter Pontici triumphi fercula, tria hæc verba, protulisse fertur: Veni, vidi, vici, non acta belli significat, sed celeriter confecti notam. Suctio in Cæsare. Lucanus lib. 2. Tigranemq; meum, nec Pharnacis arma relinquas Admeto. Meminit hujus Cicero ad Cassium, lib. 15. Epist. Famil. & ad Attic.lib.11.

Pharos, φαρός, Olim insula fuit, Canopico Nili ostio objecta, diciq; unius navigatione (si Homero credimus) à cōtidente direpta: hodie verò Alexandriæ portæ cōjuncta. Cujus mutationis causam quidam Nilo assignant, cujus ostia magna perpetuò limi vim ad proxima aggerunt vada. Lucan.lib. 10: Pharos insula quodā in medio stetit mari. In ea turris est ingens in petra posita, que mari circunluitur, albo lapide, octin gentis talenti à Philadelpho Ptolemaeo rege Solistrati Cnidii architecti Alexandrinorum amici opera extracta: quæ & ipsa Pharos dicta est: in qua noctu accensæ faces navigatiū cursum regebant. qd cujus similitudine cæteræ quoq; speculæ similæ in usum construetæ, Phari appellatae sunt. Statius:

Lomiae noctivagæ collit Phatus æmula Lunæ. Scribit Hegesippus lib. 4. Pharon à Græcis, Latinisq; appellari ex ipsius rebus, ed quod longè videatur à navigantibus: tanquam καὶ τὸ φαρόν, quod lucidum significat, immutata litera, Pharos dicitur. In hac Alexander novam urbem condere statuit: sed quia magnæ sedis capax non esset, ex adverso ei objectam condidit Alexandriam. qd Est item Pharos, maris Adriatici insula, Illyrico adjacens, antea Paros dicta, teste Plin.lib.3.cap.21. Phariūs, αὔμ, φαρίος, & Phariacus, αὔμ, ut Sistra Pharia. Pharparades, Pars una est Tauri montis. Plinius libro 5, capite 17.

Pharsalæ, φαρσαλία, Regio Thessalæ, Pharsalo oppido, quod ad Enipei ripam situm est, circumiacens: à quo & nomen accepit. Sunt qui universam Thessaliam hoc nomine vocatam existent, à Pharsalo duce quæ primæ Aemathia ab Aemathio: postea Thessalæ, à Thessalo: deinde à Macedone, Macedonia est dicta.

Pharsaliūs, αὔμ: Hinc campi Pharsalici, in quibus duorum maximorum bellorum civilium procellæ detonuerunt: primùm inter Cæsarem & Pompeium: alterum inter Augustum & percessores Cæsaris Brutum & Cassium. Hi postea Philippici dieti sunt, sive à Philippo rege, sive à Philippis vicina urbe, quæ alio nomine Thebas Thessalicas appellant.

Pharsalōs, seu Pharsalum, φαρσαλός Stephano, Thessalæ oppidum, in ripa Enipei fluminis situm, de quo Lucan.lib.6: Aemathis & quorei regnum Pharsalos. Achillis.

Pharusii, φαρυσοι, Plin.lib.5.cap.8, & Pomponio lib.1. Populi sunt Africæ ultra Mauritaniam. Hi quondam Persæ fuisse dicuntur, comites Herculis ad Hesperidas tendentes. Pompeius quoq; lib.3. in fine. Deinde Pharusii aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, aunc inculti, & nisi quod pereore aluntur, admodum inopes. Qui fabulosa narrant, Thebanæ hæc Herculi tribuunt: at qui historicam veritatem prosequuntur, Aegyptio Herculi qui Lybicus cognominatus est, potius adscribenda censem. Meminit horum & Strab.lib.17, ubi de Mauris mentionem fecit. At Pharusii, inquit, qui ultra hos habitant, Hesperis Aethiopibus vicini, sagittant quemadmodum Aethiopæ: sagittis, quoque curribus utuntur: miscentur nonnquam Mauris Pharsalii, per deserta aquarunt utres equis portantes: nonnquam per loca quædam palustria & lacus Cirrhæ veniunt. Quidam ex eis Troglodyta: aut more sub terra habitare dicuntur, & vestitis imbribus abundare: hyeme verò siccitate laborare: nonnulli sibi ex serpentis, piscesq; coriis, alli ex stramentis indumenta parare. Vide reliqua apud Strabonem loco jam citata.

Phæselis, φασελίς, Pamphyliæ urbs in monte sita, piratarum omnium perfugium. Cicæa Vert. Act. 6: Messanam Siciliæ oppidum Verri Prætori, prædoni verius & piratae Siciliensi Phæselis quandam fuisse ait, quod omnes furorum acervos illuc deportasset: Phæselis (inquit) illa quam cepit P. Servilius, nō fuerat urbs antea Cilicum atq; prædoni: Lycii illam Græci homines incolebant: sed quod erat ejusmodi loco, atq; ita prædicta in alium, ut & exæuntes è Cilicia prædones sacer ad catu necessariâ devenirent, & quum ex hisce locis se recipierent, cōdūm deferrentur, ascerunt illud sibi oppidum piratae, primò cōmercio: deinde etiam societate Mamertina civitas improba ante non erat, etiam erat inimica improborum. Motu subdit: Verum hæc civitas isti prædoni ac piratae Siciliensi Phæselis fuit. Huc omnia undiq; deportabantur, apud istos relinquebantur: quod celari oportuerat, habebant sepositum ac reconditum: per istos, quæ volebat in navem claram imponenda, occultè exportanda curabat: navem denique maximam, quam onustū furtis in Italiam mitteret, apud istos facienda, ædificandamq; curavit Hæstenus Cicero.

Phasis, φασίς, vel idis, φαση, Colchorum prægrandis fluvius, de quo Lucanus lib. 3: Colchorum qui rura facit ditissima Phasis. Plin.lib.6.cap.4: Navigatur Phasis quamlibet magnis navigis XXXVIII. M. D. pass. Inde minoribus longo spatiō, pontibus centum viginti pervius. Ab hoc fluvio phasiāno mensumpserunt, quod ibi maximus eorum proventus feratur: unde etiam ab Argonautis in Græciam advenisti pūtantri. Fuit item ejusdem nominis oppidum, ad fluyi hujus ostium, cuius meminit Plin.lib.6.cap.4.

Phasis, adis, φαση, Patronymicum est femininum, à Phaside fluvio, sive oppido deductum, quod Poëtæ pro Medea ferre usurpant, Phasidis alumna. Ovid. 3. de Arte: maritum Barbara per natos Phasias ultra suos.

Phœgæ, pen. prod. φεγεῖα, Civitas Arcadiæ, à Phegeo rege, Phoronei fratre cōdita. Prius Erymanthus, poëta & Pephis appellata. Steph.

Phœgæus, φεγεῖος, Pater fuit Alpheibœz, qui Alcmæona quid jussu patris matrem occidisset, & ob eam rem furiis agitare, purgavit, eiq; Alpheibœz filiam matrimonio locavit.

Vide fabulam latius apud Ovid. 9. Metam.

Phœgor,

**Phēgor**, φέγος, Lingua Hebreā Priapus appellatur, inquit Hieronymus contra Iovinianum: unde Beel-phēgor, dictio composita: hoc est, Priapi simulacrum.

**Phēmōnē**, φημόνη, Sibyllæ nomen, quæ prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, & carmen heroicum invenisse, ut ait Pausanias. Stat. lib. 4. Syl. referetq; arcana pudicos Phēmōnē fontes. q; Est & Phēbados cuiusdam nomen apud Lucanum lib. 5: Phēmōnē errare vagam, curisq; vacātem. q; Sunt qui Phēbē filiam dicāt fuisse. Meminit ejus Hesiodus in Theogonia..

**Phēnēum**, φήναι Stephano, Oppidū in Arcadia, circa quod herba nascitur Homerī præconio celeberrima, quam à diis immortalibus Moly vocari asserit. Plin. lib. 25. cap. 4.

**Phēnēus**, φενῆς, Lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tēpore perniciosa, interdiu salutaris est. Ovid. Met. 15. Est lacus Arcadiæ, Phēneum dixere priores. Ambiguis spectatus aquis: quas nocte tēpore. Nocte noxē pota, fine noxa luce bibuntur.

**Phērē**, arum, φερέ, Vulg. Ceramis. Oppidum Thessaliz, ad Baebēdem lacum, ubi Magnesia à Pelasgicis campis dirimitur. Homer. in Catal. Oi δι φερές επίφοντας βουληδα λιμνήν. q; Est item ejusdem nominis oppidum in Achaia proprieta, non procul à Patris.

**Phērētūs**, a. um, Ovid. in Epist. OEnones: Ipse repertor opis vacas pavisse Phēras Fertur, &c.

**Phērēcratēs**, φερεκράτης, Atheniensis poëta comicus, militavit sub Alexandro magno: docuitque fabulas XLII. Autor Suidas.

**Phērēcydēs**, penult. prod. φερεκύδης, Philosophus, & Poëta tragicus, ex Scyra insula, teste Strab. lib. 10. Floruit regnante Servio Tullo apud Romanos. Cic. lib. 1. Tuscul. Hic primus dixit animos hominum esse sempiternos. Primus scripsit soluta oratione (ut Apuleius in Flotidis autor est) repudiato versuū nexus. Hunc Pythagoras magistrum coluit. Periit phthisias: id est, peculiariter morbo, de quo Serenus: Sed quis nō payeat Phērekydis fata tragedi, Qui nimio sudore flueat animalia tetra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt? Hic amētis nullo magistro usus: tamen per se multum eruditioñis est cōsequutus, ut autor est Suidas. Quanquam Diogenes Laēt. Pittaci auditorem fuisse tradit. q; Phērekydes præterea aliis fuit, teste Laētio, antiquior etiam superiore, Atheniensis & Philosophus, qui ab Orphao multa didicit, scripsitq; Theogoniam libris decem: item libellum De rerum principio. q; Phērekydem alium Lerium genere, Historicum commemo- rat Suidas.

**Phērēnēc**, pen. prod. φερενίκης, Nomen mulieris. Aelianus lib. 10, de varia hist. Duxit ad Olympicum certamen filium suum Phērenice sc̄mina, prohibentibus eam spectare qui præsidebant. Licere id sibi persuasit, quæ patrem, & fratres treis haberet Olympionicos. Spectavit, & victorem filium reduxit.

**Phēdīs**, α. φεδίς, Nobilis fuit statuarius, qui in ebore scalpe- do claruit: diis tamen (ut inquit Quintilianus) quām hominibus efficiendis melior. Inter hujus opera præcipue cōmemorata est Minervæ statua, quam Athenis ex ebore fecit, XXVI. cubitorum altitudine: in cuius clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam insculpsit: in soleis verò, Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam cōmmendationem meruit Iupiter Olympius, & ipse totus ex ebore. Cælavit & Venetum, quæ postea Romæ sita in portico Octavius fertur. Item Nemesis Rhamnusiam, mali ramum manu tenetem, ex quo parva surgebat complicatio, hanc inscriptionē habens: Agoracritus Parius fecit. Huc enim Agoracritum discipulum usq; adē diligebat, ut ei tanti operis laudem crederet.

**Phēdīcūs**, a. um, φεδίκης, Propert. lib. 3: Phidias signo se Iupiter ornat eburno. Martial. lib. 6: Quis te Phidiaco formata Iulia coelo. Aut quis Palladiæ non putet artis opus?

**Phēdīppūs**, φεδίππης, Herculis nepos ex Thessalo filio, qui unā cum fratre Antipho contractis ex mariis Carpathii insulis trīginta navibus, Græcis suppetias tulit adversus Trojanos. Autor Homerus in Catal. navium. q; Est item Phidippus per- sonæ comicæ nomen, apud Terent. in Hecyra.

**Phīla**, Φίλα Stephano, Vrbs Macedoniz, juxta Peneum fluviū, à Demetrio Gonata Antigoni filio condita, & à nomine matris ejus ita appellata. q; Est item Phila maris Gallici insula, erigione Antipolis, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. q; Sunt & quatuor ejusdem nominis insulæ in Nilo fluvio, supra Deltam, quas commemorat idem Plin. lib. 5. cap. 9.

**Philādēlphiā**, φιλαδέλφια, Nomen civitatis in Mysia, regione Asia, frequentibus terre motibus concausa: unde ejus incolæ in agri magya ex parte degebant. In hac fuit una ex septem Ecclesiis in Apocalypsi cōmemoratis. Supra Philadelphiam, Orientem versus exusta regio patet, quam Græci γενεκανθήν appellant, stadiis longa quingentis, quadringentis lata, ubi nullæ arbores præter vitrem inveniuntur, quæ exustum viuum fert ita elegans ut nulli cedat. Summa camporum facies

cinerulenta est: Montaha, petrosa & nigra. Quidā ex crebro fulminum id contigitur arbitrantur, nec subitant quæ de Typhonē dicuntur, hoc in loco fabulari. Sed credibiles ex subterrancum ignem, qui postea defecerit, regionem traxisse. Dicta est urbs Philadelphia ab Attalo Philadelpho con- ditore.

**Philādēlphus**, φιλαδέλφος, Ptolemai rēgis Aegypti cogat- men, qui bibliothecam Alexandriæ, ferè quinquaginta milia librorum continentem, extruxit. Idem libros Mosis ver- tendos curavit per LXX, interpretetes ex Hebreo in Græcam sermonem.

**Philā**, arum, φίλα, Insula aspera, & undique prærupta, adi- cens Aegypto, duobus in unum cōfuturis amibus cincta, qui Nilo mutantur, & ejus nomen ferunt. Sunt autem Philae Sene- boni libro decimo septimo, infra Syenen, ad quas ipse se ex Syene plaustrō per plana aliquando vēctum scribit. Memini- & Lucanus libro 10: Rustus multifida revocat piger alveus undas, Quā dirimunt Arabum populis Aegyptia tura Regi claustra Philæ.

**Philāenōrum aræ**, φιλαῖναι, βασιλεῖς, Dicuntur quæ Siculo Pa- loco oppositæ, in media quodammodo Syrtium tellure pos- ta sunt: ita dicta à Philænis fratribus, qui in codoco vivi ceduntur fuisse defossi. Nam quum inter Cyrenenses & Carta- ginienses de fiibus incidisset controversia, placuit ut cetero tempore duo viri ex utraq; civitate utriusque termini essent. Itaque Carthaginæ egressi Philæni, quum aliquot passuum millia in fines Cyrenensis processissent, indignati adverterunt se esse præventos, optionem Philænis propounderunt, mallente ad suos fines retrocedere, an eo in loco vivi defodi illisq; respon- dentibus se patræ salutem vita præferre, à Cyrenensis, qui viribus superioris erāt, vivi eo in loco sunt defossi. Quo in lo- co Carthaginenses, ne eximia illorum in patriam pietas ella temporum injuria oblitteraretur, duas eis aras constituerat. Vide Sallustium in bello lugurthino.

**Philāgrīōs**, φιλαγρίος, Medicus fuit insignis, Galeni & quale natione Epirotæ, Naumachii discipulus, cuius scripta rece- set Suidas.

**Philāgrūs**, φιλαγρίος, Sophista Cilic, auditor Lolliani, supra modum iracundus. Nam & dormitanti quandoque audi- ti pugnam in malam fertur impegiſſe. Huic Metellus nepos sepulcrum extuens, lapideum apposuit cōrūm. Id quā Cæ- cero esset intuitus, in ejus levitatem jocatus: Hoc, inquit, sa- piens à te factum: οὐδέ τις μέτε περιέβαλεν, οὐδέ τις κατέβαλεν, volare magis te docuit, quām dicerē. Hæc Cælius Rhodiginus Antiq. leſt. lib. 21. cap. 7, & lib. 17. cap. 20.

**Philāmōn**, φιλαμών, Filius Apollinis ex Chione nympha, clariſſimus carmine & cithara. Ovid. libro 12: Nascitur è Phēbo (nanque est enixa gemellos) Carmine vocali clares, citharaq; Philamōn. q; Fuit item Philamōn Atheniensis, pugil fortissi- mus, qui omnes suæ ætatis pugiles superavit. Suidas.

**Philāmōn**, φιλαμών, Syracuseus, novaz Comœdiz scriptor, qui Alexandri Magni tempore floruit. Huic Quintilianus se- cundum inter Comicos scriptores locum tribuit: Philamōn, inquit, pravis sui temporis iudiciis, Menandro sèpè prælatus est: consensu tamen omnium meruit secundus credi.

**Philēsīus**, Cognomē Apollinis, Græci φιλάππος, amabilem di- cunt: quod cognomen idcirco Apollini tribuitur: quia lumen ejus exoriens, amabili veneratione oculorum cōsalutamus.

**Philētārūs**, φιλέταρης, Comicus fuit Atheniensis, Aristophā- nis Comici filius. Fabulas scripsit unam & viginti, quarū sō- nata recensentur à Suida.

**Philētās**, φιλέτας, Poëta elegiographus è insula Go, qui Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit. Præceptor fuit Ptolemai Philadelphi. Suis carminibus celebravit Battidem puellam, quam adamavit. Fuisse fertur corpore adē tenui, ut necesse fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu rape- retur. Politianus: - nec Cous adhæc nō sacra Philetas, Quan- quam est æger, adeſt, quanquam vestigia lento fulta gravat plumbō, &c.

**Philēum**, φιλέων, Vulg. Grouinge, apud Ptolemaium Germa- niæ Septentrionalis oppidum est. Ex longitudine & latitudine à Ptolemaio adscripta, conjicimus aut idem esse cum Groninga Frisia oppido, aut certè illi proximum.

**Philēdēs**, Mangō quidam fuit equorū, à quo quum Themis- tocles equū dono postulasset, minimeq; imperasset, mina- tus est se domum ejus continuo ligēnum equum facturum. Quo ænigmate significabat se propinquorum accusationes & criminis in eum conjecturū. Plutarch. in Themist. Quorsum hic mentio tara fugidæ rei?

**Philēppī**, φιλέππης, Vrbs Thessaliz, quæ Dathos antea di- cebatur, quā Philippus Macedonū rex instauravt, & à nomine suo Philippus nominavit. Virg. 1. Georg. Romanas acies iterum videre Philippi. q; Sunt & Philippia Thracia, inter Nel- sum

**S**una & Strymonem amnes, non procul ab OESyma, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

**P**hilippensis, Philippense, Possessum formatum à Philippis Thessaliz civitate: ut Philipenses cives, φιλιππίται, & Philip-pense bellum, quod apud Philippos gestum est.

**P**hilippi cūs, ca, cum, φιλιππίς, Denominativū, à civitate Philippis: ut, Campi philippici, civilibus cladibus nobilitati, in quibus primū Cæsar Pompeium, & postea Augustus Brutum & Cassium profligavit.

**P**hilippides, φιλιππίδης, Comicus poëta haud ignobilis, qui aetate jam proœcta quum in certamine Poëtarū præter spem viceret, gaudio repente mortuus est: quod & Diagoras Rhodio accidit. q Fuit & alius ejusdem nominis, à celestite pedum οὐερόθρονος cognominatus, quod XXXIIII. horarū spatio mille quingentā stadia pedibus cōficerit, diei unius & noctis spatio itinere ab Athenis Lacedæmonem usque peracto. Vtiusq; autor Suidas.

**P**hilippopolis, φιλιππόπολις, Oppidum Macedoniz, à Philippo Amyntæ filio conditum, patre Alexandri. Autor Stephanus. Plin. Philippopolim in Thracia constituit, lib. 4. cap. 11.

**P**hilippus, φιλιππός, Amyntæ filius & Alexandri Magni pater, Macedoniz rex, rei militaris peritissimus, rebusq; gestis clarissimus, Macedoniz regnum, quod angustis ante finib. continebat, adeò ampliavit, ut centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerarentur. Hic à Pausania quodam adolescentē est interfectus: qui quum de stupro sibi per virū ab Attalo illato, apud regem questus esset, & pro rei indignitate ultionem postulasset, sequē etiam à rege irridet animadvertisset, iram in regem convertit, & ultionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo judice sumpsit. q Alius fuit hoc nomine Romanorum Imperator, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianæ religionis sacris suis initiatus fuit. q Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniz, à T. Qu. Flaminio vicit. Is, autore Livio, quū videret Annibalem soliciter in Italia res gerentem, legatos ad eum de societate misit, qui in reditu à Q. Fulvio Flacco præfecto classis intercepti cum literis, misitq; ad Senatum, statim M. Levinus prætor contra eum mittetur, qui regem agentem Apolloniae, incautum, semique sopitum nocte intempesta adoritur. Ille in Macedoniam cum exercitu terrestri itinere fugit, incensis prius ne ho- sis potiretur, suis navibus. Vide Liv. lib. 1. de bello Maced. q Philippus, medicus Alexandri, teste Curti lib. 2. cuius etiā meminit Plutarchus in vita Alexandri. q Philippus etiā Romanos viros claros legimus in gente Martia, inter quos L. Philippus orator, Crassi adversarius, Cic. lib. 3. de Oratore, & de Clar. orator.

**P**hiliscus, φιλίσκος, Comicus scriptor, cujus fabulæ enumerauntur Suida. q Fuit item Philiscus quidam Corcyreus, Philotz filius, poëta ex secundo ordine Tragicorum, & Dionysii sacerdos sub Ptolemæo Philadelpho. Scriptit fabulas duas & quadraginta. q Philiscus præterea Aegineta, Diogenis Cy- nici, aut certè (ut alii malunt) Stilponis auditor, & præceptor Alexandri. Scriptit Dialogos quodam, inter quos est Codrus: ex Suida.

**P**hilistön, φιλιστίνη, Sardianus, sive Prussensis, poëta comi- cūs, q Socratis aetate floruit, nimio risu mortuus fuit. Suid. Philistus, φιλίστης, Archonidae filius, patrū Naucratites, aut ut alii volunt Syracusanus, Eveni Elegiographi discipulus. Scripta ejus enumerantur Suidas.

**P**hilix, Nutrix fuit Domitianus principis, ut est autor Sueton. **P**hillyra, & Phillyrides, Vide PHILYRA, & PHILY- RIDES.

**P**hilō, φιλω, Academicæ sectæ philosophus insignis, Cicero-nis in Philosophia præceptor, ut ipse testatur in libro de Clariis Orat. Eodem (inquit) tempore, quum princeps Academicæ Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello do-mo profugisset, Romamq; venisse, ei me totū tradidi, admi-rabili quodam ad philosophiam studio incitatius. q Fuit etiā hoc nomine ludus Philosophus, Alexandri natus, disciplini-nisq; omnibus eruditus, & in nostra & Græcorum Philosophia beatè versatus: eloquentiæ autē Platonicæ tam diligens temulat, ut illud vulgo de eo jactaretur: ἡ φιλωνία φιλωνίζει: hoc est, aut Plato pbilonissat, aut Philo plato-nissat. In divisione autem legibus, & patriis institutis quātus fuerit, ex his qua nobis librorum suorum tradidit monumētis, palam est. Igitur temporibus Caii quanta accidentit ludis mala, voluminibus absolvit, quibus & suam legationem pro ludis apud Imperatorem retulit. Sed & Iosephus hujus legationis meminit lib. 18. Hunc Porphyrius quoq; lib. 4. magis laudibus est prosecutus. q Philo Herennius, Byblius pa-tria, græmaticus, tempore Adriani, de cuius imperio scriptit præterea de civitatibus & viris claris libtos xxx. Suidas.

**P**hilochorūs, φιλοχόρος, Atheniensis, vir doctissimus & va-tets, tempore Eratosthenis extinctus insidiis Antigoni Macedo-

niz regis ob amicitię suspicionem cum Ptolemæo rege. Scri- psit Attidis libros XVII, qui continent res gestas Atheniensium, & reges & magistratus, usq; ad Antiochum cognomi-natum Deum, aliq; complura. Autor Suidas.

**P**hilocles, is, φιλοκλῆς, Atheniensis Poëta Tragicus fuit, non ita multo post Euclidem, Aeschylis sororis filius, ab iracundiæ vitio Bilia appellatus, facie fuit in primis foeda, capite que in crista formam acuminato. Scriptit fabulas centrum Reli-quit filium nomine Mortuum, & ipsum poëtam Tragicum. Hæc Suidas.

**P**hilocrates, φιλοκράτης, Atheniensis, quem Demosthenes in prodigiis suspicionem adducit. Extant ad huc aliquot Aeschini epistolæ. q Fuit & alius ejusdem nominis, Struthius cognominatus: de quo vide Suidas.

**P**hilocetes, φιλοκτῆτης, Atheniensis, vel & etatæ, penukima producta, φιλοκτῆτης, Peiantis filius & comes Herculis, cui, idem moriens in Oeta monte, mandavit ne cui corporis sui reliquias indicaret, idq; jurare cum coegerit, deditq; pro munere pharetram & sagittas Hydræ felle intinctas. Adveniente verò tempore quum Delphico oraculo moniti essent Græci, ad evertreadam Trojam sagittis Herculis opus esse, inventus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit se primò quicquam de Hercule scire: tandem verò mortuum esse confessus est, & quum graviter ad indicandum sepulcrum cogeretur, ne jusjurandum violaret, istu pedis locum ostendit: quumque ad bellum Trojanum deduceretur: quia solus Lernæis sagittis uti poterat, unius sa-gittæ casu in pede, quo Herculis tumulum monstraverat, vulnere penè immadicabili affectus est. Tandem quum vulneris factor à Græcis ferri non posset, in Lemno relietus est: sed occiso Achille, Ulysses in Lemnum regressus, ad Trojam illum reduxit, ut inquit Ovid. lib. 3. Metamorph. Devicta autem Troja, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit. Virg lib. 3. Aeneid. hic illa ducis Melibœi Parva Philoctetæ subnixa Petilia mu-ro, &c. Tandem opera Machaonis medici sanatus est. Propri-tio teste: Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaon. Vide BÆ ANTIADES.

**P**hilolaüs, φιλόλαος, Pythagoricus quidam philosophus, cu-jus tres libros Plato, quum tenui admodū esset pecunia, decem millibus denariis mercatus est. Quod premium à Dione Syracusano accepérat. Philolaüs, φιλόλαος, Corinthius ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadū fuit: amicus Dioclis, qui Olympia vicit: sed cum ille civitatem deseruerit, commotus ob amatorem matris Alcinea, Thebas migravit, atq; ibi ambo defuncti sunt. Habitavit igitur ob hujusmodi causam apud Thebanos, quibus leges descripsit, & alia quædam præcipue de liberorum procreatione, quam illi τίκτουσι appellant. Aristot. 2. Polit.

**P**hilomela, φιλομέλη, Nomen puellæ Pandionis Atheniensis regis filiæ, & sororis Progenes. Quæ quum à Tereo compres-sa fuisse, tandem (ut est in fabulis) deorum miseratione in a-veni sui nominis conversa est, quæ & Luscinia dicitur, quam etiam nunc destere dicunt cantu dulcissimo injuriam quant passa est. Martial. lib. 14. Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ Muta puella fuit, gatruula fuit avis. Animadvertisit hoc in loco est, contrâ ac multi fabulari tradiderunt, existi-masse Gorgiam Philomelam in hirundinem, Progenem sororem ipsius in lusciniam cōversam fuisse, quam etiam opinio-nem sequuntur est M. Varro: Luscinola, iōquī, luctuosa cancre existimatur, atq; esse ex Attica Progne, in luctu facta avis. Et Virg. Aeglog. 6. quum inquit: Quas illi Philomela dapes. Pe-trus Victorius in 3. lib. Rhetor. Aristot.

**P**hilopæmēnēs, sive Philopæmen, φιλοπαιμῆνος Suidas, Megalopolitaus, dux Achæorū præstantissimus, Lacedæmonios & Messenios multis cladibus affixit, Plutarchus in Philopæmene. Livius lib. 35.

**P**hilostratus, φιλοστράτος, Lemnius philosophus, tempore Severi principis Romæ clavuit, cujus uxori fuit ab epistolis. Scriptit Vitas sophistarum ad Severum, & de Vita Apollonii Tyani, libros octo, præterea Herotca. q Philostratus, hujus pater, Athenis docuit Neronis tempore: scriptit panegyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, compli- ratq; alia quæ à Suida commemorantur. q Philostratus ter-tius, superio: is filius, docuit Athenis: scriptit Panathenaicum, Trojan, Paraphrasim Homericí clypei, Iconasque quas huic multi acceptas referunt. Suidas.

**P**hiloxenus, [φιλοξενός]. Pol. Goscyrus. Hospitalis: quo no-miné dictus est poëta quidam Lyricus, qui quum sibi Dionysius tragœdiā quandam castigandam commisisset, ducta linea à capite ad calcem totum opus damnavit: quapropter in latomias conjectus est: indeque Tarentum aufugit: Dionysioque se per literas revocanti, nihil aliud quānū monosylla-bum & rescriptis, sæpius repetitum. Autor Suidas. q Fuit etiā hoc nomine parasitus quidam, qui collum gruis sibi optabat,

oprabat, quod diutius cibi, potusque delectatione frueretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, & Athenaeus cum solitu esse convivis adhibitum, se in pulchria emungeret, ut reliquis rei seditate abhorrentibus, solus epulis frigeretur. Idem etiam traditur de Gaethone quodam Siculo. Philoxenus, Eretrialis pictor, Nicomachi discipulus, cuius tabula nullis postponenda Cassandro regi picta, continebat Alexandri prælium cum Dario. Idem piaxit & Lasciviam in qua tres Sileni comedebantur. Hic præceptoris celeritatem sequutus, breviores etiamnum quasdam picturæ vias & compendiarias invenit. Verba sunt Plinii, lib. 35. cap. 10. q Philoxenus, Græmaticus Alexandrinus, Romæ scriptis de monosyllabis verbis. De Helenismo: De linguarum dialectis, & alia. Suidas.

Philyra, est proprium nomen filia Oceanus, ex qua Saturnus

in equum conversus Chironem Centaurum dicitur suscepisse: qui à matre Philyrides, & Philyreus dicitur. Scribitur autem hoc nomen & ejus derivata simpliciter. Poëtae tamen suo jure

ut primam syllabam extendant, geminant hanc consonantem.

Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Philyrides puerum cithara per-

fecit Achillem.

Phineus, φίνος, Agenoris fuit filius, ut Hellanicus ait: ut Hesiodus Phoenicus & Cassiopea, Agenoris nepos, frater Celicis, Doricli, & Atamini. Hic rex Arcadiæ: vel ut alii, Thracia: vel ut rursus alii, Paphlagonia uxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Sthenobœam vocant) ex qua genuit Orythum, & Crambum, ut Sophocles: ut alii, Maryandinum & Thyam: vel ut rursus alii, Palæmonem & Phinea, quibus mortua priore coniuge Cleopatra Harpalycen Calais & Zethe sororem, novercam superinduxit: quanvis Flaccus non Harpalycen, sed Cleopatram Boreadum sororem appellat: cui etiam Apollonii interpres assentitur, qui lib. 1. Phineum Cleopatram Boreæ & Oribityæ filiam uxorem duxisse tradit: secundum verò Idæ Dardani filiam novercam superinduxisse: eujus suos filios ex Cleopatra susceptos excæcavit. Quapropter & ipse excæcatus est à diis, tum Harpyiae contra eum miseræ, quæ cibos & mensam ejus turpissime foedarunt. Postea vero ad adventibus ad ea loca Argonautis, à Calais & Zethe fratibus alatis, rursus ad Strophades insulas fugare sunt: vide supra CALAIS. Postrem ab Hercule intersectus dicitur, quæ in solitudine liberos Phinei offendisset excæcatos, compreseritq; eos calumniis novercæ ejectos fuisse.

Phintus, φίνος, apud Senecam, & Phintus, a, um, apud Virg. lib. 3. Aeneid. quas dira Celæno Harpyiaeque colunt aliae, Phinea postquam Clausa domus mensasque metu liquere priores, &c.

Phison, φίων. Germ. Der fluss Ganges in India.] teste Iosepho, lib. i. ca. 2: Vna est ex partibus magni fluminis in omnem terram undiq; profluentis, quo paradisus irrigatur, qui deducetus in Indiam pelago latè diffunditur. A' Græcis nuncupatur Getha: alii Gangem interpretantur, alii Nilum.

Phila, Insula est in Tritonide Africæ palude, de qua sic Herodus lib. 4: Ajunt Iasonem posteaquam sub Pelio Argo exaudiens, impositis in ea cum aliis solennibus hostiis, tum verò tripoð æreo, circuissæ Peloponnesum, animo Delphos cunctumq; quæ teneret cursum circa Maleam, abreptum à vento Aquilone, & abductum in Africam: & priusquam tellurem cerneret, in aspectu palidus. Tritonis altitudo, eiq; hecstanti de egressu apparuisse Tritonem, ac iussisse sibi dari tripodem, quod diceret ostensurum se illi exitum, atque incolumem remissum.

Phianonites, φιανονῖται Stephano, Populi sunt Illyrici, à quibus nomen sinu est indutum, quem modò nautæ Quernarium appellant: alii Carnarium propter naufragia, procellosa ferme semper transit. In recessu ejus Senia urbs, cuius à tergo specus sunt, unde vehementes nulla ferè non hora venti perflant: eaq; res infamem cum sinum reddidit. Dicti Phianonites ab oppido Phianone: unde sinus omnis hic Phianonicus, φιανονῖται, Stephano vocatur: qui à Pola colonia laderam usque diffunditur.

Phlegethon, φλεγέθων, Germ. Einer aus der Helle, s̄her stoffen.] Fluvius inferorum, flamnis ardentiibus rapido: à φλέγω, ardeo. Virg. 6. Aen. Quæ rapidus flamnis ambit torrentibus annis Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia faxa. Hinc Phlegethon teutonæ, a, um, penult. prod.

Phlegon, φλέγων, Vnus ex equis Solis, ἀπὸ τῆς φλέγεων, quod est ardere, dictus. Ovid. 2. Metam. Vide AETHON.

Phlegra, φλέγρα, vel Phlegre, es, φλέγρα, Vrbs Macedonizæ, teste Plin. lib. 4. cap. 10. & vallis circa hanc urbem in qua Gigantes olim cum diis conflixerent.

Phlegræi, φλεγραῖς, Campi duo fuere, alter in Græcia, à Phlegra Thessaliz yalle juxta Pallene, ubi Gigantes cum diis conflixerent. Alter in Campania prope Cumas, in quo Hercules cum his prælium cōmisiit. Strabo lib. 5: Fortunatus erat & campus nomine Phlegræus, in quo res à Gigantibus

gestas fabulæ divulgent nullam aliâ ob causam (ut credi fu-  
est) quam quod terra ipsa suæ virtute præliorum concita-  
trix esset. Theagenes verò & Eudoxus qui ad historicam fidem  
pugnam hanc conantur reducere: Palichen (inquit) quæ re  
teri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus  
immunitas & superbia morum, Gigantura cognomen pe-  
rit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de celo missa  
sunt, donec à fugere coacti sunt, atq; ingenti victoria supera-  
ti. Ex hac re rumor in vulgus ortus: Gigantes bellum diis mo-  
visse. Silius lib. 12: Tradunt Herculea prostratos mole Gigan-  
tes Telurem injectam quatere, & spiramine anhelo Torrei  
latè campos, quotiesq; minantur Rumpere compagim-  
positam, expallere cœlum. Id autem idem factum est quo-  
nam ea regio tota sulphure plurimo scatet. Hinc sit ut vête-  
rum impulsu excitetur passim ignis: qui quæ exitum è caver-  
nis natura expectat, dum luciferat assidue, terram tamen, qua-  
tit & commovet, exaritq; frequenter, unde & nomes sortitur  
φλέγων enim Græcæ exurere, ardereq; significat.

Phlegreas, φλέγραι, Vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius apud Ovid. 12. Metamor.

Phlegyas, φλέγας, Martis filius, rex Lapitharum in Thessalia, pater Ixionis, & Coronidis nymphæ, quam quum ab Apollone initiatâ sensisset, confessim ira percitus, templum ejus Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfectum ad inferos detrusit, ubi hac pœna afficitur, ut sub in-  
genti saxo ruinam minitante sedens semper illud casurum  
suspicetur & timeat. q Phlegyas item populi sunt insulani Thessaliz, à Phlegya Ixionis patre cognominati. Hi cum sa-  
ctilegi essent, deosq; & homines spernerent, ab irato Nepta-  
no immiso diluvio submersi sunt, quorū apud inferos me-  
minit Virg. lib. 6. Aen. sedet, æternumq; fedebit

In felix Theseus, Phlegyasq; miserrimus omnes  
Ad moget, & magna testatur voce per umbras,

Discite justitiam moniti, & non temnere divos.

Philius, ϕίλος, Vrbs in medio Sicyonii, Argiviæ; agri, abi religio, omissis celebatur Hebe. Autor Strab. lib. 8. Oppidi hu-  
ius incola Philiuntii, Philiusi, & Phliasii dicuntur regioq; cir-  
cumiecta, Phliasia, antea Eræthryæa dicta, teste eodem Stra-  
bone, loco iam citato.

Phœcæ, Phocatum, Iuslæ sunt Cretæ adiacentes, ut ait Plin. lib. 4. cap. 13.

Phœcæ, φοκαία, Vrbs Ionizæ, Atheniensium colonia, teste Stra-  
bone lib. 14: unde profecti sunt qui Massiliam apud Gallos  
non procul à Rhodano condidere. Dicta Phœcæ, quod vi-  
tuli marini magno numero apparuissent urbem cōdētibus.  
q Est etiam in Caria Phœcæ, monti Micalæ apposita, ab hac  
Phœcenses, φοκαῖοι, ut à Græcorum Phœcide, Phœcenses, φο-  
κᾶς. q Ab utraque Phœcaicus, ea, tum: ut Murex Phœcaicus,  
Littus Phœcaicum.

Phœcæ, φοκαῖοι, Germ. Alte Wörter in Ionia.] Ionia populi,  
qui assiduis Persarum bellis exagitati, communis contentus pa-  
triæ reliquerunt, dirisque execrationibus se devoverunt, si-  
quando cōdem redire conarentur. Varia deinde fortuna usi,  
tandem in Galliam delati sunt, ubi Massiliam condiderunt.  
Horatius: Nulla sit hac potior sententia, Phœcæorum Velut  
prosagit execrata civitas. Vide Erasmus in Proverbio: Phœ-  
censem execratio.

Phœcæ, φοκαῖοι, Romani Imperatoris, item celebris Grammati-  
ci nomen.

Phœcæs, φοκαῖοι, Insula est in mari Aegæo, ex adverso  
Atticæ: cuius meminuit Plin. lib. 4. cap. 12.

Phœcæ, φοκαῖοι, Vrbs Bœotiz, ad finem Oœteum: cuius memi-  
nit Ptolemaeus lib. 3. cap. 15.

Phœcian, φοκαῖοι, Civis Atheniensis, tanta vita integritate, ut  
quum magnas sibi opes ex magistratis, qui plurimi ei de-  
serebantur, posset comparare, pauperissimus tamen permane-  
rit: unde & τὸ φοκαῖον: hoc est, probi, sive frugi, cognomen in-  
venit. Hic neq; ridere, neq; lacrymare ab ullo unquam est vi-  
sus: & in concione quum quis dixisset, Cogitabundus videnti  
φοκαῖον. Restat, inquit, conjectas: Cogito enim qua ratione  
aliquid de his detrahere possum, aut omittere que apud Athe-  
niensim populum dicere decrevi. Huic quum legati Philippi  
Macedonum regis ingentia munera offerrent, hortarentur;  
ut ea acciperet, admonerentq; simul quavis ipse facilè his ca-  
ceret, liberis tamen ejus esse necessaria, quibus difficile foret  
in summa paupertate ad paternam gloriæ pervenire: Si mei,  
inquit, similes erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc  
dignitatem perduxerit: si dissimiles nolo meis impensis illorum  
ali, augeriq; luxuriam.

Phœcyliæ, pen. cor. φοκαῖοι, Milesius philosophus æqua-  
lis Theognis. Natus est quinquaginta nona Olympiade.  
Scriptis Heroicum carmen & Elegias: item Paræneticum car-  
men, ex libris Sibyllinis, ut volunt, deceptum. Vide Suidam.  
Phœcæ, idis, φοκαῖοι, Exigua Græcia regio, sicuti Crissæ adja-  
cens,

caes, Delphico oraculo, & Helicone, Parnassoque montibus inclita.  
Phœcenses, hujus incola dicuntur, Phœcas, à quibus nonnulli putant profectos esse Massiliæ conditores, non (ut alii existimant) à Phœcensibus Ioniae populis. Cui etiam sententia non obscurè subscripta Plin.lib.3.cap.4. ubi Massiliam Græcorum Phœcensium coloniam appellat, ad discrimen (ut videatur) Asiaticorum. Idem ostendit & Lucanus lib.5: Massiliæque suæ donatur libera Phœcia.

Phœcius, ci. pœnas, Filius Acaci, cuius meminit Ovid.lib.7. Met.

Phœcius, Plin.lib.4.cap.12. Insula una ex Sporadibus.

Phœbæ, badius, pœnas. Phœbi sacerdos: ita dicta, teste Servio, quod Phœbi numinis concepto afflato fureret, & agitaretur in Bacchantis imaginem. Sidonius: Nec sic intortum violatae Phœbados ultrix In Danaos fulmen jecit.

Phœbe, [ pœnas. Ger. Der Mon.] Phœbi soror: hoc est, Diana, sive Luna. Virg.2. Georg. -veto semper rubet aurea Phœbe. Ovid.2. Metam. Quanto splendidior quam cætera sidera fulget Lucifer, & quanto quam Lucifer aurea Phœbe: Tanto virginibus præstantior omnibus Herse ibat. Iaculatrix Phœbe, Ovid. Epist.19. Innupta Phœbe, Ovid.1. Metam. Nemoralis Phœbe, Stat.1. Sylvarum.

Phœbus. [ pœnas. Germ. Ein Gohñ lovin, und Latone.] Apollo, lovis & Latona filius, eodem partu cum Diana editus (quæ & ipsa Phœbe vocitata est) divinationis & sapientiae Deus à Poëcis existimatus, & medicinæ répertor. Dictus Phœbus, quasi pœnas rō bis: id est, lux vita. Virg.3. Aegloga: Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me Munera sunt, &c.

Phœbæus, a, um, pen. prod. pœnas. Virg.3. Aeneid. Argolici clypei, aut Phœbea lundamidis instar.

Phœmon, Lucas est Arcadiæ, de quo Ovid.15. Metam.

Est lacus Arcadiæ, Phœmon dixerit priores,  
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:

Nocte nocent poter, sine noxa luce bibuntur.

Phœnicæ. [ pœnæs. Germ. Ein Landeshaft Asie an das Mittelmeer stossend/und das Jüdisch Landt.] Populi Syriæ, Iudeæ cœtermeni, quorum præcipue urbes fuerunt Tyrus & Sidon. Horum regio Phœnicæ, pœnæs, sive Phœnicia appellatur. à Phœnicæ Neptuni & Libyes filio, ut Stephano placet. Cui opinioni etiæ accedit Silius lib.1: Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix Phœnices ingenii acumine plurimum valuerunt: quippe qui & literarum, & navigahdi artis primi inventores exquisitè pertantur. Rursus ex Dionylio:

Phœnicum regio est: hi rubro gurgite quandam Mutavere domum primi; per æqua vexti Lustravere salum, primi docuere carinis Ferre cavis orbis commercia: sidera primi Servavere poli. Lucan. item lib.3: Phœnices primi (fama si creditur) ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Phœnissæ, sive pœnæs, Mulier ex Phœnicæ Syriæ regione: cuius masculinum est Phœnix. Virg.1. Aen. Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur Vociibus.

Phœnicæus, a, um, pœnæs. Genus coloris, qui alio nomine spadix appellatur, qualis in palmæ fructu apparet sole nō admodum incost. Græci enim pœnæs, dactylos appellant.

Quidam voluerunt Phœnicæum colorem eundem esse cum purpureo, à Phœnicibus populis dictum existimantes, apud quos prætantissima olim purpura tingebatur. Quorum opinioni quominus assentiar, facit Plinius autoritas, manifestè Phœnicæum colorem à purpureo distinguens, lib.21 cap.23. Aut enim, inquit, phœnicæum habet floræ, aut purpureum, aut lacteum.

Phœnicus, pœnæs. Una ex Vulcaniis insulis, apud Plinius lib.3.cap.9.

Phœnix, Vide in APPÉL.

Phœlegandrös, pœlegandrös. Insula est una Sporadum, quā Aratus propter asperitatem, ferream vocat. Stephanus nomine accepisse tradit à Phœlegandro Minois filio.

Phœlōs, pœlōs. Mons Arcadiæ sylvestris, opidum habens ejusdem nominis, teste Plin.lib.4 cap.6. Lucan.lib.7: Scilicet ipse petet Phœlen, petet ignibus O'eam.

Phœlūs, pœlōs. Fuit unus ex Centauris, Ixionis ex Nubæ filius. Hic Herculem suscepit hospitio quum ad expugnandos Centauros pergeret: & tandem in nuptiis Pirithoi, orto prælio inter Lapithas & Centauros occubuit. Lucan. Hospes & Alcidæ magni, Phœl. Virg. lib.2. Georg. Bacchus & ad culpâ causas dedit, ille furentes Centauros letho domuit, Rhetumque, Phœlumque.

Phœrbæ, bantus, pœrbæs. Triopæ filius, pater Ilionei Trojani, unus ex comitibus Aenei: qui quum in bello Trojano adversante etiam Priamo sœpius in prælium descendisset, & multa egregia facinora edidisset, tandem à Menelaus obtruncatus est. Hujus imagine assumpta Somnus Deus Palinurum decepit, ut placet Virgilio ad finem 5. Aeneid. puppique (inquit)

Deus confedit in alta Phœbanti similis Servius. q; Alius fuit Phœbas Argivorum rex. q; Alius item pastor Polybius Corinthiorum regis.

Phœrcus, ci. vel Græco more Phœrcys, aut etiam Phœrcyn, cygnos, pœrcus, pœrcus, Filius Neptuni & Thoosæ nymphæ, rex Corsica & Sardinæ insularum: quem ab Atlante navalí prælio vicit, undaque obrutum, postea socii superstites in marinum Deum conversum dixerunt, ei que divinos honores exhibuere. Virg.5. Aeneid. Tritonesq; citu, Phœrciq; exercitus omnis, &c. Hic pater fuit Medusa, quæ ob id nomine patronymico Phœrcynis dicitur. Ovid.5. Metam. in partem Phœrcynida translit illam. Hinc etiam deducitur aliud patronymicu fœni. Phœrcys, ydos. Propert.lib.3: Secta q; Persea Phœrcydos ora manu.

Phœrmio, pœrmio, Crotoniata, dux rei militaris peritissimus, qui Lacedæmonios duobus navalibus præliis superavit. Hujus meminit Theopompus in Philippicis. q; Phœrmio item dux Atheniensium in bello Peloponnesiaco, qui Peloponnesios duobus maximis præliis affixit Autor Thucyd.lib.2. q; Phœrmio, Peripatetica sectæ philosophus, quum apud Anibalem jam Carthaginem expulsum, & in Asia exulantem, aliquot horas de officio Imperatoris, deq; omni re militari copiosissime disseruit, interrogatus Annibali quid de eo sentiret, respondit: Multos se delicos senes vidisse: sed qui magis quam Phœrmio deliraret, vidisse neminem. Neq; meherculè injuria, quid enim aut arrogans, aut loquacius fieri poterat, quam Annibali, qui tot annos de imperio cū populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisse: nullam deniq; minimam partem publici muneri attigisset, precepta de re militari dare? De hoc vide Cic.2.de Orat. q; Phœrmiones, pœrmio, tegetes item ex juncis & straminibus cōtextæ, apud Vlpiatum l.12 §.12. D. de instru. vel inst. Vbi tamen Formiones legitur pervulgato errore.

Phœrmio, pœrmio, Syracusanus comicus, Epicharmi cōtemporaneus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipsius auctor. Docuit fabulas septem, quas commemorat Athenæus.

Phœrōneus, pœrōneus, per tres syllabas, Filius fuit Inachi fluvii, & Argivorum rex, qui initio diisperitos populos in urbem coegerit, quam appellavit Argos Phœronicon.

Phœrōn's, idis, patronymicu fœmininum, quod Poëte usurpat pro lido Inachi filia, & Phœrōnei sorore. Ovid.1. Meramorphos. Nec superum rector mala tanta Phœronidos ultra Ferre potest.

Phœrōnēus, a, um, per quatuor syllabas. Stat.2. Sylvar. Ibi Phœrōneis quondam stabulata sub antris.

Phœrōmōn, pœrōmōn, Insignis statuarii nomen, qui Olympia de LXXXII floruit, teste Plin.lib.34.cap.8.

Phœrōrtēs, pœrōrtēs, Rex Indorum ad quem Apollonius Tyaneus pervenit: quem quum de rictus ratione interrogaret, respondit: Tantum vini bibo, quantum Soli sacrificio: quæ autem venando acquirro, pascuntur alii, mihi sat fuerit ipsa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus, multa mihi quoque ex arboribus nascentia, quas manus haec plantaverunt. Philostratus in vita Apollonii.

Phœrixæ, pœrixæ, Urbs Peloponnesi triginta non amplius stadiis ab Olympia distans, alio nomine Phœstus appellata.

Phœrixæ, a, um, gentile, pœrixæ. Steph.

Phœrōnīsum, pœrōnīsum, Meretricula nomen est apud Plautum, Latinè prudenter sonat.

Phrygia, pœrygia, Minoris Asia regio, Caria, Lydia, Mysia, & Bithynia finitima, quarum omnium fines ita coēunt, ut non facilè possint distingui, teste Strabone lib.13. Dicta est autem Phrygia (ut idem Strabo non uno in loco indicat) à Phrygibus populis, à Thracia oriundis, qui antea Phryges dicebantur. Quidam duplē faciunt Phrygiam: majorem, in Galatiā vergētem: & minorem, Epiceton cognominatā. In hac est Ida mons, & Tmolus, & Paestolus fluvius. q; Ex Phrygia orta est Sibylla cognomento Phrygia: cujus nomine circunferunt illud de supremo iudicio vaticinum:

Tuba de celo vocem luctuosam emittet:

Tartareum chaos ostendet deliciens terra.

Venient ad tribunal Dei reges omnes.

Dess ipse judicabit simul pios & impios.

Tunc demum impios in ignem & tenebras mittet.

Qui autem pietatem teneat, iterum vivent.

Phryx, gis, pœrx. Quæ est ex Phrygia. Cicer. pro Flacco: Asia vistra constat, opinor, Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. V. ium igitur nostrum est an vestrum hoc proverbium: Phrygem plagi fieri meliorem? q; Seiò sapiunt Phryges, proverbium in eos dici solitum quos stulte factorum seiò pœnitit. Vide Erasmus adagia. Fœminum ejus est Phrygia. pœrygia Steph. Virg.9. Aen. O' veræ Phrygia, neq; enim Phryges.

Phrygiæns, [Pol. siwac, heffins. Ang. Weavers of cloth of bands]

*kin.*] Qui acu pingunt, vel qui vestes auro intexunt. Phryges enim primi invenerunt talem texturam. *Φρύγοις.* Plin. lib. 4. cap. 48. Pictas vestes jam apud Homerum fuisse video, unde natū triumphales. Acu facere Idæi Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati sunt.

**Phrygius**, a, um, adjest. *φρυγίος.* Quicquid è Phrygia est. Cicero pro Rose Amerin. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? *φρυγίου lapis,* λίθος φρυγίος. Gleba est pumicosa, teste Plin. lib. 36. cap. 19. tingendis vestibus utilis. Phrygius lapis (*inquit*) gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa. Vtitur autem vino perfusus, flaturq; solibus dñec rufescat: ac rufus dulci vino restinguitur: & hoc trinis vicibus, tingendi vestibus tantum utilis. Phrygia vestis picta acu, cuius artifices Phrygiones appellantur. Hujus vestis meminit Virgil. lib. 9. Aen. Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis. Item eodē: O' verè Phrygia, neq; enim Phryges. Nonius Phrygia vestes barbaricæ dictæ. Vide BARBARICVS.

**Phrygianæ**, a, um, Quod Phrygionum opera consuetū est, ut phrygianæ vestes: hoc est, acu pictæ. Plin. lib. 8. cap. 48. Togas rasas, phrygianasq; D. Augusti novissimis temporibus cœpisse, scribit Fenestella.

**Phryné**, *φρύνη.* Nobilis Athenis meretrix fuit: quæ quum impietatis accusaretur, & summopere jam periclitaretur, diducta manu tunica, nudatoq; judicibus candidissimo pectori, omni periculo est liberata. Autor Aristot. Rhetor. lib. 1. Quia. lib. 2. cap. 15.

**Phrynichus**, *φρυνίχος.* Atheniensis tragicus, Thespiaredis discipulus, qui primus personam foeminae protulit in scenam, & teatram reperit. Filium habuit Polyphradmonem poëtam, & ipsum tragicum. Docuit tragœdias novem. *φ* Alter item Atheniensis comicus inter secundos antiquæ comediz, qui docuit fabulam unam. *φ* Tertius ejusdem nominis Bithynicus sophista, qui scriptis de Atticis distinctionibus. Autor Suidas.

**Phryni's**, *φρυνίς.* Citharœdus nobilis fuit, patria Mitylenus, discipulus Aristoclidis, qui genus suum ad Terpandrum referbat. Hic primus Athenis visus est citharœdus, Callia sumnum magistratum gerente. Vide plura de hoc apud Suidam. **Phryxus**, *φρύξος.* Athamanus ex Nepheli filius, qui quā novercates insidias ferre non posset, unā cum Helle sofore profugit, acceptoq; à patre ariete cui vellus erat aureum, eoque concesso, quum in Asiam tracicere vellet, Helle puellaritatem exterrita, decidit in mare, quod ex ejus nomine Helle spontus appellatur: Phryxus, verò incolumis in Colchidem pervenit ad regem Aeten. ubi arietem Iovi: vel, ut aliis placet. Marti immolavit, vellusq; illud aureum in templo suspendit, quod postea Iason Medeç ope adjutus, abstulit. Aries verò intersidera locatus, priskinam effigiem tenuit, qui à Phryxo Phryxeus appellatur, media lōga. Ovid. lib. 7. Metam. Dumq; adcedunt regem, Phryxeaq; vellera postunt.

**Phthia**, *φθία.* Civitas Thessaliz, Achillis patria.

**Phthiūs**, *φθιος*, & Phthiotia, *φθιώτια.* Qui Phthiam incolit. Ovid. in Epist. Briseid. Quā sine me Phthius canescant æqua remis. Et videam puppes ire relata tuas.

**Phthiotis**, *φθιωτίς.* tidis, *φθιώτης*, sive Phthiotia, tia, Vna ex quatuor Thessaliz partibus, in Austrum vergens. Strabo libro 9. Cæterum Phthiotia tractum continet Australem ad OEtam, à sinu Malico & Pelasgico usq; ad Doloipam oramque Pindi pro-tensum. In latitudinem verò porrectum usq; ad Pharsalum, planaque; Thessalica.

**Phthiriophagi**. [*φθειροφάγοι.*] Germ. *Lebresser/feind des Menschen am Euxinischen Meer.* Dicti sunt populi, à tenuitate vestitus, quasi pediculis vescatur. Hi sunt juxta Pontum Euxinū. Plin. lib. 6. cap. 4. Strabo lib. 10. & 11.

**Phthuri's**, *φθειρός.* Aethiopiz oppidum, unum ex iis quæ C. Petronius, quum ab Augusto Aegypto præfectus esset, expugnavit. Autor Plin. lib. 6. cap. 29.

**Phurnita**, Urbs Libycæ: cives Phurnitanæ. Steph.

**Phurnychei**, Populi Mauritaniz, quorum originem refert Josephus ad Phuch, filium Cham, filii Noë.

**Phycus**, cūntis, *φυκτής.* Libyz Cyrenaiz promontoriū, quā longissimè in mare excurrens, ex adverso Tænari Laconiz, ut scribit Strabo lib. 17.

**Phycusæ**, *φυκταῖς.* Insulæ Libyz adjacentes: ita dictæ ab al-

gæ copia, quæ *φυκτής* à Græcis appellatur. Autor Stephanus. **Phylacæ**, *φυλακæ.* Oppidum est Phthiotidæ regionis Thessaliz, cuius meminit & Homerus in Catalogo: *Oīδεχος φυλακæ.* Πύρρασσος αἰθέμενη. In hoc Proteleslaus regnavit: unde Phylacides cognominatus est, & Laodamia ejusdem uxor Phylacia. Ovid lib. 3. de Arte: Phylacides aberat Laodamia tuus. Vbi poëta primam produxit, contra primitivi naturam. Idem de Ponto: Ut vivat fama conjunx Phylacia, cuius, &c.

**Phylæus**, *φυλαῖς.* Iovis filius, & pater Megetis viri fortissimi, qui in bello Trojano præfuit Dulichiis, Echinadumq; insula-

ram incolis. Vide Homerum in Catalogo navium. **Phyllis**, Nomen Lycurgi Thracum regis filiaz, quæ Demophoonta Thesei filium ex Trojano bello redeunat hospitio, lectoq; exceptit accepta prius ab eo fide, ut domi compotius rebus uxorem ab eo ductū iri. Profectus itaq; Demophoon, quum ultrâ statutum tempus variis distractus negotiis in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulso, quod se spretam esse crederet, laqueo vitam finivit, inde conversa in arborem amygdalum sine foliis fertur. Postea reversus Demophoon, cognita re, ejus amplexus est truncus: qui (velut sponsi sentire adventum) folia emisit. Ita postea Phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antè petala dicebantur. *φ* & Phyllis, *φυλᾶς*, amnis Bithyniz, teste Stephano: à quo Philius, *φυλᾶς.* Phyllensesq; *φυλᾶς* dicuntur.

**Phyllus**, *φυλᾶς*, sive Phyllus, *φυλᾶς*, *φυλᾶς*, Stephano, Oppidum Thessaliz, in tractu Phthiotidis: à quo Apollo Phylleus cognominatus est. Autor Strabo lib. 9.

**Physcus**, ci, *φύκος.* Fisco, Cariz oppidū erezione Rhodi insulæ: cuius meminit Strabo lib. 14. Stephanus aliam ejusdem nominis urbē collocat in Locride, quā dictam vult à Physco Actoli filio, nepote Amphyltonis, pronepte Deucalionis.

P ante I.

**Pialia**, *πιάλια.* Oppidum Thessaliz supra Ceretium montem, Stephanus.

**Picenum**, pen. prod. *[πικένιον.]* Vulgo *Marca d'Acona, Anconitana.* Ger. *Ein Landstrich in Italien / liegt die Anconitanische Mark.* Regio Italiz trans Apennina, ab ipsius montibus usq; ad mare Adriaticum extensa, inter Aesum & Leastrum fluvios, teste Strabone lib. 5. Hodie ab Ancona celeberrimo emporio Marchia Anconitana appellatur. Vrbes habet præcipuas Pisaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vrinum, Camerinum, Asculum, Anconam à Syracusais Dionysii tyrannidē fugientibus conditam. Hujus populi Picentes & Piceni appellabantur, diversi à Picentiniis maris Tyrrenhi accolis.

**Picenus**, cena, cenum, *πικένος:* ut Ager Picenus, & Oliva picena apud Pla lib. 15. cap. 3.

**Picentes**, tium, qui & Piceni dicuntur. *πικένοι.* Populi sunt in quinta regione Italiz, ad mare Adriaticum siti, Prætutianis finitimi, à quibus Helvino amne dirimuntur. Plin. lib. 3. ca. 13. Horum regio Picenum appellatur, olim uberrimus multitudinis: quippe ex qua C. C. L. hominum millia aliquando in fidem populi Romani venisse dicitur. Dicti & Picentes, teste Strabone lib. 5. à pici Martii omine, qui in vexillis corum à Sabinis (à quibus originem traxerunt) Asculum commigrantium dicitur insedisse.

**Picentini**, *πικέντινοι.* Populi sunt ad mare Tyrrenum, Lucanus proximi, inter Surrentium promontoriū & Silarum amnam incolentes, à Picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida fuerunt Picentia & Surrentum. Vide Suabonem lib. 5. & Plin. lib. 2. cap. 5.

**Pictones**, *πικτοί.* Galliz Aquitaniz populi, Ptolemæo lib. 2. cap. 7. & Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgo *Cœux de Poitou.*

**Picus rex** Latinorum, Fauni pater, Latini regis avus, auguriorum peritissimus, qui à Circe adamatus quum ejus conjugium sperneret, mutatus fertur in avem sui nominis: quod idcirco fangi creditur: quoniam primus hac ave usus est in auspiciis. Ovid. 13. Metam. Picus in Aufoniis proles Saturnia terris. De hoc vide Servium 7. Aeneid. in hunc Virgilii locum: Picus equum domitor: quem capta cupidine conjux Aurea percussum virga, versumq; venuis fecit autē Circe, sparsiq; coloribus alas.

**Pidites**, *πιδῆται.* Vir fuit Percosius ab Vlysse, ut ait Homerus Iliad. 7. in bello Trojano interemptus.

**Pieria**, *πιερία.* Regio in Finibus Macedoniz, inter Axium & Aliacmonē fluvios, quam Macedones pulsis indigenis occupant. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & Strabonem lib. 10. *φ* Hinc Pierides Musæ, quod in Pieria ex love & Mnemosyne natae sint, ut inquit Strabo. *φ* Est item Pieria Syriae Antiochenæ urbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Autor Plin. lib. 5. capite 21.

**Pières**, pen. corr. *πιερῖς.* Populi olim Macedoniz finitimi inter Axium, & Aliacmonem amnes, quibus pulsis Macedones loca eorum occuparunt. Horum meminit Pla. lib. 4. cap. 10. & Strabo lib. 10.

**Pierii's**, na, riuum, *πιερῖς.* ut Pierium carmen, Lucretius lib. 1. Chorus Pierius, Ovidius ad Pisonem Dies Pierii, quos impeditimus literarū studiis, Stat 1. Syl. Via Pieria. Ovid. 2. de Pont. Lucida Pieria tendit in astræ via.

**Pieris**, ri, pen. corr. *πιερῖς.* Mons Thessaliz post Pheras, atq; in Macedoniam usq; protinus, teste Plin. lib. 4. cap. 8. In hoc monte quidam Musas natas volunt, atq; inde Pieridas esse appellatas. *φ* Full & Pierus, *πιερῖς.* Macedo quidam prædives, qui ex Evippe uxore aovem suscepit filias: quæ Musas ad certamen cantus provocare ausæ, & ab illis superatae, in totidem picas

picas sunt mutatae: unde postea Musae carum nomen velut *trophæum usurpantes*, Pierides sunt cognominatae: quanvis alii à Pieria, quæ est Macedoniarum regio: alii à Piero Thessaliz monte, sic dictas velint. Virgilius Aeglog 8.: vos quæ responderit Alpheibœus Dicite Pierides, non omnia possimus omnes.

**Pigmaliōn**, sive potius Pygmalion per y in prima syllaba, Πυγμαλιον, Suidæ, Beli regis Tyri filius fuit, stater Didonis, qui dum, ardentissima auri cupiditate flagraret, animū ad Sichæi patruelis sui opes appulit, illumq; spē potuadi auri ante aras, claram & dolo intererit. Cujus cedis quin certior in seminis à marito Dido facta fuisset, sumptis secum viri thesauris in Africam profugit, ubi & Carthaginem condidit. Moris autem erat, inquit Servius, ut de pecunia publica Phœnices missō à rege auro à peregrinis frumenta coemarent. Dido autem à Pygmalione ad hunc usum paratas naves abstulit: quum fugientem à fratre inissi persequerentur, aurum illa præcipitavit in mare: quare visa, sequentes reversi sunt. Meminit hujus Virgil. i. Aeneid. sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion scelerate ante alios immanior omnes, Quos intermedius venit furor, ille Sichæum Impiuū ante aras, atque auri cæsus amore Claram ferro incautum superat. q Fuit & ejusdem nominis clarus artifex Cilicis filius, qui ex eburnea statua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum suscepit, Paphi Cypris urbis conditorem. Quæ fabulam vide latius apud Ovid. 13. Metam. & suprà in dictione PAPHVS.

**Pigres**, etis, πίγρες, Fluvij nomen est apud Suidam. q Fuit item hoc nomine Poëta quidam. Car. frater Artemisias Halicarnassi reginae, quæ uxor fuit Mausoli. Scripta ejus vide apud eundem. q Pigres præterea Mæonis cuiusdam nomen fuit, qui unâ cum Maiae fratre, Dario autor fuit Pœnas omnes in Asiam transferendi. Autor Herodatus lib. 5.

**Pilumnus**, Qui pinsendi frumenti usum invenit, Iovis (ut putant) filius, & Dauni pater. Servius in lib. 9. Aeneid. Pilumnus (inqvit) & Picumnus fratres fuerunt dii. Horu Picumnus stercoreorum invenit usum agroru: unde & Sterquilinus datus est. Pilumhus verò pinsendi frumenti: unde à pastoriibus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Ad hunc Danaë Acriſii filia forte ad Appulum littus acta, & à pastore usù cum Perseo parvulo delata est, quam ipse cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. Virgil. lib. 1. v. Aeneid. Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater, &c.

**Pimpla**, πίμπλα, Thracie mons est, Musis sacer, ut scribit Strabo lib. 10: Pieria, inquit, & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam loca fuere Thraciæ, & montes, quos nunc Macedones possidet: quiq; Musis Helicona cœsérarunt, Thracæ fuere, Boeotia accolare. Hæc Strabo.

**Pimplæus**, α, um, πίμπλας, Martial. lib. 12: Cujus Pimplæus lyra clarior exit ab antro.

**Pimplæides**, sive Pimplæz, πίμπλαις, Musæ cognominatae sunt, sive à Pimpla dñm Thraciæ monte, quem postea Macedones sibi vendicarunt: sive à Pimplæo quodam forte, ad radicem ejus montis hascente: ubi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Martial. lib. 12: Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro.

**Pinara**, πίναρα, Ptolemæo, Civitas est Lyciæ mediterranea ad Cragum montem, teste Plin. lib. 5. cap. 37. q Est item Pinara, insula ante Aetolianam, una Echinadum, teste eodem Plin. libro 4. capite 12.

**Pinarius**, & Potitus, Arcades duo senes, quibus qualiter colivellat, ostendit Hercules: scilicet ut manæ, & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum effete sacra repetenda, Potitus prior advehit, Pinarius postea extis jam redditis, unde iratus Hercules statuit ut Piniorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitis, & compleribus satra. Vnde & Pinarii dicti sunt, δάση πίναρα: id est, à fame. Nam senem illum Pinarium constat allo homine auncupatum. Hæc Servius, explicans illud Virgil. Aeneid. 8: primusq; Potitus autor, Et domus Herculei custos Pinaria facit. De his Fenestella.

**Pinarus**, πίναρος, Fluvius est Cilicis in sinum Iissicum influens, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

**Pindarūs**, pen. cor. πίνδαρος, Poëta fuit Thebanus, Lyricorū apud Graecos princeps. Floruit temporibus Aeschylou Poëtae, & Periarum expeditionis in Græciam. Scripsit lingua Dotica, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia quæ extant. Altissimus fertur & verborum & sententiarum copia (ut ait Quintilianus) gravitateque arduus, constructioneque ac ordine immensus ac prolixus. Quem etiam inimitabilem Horat. scribit 4. Car. Ode 1. Duas suscepit filias: à patre tibiam primū, mox ab Hermione lyram cœductus est. Ejus gratia Lacedæmonii in reliquam Bœotiam sœvientes, Thebis pepercerunt. Ita & Alexander quæ Thebas everteret, & in omnes sœviret sine discriminae, Pindari vatis penatibus, familiæq; pari jussit. Expirasse

fertur in gremio pueri adamati, Valerio teste. Vide Quint. lib. 30. Instit. Orat. q Pindarus alter, Ephesiorum tyrannus, qui capta Epheso, postea à Croeso avunculo suo iussus discedere, recessit in Peloponnesum cum parte bonorum, dimisso domi præside amico. Autor Aelianus de varia historia.

**Pindas**, πίνδας, Mons Asis in quo Ceterus fluvius nascitur, qui Pergamum præterfluit. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

**Pindus**, πίνδος, Mons Perrhæborum inter Acarnaniæ & Thessaliam: cujus meminit Plinius in præfatione lib. 4.

**Pindus**, πίνδος, Lapitharum sedes, mons Thessaliz, Apollini, Musisq; sacer, Acarnaniam ab Aetolia dividens, ut inquit Solinus. In eo invenitur lapis galactites. q Est & nomen urbis Thessaliz, à Pindo monte appellata, juxta quam est fluvius ejusdem nominis. Autor Strabo lib. 9.

**Pirna**, πίρνα, Oppidum est Vestinorū, qui sunt populi in quadrata regione Italiz. Prægutis ad Ortū finitimi, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Pinnensum meminit & Plin. lib. 3. cap. 12.

**Pintia**, πίνθια, Oppidum Gallæcorum Lucensum in tractu Tarracensis Hispaniz, apud Ptol. lib. 2. cap. 6. Hodie (ut putant) Vallæolutum dictum: vulgo Valedolid. q Pinthia verò per th aspiratum, Siciliæ oppidū est à quo Pinthenses populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

**Pinytus**, πίνιτος, Nobilis Grammaticus, Romæ floruit una cum Epaphrodito liberto Neronis. Pausanias.

**Pion**, ονις, πίων, Mons est Ioniz, apud Plin. lib. 5. cap. 29.

**Pion**, ονια, πίων, Oppidum est Teutraniz, quæ est regio Asiae, ad Caicum annem, olim Myzæ pars. Hujus incolæ dicuntur.

Pionites: quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

**Piræus**, dictio trisyllaba, en diphthongum habens in ultima. [πίραιος: Vulgo Porto Lione. Ger. Ein Meerhaven ob Schiffslande zu Athen heißt jetzt Porto Leone.] Portus est Athenarū, quadrageatarum capax navium, muro duorū milliūm passuum urbì conjunctus. Stat. 12. Theb. -trepidis stabilem Piræa nautis. Cic. ad Att. lib. 7. Venio ad Piræa: in quo magis reprehendens sum, quod homo Romanus Piræa scripsit, nō Piræum. q Dicitur & Piræus, πίραιος Stephanus. Terent. Andr. Heni aliquot adolescentuli congenitus in Piræum. Ovid. 4. Fast. Piræa, orum pluraliter protulit, quum ait: Sunion expeditum, Piræi, tuta recessu linquit.

**Pirænæ**, es, peri Latinum in prima syllaba, & penultim. producta, πίραιον Straboni & Suidæ, Fdns est ad radicem Acrocorinthi, non copiosas ille quidem, sed tamen perspicuas, potuque suavissimas habens aquas, teste Strab. lib. 8. Plaut. Aul. Interbibere sola, si vino secat, Corinthensem fontem Piræen potest. Stat. lib. 1. Syl. . licet Enthea vati Excludat Pimplæa sicut nec conscientia detur Piræe: largos potius mihi gurges inhaustus, Qui rapitur de fonte tuo. q Pyretie autem per ymons est Hispanias à Galliis dirimens: de quib; vide infra suo loco.

**Pirithous**, pen. cor. πίριθος, Ixtonis filius fuit, non ex Nubc, quemadmodum Centauri, sed ex legitima uxore. Hic certissimo amicitia fædere Theseo conjunctus fuisse fertur: cuius opere Centauros qui sibi Hippodame sponsum precepere conabantur, superavit. Mortua aut Hippodame, ita illi cum Theseo cœvénit, ut uxorem, nisi ex love natam, nullā ducerent. Et quū jam Theseus Helenam Iovis & Ledæ filiam rapuisse, nec alia eo tempore nosceretur quæ Iovis esset præter Proserpinam Plutonis conjugem, ad rapiendam illam simul profecti sunt ad inferos. Verūm Pirithous primo impetu à Cerberio interfactus est, quem Theseus adjuvare volens, ipse quoque magnum vitæ discrimen adiit, atque ad extremum caput. à Dite detentus est: sed postea ab Hercule liberatus, superisque restitutus: Ovidius: Et cum Pirithoo fœlix concordia Theseus &c. Horat. lib. 3. Catua Amatorē trecentę Pirithoum cohibent catenæ.

**Piros**, πίρων, Imbrasii filius, & Thracum princeps, profectus ad bellum Trojanum, à Thoante Aetolorum regi interficitur, ut scribit Hom. lib. 4. Iliad.

**Pisa**, η, πίσα, Civitas est in Elide Peloponnesi regione, juxta Alpheum fluvium, circa quam quinto quoq; anno celebrabatur certamina Iovi sacra, quæ Olympia dicebantur. Ex hac urbe ortum traxerunt qui Pisæ in Thuscia condiderunt.

**Pisæus**, α, um, Ovid. 2. de Arte: Ah quām penè Pelops Pisæo cœdedit axe, Dum spectat vultus Hippodamia tuos. q Sunt quā & in Thessalia alias ejusdem nominis urbem collocent, editio in colle, inter Ossam, & Olympum. Vide Strab. lib. 8.

**Pisæarum**, πίσαι: Vulgo Pisæ, Thuscæ oppidum, inter Arnum, & Ausarem amnes, à Pisæis conditum. Elidis populis, teste Strab. lib. 5. qui Nestorem ad Ilium secuti in reditu tempestate disjecti, alii quidem Metapontum, alii litrus Tythenum tenuerunt, ubi à nomine relictæ patriæ Pisæs considerunt. Ad quam originem etiam alludit Virgil. 10. Aeneid: Pisæ Alpheas cognominans: Alpheæ (inqvit) ab origine Pisæ Vrbs Hetrusca solo.

**Pisander**, πίσανδρος, Camirus (Camirus autem civitas est Rhodi

Rhodi (Eumolpi tempore. Poëta ut nonnullis placet) sati-  
quior Hesiodo. q Pisander alter Lycaonius, sub Alexandro  
Mammæz verificator: scriptis variis historiam. q Pisander  
certus, Nestoris filius. Autor Suidas.

Pisaon, πισαων, in Pelagonia est: gentile Pisæus. Steph.

Pisaurūs, πισαυρος, Fluvius Umbriæ, à quo vicinum oppi-  
dum Pisaurum appellatum est; Plinius libro 3. capite 14. Ser-  
vius existimat Pisaurum dictum, quod aurum ab iis qui  
Romæ in Capitolio obsecrarent, persolutum, ibi à Camillo  
receptum fuerit & appensum. Quod tamen erratum, fœ-  
dum & puerile est. Nam ex Romana historia constat aurum  
illud quum appendetur, interventu Camilli in ipsa urbe  
fuisse receptum, Gallis, præter eos qui fuga dilabebantur, ad  
internacionem cœsis.

Pisēnōr, πισενωρ, Centaurus, Ixionis & Nubis filius, apud O-  
vidium 12 Metam.

Pisellus, πισελλος, Nomen virti Tyrrheni, qui tubæ inventor fuisse  
creditur. Autor Plin. lib. 7. cap. 36.

Pisidia, πισιδια, Asia regio, Licaonia; Isauria, & Pamphylia  
finimæ, cujus oppida enumerantur, Selga, Sagalassum, Per-  
delissum, Adadata, Brias, Cremna, & alia nonnulla. Hujus re-  
gionis populi, Pisidæ, πισιδαι, appellantur, antea Solymi dicti,  
Plin. lib. 20. cap. 27. q Prima & secunda dictio his būs syllabæ  
corripuntur. Claud. lib. 2. in Eutrop. Finibus obliquis Ly-  
di, Pisideq; feroces. Priscianus tamen in Periegesi (modò e-  
mendata si lectio) utraque produxit, quum ait: Post hos Pi-  
sidum pinguisima rura coluntur.

Pisistratus, πισιστρατος, Hippocratis filius, Athenarum tyran-  
sus, clarus generè: eloquacia verò rara, ut ea deliniti Athe-  
nenses libertate qua nihil charius habebant, se sponte exue-  
rent, illiusq; facundia sanctitatem Solonis, qui lumen fuerat  
civitatis, pôsthaberent. Artes liberales maximè sovit, bibli-  
othecam primus Athenis publicavit, quam Xerxes urbe poti-  
tus, ad Persas transfluit. Eam deinde multis pôst annis Seleu-  
cus Nicanor restituendam curavit. Homerus est ejus jussu in  
eum ordinem, qui nunc est, redactus. Regnavit annos triginta  
tres, quo tempore Servius Tullius Romæ, ut autor est Gel-  
lius. Plura de hoc, & quibus artibus tyrannidem adeptus sit,  
vide apud Iustinum lib. 1. & eodem libro apud Herod. q Pi-  
sistratus alter, Larissæus historicus commemoratur à Suida.  
q Pisistratus alius, filius fuit Nestoris & Eurydices, quem pa-  
ter dedit in solum Telemacho Vlyssis filio volenti ire Laze-  
dæmonem, interrogatus Menelaus nusquam de Vlysse ali-  
quid seiret.

Pisones, πισωνες, è gente Calphurnia in primis Romæ nobili-  
ita appellati, quod optimè pisa sererent, quemadmodù Lentu-  
li à lente, Fabii à fabiis, Cicerones à cicere optimè serendo  
nomen acceperant: Gentem autem Calphurniam Festus ait,  
ad Calphurnium Numæ filium originè referre. Vnde Horat.  
in Arte Poëtica, Pisones Pompilium sanguinem appelleavit.

Pistoriūs, πιστοι, Ptolemaio, Civitas mediterranea Tuscæ

inter Florentiam & Lucam: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vulgè Pistoia.

Pistris, hujus Pistris, foemini generis, Nomen navis apud  
Virg. lib. 5. Aen. - partem rostro premit æmula Pistris. Et pau-  
lo post: Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pistris Aequo-  
ra. Sunt qui scribant Pistris, quos Servius errare putat: Si navæ,  
inquit, intelligas, hæc Pistris, hujus Pistris, facit: si de bellua, hæc  
pistris, pistrix. Hæc Servius in illud Virg. 3. Aen. Prima homi-  
nis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus, postrema im-  
mani corpore pistrix. Quæ tamen omnino vera non arbitror.  
Germanicus certè in Arat. pro sidere coelesti (quod proculdu-  
bi à bellua marina nomen habet) Pistrin dixit: Diversè posita  
& Boreæ vicina legenti Auster Pistris agit duo sidera, per-  
legit unū: Nanq; Aries supra Pistrin, Piscesq; feruntur, Bellua  
sed Ponti non multum præter amnum. Non defunt tamen  
qui in omnibus hisc locis Pistris legere malint, nimisrum dñs  
q. p. q. m. hoc est, à secundis fluibus.

Pitanæ, sive Pitana, πιτανη, Vrbæ Aeoliorum in Asia non procul à  
Caici fluminis ostio: quæ portus duos habuit. Ab hac Pita-  
næ, πιτανη, & Pitanæ, πιτανη, nominantur. In hac urbe  
Arcesilaus Academicus natus est, qui cum Zenone apud Po-  
lemonem Philosophæ operam dedit. Plin. lib. 35. cap. 14, au-  
tor est, circa Pitanam lateres fieri solitos, qui siccati in aqua  
non mergebantur, ed quod fierent ex terra quadam pumico-  
sa. Corripit autem hoc nomen penultimam syllabam. Ovid.  
lib. 7. Metam. Aeolianam Pitanam à lœva parte reliquit, &c. q Est  
& Pirane, Laconia oppidum, teste Plin. lib. 4. cap. 5: cuius in-  
colæ Pitanæ dicuntur, teste Hermolaio in locum Plinii jam  
citatum.

Pitheciæ, πιθεκαι, vel Pitheciæ, arum, πιθεκαι, Stephano, Insula  
est Campano littori adjacens, non procul à Neapoli, ab Ho-  
mero Inarime dicta: à Latinis etiam Aenaria, à statione na-  
vium Aenæa. Dicta Pitheciæ, nō à simiarum copia, ut Poëtae

fabulantur, sed à figlinis doliariorum, teste Plin. lib. 3. cap. 4.  
nisi, enim Græci dolia vocant. Habet autem hec insula in ver-  
tice oppidum ejusdem nominis. Ovid. 14 Metam. steriliqæ  
locatas Colle Pitheciæ.

Pitheus, vide PITHEUS, gemino t.

Pitho, πιθο, Ger. Πίθης der Betendung.] Persuasionis  
dea à veteribus credita est, quæ Ennius Suidā, Horatius Su-  
delam appellavit, q Accipitur & pro persuadevi, vi, quæ an-  
nū auditoris quo cunq; visum fuerit, indeq; it: unde & Græci  
πιθηγον, nostri fleximimæ appellatunt. Pitho autem dicta est  
à verbo Græco πιθη, quod est persuadere.

Pithodæmus, πιθοδæμος, Lucifer egregius, cuius imaginem Dinomenes ex ære expressit, ut tradit Plin. lib.  
34. cap. 8.

Pithodæmus, πιθοδæμος, Argenti emitor insignis fuit, teste Pli-  
nio lib. 34. cap. 8.

Pithonos Come, πιθονος κομη, Locus est in Asia, in campis  
patentibus, ubi primo advetus sui tempore ciconie congre-  
gantur, & eam quæ ultima advenerit, laniant universit, atque  
ita abeunt. Plin. lib. 10. cap. 23.

Pittacus, pen. corr. πιτακος, Philosophus Mitylenæus, unus  
ex septem Græciæ sapientibus, qui ex Lesbo tyrannum Mel-  
anchrum depulit: & certantibus Atheniæ enibus atque Mity-  
lenæ dux in bello factus Phrynonem Atheniensium ducem  
singulari certamine interfecit. Hujus illud: Providere oportet  
ne easus veniæ: si forte venerint, æquo animo tolerare. q Fuit  
alter Pittacus legislator (ut Favonius & Demetrius in homo-  
nymis meminere) qui minor est appellatus: Aelianus de varia  
historia, Pittacum quædam commemorat qui de mola pitæ  
na encomium conferpsit, ut in parvo argumento vim dicendi ostantaret. Idem de sapiente dicit, eum in templo Fortu-  
na scalas constituisse, ut quandam iis humane vitæ imagi-  
nem exprimeret, in qua alii ad summa horum fastigia con-  
descendunt: alii ex amplissima dignitate in summas descendunt  
calamitates.

Pitrheus, ei, πιτρηος, Thesæ avus materius, qui Trozenæ regnauit: de quo vide Plutarchum in vita Thesæ. q Hinc Pit-  
heus, πιτρης, patronymicum foemidinum, & Pitheius, a, um,  
adjectivum. Ovid. in Epist. Hic te cum Trozena colla, Pitheia  
regna.

Pityusa, πιτυσα, Insulæ duæ sunt in mari Balcarico, à pinco-  
rum fruticum ubertate distæ, teste Plin. lib. 1. cap. 5. Ex his quæ  
major est, Ptolemaio Ebous: quæ minor, Ophiusa: hoc est,  
Colubaria appellatur. Plinius tamén utræq; Ebous vide-  
tur appellare: & Ophiusam, insulam ab hisce diversam facere.  
q Est item Pityusa, insula è regione Ioniq; sita, quæ notiore no-  
mine Chios appellatur, teste Plin. lib. 5. cap. 31. q Est & alia e-  
jusdem nominis insula in sinu Argolico, ex adverso Hermio-  
niæ agr: teste eodem Plin. lib. 4. cap. 12.

P ante L.

Placentia, πιλαστηνα, Ital. Piacenza, Germ. Pilasten, in Stat-  
te der Sandsteinküste Liguria Italiæ.] Civitas Galliæ Togatæ, ad Tri-  
biam amnum, in Padum influenter.

Placentius, πιλαστηνος, possessivum. T. Tina Placentinus, a-  
pud Cic. de Clar. Orat.

Placia, πιλαστηνo Stephano Myisia oppidum à tergo habens O-  
lympum montem, qui Mylus cognominatur, Plinius libro 5.  
cap. ult.

Planaria, Insula est maris Ligustici, sexaginta passuum milli-  
bus distans à Corsica, à specie sic dicta, quod æqualis ficto  
existat, ideoq; navigis fallax. Plin. lib. 3. cap. 6.

Planasia, πιλαστηνa, Insula est mari Tyrrheno, non longè ab  
Ilua, ut autor est Ptolemaeus libro 3. capite 1, & Plinius libro  
3. cap. 6.

Platamodes, πιλαστηνæ, Peloponnesi oppidum in tractu  
Occidentali centum stadiis distans à Coryphasio promon-  
torio, teste Strabone lib. 8. Distum videtur à fossis mari pro-  
pinquis, aquam falsam recipientibus, quæ Græci vocant πιλα-  
στηνæ.

Platanistus, πιλαστηνος, Promontorium est Peloponnesi, nō  
procul à Lepri: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Platæ, arum, per ciphthongum in penultima, πιλαστηن Ste-  
phano, Civitas est Boætia, sub Cithæroni monte non longè  
à Thebis. Dicta à latitudine remorum, ut inquit Strabo libro  
9. Nam πιλαστηن Græcis est latior pars remi. Platæenses autem  
remigatione vixit queritabant. Non procul ab hac urbe  
Pausanias & Aristides Mardonium Xerxis ducem & consol-  
brinum superavere. Hinc Platæenses, πιλαστηن, populi dicti.

Plato, onis, πιλαστηن, Philosopher, ab humerorum latitudine  
ita cognominatus, quem ante ex avi paterni nomine Aristo-  
cles vocaretur. Fuit egregio corporis habitu, & in palæstra

exercuit apud Aristonem palæstram, à quo primum cogni-  
minatus est Plato. Natus est Athenis eo die quo apud Delon  
Apollo. Studuit picturæ: & tragœdias, poëmataque edidit.  
Adeò

Adeò autem in omni disciplinarum genere, & præsertim in philosophia excelluit, ut Divinus Plato, & philosophorū Homerū vocatus sit. Cic. in lib. Tuscul. Quælibet Platonica majestatis maximus est buccinator, adeò ut ipsum Deum appelleret. Labeo etiam inter semideos commemorandum putavit. Et defuncto, Magi ut Deo immolare juncti. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, ut loarem (si Græcæ loqui volueret) Platonice loquuturum philosophi dicerent. Athenis primum Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiam profectus est, uti Pythagoreos audiret, ubi Philolai Crotoneiæ libros de secta Pythagorea centum minis atque adeò in difficultate rei familiaris mercatus est, ex quibus multa in suum Timæum transtulit. In Aegyptum deinde properans, ut audiret Gymnosophistas, oleum (ut ait Plutarchus) secum mercaturat gratia vexit, ut viaticum sibi inde suppeditaret: ubi & libros Moseos legisse creditur. Ter in Siciliam navigavit, primum Actænæ flagrantis visendæ gratia, ut Apuleius ait. Reversus, apud Aeginam captus est à piratis, ac minis triginta venundatus: Deinde à Nicete Cyrenæo redemptus est. Iterum rediit sub juniore Dionysio sp[ecie] liberandi Siciliam. Sed paulo post expulso Dione, & ipse suspectus remigravit. Tertio, quū maximè nolleret, rogatus ab Archita ut Dionem tyranno recociliaret: iter ingressus ab eodem Dionysio obviam procedente quadrigis exceptus est. Demum in suspicionem veniens, vix rogante & spondente pro eo Archita, dimissus. Dialogi primus illustravit, licet prius iacentum à Zenone Eleate, ut Aristoteles tradidit: ut Favorinus, ab Alexamene Tejo. Decessit annos natus LXXXI. morbo, utifertur, pediculari. De hoc Quintilianus: Platonem (inquit) quis dubitat esse philosophorum præcipuum? ex quo multum eloquentiæ se traxisse. Cic. fatetur: si ve acumine differendi, sive eloquendi facultate, divina quādam & Homerica: multum enim supra prosam orationem & quam pedes rem Græci vocant, surgit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instructus. Vita fuit cælebs, ac castus, ut scribit Augustinus. Vide plura de eo apud Plutarchum in vita ejus. q[ui] Plato, alter Atheniensis, Poëta præfata comœdia, tempore Aristophanis & Eupolis, cuius fabulas Suidas commemorat, & Athenæus in Diphysophistis. q[ui] Tres item alios Diogenes Laertius commemorat: unum Rhodium philosophum, discipulum Panætii: alium Peripateticum, ex Aristotelis ludo: tertium Præphanis discipulum.

Platoniçus, pen. corr. Quod est Platonis.

Plavia, oppidum Germaniæ in Voylandia situm: quondam propter alumnen, quod ibi preparabatur, celebre. Hodie Augusti Electoris, Saxoniæ ducis Ditioni paret. [Ger. Plauw im Voylandt.]

Plautius, Poëta comicus, cuius meminit post Varronem Gel. lib. 3. cap. 3.

Plautius, Nomen Poëta Comici, Latiorum omnium festivissimi, cuius fabulæ etiam hodie omnium manibus teruntur, quas horis succisivis, quibus à versanda mola otium erat, in pistriño fertur scripsisse. De hoc extat honorificum illud Varronis elegium: Musas, si Latinè loqui vellent, non alio quām Plautino sermone usuras. Hujus epitaphium extat apud Gelium hæc in verba:

Postquam morte est captus Plautus,  
Comœdia luget, scena est deserta:  
Deinde rufus, ludusq[ue], jocusq[ue], & numeri  
In numeri simul omnes collactrymaverunt.

Decessit P. Claudio, L. Porcio coss. Autor Cicero de Claris Oratoribus.

Plautinus, & hinc superlativus Plautinissimus. Gell. lib. 3. cap. 3: Qui versus quoniam sunt ut de illius Plauti more dicam Plautinissimi, propterea & meminimus.

Plaxaura, Vide PL EX A V R A.

Plejades, teste Servio, Septem sunt stellæ ante genua Tauri, quæ ortu suo primæ navigationis tempus ostendunt: unde Græcæ πλειάδες, πλειάδες, Pleiades dicuntur. πλειάδες, quod est navigare. Latinæ Vergiliæ dicuntur, à Verni temporis significatione quo oriuntur. Nam Vere exoriuntur, & circa Aquinoctium mane occidunt. Higinus in Astrono. Poëtica, Inter Tauri finitionem, & caudam Arietis stellæ sunt, quas nostri Vergiliæ, Græci πλειάδες, dixerunt. Fuerunt Atlantis filiae septem, ex Pleione Nympha, cum qua Jupiter concubuit: unde & Plejades dictæ. Sunt qui putent Plejades dictas quasi πλειάδες: hoc est, plures, quod nunquam singulæ apparent, sed omnes similis, præter Meropem quæ vix appetet. Pherecydes tradit septem sorores fuisse, Lycurgi filias ex Naxo insula: & quia Liberum patrem educaverunt, ab Iove inter sidera fuisse relatæ. Harum nomina putantur, Eleætra, Alcyone, Celeno, Maja, Asterope, Taygete, Merope: quarum septima vix certi potest: cuius causam afferunt, quod quum reliqua sorores diis nupllicant, sola Merope, mortalī vīre Sisyphō nur-

pserit: quam ob causam veluti pudibunda latitat. Alii putant hanc esse Electram, & idcirco obscuriorē videri, quod excidium Trojanum spectare nō potuerit, sed oculis manum opposuerit. Ovid. lib. 4. Fast.

Plejades incipient humeros relevare paternos,

Quæ septem dici, sex tamen esse solent:

Sex quoddam in amplexu sex hinc venere deorum:

Nam Asteropen Marti concubuisse ferunt,

Neptuno Alcyonem, & te formosa Celæno,

Majam, atq[ue] Electram, Taygetenq[ue], Iovi.

Septima mortali Merope tibi Sisyphæ nupsit:

Penitent, & facti lola pudore latet.

Sive quoddam Electrae Trojæ spectare ruinas:

Non tulit, ante oculos opposuisse manum. Fit autem quandoque hæc dictio tetrasyllaba divisione diphthongi. Propertius: Non hec Pleiades faciunt, nec aquosus Orion. Poëtae interdum abjecta vocali præpositiva ex diphthongo, Pleiades effuerunt, pen. corr. Stat. lib. 1. Syl. Nec per & Aegeas Hyades, Pleiades, nivolum Sidus, & Olenis dignum periisse sub astris.

Pleiōnē, nes, per tres syllabas, media correpta, πλειόνη: vel Pleione, per quatuor syllabas, πλειόνη, Nympha, Oceanæ & Tethyos filia, & uxor Atlantis, qui ex ea Pleiades suscepit. Ovid. 5. Fast. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn: Qui terram liquidis, quæ patet, ambit aquis. Hinc sata Pleione, cum ecclero Atlante lungitur, ut fama est, Pleiadasq[ue] parit.

Plémmyrion, πλέμμυρος, Fluvius Siciliæ, qui per agrum Syracuseum labitur: πλέμμυρον, quod est exundo. Virg. 3. Aen. Sicanio præstante sinu jacet insula contra Plemmyrion undosum: nomen dixere priores Ortygiæ. Vbi Servius annotavit, Poëtam Græci nominis originem Latino epitheto expressisse: idem enim Græcis est πλέμμυρος, quod Latinis undosum. Stephanus Plemmyrion, πλέμμυρος: hoc est, arcem Siciliæ esse tradid, non fluvium.

Pleūrōn, πλεύρων, Stephano Acotiaæ urbs, & Meleagri patria. De qua Plin. lib. 4. cap. 2. Statius lib. 4. Theb. Fletaq[ue] cognatis avibus Meleagria Pleuron.

Plextarē, es, πλεξαρη, Nympha, Oceanæ & Tethyos filia, ut placet Hesiodo in Theogonia.

Plinius, Secundus Veronensis, temporibus Vespasiani vixit, cujus negotia ministrabat: noctibus verd & succisivis (ut ipse inquit) temporibus; opus de Rerū natura cōscriptis, unus omnium parcissimus temporis. Perit in motis Vesivi incendio, dum ejus causam indagare cupit. Ejus vitam diligenter narrat sororis filius Cæcilius Plinius, cuius extat liber epistolariu, & Panegyricus, Trajano Cæsari dicatus, quo illi gratias agit Consul ab eo factus. Quintiliani filiam dote juvissit, & Martiale Poëtam secedentem viatico prosecutum fuisse testatur ipse in epistolis Volaterranus lib. 18.

Plinthides, quid sit, Hyginus in libro De limitibus declarat his verbis: Questori dicuntur agri, quos populus Romanus, devictis, pullisq[ue], hostibus, possedit, mandavitq[ue]; questoribus ut eos venundarent: quæ centuriæ nunc appellantur Plinthides: id est, laterculi easdem in quinquagenis jugeribus quadratas cluserunt limitibus, atq[ue] ita certu cuiq[ue] modum vendiderunt. Idem in eodem libro sic: Sunt plinthides: id est, laterculi quadrati, uti centuriæ per sena millia pedum L. limitibus inclusi, habentes singuli laterculi jugera numero I, C. C. L.

Plistarchiæ, πλισταρχία, Civitas Cariæ, aliâs Heraclea appellata.

Plistarchitæ, Gentile est, πλισταρχία, Stephano.

Plisthenes, πλισθῆνες, Pelopis fuit filius ex Hippodamia, qui quum juvenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios suos parvulos Atreo fratri commendavit, qui eos suscepit, filiorumq[ue], loco educavit: & ob id Atrei habitu, Atriæ sunt appellati. Vide suprà in dictione ATRIDES.

Plistoänâ, actis, πλισταρχία. Pausanii filius, & Lacedemoniorum rex, cuius res gestas vide apud Thucydidem.

Plistoniçus, πλιστονῖκος, Medici nomen apud Plinii sibi repetitum. q[ui] Fuit & Appion quidam, cognominatus Plistonius, nō multo tempore Plinio superior, ut idem ultimo volumine testatur. Quandoq[ue] Plistonices scriptum legitur, sicut Olympionices.

Plotæ, πλοταῖ, Insulæ duæ ad Occidentale latus Peloponnesi sitæ, nō procul à Zacyntho, Meridiem versus, postea Strophades dictæ, à conversione Zethæ & Calais, qui Harpyias in eas usq[ue] insulas fuit prosecuti. Meminit harum insularum Plinii lib. 4. cap. 12.

Plotina, πλοτίνη, Trajani Cæsaris conjux, sanctitate, probitate, & omnibus quæ in mulierem sexum cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonso capillo virum mentita, conjugem comitata est in exilium euñtem, impetrerita, & quædam quasi virago tolerans viri ærumnas.

Plotinūs, pen. prod. πλοτίνη, Insignis fuit Academicæ scætæ

philoso-

philosophus, Aegyptius natione, patria Lycopolites, discipulus Ammonii, praeceptor Porphyrii: qui Galeni, Taciti, & Prohi temporibus floruit. Fuit corpore gracili, tenuiq; valetudine, morboq; sacro obnoxius. Hec Suidas.

Plotius, Gallus, patria Lugdunensis. Rhetor insignis Romae tempore Ciceronis floruit: a quo & se, & Quint. Fratrem Latinas literas fuisse dicitur, testatur Cic. de Orat.

Plotius, M. Accius Sarsinatis cognomen fuit, Latinorum Comitorum facetissimi, a planicie pedum illum impositu. Plotius (inquit Festus) appellatur, qui sunt planis pedibus: unde & Poëta Accius qui Vmber Sarsinas erat, initio Plotius, postea dictus est Plautus. Haec ille.

Plutarchus, Πλάτων. Chæroneus philosophus, floruit sub Trajano & Adriano Imperatoribus: (nam Trajano libros Apophthegmaton inscripsit) vir eruditissimus, & multijuga eruditio mirabilis, ac scecidus. A Trajano in Illyricum missus est consulari potestate: imperatumq; omnibus Illyricis magistratus ut absq; eo nihil agerent. Hujus nepos fuit Sextus philosophus. Meminit utriusq; Eusebius in Chronicis. q; Plutarchus alter, Nestorius filius, Atheniensis sophista, præceptor Syriani: qui scholæ præfuit Atheniensi sub Juliano principe. Autor utriusq; Suidas.

Pluto, [Πλούτων. αἰδηρός. German. Ein Sohn Saturni und ein Bruder Iovis, der Gott der Hölle.] Saturni filius ex Ope conjugie, & frater Iovis, atque Neptuni: qui quum ad regni divisionem venissent, Plutoni qui natu minimus erat, & Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, secus infernum mare: Iovi, plaga Orientalis: Neptuno, insula. Hinc datus est locus fabulae: Iovi imperium cœli: Neptuno maris: Plutoni infernū obtingisse. Dicitus Pluton Πλούτων: hoc est, à divitiis, eò quod opes omnes ab infernis: hoc est, intimum terræ visceribus ciuantur. Eandem etiam ob causam Latini Ditem appellantur. Cic. 2. de Nat. decor. Terrena autem vis omnis atq; natura Diti patri dedicata est, qui dives ut apud Græcos Πλούτων: quia & recidant omnia in terras, & orientur è terris. Haec enim Cic. Idem & Summanus dicitur, quasi summus deorum Manum. Item Orcus, quasi urgus, ab urgendo, quod omnes in interitum urgunt. Appellatur & aliis multis nominibus, quæ vide apud Cælium Antiquar. lec. lib. 10. cap. 18. Hujus uxorem Proserpinam esse volunt Cereris filiam cuius rapam tribus libris excusat Claudio.

Plutoniūs, a. um, Horat. lib. 1. Carm. Et domus exilis Plutonia, quod simul meatis, &c.  
Plutus. [Πλούτων. German. Der Gott der Reichtümer.] A Græcis singitur divitiarum Deus: quem in adventu claudum esse volunt, in recessu alatum: hoc nimis innuentes, seriū quidem contrahi opes: partas autem, nisi frugaliter dispenses, velocissimè dilabi: Eundem & cœcum faciunt, & judicij expergem: propterea quod indignissimum quemq; opibus affluere videamus: probos autem & prudentes viros in retrauissima versari. Hujus domicilium constituit Posidonus in subterraneis Hispaniæ locis, eò quod regio ea metallorum fecunditate reliquis antecellat. Extat hujus nominis Comedia apud Aristophanem.

Plynæx, πλυνέξ, Nili insula, cuius incolæ Plyneæ dicuntur, & Plyneæ, Stephanus.

P ante O.

Podalirius, ποδαλίρειος, Proprium nomen Aesculapii filii, & fratri Machaonis, qui ob insignem medicinæ artis peritiam unā cum fratre ad bellum Trojanum evocatus fertur. Dicitus Podalirius à pedum magnitudine. Ovid. lib. 2. de Arte amandi: Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi, Antonem curru, tantus amator. q; Est etiam Itali cuiusdam nomen, apud Virg. lib. 12. Aen.

Podalea, ε, penult. prod. ποδαλεῖα, Vrbs Lyciae apud Plin. libro 5. cap. 27.

Podarge, ε, ποδάρειν, Equæ velocissimæ nomē, ex qua Zephyrus Xanthum & Balium Achillis equos progeniuit: ut fabulatur Homer. 16 Iliad. Dicitur Podarge à pedum velocitate.

Podargi, ποδαργοί, Populi Thraciæ, teste Stephano.

Pœan, antis, παιαν, Pater Philoctetus, qui ab eo Pœantius, & Pœantides à Poëtis appellatur. Ovid. lib. 5. Tristium: Peue decem totis aliuit Pœantius. annis Pöst sœvum tumido virus ab angue datum.

Pœcilastrum, παικλάστρον, Oppidum Cretæ, in latere Australi apud Ptolemæum lib. 3. cap. 17.

Pœcille, hujus Pœciles, pen. cor. [παικλάστρον. Ger. Ein Schopf oder bedekt ort zu Athen an welchem die Stoici iebten vnd dispuertien.] Fuit porticus Athenis in qua Stoici philosophabant: ita dicta à varietate pictura. Græci enim παικλάστρον varium dicunt παικλάστρον varietatem: Vnde & lapis syenites vocatus est pyrrhocæcilos à varietate rubentium macularum. In hac portico Zeno philosophus discipulos docebat. Vnde & Stoica secta nomen accepit, & philosophi Stoici nuncupati, qui ancæ Ze-

nonii à Zenone sectæ ejus principe dicebantur. Nam qd Græcis porticus est. Plin. lib. 33. cap. 9. Hic & Athenis pinxit porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuitō. q; Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphænos appellatur: quoniam septies eadem vox in ea reddebat.

Pœlla, παιδία, Insula in mari Carpathio, notiore nomine Rhodus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 31.

Pœmen, παιμέν, Mons Ponticæ regionis, à quo Parthenias profuit per medianum Amastrum. Autor Stephanus.

Pœménis, pen. corr. παιμέν, Cænus foemina est, ex canum eorum numero qui Athænam lacerarunt: ita dicta quod in servandis gregibus, pastoris quodammodo officio fungetur. Nam Græcis παιμέν pastorem significat: à quo foeminum Pœmenis deduxit Ovid. 3. Metam. - pecudesq; secuta Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

Pœnus, Carthaginensis, à nomine Phœnix, detraeta aspiratione λαβός. Sumpserunt enim Carthaginenses originē à Tyris Phœnices populis, qui duce Elisa (quæ & Dido dicitur) Pygmalionis scytiæ fugientes, in Africam appulerunt. Servius in illud Virgilii 1. Aen. ponuntq; serocia Pœni Corda votante deo. Pœni, inquit, αριστερή est, quasi Phœnix quia à Phœnicibus orta. q; Hinc deducitur Punicus, Punica, Punicum, commutata ex diphthongo in u. Vide suo loco.

Pœnulūs, diminutivū est à Pœnus: quo nomine Plantus fabulæ inscripsit, in qua Pœnus Hanno Punicelq; quæquens introducit. Pœnūs, a, um, antiqui dicebant quod nos Punicus, ex diphthongo in u transmutata, λαβός. Ita Pœnica pavimentaocabant, quæ nos Punicæ appellamus, ex lapide Numidico strata. Simili etiam modo Pœnus dicebant, quod posteriorus Pœnus exultit.

Pœlā, παιδία, Ptolemeo, Istræ urbe à Colchis condita, postea à Iulio Cæsare, qui eò coloniam dederat, curavit, Iulie pietas appellata. Autor Plin. lib. 3. cap. 19.

Pœlémōn, pen. corr. παιλέμων, Philosophus Atheniensis, Philostrati filius: qui quum in juventute petulans esset, & aliquando ebrios, & coronatus Xenocratis scholâ ingressus fuisset, ejus oratione quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutavit, tantumq; in Philosophia profecit, ut Xenocratis in schola succederet. Autor Cellius. Diogenes cum multa scriptis testatur Suidas nihil scriptum reliquæ asserit. q; Polemon, cognomento Helladicus, patria Iliensis, historicus nobilissimus, & qualis Aristophanis Grammatici, Panætii discipulus, scriptus de origine civitatū Phœcidis, Ponti, Laconię, Geographiam, & De cuiuslibet solis libros tres. Suidas. q; Polemon alias, à Lædicea Cæriæ, qui Smyrnæ vixit ac professus est, & equalis Herodis Attici, sub Adriano principe, ad quem legatus quandoque Smyrnæorum missus, ab eoque honorificè exceptus, & Muso Aegyptio adscriptus est.

Pœlémōnium, παιλέμων, Civitas est Themiscyræ (quæ Pontica regio est) Sidene fluvio irrigata. Autor Plin. lib. 6. cap. 4.

Pollentia, πολλεντία, Oppidum est sub Apennino, in confinio Liguræ. Cujus meminerunt Ptolema. lib. 3. cap. 1. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Pôlîstes, pen. prod. πολιτης, Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus capta urbe in conspectu patris interfecit, ut refert Virg. lib. 2. Aen. Ecce autem elapsus Pyrrhi de cœde Pôlites, Vnus natorum Priami.

Pôlella, Argentaria mulier doctissima, Lucani poëtae uxor, & in scribenda Phatsalia adjutrix: cuius frequens est mœrio in Sylvis Papinii.

Pôllentia, Dea potentia, quæ à Romanis colebatur.

Pôllentia, πολλεντία, Plinio autore, oppidum olim in majore Balearium insula. q; Fuit & altera Pollentia juxta Alpes, inclita lanarum nobilitate: de qua Silius lib. 8. fuscipi, ferax Pollentia villi. q; Fuerunt & Pollentini in Piceno, in quintæ regione Italæ, non multum distantes à Tolentinatibus, ut indicat Plin. lib. 5.

Pôllux Iovis ex Læda filius, frater Castoris πολυδεκτος. Hunc fabulantur Poëte fuisse: immortalē, & nibilominus immortalitatem suam cum fratre mortali divisisse, &c. Virgil. 6. Aen. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; redditque viam toties. q; Est etiam Pollux Græci Grammatici nomen, qui sub Commodo principe Athenis docuit. Ejus hodie nihil extat præter Onomasticon.

Pôllus, πολλός, Argentinus sophista, Gorgiæ auditor, primus in oratione invenitus dicitur πολλός, αὐτοὶ τε, πολλοὶ δὲ: quod minimè verum est, sed jam inventus sœpè usus fuisse constat. Hec Philostratus. Suidas scribit eum genealogiam eorum qui ad Trojam profecti sunt, scriptisse, simul & narium catalogum.

Pôlyxægos, πολυχειρός, Insula una ex Sporadibus, à capraru multitudine dicta.

Pôlyxænus, πολυχειρός, Sophista Sardianus, temporibus Cæsaris Dicatoris & Antonii triumviri. Scriptit orationes judiciales Trium-

les Triumphi Parthici M. Antonii libros tres. q Fuit & alter, Macedo gener, qui de Thebis scripsit, & de re militari. Suidas. Ejus extat Stratagematum liber.

Polybius, πολύβιος, Insignis historicus ex Megalopoli Arcadii civitate, Scipionis Africani praeceptor, qui Romanam historiam libris quadraginta conscripsit. Autor Suidas.

Polycarpus, πολύκαρπος, Iohannis Evangelista discipulus, & Smyrnensis Episcopus, Latinè rem ubere & fertile significat. Polycastes, πολυκάστη, Nestoris filia, apud Homerū in Odysse. Polyclitus, πολυκλεῖτος, Statuarius eximius diligenter & decoro cæteris præcelens. Nam ex ære plurima cōficit signa, gravissimorum scriptorum præconiis nobilitata: ex quibus in primis commemorantur astragalizantes: hoc est, talis ludentes, quo opere nullum absolutius fuit judicatum. Fuit & Sicyonius, discipulus Ageladæ. Duas eodem argumento statuas fecit: alteram ex ingenio, & suo iudicio: alteram verò ex vulgi opinione, & ex sententia cuiusvis prætereuntis. Quibus perfectis turbā admittit, ac primum sua ostensa magnopere laudatur: altera deinde, non æquè. Atqui sciole (inquit) hanc quam tantopere laudatis, me fecisse: quam verò vituperatis, vos fecisse. Autor Aelianus de varia historia.

Polykrates, pen. corr. πολυκράτης, Nomen proprium tyranni, qui in Samo insula rerum potiebatur. Hic & opibus, & felicitate apud historicos inclitus est: quoad vixit, non tam fortunæ alumnus dici potuit, quam partus. Annulum habuisse fertur incredibilis pretii, sibiq; charissimum, quem, ut nimis sibi blandientem fortunam aliqua adversitate temperaret, in mare abiecit: quem tamen postea in ventre piscis inventum recuperavit. Veiū quanquam eidem in vita nihil adversi contingit seruit, mors infamis, & erumpens docuit neminem ante obitum meritò dici posse felicem. Idem enim ab Oronte Satrapa Persarum captus, suspensusq; genere mortis tetrorem diem clausit. Ex Strab. li. 14. Hujus ite... meminit Cic. lib. 5. de Finib. Floruit eodem tempore quo Pythagoras & Anacreon. q Polycrates Ephesiorū præsul, tempotibus Severi principis, ut scribit Hieronymus, eodem nomine, clarus literis floruit.

Polydamas, antis, πολυδάμας, Propriū Trojani, Antenoris & Theanū sororis Hecubæ filii, qui Lycasten Priami filium, sed ex concubina suscepit, uxorem duxit. Hic cum Antenorē patre & Aenea urbem Trojanam Græcis dicitur prodidisse. Poëtae Græci, ut primam hujus nominis syllabam extendant (nam alioqui in hexametro versu locū non habet) πολυδάμας, scribunt: quos & Persius imitatus est Satyr. 1. Ne mihi Pulidas, aut Trojades Labœnem Prætulerint. Sonat autem Polydamas Latinè multorum domitorem, quasi πολὺς δαρεῖος: vel multarum uxorum virū, quasi esset Polydama, vel Polydamas: èo enim respexit Cornutus in Persium quū Polydamantem multiubam interpretatus est. q Polydamas, Pancratias nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus superavit: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retro tenebat: currum agitatum sc̄e opponendo altera manu apprehensum ex cursu retrahebat, in equosq; insilebat dejecto auriga. Accersitus à Dario Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex provocatione victor fuit. Postremo post ecceam in caverna, quum saxum à vertice ruinam minaretur, diffugientibus convivis, cōfisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere oppressus est. Autor Pausanias.

Polydeutes, πολυδίτης, Rex Scriphi insulæ, qui Perseum Iovis & Danaës filium educavit. Cuius tandem ingenium veritus, audaciamq; & felicitatem, spe ille stūm æternæ gloriae ad superandum Gorgonem compulit: quo devicto redeunti Perseo quum semper detraharet, conversus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusæ, ut fabulatur Ovid. lib. 5. Metam.

Polydora, πολύδωρα, Insula Propontidis: apud Plin. lib. 5. cap. ult. q Polydora, nymphæ, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia.

Polydorus, pen. prod. [ πολύδωρος. Ger. Der Sohn Priams des Königs zu Troja.] Filius fuit Priami ex Hecuba: quem pater initio belli Trojani, communis Martis exitu veritus, cum magno auri pondere educandū tradidit Polymnestori Thraciæ regi, antiquo hospiti, amico & genero suo. Sed ille delecta Troja, cæterisq; Priami ferè omibus liberis interfecit, auri cupiditate adductus, Polydorus in litore spatiante, telis aggreditur, & fustrâ fidem deorum, hominumq; implorantem, occidit: cæloq; tumulum superinjecit, cui supercrevēre myrti virgulta, ut autor est Virg. lib. 3. Aen. Id quum mater Hecuba intellexisset, simulavit se in ergo adhuc auri pondus velle illi secretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod avarus rex verum existimans, mox ad Hecubam profectus, illius unguibus obcætus est. Extat tamen & alia de Polydoro fabula: nempe Græcos per Thraciam venientes hunc cepisse: Priamū autem pro redēptione filii Græcis dedisse urbē, quæ postea ab eventu Antandros dicta est: qua accepta illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruisse. Hæc sc̄e Servius in

locum illum 3. Aen. -fuge littus avarum: Nam Polydorus ego, &c. q Alius fuit Polydorus Priami filius ex Laothoē Altei Lelegum regis filia, quæ Achilles cum fratre Lycaon in bello Trojano interfecit.

Polygnotus, πολύγνωτος, Nomen pictoris præclarissimi, patria Thasii, qui nonagesima Olympiade floruit. Quint. lib. 12. de Institutione oratoria. Plin. lib. 35. cap. 9: Hic primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit, plurimumq; picturæ primus cōtulit. Primus siquid inquit, ut adaperire, dentes ostendere, & vultū ab antiquo rigore variare. Delphis ædem pinxit, & Athenis porticum quæ Pœcile vocatur: idq; gratuitō, quū partem ejus Mycon mercede pingeret: quo nomine Amphictioæ (quod est publicū Græciæ concilium) hospitia ei gratuita per universam Græciæ decreverē. Pinxit prætereā & Ocnum, teste Pausania, spartum torquentem, asinamq; astantem, quæ quicquid ille torserat, statim præroderet. Quo ænigmate significare volebat, patrē-familias laboriosum quidem, sed cui domi esset uxor prodiga, quæ quicquid ille sudore suo corralisset, strenue profunderet. Vide Erasmi adagia.

Polymedia, Plin. lib. 5. cap. 3: Troadis oppidum Hellesponto adiacens.

Polymnias, sive Polymenia, πολύμνεια, Vna musarum, à memoriæ magnitudine dicta. Nam μητέρα Græci memoriam vocant. Producit autem hæc dictio penultimam syllabam, quū apud Græcos & diphthongo scribatur. Fuerū qui corripi putarint, adducti versu Virgilii ex Epigram. Signat cuncta manu, loquiturq; Polymnia gestu. Verum in castigatoribus exemplaribus legitur Polymneia per quinq; syllabas, sine coniunctione que. Qjem etiam in modū Horatius hac voce usus est lib. 1. Carm. Euterpe cohibet, nec Polymenia. Sunt qui Polyhymnia scribant, ut à cantus multitudine dicatur. Magis tamen placet superior scriptura.

Polyntes, πολυντῆς, & Ethœoles, Oedipi Thebanorum regis filii fuerunt, qui de regni hereditate dissidentes, singulari certamine cōgrebti, mutuis vulneribus ceciderūt. Latiū prosequitur hanc histriam Statius in Thebaide.

Polyoetes, πολυοῖτης, Pirithoi & Hippodamia filius: teste Homero Iliad. 12.

Polyphemus, pen. prod. [ πολύφημος. Ger. Der Sohn Neptuns ein vngestalter eingiger Röß.] Cyclops, Neptuni filius ex Thoë Phorcii fratre, ingēti corpore, qui unicū tantum oculum, eumq; in fronte habuit. Hic Galateam Nympham fertur adamasse, Acinque puerum, quem sibi illa præferebat, saxo interemisse. Vlysses quoq; vi tempestatis in Siciliam delatum antro suo inclusit, quatuorq; ex comitibus ejus devoravit, reliquos eodem moris genere perempturus, nisi prævertens Vlysses vi no nigro inebriasset, altoq; sopore obruto, adusto sīpote oculum eruisset. Vide latiū totam hanc fabulam apud Hom. 10. Odysse. Servius in illud Virg. 3. Aen. Nam qualis, quantusque cavo Polypheus in antro Lanigeras claudit pecudes. Multi (inquit) Polypheum dicunt unū habuisse oculum, alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir prudentissimus fuit, & ob oculum in fronte habuisse dicitur: id est, iuxta cerebrum: quia prudenter plus videbat. Verum Vlysses eum prudentia superavit, & ob hoc eum cæcasce fūgunt. Hæc Servius. Cicero quoq; de Polypheo lib. 5. Tusc. quæst. sic scribit: At verò Polypheum Homerus, quū immanem, ferumq; finisset, cum ariete etiam colloquente facit, ejusq; laude fortunas, quod quò vellet, ingredi posset, & quæ vellet, attingeret. Restè id quidem: nihilo enim erat ipse Cyclops, quām aries ille prudentior. Hæc Cicero.

Polyclia, pen. prod. πολυκλεῖα, Oppidum Mesopotamia, apud Plin. lib. 6. cap. 26.

Polyxena, pen. cor. πολυξένη Priami filia formosissima, ex Hecuba conjugé, quam Pyrrhus Achillæ filius, Troja capta, ad patris sui tumulum jugulavit. Ferunt enim Achillem quū ad Trojam bellum gereret, Polyxenam fortè in mœnibus cōspicetam adamasse, eamque sibi uxorem postulasse. Quod quum Priamus annuisset, placuit ut in Tymbraë Apollinis templum convenirent, pacis, nuptiarumq; fœderari inituri. Quod quum rescivisset Paris, post Apollinis simulacrum fœse occultavit, Achillemq; nihil tale opinantē sagitta interfecit. Capta deinde Troja, quum & Polyxena viva in hostium manus pervenisset, Achillæ umbra Græcorū præceribus in somnis apparuit, præcipiens ut Polyxena cujus nuptiarū prætextu erat imperfectus, inferias sibi mitteretur: cujus crudelitatis Pyrrhus fœse ministri præbuit. Ovid. Placet Achilleos mactata Polyxena maenstrū præbuit. Ovid. Placet Achilleos mactata Polyxena maenstrū præbuit. Ovid. Placet Achilleos mactata Polyxena maenstrū præbuit.

Polyxenus, πολυξένη, Inter Græcorum duces numeratus Homer. lib. Iliad. 2.

Polyxos, οὐσ. πολυξένη, Mulier fuit ex Lemno insula, & Apollinis yates, quæ Lemniaci sceleris dux & hostatrix fuit. Nam quum

Lemniacæ mulieres ob spretam Venerem hircum olerent, matritiq; earum eam ob causam ex Thracia uxores sibi asciscerent, Polyxus instinctu omnem virilem sexum interemerunt.

Autor Statius lib. 5. Theb.

Polyxenus, pen. prod. πολύξενος, Poëta comicus Græcus, cuius fabulas enumerat Suidas.

Pomona, pen. prod. [German. Die Doppelgötter.] Pomona dea, apud Romanos, adamata à Vertumno, ut fabulatur Ovid. 14. Metamorph. Dicta Pomana à pomis, quemadmodum Mellonæ à melle.

Pompæli, Populi dicuntur quos Sarnus amnis alluit, incolentes oppidum ejusdem nominis. qd Inde Pompejanum: id est, prædium circa Pompejos. Pompejanæ fucus, ad siccandum optimæ. Pompejana vitis, ab insitore dicta. Col. lib. 3. cap. 2. Pompejopolis, πομπειόπολις, ή πομπειόπολις Stephano, Cilicæ urbs. Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Cilicie: Deinde urbs est à Rhodis, Argivisq; pôst piratis. Pôpœjo assignante, possessa: nunc Pompejopolis, tunc Soloë. Hæc etiam Solino teste, postea Trajanopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato concessit Trajanus.

Pompæliorum Romæ illustris familia fuit, ex qua in primis commemoratur Qu. Pompejus, qui contra Numantinos missus, ab eis qd superatus, turpem & ignominiosam pacem fecit. Autor Florus lib. 2. qd Hujus filius, sive nepos Cn. Pompejus Strabo, magni Pompeii pater, Novocomum coloniam deduxit: in bello sociali Imperator creatus, de Picetibus triumphavit: vir admodum duræ disciplinæ. qd Cn. Pompejus, hujus filius, Sylla partes secutus est, ab eo qd, ad ulciscendos inimicos in Africam missus, Domitium primum expugnavit: deinde & Larbam regem cepit, de quo triumphavit ante legitimam etatem: quare ab exercitu Syllæ Magnus est salutatus. Inde contra Sertoriū in Hispaniam profectus. Metelli copiis se se cōjugens, cum cum tota factione sustulit. Mox delectus Imperator ad bellum Piraticum, tribus mensibus id confecit. Dein successor L. Lucullo missus, de Mithridate triumphavit. Tigrenem Armenię regem ei ad genua proculbentem, in regnum restituit. Inde Iberos, Albanos, Iudeos debellavit, captio eorū rege Aristobulo. Extincta uxore Iulia, Cæsaris filia, Corneliam Scipionis filiam, à P. Crasso M. filio viduam reliquit, uxorem duxit. Neapoli demum acutissima febre correptus, parum absuit à morte: quæ si contigisset, melius cum eo factum fuisset: ob insequentis belli civilis calamitatem. Iam bello civili excitato, Pharsalica pugna à Cæsare copiis longè inferiore superatus, & in Aegyptu fugiens, regis perfidia ab Achilla p̄f.fecto interfactus est. Triumphum quum ex Oriente viator rediisset, biduo egit, prænotatis gentium titulis victatum, quæ à Plinio lib. 7. & à Plutarcho in vita ejus ordine adnotatur. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompejos: quoq; ille apud Mundam Hispaniæ urbē interfactus, hic apud Siciliam navaliter p̄flio ab Augusto est victus. qd Sext. Pompejus alias, vir Prætorius, sub quo Valerius Maximus militasse se dicit, & quæ Ovid: de Ponto pluribus laudibus effert. Hujus pater Sext. Pompejus Hispaniæ citerioris princeps, quum horreis suis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, meritis in triticum se se super genua, levatusq; siccatus pedibus mirabiliter in modum, hoc postea remedio usus est. Autor Plin. lib. 22. cap. 25. Apud quem tamē, non Sext. Pompejus, sed Sext. Pomponius est legendum. qd Qu. Pompejus Rufus, Sylla è filia nepos, Trib. pleb. cum T. Numatio Plancus, adverissimus Miloni, in cuius causa dixerat paucis pôst diebus quam Clodius esset occisus, Milo dedit, quæ ex Curia desideretis: ego dabo quem ex Capitolio mulctetis. Idem Milonem ad se venientem in horis aspiciens, misit nuntium ne veniret. qd Qu. Pompejus, qui Bithynicus est dictus, summo studio dicendi, multaq; doctrina, incredibiliq; labore atq; industria. Hujus actio non satis commendabat orationem: in hac enim satis erat copiæ, in illa leporis parum. Hæc Cicero. Festus quoque de eodem sic ait: Pompejus Bithynicus, è supellectili regia signum ephebi militam tenentis, arenamque ruentis exercitationis gratia more Græcorum, Romanum portavit, & in Capitolio posuit.

Pompelon, πομπεῖον, Oppidum est Hispaniæ, sub Pyrenæis montibus, quod à Ptolemeo Vasconibus anumeratur. Plin. lib. 3. cap. 3. Pompelonenses conventui Cæsaraugustano adscrifit. Hodie Pamplonam vocant, tegni Navarræ caput.

Pompônia, πομπεια, Mater Scipionis, ex congreßu Iovis (ut credi volebat) in anguem mutata. Silius lib. 13: Adstabat fœcunda Iovis Pomponia furto, &c.

Pompônius Atticus, πομπειος, Nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, & amicus Ciceronis in primis fuit: unde Atticus Ciceronis est appellatus: qui postquam vidi Cinnæ tumultu. Rem publicam esse turbatam, secessit Athenas, ubi longo tempore moratus, & publicè civitatis, & privatim omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit: lingua ita probè didicit, ut Attici nomè adscriceretur. Humanitate, divitiasque

simul prædictus fuit, quibus amicos libenter impariebat. Nam & Ciceronem ab urbe pulsum opibus juvit, & Brutum ab urbe fugientem nummorum centum millibus est prosecutus. Erat alioqui gravissimus vir & cōstantia singularis, ut quæ religiosè polliceretur, eadem & præstare niteretur. Mendacium accipere dicebat, nec pati poterat. Plura Cornelius Neps, qui vitam ejus elegansissime scripsit. qd Pomponii item ali duos Ciceronis tempore fuisse: quoru alter L. Pomponius Bononiensis Atellanarum scriptor, quem Solinus refert nunquam ructasse. Alter Cn. Pomponius orator, patronus acer, acerbusq; dicendo, & lateribus pugnans, ut ait Cic. in Orat. gladiarius ite Pomponius secundus tempore Quintiliani inter tragicos longè princeps, quem senes (ut ille refert) Piqdaru tragicum putabant: cōpositione atq; nitore præstare omnes cōfitebantur. Tacitus verò de eodem: Pomponius secundus nostris temporibus, Domitio Afro, vel dignitate, vel fama perpetuitate cessit. Hæc Tacitus. Plin. verò lib. 14. cap. 4. cum coenam C. principi Germanici filio dedisse ait, in qua vinum centum sexaginta annorum fuit. qd Pomponius Iurisconsultus ex Pandectarum libris notissimus. qd Præter hos Pomponius Melia natione Hispanus, insigni opere de situ orbis clarissimus.

Ponēropolis, pen. prod. πονηρόπολις, Thraciæ civitas, sub Rhodope mōte sita: deinde Philippopolis ab instauratore: & postrem Trimontium à situ dicta. Autor Plin. lib. 4. cap. 11.

Pontia, πόντια, Vulgo Ponza. Insula est una Oenotridum, litora Lucano adjacens cōregione Velic. Plin. lib. 3. cap. 7: Cōtra Vellam Pontia & Ischia, utrōq; uno nomine Oenotrides, argumentum possesse ab Oenotriis Italæ. qd Sunt item Pontiz insulæ duæ, non longè à Palmaria, cōregione Formiarum, in quibus turtures ac corurnices quæ ad Italianam veniunt, prima volatura requiescēti causa paucos dies morātur. Autor Varro. Plin. li. 3. cap. 6 Ab his ultra Tiberina ostia in Antiano, Astura, mox Palmaria, Sinonia, & adversum Formias Pontiz.

Pontina palus, πόντινη, Vulgo Lymari, Volscorum palus juxta Forū Appi, hanc lōgę à Tarracina, distans ab Urbe XXI. passuum millibus. Hæc palus à Cornelio Cethego Consale exiccatâ est, & ex ea ager factus, ut tradit Plinius lib. 4. cap. 7. Lucan. lib. 1: Et qua Pontinas via dividit uda paludes. Melius Pontina.

Pontus, πόντος, gen. m. sc. Nerei filius & Neptune, ut Eusebius libro 1. Præp. scribit. Vnde pontus mare dici videtur. Alii pontum dici existimant mare, à πόντῳ, quod est merge: vel à πόντῳ: id est, labor: quia sic laboribus plenus. Ridiculè per contrarium dici arbitrantur, quod carcat ponte Propriè autem id mare pontus appellatur, quod à palude Maeotidis usque in Tenedum protendit. [German. Das Meer so suns das Endisch genet wird / freit sich vom Meotischen bis an den Turcas verbah in Thraciam.]

Pontus, τι, sc̄eminini generis, Provincia Asia minoris: à Ponte regis sic cognominata, crudelitate Medeæ, & maleficarū herbarum proventu nobilitata. Virg. Eglog. 8: Has herbas, atque hæc Ponte mihi lecta venena Ipse dedit Mœris: nascentur plura Ponto. qd Ponto item frequentissimus est Caistor, cuius testiculi ad medicamenta expetuntur. Idem 2. Georg. Virosaq; Pontus Caistora. qd Claudit autem Pontus (ut Strabo refert libro 1. 2. 8. 9. 11.) ab Occidente Haly flumine: ab Orientē Colchide: à Meridie, minori Armenia: à Septentrione, mari Euxino. Ptolemeus verò lib. 5. paulò aliter: Pontus, inquit, ab Occasu, ore Ponti, & Thracio Bosporo: à Meridie, regione quæ propriè Asia dicitur: à Septentrione, parte Euxini maris terminatur. Ejus civitates insignes sunt, Chalcedon, Nicomedia, Nicæa. In Ponto regnarunt Mithridates, Eupator, & Pythodoris regina. Ex Ponto fuit Aquila, veteris Testamenti interpres, & Marcion hæresiarchæ: qui quanvis Christianus videt veller alium tamē creatorum omnium rerum esse dicebat, quam CHRESTI Patrem, illumq; majorem ajebat.

Ponticus, a, um, πόντικης, ut Ponticum absinthium, apud Col. lib. 12. cap. 35: Freti Pontici fauces, Seneca Medea. Humus Pontica, Ovid. 3. de Ponto. Pontica nux, eadē quæ ayellana, quod in Ponto plurimum abundet. λεπτοκέρα.

Pöpilius, Prænomine Marcus, Flamen Carmentalis fuit, cui in sacrificiis occupato quū nuntiaretur seditione plebis adversus magistratus concitatæ, ut erat lēna induitus, in concionem ascendit, seditionemq; sua autoritate sedavit. qd Duo prætreæ alii celebrantur Popili: quoru alter ad Antiochum, Ptolemaeum Aegypti regem obdidentem, legatus missus, quem mandata sua Antiocho exposuisset, ut à Rege socio & amico Populi Rom. abstineret, regem cunctantem, responsumq; differentem virgula circumscripsit, detinuitans Populum Romanum omnia hostiliter cum illo esse acturum, si spatium illud egredieretur, priusquam sibi respondisset. Admiratus itaq; hominis confidentiam Antiochus, respondit se in Pop. Rom. potestate fore: solutaq; obsidiore in regnum se recepit. qd Alter coguomento Lazas, de quo Valerius inter ingratani exempla

exempla commemorat, quū à Cicerone in causa capitum esset defensus, certissimoq; periculo liberatus, nullam non modò patrono reculisse gratiam, verum etiam magni beneficij loco ab Antonio populi esse, ut ad occidendum Ciceronem mittetur: qua re facilè impetrata, viro innocentissimo, optimoq; de se merito, cui salutem debebat, vitam eripuisse.

**Poppæa**, Sabina, T. Olli filia, à Poppæo Sabino a suo ita nominata, mulier forma, nobilitateq; insignis fuit, quam primis nuptiis Rufo Crispio conjunctam, M. Otho primum in adulterium, deinde & in matrimonium suum pellexit. Verum quum incautus apud Neronem principem uxoris formā laudaret, captus amore ejus Nero, Othoni consuetudine ejus interdixit: deinde & in Lusitaniam sub specie honoris, eo relegato, matrimonio eam sibi copulavit. Obiit fortuita Neronis ira, iictu calcis, quum gravida esset, ab eo percussa. Autor Tacitus, Annalium lib. 16.

**Poppæanæ**, poppæana, poppæanum, dñomipativum: ut Vnguenta Poppæana, à Poppæa inventa, vel quibus illa praecipue uti solebat. Iuvén. Satyr. 6: -ridendaque multo. Pane tu met facies, aut pinguia Poppæana Spirat, & hinc miseri viscantur labra mariti.

**Popolonia**, ~~z~~, sive Populonium, populonii, ~~πολωνία~~. Ptolemaeo, Oppidum est in littore mari Tusci, non procul à Pisis, portum habens non ignobilem, erezione Ilua insulæ. Meminit hujus oppidi Plinius libro 3. capite 5. & 6. Ptolemaeus libro 3. & Pompon. libro 2. Virgil. 10. Aeneidos: Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos bellum juvenes: ast Ilua trecentos Insula inexhaustis Chalybum genacosa metallis. Hodie Plumbinum vocant.

**Porcia**, Nobilis Romæ matrona fuit, Porci Catonis Censorii filia: sive (ut alii malunt) neptis: quæ quum matrem familiâs quandam quæ secundas inierat nuptias, pudicitia nomine laudari audiret: Casta, ~~inquit~~, matrona non nisi semel nubit. q; Porcia alia fuit, Catonis Uticensis filia, & uxor Brutii, quæ quum viri sui coassilium, quod de interficio Cæsare cepit, cognovisset, cultello tonsorio se vulnus erat. Qua de re quum à viro increparetur: Non est, ~~inquit~~, hoc temerarium factum meum: sed in tali statu nostro, mei erga te amoris certissimum indicium. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parvum cessisset, quæcumq; animo me ferro esse interemptura. Hæc postea, quum audivisset virum suum post infastum illud prælium adversus Antonium, Augustumque in campis Philippicis gestum, mortem sibi concivisse, mori & ipsa statuit. Sed quum arma à domesticis subtraherentur, haustis prunis, oreq; obstructo, conseruit extincta est. Valer. lib. 3. cap. 2.

**Porcius**, Catonum familie gentilium cognomen fuit, à porci tractum. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1: Cognomina multa habemus ab utroq; pecore: à majore, & à minore: ab minore Porcius, Ovinius, Caprilius: à Majore, Equitius, Taurus.

**Pordoselenē**, pen. prod. ~~περδοσεληνή~~, Insula est ante Ephesum, cum urbe ejusdem nominis, quam nonnulli, teste Stephano, zodiacogram fugientes, Proroselenem appellari. Meminit hujus insulæ Plin. lib. 5. cap. 31.

**Porphyreon**, porphyreonis, ~~περφυρέων~~, Phœnices oppidum, apud Stephanum, cujus incole Porphyreoni dicuntur, & Porphyreonites.

**Porphyrionē**, ~~περφυρίων~~, Insula est in Propontide ante Cyzicum, Plin. lib. 5. cap. ult.

**Porphyris**, pen. corr. ~~περφυρίς~~, Insula in sinu Laconico sita, quinq; millibus passuum à Maleç promontorio distans: postea Cythera dicta, ob memorabile templum quod in hac insula est Veneri sacrum. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. q; Est & altera ejusdem nominis insula, duodecim non amplius passuum millibus distat à Grido, alio nomine Nisyros appellata. Plin. lib. 5. cap. 3.

**Porphyrionē**, porphyrites, ~~περφυρίτης~~, Oppidum est in ea parte Arabia: quæ Aegypto contermina est, Stephanus.

**Porphyrus**, ~~περφυρός~~, Philosophus patria Tyrius, nobili gente ortus, qui Romæ Aurelianii Cæsaris temporibus claruit. Vnde cum Origene & Amelio cōdiscipulis Plotinum audivit. Multa ejus à Suida enumerantur scripta, in quibus plurima inter se dissidentia reliquit: cujus rei causa putatur, quod quæ prius probaverit, ea postea retractaverit. Pertinacissimus Christiani nominis hostis fuit, quindecim adversus nostram religionem editis voluminibus: quibus postea Methodius, Eusebius, & Apollinaris tringinta apologeticis libris responderunt. Dicitur Porphyrius, ob vestem purpuream qua propter nobilitatem utebatur: quum prius Malchus diceretur.

**Porsenna**, ~~z~~, pen. corr. ~~περσέννα~~, Proprium nomen regis Hetruskorum, qui pro restitutione Tarquinii Superbi adversus Romanos bellum suscepit. Vide Liv. lib. 2. ab Urbe. Martial. lib. 1: Hanc spectate manum Porsena nō potuit. Virgilius verò produxit positione duplicit: Necnon Tarquinium ejectū Porsenna jubebat Accipere.

**Porta Augusta**, Vaccarorum urbs in tractu Tarracensis Hispania: Ptolemaeo lib. 2. cap. 5.

**Pörtünus**, pen. prod. Deus maris habitus est ab antiquis, quæ Græci Palæmona, [παλαιμών] vocant. Germ. Der Meerhafen Gott. Ita dictus à portibus quibus præesse credebatur. Vide in dictione PALÆMON.

**Pôrls**, porti, ~~πόρλις~~, Indiæ rex fuit, ab Alexandro Macedone superatus, deinde & suorum dolo interemptus. Claudianus: Tradita captivo spatio sior India Poro.

**Pôsdœon**, ~~ποσδέων~~, Græcis est mensis, quem nos Decembrem dicimus, à Neptuno nomē habens, quæ illi πορθέων appellat. Pôsideum, sive Posidium, pen. prod. ~~ποσδέων~~, Oppidū in finibus Macedoniz, 1. 5. procul à Strimone amne: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 10. q; Est etiā ejusdem nominis oppidū in Syria Libano monti subjecta: cujus meminit idē Plin. lib. 5. cap. 20. q; Est item Posideum, Ionię promontorium, cū oppido ejusdem nominis, quod olim Branchidaru, & postea Didymæi Apollinis oraculum fuit appellatum. Vide eundem lib. 5. cap. 29.

**Pôsidippus**, ~~ποσιδίππος~~, Comicus Cassandra, Cynisci filius, qui fabulas triginta docuit, teste Suida.

**Pôsdonīā**, ~~ποσδόνια~~, Oppidum maritimum in Lucanis, postea Pæstum appellatum: à quo & vicinum sinum Posidonia tem appellatunt: qui & ipse postea commutato nomine, Pæstanus appellatus est. Autor Plin. libro 3. cap. 5. q; Hoc etiam nomine aliquando dicta est Trozen Peloponnesi urbs: propterea quod τη ποσδόνια: hoc est, Neptuno sacra esset. Autor Strabo lib. 8.

**Pôsdonīus**, ~~ποσδόνιος~~, Philosophus, discipulus & successor Panetii, ex Apamia Syriæ (ut Strabo lib. 14. autor est) sed Rhodius existimat: quia Rhodi vixit, ac philosophatus est: sicut & Apollonius Molō dictus est Rhodius, quū esset Alabandensis: utrumq; audivit Cicero. Hic quum aliquando morbo articulari laboraret gravissime, fertur sèpè dixisse (erat enim Stoicus) Nihil agis dolor, quanvis sis molestus, nunquā te esse confitēbor malum. Venit Romam M. Marcelli tempore, scripsit q; multa. q; Posidonius Olbiopolita, Sophista & Historicus, scripsit post Polybium historiam libris LII, usque ad bellum Ptolemæi aduersus Cyrenæos. Præterea declamationes rhetoricas, & argumenta in orationes Demosthenis. Huc Strabo testatur suo tempore fuisse. q; Posidonius Africæ præfus Augustini contubernialis, cujus etiam vitam scripsit: præterea Homiliarum libros septem: Epistolarum totidem: aliarūq; rerum complures. Autor Ptolemaeus Lucensis.

Posideum. Vide POSIDEV M.

**Posthumia**, Virgo Vestalis, quæ propter elegantiorē cultū in suspicionem venit inceſti, & eo nomine apud Pôtifices accusata est: verum quum nihil præterea aduersus eam probaretur, sententia Pontificis Maximi dicitur absoluta, qui eam iocis in posterum abstinere, sancteq; potius, quam scitè coli iusfit. Vide Liv. lib. 4. ab Urbe.

**Posthumius**, Prænomine Aulus, Dictator in bello Latino, quod Tarquinii fuga excitavit, cū ad generum suum Manilium Tusculanoruſ ducem confugisset, quo in bello collatis signis ad lacum Regiliū, quum victoria utrinque nuraret, Magister equitum Romanis equis frænos detrahit, ut irreocabili impietu ferrentur in hostes: itaque tandem aciem Latinoū Romanū sudere. In eo prælio vii duo juvenes acriter pugnare, quos post pugnam ad præmia quæsitos, Dictator reperire non potuit. Ratus itaque eos Castorem & Pollucem fuisse, eis cōmuni titulo templum dedicavit. Autor Gell. q; Posthumius Tubertus Magister equitum Aemylii Mameri Dictatoris in prima D. statura contra Volscos: mox in eodem bello à Quint. Cincinnato Consule genero suo Dictator datus, de eisdem triumphavit: quam victoriā funestavit mors filii, viri magna virtute: quem quod in iuſſu ejus, occasione rei benè gerendæ pugnam iniſſet, securi percussit. Ex Liv. lib. 4. ab Urbe. q; L. Posthumius, post Cannensem pugnam Consul in Galliam profectus, Bojorum fraude, locorumq; iniquitate circumventus, ne vivus in hostium manus perveniret, mediis sese hostibus immiscens, fortissimè pugnans occubuit. Cujus inventi caput præcedentes Barbari, ovantes in templo obtulerunt, ejusq; deinceps cranio pro sacro vase in solēnibus libationibus usi sunt. Liv. lib. 33. q; Posthumius, prænomine Spurius, cum T. Veturiuſ Romæ consul eo tempore quo Romani aduersus Samnites bellum gerebant, missus cum collega aduersus hostes, exercitum imprudens in locum iniquū deduxit, apud Furcas Caudinas: ubi ab hostibus circumventus, quū nulla evadendi spes esset, fœdissimum cum hoste fœdus pepigit, ut sexcētis Fœquitibus Romanis obsidibus reliquit, reliquū exercitum sub jugum missum, abducere sibi licet. Quæ fœderis conditiones quum à Romanis improbarentur, autor fuit Senatus Posthumius, ut sui, eorumq; deditione, quorum consensu tam ignominiosum fœdus initū erat, fides publica liberaretur. Cujus sententiam secutus Senatus, Consulem utrunque.

trusque, cum duobus Tribunis, ceterisque omnibus qui per fidem spoponderant, hosti vindictos dediderunt. Quos quam illi recipere recusaret, incolumes Romanam redierunt. Nec ita multo post, fuisse à Papirio Cuiusore Samnitibus, & sub jugū missis, recepti: que sexcentis equitibus Romanis, obstitibus, prioris flagitiū infamia oblitterata est. Livius 9. q. Posthumus Albinus Consul adversus Iugurtham missus, pecuniaque ab eo corruptus, insignem ex provincia ignominiam reportavit. Autor Salust. in Iugurtha. Idem postea Proconsulari imperio in Hispaniam missus, de Vacceis & Lusitanis triumphavit reserat Liv. lib. 64.

**P**ostvorta. Dea erat Romanorum ita dicta quod futura propiceret. Macrob. lib. 2. Saturn. Sicut Antevorta, & Postvorta, divinitatis, scilicet aptissimum comites apud Romanos coluntur. Gell. ex Varr. li. 16. c. 16. alia postvorta describere videtur. Quāndo igit, inquis, cōtra naturā sortē cōversi pueri in pedes, brachis plerumq; diductis retineri solēt, egrius q; tunc mulieres enitunt: Hujus periculi deprecādi gratia arē statutē sūt Romanas duab. Carmentibus, quaū altera Postverta nominata est. Prosa altera, à recti, perversiq; partus & postestate, & nomine. **P**otamnus, m̄m̄, Oppidum Atticæ, apud Plin. lib. 4. cap. 7. **P**otentia, m̄m̄, Ptolemy, Oppidum est Piceni. Cicero de Arusp. respōns. Eodem ferē tempore factus in agro Piceno. Potentia nuntiatur terra motus. **P**otidaea, m̄m̄, Vrbs Macedoniz, antec Cassandria dicta, Plin. lib. 2. cap. 58.

**P**otidaniæ, potidanæ, m̄m̄, Vrbs Aetoliz, apud Stephanum, cuius incolæ dicti sunt Potidianates. **P**otina, teste Nonio, Deq nomen apud Romanos, quæ puerorum potui presidere putabatur, sicut Edua corūdem alimentis. q. Est & civitatis nomen in Bœotia, ex qua Glaucus fuit, & à qua Potineus dictus. q. Est & Straboni fons prope Thebas Bœotias. Plin. tam lib. 4. c. 19, oppidum in Magnesia staruit, circa quod ut idem testatur lib. 23. c. 8, a fini p̄st rabici cōflamantur. **P**otterus. [ German. ḡm̄ p̄t̄st̄t̄ Hercul. ] Senis cuiusdam nomen est, quem unā cum Pinario altero sene sacris suis praefecit Hercules. Servius explicans illud Virg. 8. Aen. - primusq; Potitus autor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri: Pinarius, inq; & Potitus, duo senes fuerunt quibus qualiter colli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut manē & vesperi ei sacrificaretur. Perfecto itaq; matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitus prior advenit: Pinarius postea, extis iam redditis. Quare iratus Hercules statuit ut Piniorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis, & complentibus sacra. Hac Servius. Vide de hoc plura apud Fenestellam, & Livium lib. 1.

**P**otnia, m̄m̄, Magnesia oppidum sūt, teste Plin. lib. 4. cap. 9. In hoc oppido Glaucus Sisyphi & Metopes filius, equas humana carne pavisse dicitur, quod cupidiū ferentur in hostem. Verū quārum pabuli ejusmodi copia dec̄sset, vers̄e in rabiem equæ dominum ipsum devorarunt.

P ante R.

**P**raetiliis, practi, m̄m̄, Fluvius est Troadis, inter Lampsacum, & Abydum in Hellesponitū influens, teste Strabon. lib. 13. Memin: hujus fluvii & Homerius in Catalogo.

**P**ragutii, Itala populi, qui Marsis magis Orientales sunt, Ptolemy autore, lib. 3. cap. 1. Hodie vulgus regionem totam Abrozo appellat.

**P**raeneste, generis neutri, & hæc Praeneste, m̄m̄. Stephano. Vulgo Palestina, Oppidum Latii edito in loco, naturaque inuito situm: ita dictum (si Stephano credimus) à Praenesto conditore, Latini filio, Vlyssis & Circes nepote. Alii d̄r̄ aḡw: id est, ab illicibus quæ illuc abundant, nomen accepisse existimat. Pompejus Festus nominis hujus originē ad loci situm reserat, eò quod m̄tibus præstet; unde & altum Praeneste à Virgilio dicitur 7. Aen. Quiq; altum Praeneste colunt. Fuerū qui à Cæculo Vulcani filio conditum putārint: quorum sententie Virgilius quoque subicitibit: Nec Praenestini fundator defuit arcis. Vulcano genitum pecora inter inertia regem, Inventumq; focus omnis quem credidit ætas, Cæculus. Strabo lib. 5: Græcam urbem esse tradidit: cuius rei argumentum hoc afferit, quod olim Polystephanos dicta fuerit. Habuit hoc oppidū nobile Fortune templū, cuius pavimentum lithostrotis gravit L. Sylla, teste Plin. lib. 36. cap. 25. Silius: -sacrīq; dicātū Fortune Praeneste jugis. Fæminin. genere usus est Virg. 8. Aen. Qualis eram, quum primam aciem Praeneste sub ipsa Stravi. Praenestini, pen. prod. Qui Praeneste incolunt. Cic. 2. de Divin. Numerium Sufficiunt, Praenestinorum monumenta declarant, honestum hominem, & nobilem somniis crebris, &c.

Praenestinus, a, um, possessor: ut Dea Praenestina, Ovid. 6. Fast. Sortes Praenestina. Cic. de Div. Fortuna Praenestina, Luca. li. 2. **P**räpennissus, m̄m̄, Oppidū est mediterraneum majoris Mysiz apud Ptolemaeum lib. 5. cap. 2. **P**räpennithus, m̄m̄, Insula maris Aegæi, una Cycla-

dum. Autor Plinius libro 4. capite 12. **P**rätestium, m̄m̄, Oppidum est Piceni, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1. Inde sūnt Prätestios, a, um: ut, Pubes, prætestia, apud Sil. lib. 15. Et Prätestianus, na, num: ut, Prätestianus ager, apud Plin. lib. 3. cap. 13. & 14.

**P**rasii, m̄m̄, Indic populi, quorum metropolis est Palibrota. Plin. lib. 6. cap. 19.

**P**rasitæ, m̄m̄, Oppidum maritimum sūt in ora Laconica nō procul ab ostio Iaochi fluminis: cuius meminit Thucyd. bell. Pelopon. lib. 2.

**P**raxaspes, m̄m̄, Nobilis Persa, qui Smerdim Cambyses fratrem iussi regis occidit, cuius facinoris cōscientia adactus poeta in maximo Persarum conventu, ex edit. clima turse se precipitem dedit Vide Herod. lib. 3.

**P**raxagoras, m̄m̄, Nobilis medicus fuit, cuius aliquoties meminit Plinius.

**P**raxidēs, a, m̄m̄, Deo nomen, cuius non statuam integrum, sed caput tanūm in templis dedicabat. Hanc Mnaseas Soteris uxorem facit, candemq; sororem, Concordię & virtutis matrem. Autor Suidas. Stephanus Praxidēs Nympha fuisse tradit, que ex Tremilete Cragum peperit, à quo Lycte mons nomen accepit.

**P**raxitēs, pen. corr. [ m̄m̄. Germ. Ein betempter Habs. hantur. ] Statuarius, marmor, nobilitatus, & præcipue dupliciti Veneti, Gnidia & Coa, quarum illam maximè nobilitavit vesanus adolescentis cuiusdam amor, qui noctu in templo dilectus simulacro cohæsit: & Nicomedis regis astimatio grandi Gnidiorum ære aīeno permuteat eam constans. Natu di. itur in extrema Italiz ora, quam Magnam Græciā olim appellabant: deinde propter artis præfā: iam civitate Romana donatus: quam multis etiam egregius signis ornavit: ex quibus à Plinio commemorantur Triptolemus, Flora, Cetes in hortis Servilianis, Boni eventus, & Bone fortunę simulacia in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & Caryatidas, & Sileai in Asinii Pollio monumētis, & Apollo, & Neptunus, aliaq; nonnulla quæ vide apud Plin. lib. 34. cap 8. & lib. 37. cap. 5. de hoc etiam Propertius: Praxitem Patruis vindicat arte lapis.

**P**recūs. Lacus nomen est, apud Cic. in Orat. pro Milone.

**P**riamus, pen. corr. [ m̄m̄. Germ. Ein König der Trojanten von der Baute Paridis. ] Laomedontis Trojanorum regis filius dñs & m̄m̄, quod est emere, autore Servio Nam puer ab Hercule, qui patrē Laomedontem interfecit, captus cū Hesiona sorore, solus pecunia redimri poruit: vel secundūm alios: quia Hercules eum à vicinis hostibus redemptum in paterno regno locavit. eum à love originē traxisse ferunt. Dardanus enim filius fuit Iovis ex Elect. 2. cuius filius fuit Eriichonius. Hic filium habet Trojānū, qui regionem quæ à Dardano Dardania dicebat, Trojam a se dixit. Hujus filiu fuerunt Assarus, & Ilius, qui urbē torius regionis caput, Ilium à le vocavit. Hic filium habuit Laomedonte, qui pater fuit Priami. At Priamus ipse, patre ab Hercule interfecto, auro redemptus, ilio instauravit simul & exornavit, regniq; limites usq; ad cōprolūtūtū non solum Trojā, sed totius ferē Alīz rex videtur. Hecubam filiam Cissi regis Thracię uxorem duxit habuitq; teste Cicerone Tuse. Quæst lib. 1. filios quinquaginta, quorū decēm & septēm ex iusta uxore sunt natū, ex quibus sunt & Paris, qui repetiturus Hesionem sororem, in Græciam profectus, Menelao Helenam uxorem rapuit: unde ortum est bellum decennale à Græcis Trojanos, in quo vidit filios suos tētē omnes ab hostibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipse à Pyrrho Achillis filio occisus est prope aram Iovis Hercæi, insanguine Polite filii, ut est apud Virg. lib. 2. Aen. forsitan & Priamus fuit quæ fata requiras, &c. At verò illi frater Assarus Capyn genuit, ex quo Anchises, & ex illo Aeneas. Ovid. lib. 4. Fast. q A Priamo fit Priamidēs patronymicum prima long: & Priameius, a, um, prima brevi. & Fuit & Priamus aliis Polite filius superioris nepos, quem Aeneas ex Trojā excidio secum in Italiam duxerat. Virg lib. 5. Aen. Una acies juvenum dicit, quām parvus ovantem Nomen avi referens Priamus, tua clara Polite Progenies auctura Italos, &c.

**P**riapūs, m̄m̄, Insula est in sinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 32.

**P**riapūs, penult. prod. [ m̄m̄. German. Ein Gott der Männer / den mahlt man mit einem sehr grossen Männerchen gild. ] Liberi patris & Veneris filius, quæ superstitiose antiquitas hortorum præsidem erē dedit. Horat. 1. Serm. Sat. 8: Olim truncus eram siculnus inutile lignum. Quum faber addubitans scandūm facerētne Priapum, Maluit esse deum: deus hinc ego sum, aviumq; Maxima formido. Idem & Lampsacenus dicitur, à Lampsaco non ignobili Troadis urbe ad Hellesponitum sita, in qua & natus creditur.

**P**riapēla, m̄m̄, Carmen obscenū, quod nonnulli Virgilii: Ovidio: alii alii ascribunt,

Priapūs

**Priapismus.** *πριαπισμός, πριαπίσμος.* Morbus est quem genitale membrum in longitudinem protenditur, & in circulum intus incit sine Veneris appetitu: quod vitiū genus iis potissimum solet usuvenire, qui supini cubare consueverunt. Ratio nominis deducta est à Priapo obsceno horotorū deo, quod qui hoc viri laborant, colem justō mājorem habere consueverint, & instat Priapei membra affidū extensum. Vide plura de hoc apud Galib. 8, de Locis affectis.

**Priapus Helleponti urbs,** teste Plin. lib. 5, cap. 32, à Priapo Liberi & Veneris filio condita: seu ut alii volunt, à Milesiis nomine Priapi. Coepit est enim ibi colō ob vineta uberrima quæ juxta eam in Pariana & Lampsacena regione sunt, autor Strabo lib. 1.

**Priene,** *πριήνη.* Urbs maritima (ut inquit Strabo lib. 12. 13, & 14.) quæ invenit Mæandri fluminis inter ipsam, Miletumq; labentis, mediterranea facta est, Blante alumna nobilis, qui patria aliquando ab hostibus capta, quum reliqui omnes fugientes aliquid rerum suarum asportarent, interrogatus ipse cur adeò nil esset: Omnia (inquit) mea mecum fero: summas divitias in animo statuens. Meminit hujus Cic. in Parad. Prienæ, & Prienensis. Sidonius: Prienæ Bia, quod plus tibi turba malorum.

**Priscianus.** Grammaticus Cæsariensis fuit, qui tempore Iuliani principis floruit. Scriptis de Arte Grammatica ad Iulianum Consulem ad Costœn verò Persarum regem librum de Naturali questionibus: Dionysiumq; de Situ orbis Latinitate dedit. Sunt qui scribant hunc ab initio Christianum, deinde fiduci desertorem fuisse. Volaterranus.

**Priscus Helvidius.** Sub Neroni Quæstori Achaiam administravit, Quæstoriusq; adhuc à Pæto Thrasea gener adscitus, è moribus, socii nihil æquè ac libertatem hausit, opum contemtor, recti pericula, constans adversus metus. Erant quibus appetentior fama videbatur. Hæc Tacitus. Probus quoq; Grammaticus de eodem sic: Priscus (inquit) post damnatione Thraseæ socii sui, interdicta sibi Italia, Apollonianum concessit. Sed post intersectum Neronem restitutus à Gæbâ, non aliter quam in libera civitatis statu egit. Idem postea Vespasianum in Studio libertatis offendit, ut putaret, id adoptante Clodio, pristinū libertatis statum posse revocare. Quo nomine reus, ac præter spem absolvitus est. Haec tenus Probus. q Priscus alter, Panites genere, sophista, Theodosii junioris epistolarum magister fuit, qui se scribit à Cæsare missum fuisse oratorem in Scythiam, ad Attilam Hunnorum regem: ac ejus regiam pulchritudinem describit, magnifico opere, sumptuosoque fastu. Scripsit historiam Constantinoopolitanam, & ipsius Attilæ libris VIII. Præterea declamationes & epistles, ut est autor Suidas.

**Privernum,** priverni, *πριβέρνη.* Stephano, Urbs Volscorum, Camiliæ patria. Virg. 11. Aen. Pulsus ob invidiā regnū, viresq; superbas, Priverno antiqua Metabas quum excederet Urbe. Hujus incolæ dicuntur Privernates, quorum meminit Plin. lib. 3, cap. 5.

**Privernas, privernatis:** Ut Privernata vina, quæ inter generosa Italie numerantur Plin. lib. 14. cap. 6.

**Privernus,** Viti præceptum nomen, apud Maronem lib. 9: Privernum Capys, &c.

**Proæræstius,** *προαιρέτης.* Insignis Sophista fuit, ex Cæsarea Cappadociæ: qui adhuc adolescentis Antiochiam venit, per motu fama Vipiani dicendi magistri, apudq; cum primas tulit. Cum quo parvo post tempore Athenas profectus, sub Iuliano Sophista aded profectus ut primus inter audidores esset. Accersitus inde in Galliam a Constantino principe, Hephaestionem condiculum eomitem sibi adjunxit: summoq; honore apud Cæsarem habitus: aliquando post Romanum perit: ubi aliquot annos magna nominis fama moratus, tandem operibus ac honoribus auctus, Athenas rediit, ubi magno exceptus, applausu, extempore orationem habuit in theatro. Contemporaneum habuit Libanum Sophistam, teste Suida.

**Proa, erum,** *πρώα.* Oppidum Thessaliz est apud Steph. Probælinthiū, *πρωβαλίνθη.* Oppidum fuit Attica, teste Plin. lib. 4 cap. 7, quod jam tum interierat.

**Probus,** Berytus Grammaticus, Romæ docuit, non tam enat magistri personam sustineret: unum & alterū, vel quum plurimum tres aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, cubansq; inter longos & vulgares sermones legere quædam, idq; perraro. Namis curva & exigua de quibusdam minutis questionibus edidit. Reliquit autem non mediocrem sylvam observationum sermonis antiqui. Ab initio enim ad studia se coniuit, postquam in militia diu Centuriatum frustra petiisse. Hæc ex Tranquillo.

**Procas,** *πρόκας.* Rex Albanorū fuit, pater Amulii & Numitoris, & avus Romuli & Remi, cuius meminit Liv. lib. 1. ab Urbe condita. Virg. 6. Aen. Proximus ille Procas Trojanæ gloria gentis. Procæstis, *προαιρέτης;* Oppidum Bithyniæ, ad Bosporum

Thracium, è regione Byzantii, quod notiore nomine Chalcodon appellatur. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

**Prochyta,** *προχύτης, προχύτης, προχύτης.* Insula in Puteolano-sinu: dicta quasi profusa, λαθεγχυτης, quod est profundere. Fuerunt enim latitudes vicinas insulæ mantem teretem rotundum cōcūsum, insulâ hanc fadisse. At Dionysius lib. 1. scribit, Prochyram dicta esse à nutrice Aeneæ ejusdem nominis, de hac Virg. lib. 9. Aen. Tū sonitu Prochyta alta tremuit. Proculius, Grammaticus, cuius meminit Seneca, vir suis temporibus doctissimus fuit, qui in Itinerario cōmemorat apud Memphis, in aurea columna Aegyptiis literis scriptum fuisse, tunc demur Aegyptum liberam fore, quum in eam venissent Romani fasces. Autor Lampridius.

**Proclus,** *προκλῆς.* Lycius, discipulus Syriani, philosophus Platonicus, præfuit scholæ Atheniens: cuius discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scriptis plura in Grammatica & Philosophia: Commentarios in totum Homētum, in Hesiodes ēργα Επιμητης in Remp. Platonis: præterea contra Christianos Epicheremata XVIII. Hic est Proclus, qui post Porphyrium secundus cōtra nos latravit: aduersus quæ Iohannes cognomento Grammaticus scriptū apologiā, dicitans eum, quanquam in rebus Græcorū magnum, stultum tamē esse, & in hac parte indoctū. Autor Suidas. Is etiam est cuius hodie commentarios in Platone habemus. Praeceptor fuit M. Antonini, à quo ad Consulatum usque proiectus est, ut scribit Spartanus. q Proclus item alias fuit Malleotes patria, qui scripsit in Sophismata Diogenis, & cōtra Epicurum. q Proclus cognomento Proculius, à Laodicea Syriæ, qui scripsit mythologiam, in fabulam Pandoræ, apud Heliodium: item Aures carmine Ithagene in Arithmeticā Nicomachi, & alia quædam in geometria. q Proclum Naucratiticam his Philostriatus addit, quæ dicit unum fuisse ex suis præceptoribus, ac docuisse Athenis, filiumq; habuisse luxi deditum, in quem non modò non servus fuit, verum etiam usq; aded indulgens, ut in alendis canibus, avibusq; ei adcessit, dictans has nugas cum citius eū senibus dimisurum, quam cum æqualibus. In docendo hunc ornatus tertius servasse morem, ut ab initio à d. scipulis centū drachmas pro totius temporis merci cede acciperet, bibliotheca domi publicata: ut illi solūm lectioni intēti, dum cogi entur, minimè per otium, uti moris est in ludo, mutuis inter se iugis, sibilesve pestercent. Philostratus.

**Proconnesius,** *προκόνης.* Vulgo Marmora. Insula Propontidis, ante Cyzicū, alio nomine Elaphonnesus dicta: utroq; nomine à cervis deducto. Hinc Procanthus, si. sium. Plin. lib. 3. cap. ult. **Procopius,** *προκόπιος.* E Cæsarea Palæstinæ orator & sophista: scripsit res Iustiniani quæ in Oriente, aut Occidente, aut Africa per Belisarium Patriciū gesserat. Cuius scriba & comes in cūltis expeditionibus fuit. Composuit item alteū librum, quem inscripsit αὐτὸν: id est, non edenda, sive non edita: Iustiniani, & ejus uxoris Theodoræ vituperationem continet. Autor Suidas. q Procopius, alijs fuit tyrannus Constantinopolitanus, qui insurgens contra Valentem principē apud Natolim Phrygiæ civitatem, in ejus potestatem cum exercitu venit, proditus a duobus militibus: alligatus deinde duabus per vim reflexis arboribus, disceperitus est: de proditoribus etiā sumptum supplicium. Ex historia tripartita.

**Procris,** *προκρις.* Erechthei Atheniensium regis filia fuit, & sacerdot Orithie, quæ Cephalo nupsit: qui quum castitatis uxoris suæ periculum facere vellet, Aurora opera, quæ illum adamabat, in mercatorem mutatus, ingentibus manusribus illius perdicitionem sollicitavat: quūq; illa pretiū magitudine propinquum succumbet. Cephalus recepta priori forma, perfidiam illi exprobavit. Quod Procris quum inficias ire non posset, pudore impulsu, relicto viro, domumq; ejus perora, in fylax se se, locaq; deserta contulit. Tandem tamen viro reconciliata, jaculum ei inevitabile, & canem Lælapa nomine dedit, quæ à Minoë dono accepérat. Postea quum à rustico quopiā audiisset, Cephalum Auræ cujusdam amore teneri (cuius ille nomen inter venandum, quum æstu laboraret, sibi inculcabant) in fructis se se occultavit, ut pellicē deprehenderet. Quid itaque Cephalus æstu, laboreq; fatigatus, se ad virginem recipiat, & sub arboris quadā umbra recumbens, Auram ex ore invocaret. Procris suspicata jam pellicem affuturam, quod tem onanem melius cognoscet se se eti gens, virgulta cōtrahit. Quare animadversa, Cephalus feram ratus, jaculum suum emisit, uxoremq; charissimā in evitabili æstu interfecit. [Ger. Ein Tochter Iphiclis, und ein Brant Cephalus des Jägers, welche er her nach hinter einer Barden unwillentlich erschossen hat.] Fabulâ hanc latius exequitur Ovid lib. 7 Metamorph.

**Procrustes,** *προκρύτης.* Plutarchio in Romu. Latro insignis in Attica regione, ad Cephenum flumen habitans: qui hospites intermixte solitus, tandem à Theseo est interfecit. Ovidius 7. Met. - tellus Epidauria per te Clavigeram vidit Vulcani oē cumberc prolem: Vedit & iomitem Cephisia ora Procrusten.

**Proculeius.**, ut scribit Acron Horatii, interpres, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui ad eum prius ex gastrates suos Scipionem & Murcianum fuit, ut ipolitis belli civili patrimonium suum ex integro divisit, quod cum eis jam ante diuisisset. Hæc Acron apud Horatium, lib. 2. Carm. Hujus meminit & Plutarchus in vita Antonii, dicens Antonium paulo antequam expiraret, admonuisse reginam Cleopatram, ut sibi ac rebus suis consulere: & maximè omnium, qui cum Cæsare Augusto erant, Proculeio se crederet. Mortuus Antonio Augus tus Proculeium misit, ut curaret Cleopatram vivam in suam potestatem perducendam: quemq; illa arrepto ene se vellit sibi mortem inferte, Proculeius enim è manibus ademit.

**Procutes.** Vide P R O C R U S T E S.

**Prodicus.** pen. prod. *προδίκος*. Philosophus fuit patria Cous: cuius quanta fuerit autontas, ex Xenophonte deprehendere licet, qui in Boeotia captus, vadem pro reditu dedit. In consilio Atheniensium magnam est laudem adeptus, quanquam voce graviore atque absonta. Conatusq; est in ea civitate primarios ex nobilissimis familiis adolescentes sibi devincire, quorum hospitium usui sibi & voluptati foret. Hæc ex Philostrato. Suidas autem dicit Ceum cum fuisse ex Iulide oppido, & Democriti ac Georgi temporibus floruisse, librumq; editissimum qui inscribitur Πρόδικος, in quo finxit Herculem virtuti pariter ac voluptati congressum, & utraque hunc ad se trahente, tandem à virtute perlungum, alteram sprevisse. Fuit & Prodigus alius, medicus, ex Selymbria civitate, Hippocratis discipulus, qui primus latræpticem instituit, teste Plinio, libro 29. capite 1.

**Proctides.** *προκτίδες*. Procti Argivorum regis, & Antiz filiæ fuerunt: quæ quæ forma essent præstantissima, se lunoni aufæ sunt præferre: quare irata dea talem eis immisit furorem, ut vaccas se esse arbitrarentur, & ad sylvas consugerent. Postea autem hellebori saepe à Melampode dicuntur: unde quod-dam hellebori genus, Melampodi nomen accepit, teste Plin. lib. 25. cap. 5. Virgil. in Sileno: Proctides implerunt falsis mutigibus agros.

**Proetus.** *προτύς*. Abantis regis Argivorum filius, cui etiæ successit in regno. Vxorem habuit Aptiam, ex qua quatuor filias genuit, quæ à patris nomine dictæ sunt proctides, poëtarum fabulis celeberrimæ: de quibus vide plura in dictione præcedenti, & suprà in voce M E L A M P O D I U M.

**Progne.** *πρόγνη*. Ger. Ein Tochter Pandion des Königs zu Athen/ die Frau des Königs in Thracia.] Pandionis Atheniensium Regis filia fuit, & soror Philomelæ, quæ Tereo Thracum Regi matrimonio juncta est, ex qua filium Itym suscepit. Hæc quæ desiderio videndæ sororis testetur, exoravit virum ut Athenas præfectus Philomelam ad se duceret. Qui mandata peragens, advenatum Philomelam à Pandione impetravit. Verum quæ in itinere essent, in libidinem mulieris exardens, quavis repugnante comprescit: & ne facti obsecnitatem exprimere posset, linguam ei abscindit & servo in vinculis custodiendam tradit: reversusq; ad uxorem, maris naufragio perire simulat. Philomela interim tædio carceris affecta, rem omnem uti gesta fuerat, acu in tenuissima tela depinxit: hanc ancillæ Progne claram deferendam tradidit. Progne rite intellexit, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam Orgiorum dies advenit, thyrsis & pellibus pro more instructa sororem è carcere eripit, codemque induitam habitu ad regiam ducit: ibi q; furia exagitata arreptum Itym filium interficit, viroq; domum redeuati epulandum apponit. Qui tandem recognita ex pueri capite, quod Progne sub finem coenæ per sororem asserendum curavit, dum fugientem uxorem suribundus persequitur, mutata deorum commissatione in hirundinem vident, quæ consuetudinem habitandi intra hominū teatæ semper servavit. Ipse autem in upupam, avem satis notam, conversus est, ideoque militatæ cristam adhuc in capite gerit, & quasi adhuc filium queritans, clamat τις, τις, quod significat ubi, ubi. Itys autem in phasianum, quæ avis frequens est juxta Phasim fluvium in Colchis. At Philomela in avem conversa est sui nominis, quæ ne nunc quidem cessat dñe cantu dulcissimo injuriam quam paulo ante clinguis promere non poterat. Vide hanc fabulam latius apud Ovid. lib. 6. Metamorph. Gorgias tamen apud Aristotelem lib. 3. Rheticorum, existimat Philomelam in hirundinem, Prognem: sororem ipsius in lusciniam conversam fuisse. Quam etiam opinionem sequutus est M. Varro: Lusciniola, inquit, luctuosa canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. Ad quod alludit Virgilius, quum inquit: Quas illi Philomela dapes.

**Prometheus.** penult. prod. *προμέθευς*. Ger. Ein Krieger/ und sarkistiger Mann/ welcher als die Poeten dichten/ Menschen gemacht hat/ und demnach das Seine vom Himmel geflossen/ und es ihnen mitgetheilt. ] Filius Iapeti, & pater Deucalionis, qui hominem ex luce

ro dicitur formasse, & ex celesti ignae animasse. Prometheus, bulam sic refert Servius: Prometheus (*inquit*) post factos à se homines, dicitur auxilio Minervæ cœlum ascendisse, & adhibita facula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicavit: Ob quam causam irati dei, duo mala immiserunt terris, febres, & morbos, sicut & Sappho & Mesiodus memo. Et Quod tangit & Horatius, dicens: - post ignem aetheræ domo subductum, macies, & nova febris Terris incubuit cohors. Ipsum etiam Prometheus in monte Caucaso per Mercurium religaverunt ad fax: & adhibita aquila est, que ejus cor exederet. Hæc autem omnia non sine ratione singulantur. Nam Prometheus vir prudenterissimus fuit. Vade etiam Prometheus dictus est, δε τὸν προμέθευτα: id est, à providentia. Hic primus Astrologiam Assyriis indicavit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura & sollicitudine, deprehenderat. Hic autem mōs positus est circa Assyrios, vicinus penè sideribus. Unde etiam majora astra demonstrat, & diligenter, eorum ortus, occasusq; significat. Dicitur etiam aquila cor ejus exedere, quod d. προμέθευς est sollicitudo, qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Ex hoc quia per prudentiam fecit, ducce Mercurio, qui prudenter & ratio nis deus est, ad fax dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicavit: unde cœlestem ignem dicitur esse fatus. Nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit donec eo bene fuit. Nam postea malo hominum usu, in perniciem eorum versus est: sicut in Livio lectum est de Tullo Hostilio, qui eo igni exstus est cum omnibus suis. Numa vero Pomplius impune eo usus est tantum in sacris deorum. Hinc est quod igne rapto, mortalibus morbi ab iratis numinibus dicuntur immissi. Haec etiam Servius enarrans illud Virgil. 6. Eclogæ: Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna, Caucasasq; refert volucres, furtuq; Promethei. *¶* Prometheus fit Promethides patronymicum masculinum.

**Pronastræ.** *πρωνάστραι*, antiqui populi Boeotia, Steph.

**Propertiūs.** Elegiarum Poëta ex Mevania oppido oriundus quod in Umbria est, ut ipse autor copiosè testatur. Sunt qui scribant ejus patrem Equestri dignitate ornatum, ac Triumvirali potestate fuisse: tunc inter eos connumeratum quidam Antonium secuti, Perusia capta ex Octavio Cæsaris autoritate, ad aram Divi Iulii perduicti, ibidem occisi fuerunt. Illud omnino constat, hunc Propertium magna ex parte amissis bonis, Romanum se recepisse, qui patrem suum in tenera adhuc state amississe quod illis verbis appetat: Aspice me cui parva domus fortuna relicta est, Nullus & antiquo. Marte triumphus avi. Ex Crinito.

**Propœtidæ.** *πρωπετίδες*. Puellæ fuerunt Cypriz, ex Amathonte urbe, quæ quod Veneris numen aspernarentur, ab irata dea adeo percitæ sunt libidinis desiderio, ut corpora passim iacti, viis prostituerent: unde factus est locus fabulæ, Propœtidæ in faxa fuisse mutatas, quod abjecto omni pudore, velut laxa induruerint. Ovid. 10. Metamorph. Sunt tamen obsecnæ. Venetæ Propœtidæ ausæ. Elæ negare deam: pro qua sua numeris ira Corpora cum forma primò vulgasse feruntur. Vtq; pudor cessit, sanguisq; indurit oris, In rigidum parto silicem discrimine veritæ.

**Propontis.** Propontidis, *πρωπόντιδες*. Ger. Das Meer zwischen dem Hellesponto, und dem engen Meerstrand in Thracia gelegen heißt jetzt Mare S. Georgi. ] Vno nomine dicitur totū illud mare quod ab Hellesponti angustiis ad Thraciam usq; Bosphorus pretenditur. Nam Geographi primas angustias mariis Aegæis coarctantis, Hellespontum vocat. Inde expatiatur æquor: quæ laxitas Propontis appellatur. Vbi iterum in arctu coit, & strigatur, illæ angustæ Bosphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effunditur, Pontus Euxinus, qui cuvatus in figurâ Scythæ a circu committitur ostio Maeotidis paludis: idq; ostium, Cimmerius Bosphorus vocatur.

**Proponiacæ.** ca, cum, *πρωπονίκæ*. Ovid. li. 1. Fast. Hincq; Propontiacis hærentem Cyzicon oris.

**Prosci.** Limites dicti, qui spectabant ad Orientem: transversi, qui ad Meridianum. Ex Hygено.

**Prosa.** Vide in APPELL.

**Proserpinæ.** pen. corr. *πρωσερφίην*. Ger. Ein Tochter Iouis, und Cereris, welche Pluto, auf Sicilia für Hellen entführt hat. ] Iovis & Cereris filia, quæ quæ in campis Enæis flores legerit, à Plutone rapta est. Quam quæ Ceres diu frustâ toto terrarum orbis investigasset, tandem à Cyane Nympha rem omnem edoceta, petuit à Iove ut communem suam ab inferis sibi reducere liceret: quod ea dñraxat lege impetravit, si nihil illa cibi apud inferos gustasset. Quare quæ Ascalaphi judicio palam factum esset, aliquot malum punici grana illam gustasse, omnis reditus spes illi fuit interclusa. Quod ægræ ferens Proserpinæ, Ascalaphum consummatum in bubone noctis aven, & tristum temper serum duntiam. Postea tamen Ceres à Iove dicitur im-

erit impetrasset ut Proserpinæ senis quotannis mensis secundum apud superos, & totidem apud inferos cum marito esse licet. Quod Poëtarum commentum Mythologici ad Lunæ naturam referunt, (quam Proserpinæ nomine intelligunt) quæ æquali temporis spatio superius & inferius hemisphaerium illustrat. Hæc terè Servius in illud Virgil. 1. Georg. Quamvis Elysios miretur Græcia campos, Nec reperita sequi cureret Proserpina matrem.

**Prōsōpōn**, Ἀσπόποντος, Insula nō longè à Carthagine: cuius incola Prospōni dicuntur, vel Prospōtæ, Stephanus.

**Prōsōpōptis**, idis, Ἀσπόποντις, Insula est in Delta Nili, novem schœnorum ambitu, urbem habens Atarbechim, ex qua nave proficisciunt ad tollenda tota Aegypto boum, aliorumq; pecorum offa, quæ religiosè apud Aegyptos sepeliuntur. Autor Herodot. lib. 2.

**Prōtagorās**, pen. corr. Πρωταγόρας, Philosophus Abderides fuit: aut, ut alii malunt, Tejas, natus Menædro patre Thracum locupletissimo, qui & Xerxem adversus Græcos proficisci centem, domo, munerebusq; exceptit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant, facta à rege potestate, ejus filium Protagoram, tunc adolescentem sua disciplina erudierunt. Nam in iussu regis eam communicare non licebat, propterea quod religionem peccatis subverteret, in dubium vocans num omnino essent dii. Quare & clām sacrificabant Magi, ne aperta religionis professione diis servire, aut per illos non nihil posse viderentur. Hac itaq; disciplina imbutus Protagoras, librum quendam in hanc sententiam exorsus est: Dii sint, necne, satis statuere non possum. Nam cùm alia complura id sciri prohibeant, tum summa rei incertitudo & brevitas vitæ. Hunc itaque librum quum Atheis recitasset, à Pythodoro Polyzeli filio impietas nomine in judicium vocatus, & in exilium actus est, scriptaq; ejus publicè sunt exusta. Quumq; sparsis toto orbe tritemes Atheniensium videret, parvo se navigio credens, insulas lustravit, ubi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpisse. Igitur Plato quū videret eum arte rhetorica intumescerent, verbaq; ex poëtica plus justo ostentantem, Dialogum in eum conscripsit, quo mores ejus & ingenium graphicè delineavit. De morte ejus varia traduntur. Quidam naufragio periisse volunt, quum in Siciliam navigaret. Alii itineris labore fatigatum in via defecisse, quum ad annum non nagefum pervenisset. Hic primus omnium mercede docuit, minas centum à singulis exigens. Philosophus habitus fuit parum syncerus, qui rebus ommissis, verbis anxiè insisteret, captiosisque argumentatiunculis veritatem obsturaret. Hæc partim ex Philostrato, partim ex Laertio decerpimus. q; Protagoras alias fuit Astrologus, in quæ Euphorion Epicedium scriptit. q; Alius item Stoicus, Diogene Laertio auctore.

**Prōtagoræus**, adjективum, sicut à Protagorās, Pythagoræus. Gell. lib. 5. cap. 11: Existimat quidam etiam illud Biantis viri sapientis ac nobilis responsum consimile esse, atq; est Protagoræum illud de quo dixi modò.

**Prōte**, πρότη, Insula est in majori Ionio contra Aetolianam sita, una ex Stoechadibus, Plin. lib. 3. cap. 5.

**Prōtesilāus**, [πρωτεῖλαος]. Ger. Einer auf den scheinbarsten Orte[n] welche für Trojam gehogen sind / der auch zum ersten erschlagen worden.] Filius fuit Iphicli, & unus ex Græciæ principib[us] qui ad bellum Trojanum profecti sunt. Nam quanvis audivisset à vatisbus, se primum omnium in bello Trojano perituru, si cō proficisceretur, contemptis nihilominus vaticinis, unā cum ceteris duebus profectus est: quumq; omnium primum è navi in terram exisset, & in Hecatorem incidisset, primus Græcum omnium ab illo est interfactus: Vnde non sine ore quodam, & futuræ mortis præfigiō Proteſilaus videtur appellatus. Ausonius: Proteſila[t]i nomen sic fata dederunt: Victima quod Trojæ prima futurus eras. Vxorē habuit Lao-damiam, Acasti filiam, quæ quum ejus interitum recessisset, hoc unum doloris sui solarium petiit, ut mortui umbram posset intueri: quod quum à diis impetrasset, in illius amplexibus expravit.

**Prōteus**, per duas syllabas, [πρωτεῦς]. Ger. Ein Sohn Oceanis, und Tethys, welcher sich in alterley gestalten hat verwandten können.] Deus marianus fuit, ut Poëtae fabulantur, Oceani & Tethys filius, Neptuni Phocas in mari pascens, idemq; vaticinatorum peritissimus, & in quamlibet formam sese transmutans, quem sic describit Virgil. 4. Georg. Est in Carpathio Neptuni gurgitevates Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor, Et juncto bipedum currū metitur equorum. Hic nunc Emathia portus, patriamq; revisit Pallenē: hunc & Nymphæ veneramus, & ipse Grandævus Nereus: novit nanque omnia vates, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Quippe ita Neptuno visum est, immannia cuius Armenta, & turpes pacit sub gurgite Phocas. q; Fuit item Proteus, Aegypti rex, patria Memphites, qui Phœnici in regnum successit; regnavitq;

belli Trojani temporibus. Tradit enim Herodotus libro 2, Paridem quum rapta Helena patriam repeteret, vi tempestatis ad Canopicum Nili ostium fuisse appulsum captumque à Thoni regionis ejus præfecto ad Proteum Regem missum fuisse: qui quum ex servis Alexandri cognovisset, mulierem quam ille secum vehebat, hospitis illius uxorem esse, absenteque viro raptam fuisse, perfidiam hominis detestatus, illum quidem triduo finibus suis exceedere jussit: Helenam vero cum omnibus opibus, quas ille direpta Spartæ secum vehebat, Menelaō integrum servavit. Expugnato itaque illo quum Menelaus revera cognovisset, uxorem ed nunquam adveniat fuisse, sed à Proteo retentam, Canobi gubernatoris duetu in Aegyptum navigavit: qui quū ibi diem suum obiisset, Canobico ostio nō nō fecit. Menelaus aut adito Proteo, uxorem suam liberalissime ab eo habitam, cum opibus universis recepit. Ad quam opinionē videtur respicere & Virg. 11. Aen. quum ait: Atrides Protei Menelaus ad usque columnas Exulat. Quæ vero de Protei mutabilitate Poëtae sunt commenti, ab Aegyptiorum Regum consuetudine videntur emanasse. Illis enim, teste Diodoro, mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre, insignia principatus: quandoq; vero arboreum, aliquando ignem, quandoq; redolentia supra caput unguenta. Hæc tum ad decorē spectabant, atq; ornatum: tum stuporem, ac superstitionē quandam apicentibus injiciebāt. Vnde factus est locus fabulæ: Proteū in ea omnia quæcunq; capite gestabat, solere transformari. Prōthōēnōr, προθοένωρ, Homero teste Iliad. 2, unus ex quinque Bœotiorum principibus, qui ad Trojam cum Græcis profecti sunt.

**Prōthōēnōr**, προθοένωρ, Tenchredonis filius, dux eoru qui ex Magnesia ad Trojam venit, teste Homer. lib. 2. Iliad.

**Prōtōgēnēs**, pen. corr. πρωτογένης, Pictor nobilis fuit, patria Caunus, (est autem Caunus Cariæ oppidum, Rhodiis olim subiectum,) cuius summum initio pauperitas fuit, artisq; accurassima intentio: unde & minor fertilitas. Palmam habet tabularū ejus Ialysus, qui est Romæ dicatus, in templo Pacis: quem quum pingerebat, traditur madidis lupinis vixisse: quoniam simul famam sustineret, & sitim ne seculis nimia dulcedine obstrueret. Hunc picturæ quater colorē induxit subfidio injuriae & vetustatis, ut decadente superiore, inferior succederet. Est in ea canis mirè factus, ut quem pariter casus & ars pinxerit. Nō judicabat se exprimere in eo spumam anhelantis posse quam in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) sibi ipse satisficeret. Displiebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longius à veritate discedere, spumaq; illa pingi, non ex ore nasci: anxiō animi cruciatu quum in pictura verum esse, non verisimile vellet, abstulerat sœpius, mutaveratq; penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremò iratus arti quod intelligeretur, spögiam eam impegit inviso loco tabulae, ex illaq; repositi ablatos cōlōres, qualiter cura optaverat, fecitq; in pictura fortunæ naturam. Vide plura de hoc apud Plinius lib. 35. cap. 10. q; Iuvenal. Satyr. 3, Protogenem accipere videtur pro Græculo quoipiam nobilis, aut certè nobilitatis existimationem acupante, alludens opinor ad vocis etymon, quo quis primo genere ortus significatur: aut certè protere quod id nomē sua ætate frequens, tritumq; esset Græcis: Non est (inquit) Romano cuiquā locus hic ubi regnat Protagenes aliquis, aut Diphilus, aut Etymantus.

**Prōtōgēnēs**, πρωτογένης, Nomen Deucalionis & Pyrrhæ filiæ, Autor Aristarchus in Decimū Odysseæ. q; Fuit præterea hoc nomine una ex filiabus Erechthei Atheniensis Regis, quæ se pro patriæ salute jugulandas præbuerunt.

**Prōtūs**, πρώτος, Illustris cuiusdā Phocensis nomen, qui à Gallos benignè exceptus, Massiliam non procul à Rhodani ostio condidit Autor Plutarchus in Solone.

**Prōxēnūpōlīs**, προξενόπολις, Vrbs Aegypti, juxta Naucratia. Gentile, Proxenopolites. Steph.

**Prūsā**, προυσα, Oppidum est Bithyniæ Phrygibus & Mysis finitimum, à Prusa rege, qui cum Cyro bellum gesit, ad radices Olympi montis conditum. Autor Strab. lib. 12, quanvis Plin. lib. 5. cap. 32, ab Annibale conditum velit. q; Est & altera Prusa sub Hippo monte, seu fluvio, ut est apud Ptolemaeum. Hoc aut discriminè à Prusa, quæ sub Olympo est, dirimitur. Hæc enim à Plinio Prusa dicitur, quæ Cios quondam fuerit. A' qua Prusienses προυσα vocantur.

**Prūsiās**, adis, προυσα, Vrbs Bithyniæ, olim Cius dicta, à Piusia Rege condita cognomento Zela, ad Argantonium montem. Hic est ille Prusias qui Annibalem superato Antiocho suscepit: ut est videtur apud Strabonem lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32, etiam hanc Prusiam appellat eodem nomine quo alteram ad Olympum sitam.

**Prūsiās**, προυσα, Rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulavit postquam vicit Romanis, tanquam rupi sceleris autor depescebatur, ad pœnas. q; Fuit ante hunc & alter Prusias Bithyniæ

thyniæ Rex, qui cum Cyro bellum gessit, & Prusam urbem ad Olympam Mylum condidit. Autor Strabo lib. 12.  
**Prymnē**, *πρυμνήσια*, Vrbs Mæoniæ in finibus Lydiæ, Phrygiæ, ac Mylæ. Ptolemaeus lib. 5. cap. 3.  
**Prymnō**, *πρυμνός*, Nympha marina, Oceanæ & Tethyos filia, cuius meininit Heliodus in Theogonia.  
**Prytaneum**, *πρυτανεῖον*, Locus erat Athenis in Arce dignissimus, ubi judices & magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item alebant publicè qui benè meriti erat de Republica, qui honos Athenis maximus habebatur. Cicero lib. 1. de Orat. Et at ei vicitus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quasi *πρυτανεῖον*, tritici pro mortua rium, vel horreum publicum. Dionysius Prytanæ vocat curias in quibus sacra siebant ab his qui maximam in urbe habent potestatem.

## P ante S.

**Psammathē** penult. corr. *ψαμμάθη*. Fons est apud Thebas. Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut. Qui tenet undisonam Psammatheum, sive Psammathutius, *ψαμμαθύτην* Stephan.

**Psammētīchūs**, *ψαμμητίχης*, Nomen Regis Aegypti, cuius sacerdoti (ut inquit Herodotus una cum Diodoro) ducenta hominum milia ex Aegypto in Aethiopiam profugere. Strabo: Tenebris regio vocatur, quam qui Psammetichum fugerent, obtinenter, & Scbrītē nominantur: hoc est, advenæ. Hujus filiam rapuerunt crocodili, inquit Aelianus, lib. 10 cap. 31, propter quod ipsum ab Apollonopolitis summa in detestatione habentur.

**Psellūs**, *ψελλός*, Nomen autoris, qui scripsit de ratione vicitus. **Pheidartācē**, *ψειδαρτάκη*, Collis Scythæ, post montem sacrū. Stephanus.

**Pseudocorāsium**, *ψευδοκράσιον*, Litus magnum inter Coricum & Seleuciam Isauricam, tria stadia lögum, & in Lunæ simili: udinem curvatum. Stephan.

**Psophis**, *ψωφίς*, Arcadiæ civitas, à Psophide Lycanis filio: aut, ut alii malunt, à Psophide Erycis Siculi filia condita Ovid. lib. 5. Metamor. Vsq; sub Orchomenon, & Psophida, Cyllenenq;. In Insula quoq; Venetorū Zacyntho arx ipsa vocabatur Plophis, & aliæ multis locis. Autor Hermolaus in Plinium. q; Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arcadia. Item tertium in Achaea.

**Psylli**, *ψύλλοι*, Populi Libyæ prope Garamantas, à Psyllo Rege dicti (ut inquit Plin. lib. 7. cap. 2.) quoru corpori ingenitū fuit virus exitiale serpentibus. Scribit Plutarchus Catonē iter per deserta Libyæ facientem secum Ptylos duxisse: qui mortibus serpentum mederebatur, partim ore trahentes venenum, partim serpentes cantibus medicantes. In vita Catonis. Plinius libro 7. capite 2: Mos verò illis fuit liberos genitos protinus objiciendi sevissimis earum, coquæ genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Hæc Plinius. Meminit horum & Herodotus, libro 4. Silius item de Atyre Psyllo, libro 1: Necnon serpentes diro exarmare veneno Doctus Atyr, taatuq; graves sapore chelydros, Ac dubiam admota sobolem explorare certe. In eandem sententiam de Psyllis scribit & Lucanus lib. 9, Gellius libro 16. capite 11, Crinitus libro 1. capite 3. aliique complures.

**Psyllum**, *ψύλλος*, Ptolemæo, lib. 5. cap. 1, Vrbs Bithyniæ. **Psyræ**, *ψύραι*, Insula juxta Chium. Strabo lib. 14, Vulgo Psara. q; In hac insula vinum non provenit. Vnde natum est Adagiū: Psyræ Bacchum, ψύραι διόνυσος: id est, in Psyræ Bacchū ducentes. Dicitatū, ubi vinum appositum in convivio nemo gustat: vulgari proverbio, aut de sordido apparatu: hac etiam ratione quæ sordidè, parumq; magnificè fierent, Psyræ facta dicebantur.

## P ante T.

**Pterelās**, *πτερέλας*, Rex Theleboarum, ab Amphitryone vicitus: de quo Plautus in Amphitryone.

**Ptēlēa**, *πτελέα*, Stephano, Vulgo Foglie, Asia urbs clarissima, Iounum metropolis, notiore nomine Ephesus dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 29.

**Ptēlēon**, *πτελέων*, Ionæ oppidum, juxta Erythras & Mimantere montem. Autor Plin. lib. 5. cap. 29. q; Est & aliud ejusdem nominis oppidum in ora Boœtiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.

**Ptēri**, Cappadocia urbs est, apud Herodotum, lib. 1.

**Pterophorōs**, *πτερόφορος*. Ger. Die Mitternachtische Ländeschafft under dem Polo, oder Himmel wirbelt gelegen.] Est regio apud Riphæos montes: sic dicitur ab assidua nive, quæ ibi pennarunt similitudine continuo decedit. Ibi creduntur esse cardines

mundi, extremiq; siderum ambitus. Plin. li. 4. cap. 13: Mox Riphæi montes & assiduo nivis casu pinnarū similitudine, Pterophoros appellata regio, pars mudi damnata à natura rerū. q; Pterophori item dicti sunt cursores pegasarii, quod peregrinæ proficentes (ut Dionysius scribit) surrectas in capite pinnas gestare solebant. Ad quod & Iuvenalis allusio videtur, quæ ait: Tanquā de Cattis aliquid, torvisq; Sicambris Anxia præcipiti venisset epistola penna.

**Ptolemæus**, [πτολεμαῖος. Ger. Der erste König in Egypten/wo wachsen die vbrigens alle diesennammen empfangen haben.] Nomen propriū Lagi gregarii militis filii, qui maximè autoritatis fuit apud Alexandrum Macedonem. Post cujus mortem Aegypto & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitus, regnavit annis quadraginta. A quo deinceps Aegyptii Reges, Ptolemæi appellati sunt. Hic frequentissime apud amicos & cenabat, & dormiebat. Quod si aliquando cœnam præberet, rebus illorum utebatur. Accersebat enim scyphos, strata, ac mensas. Ipse præter necessaria possidebat nihil: quin alias locupletes facere regale magis esse dicebat, quā locupletari. Est autem hoc nomen ἀντὶ τοῦ πτολεμαῖος: hoc est, à pugnando deductum: sicut à πτυσσα quod est honoro. Timæus. Hic duos filios habuit, Ptolemæum Philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Decessit in rerum gestarum gloria, quum paulò antè regisse abdicans administratione, Regem filium constitueret Philadelphum. Autor Trogus, libro 15. Philadelphus itaque in regno patti successit, vir doctissimus, Stratonis discipulus: qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ usque ad annum Alexandrinorum & Romanorum bellum duravit. Regnavit annis x x v i i. cui successit Ptolemæus cognomen Evergetes, οὐργήτης, quod Latinè dici beneficis potest. Hic vigintisex annis regno potitus, moritur: cui successit Ptolemæus Philopator, x v i. annis regnans. Post eum Ptolemæus Epiphanes, qui annos viginti tres regnavit. Tum Ptolemæus Philometor, qui trigintaquinq; annis Aegypti regnū quæ tenuisset, fratrem suum Evergetem alterū moriens regem constituit. Evergetes, qui & Physco dictus est, regnavit annis vigintinovem: cui Ptolemæus cognomento Lathyrus successe. Lathyro Auletes, Cleopatra pater. Post hunc Ptolemæus cognomento Dionysius, Cleopatra frater, qui Pompeium post Pharsalicam cladem in Aegyptum fugientem, interitemendum curavit. q; Fuerunt & alii hoc nomine, ut Pyrrhi Regis filii, & Cypriorum Rex, qui suis divitiis Romanum locupletavit æratum. Ptolemæorum seriem describit Strabo, libro 17. q; Claudius Ptolemæus, astrologus, natione Aegyptius, Alexandria profectus est, Liberalium artium, ac Græcarum literarum studiis clarus, temporibus Antonini, ut ipse scribit: in Astrologia scientia priorum nulli cessit. Primus enim apud Græcos cœli rationem omnem diligenter explicuit, inventaq; ab Hipparcho instrumenta clarius demonstravit. De Musica quoque & rebus aliis, cum de Geographia absolutissime scripsit. Suidas. q; Ptolemæos quoque sex alias commemorat Suidas, quinque Grammaticos, & unum versificatorem, quorum opera ad nos minimè pervenerunt. q; Iosephus iterum alium ponit, Abobi filium, Simonis ducis Iudeorum generum, quem sacer Hierichuani tempore belli Macchabœorū præficerat. At ille incensus regni cupiditate, invitatum ad cœnam, incautum interfecit. De quo multa in Hierosolymitana historia Iosephus.

Ptolemæus, æca, æcum, possessivum, πτολεμαῖος. Propertius lib. 2. Eleg. 2: Et Ptolemææ littora capta Phari.

**Ptolemæi**, maidis, vel dos: [ΙΩΝ hachchō, πτολεμαῖος.] Vulgo Tolomita. Oppidum in ora Rubri Maris, ad primos elephantorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione Trogloditarū. Autor Plin. lib. 2. cap. 73. Ptolemæus enim Troglodyticen primus exusit, ad venatus elephantorū, quæ id est Epithetas à Græcis cognominata est, codem Plinio autore, lib. 6. cap. 29. q; Est & Ptolemæi, urbs Aegypti apud Strabenem, lib. 17. q; Item Phœnicia urbs, colonia Claudi Cæsaris, quæ quondam Ace dicta est, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 19. Harum quinq; utib; meminit Hieronymus ad Eustochiū. Per arenas, inquit, Syria peruenit ad Coum, quæ nunc Ptolemæi dicitur altera est in Aethiopia. Tertia in Phœnicia. Quarta Nili fluminis. Quinta in Cyrenaica provincia Aphricæ.

P ante V.

Publius, & Laberius, Poëzæ mimorum, Iulii Cæsaris familiares ambo, sed Publius acceptior. Nam Laberius maleficentia sicut & arrogânia Cæsar magnopere offendebatur. Is Publius, genere Syrus fuit, cōditione servus: puer enim & forma & ingenio à Domitio manumitti, & crudiri meruit. Romanum venit ad ludos Cæsaris, ubi nimis suos egit, magno ipsius populi applauſu. Autor Gellius & Macrobius.

Publi p̄r, Publi puer sive servus: sicut Marcipor, Marcipuer. Veteres enim à suis prænomini bus pueris: id est, servos in familiis nominabant. Vnde à Lucio, Lucipores: à Quinto, Quintipores.

potes. Et hoc est quod Plinius ait, id genus servos dominorum suos gentiles: id est, eodem nomine appellatos, quo domini appellabantur. Vide MARCIOPOLI.

**Pūcīnum**, *πύκινος*, Vrbs est Istria in Mediterraneis, ut Ptolemaeus scribit lib. 3. cap. 1. Pūcīnum, *πύκινον*, Vrbs est Istria in Mediterraneis, ut Ptolemaeus scribit lib. 3. cap. 1. Inter generosissima Italiæ vina, & medicamentis apertissima conseruatum est, *πύκτας* & *σίρης*. Nascitur in sinu Adriatici maris, super collis, non procul à Timavo fonte, teste Plin. lib. 12. cap. 6.

**Pūnicus**, Vide in APPELLO.

**Pūppīus**. Poëta Tragicus fuit, qui ita spectantius affectus moravit, ut eos fieri compelleret. Autor aero in illud Horatii lib. i. Epistol. Ut propius spectes lacrymosa poëmata Puppi.

**Pupulum**, *πυπλόν*, Vrbs est in latere Meridionali Sardinie, teste Ptolemaeo, lib. 3. cap. 3.

**Puteoli**, *ποτεῖον*, orum, *ποτεῖον*, Steph. Vulgo Puzzoli. Oppidum marinum Campaniæ, octavo lapide distans à Neapoli, non procul ab Averno lacu, à Samniis conditum, teste Eusebii sub idem ferè tēpus quo Tarquinii Romani sunt exacti. Dicit Puteoli, sive à copia putorum aquis calidis scaturientium, sive à putore: hoc est graveolentia aquæ sulphurata. Olim etiam, quod justissimè regeretur, Dicæarchia, dicebatur *δικαιαρχία*.

**Puteolanus**, *ποτεῖον*, Stephano, Gentile est. Cicero Thermo: Cluvius Puteolanus valde me observat.

**Pūticūli**, [Ger. Ein Gemüter Götter der Rom.] Locus publicus Romæ ultra Exquiliæ, communè sepulcrum miserorum plebi: ita dictus sive quod ibi cadavera putrescerent, teste Festo: sive quod putrefacta cadavera sumnum ibi putorem gignebant: sive à puteis ipsiis: hoc est, fossis in quibus cadavera sepeliebantur. Antiquissimum enim sepulturæ genus fuit, teste Festo, ut facto putoe cadaver humo obrueretur. Nam crematorium corporum consuetudo à L. Sylla initium sumpsit. Varr. 4. de Ling. Lat. non puticulos, sed putriculas hunc locum vocat.

P ante Y:

**Pydna**, *πυδνά*, Vulgo Chiro, Oppidum Macedonie ad sinum Thermaicum: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

**Pygæla**, Pygelæ, *πυγέλαι*, Vrbs Ionie, non procul ab Epheso: sic dicta quod nonnulli ex iis, qui sub Agamemnonे militabant, propter morbum sedem & nates infestantem, illinc cōsederint. Autor Theopompus.

**Pygmæi**, [ΠΥΓΜΑΙ] *għammadim*, *πυγμαῖοι*, Ger. Kleine Erdmäuse, sive eines Eläbogen hoch, *worhafft* in dem austerrict. Bergie Indie.] ut Plin. lib. 7. cap. 2. scribit, populi in extrema parte montium Indiae habitantes, salubri cœlo, temperat, vernante, qui ternos dodrantes non excedunt: unde & Pygmæi dicti sunt, quasi *πυγμαῖοι*: hoc est, cubitales: *πυγμή* enim cubitum significat. August. libro 16. de Civit. Alii statuta cubitales, quos Pygmæos à cubito Greco vocant, pugnare cum gruibus, sed vincuntur. Horum mulieres quinto anno pariunt, & senescunt octavo. Fama est insidentes arietū, capraramq; dorsis, armatos sagittis, Veris tēpore universo agmine ad mare descendere, & ova, pullosq; carum alitum consumere: ternis eam expeditiōnem menibus confici, aliter futuri gregibus non resisti. Casas eorum luto, pennisq; & ovorum putaminibus construi. Aristoteles in cavernis vivere Pygmæos tradit: cetera de his, ut reliqui: Plin. quoq; lib. 4. cap. 11, in Thracia Pygmæos fuisse scribit, urbemq; Genarcam tenuisse, donec à gruibus fugati, novas sibi sedes quærere fuerint coacti. Ad quod etiam spectare videtur illud Iuvenal. ex Sat. 13:

Ad subitas Thracum volutres, nubemq; sonoram,  
Pygmæus parvis currit bellator in armis.

Mox impar hosti, raptusq; per aera curvis

Vngibus, à seva fertur grue. Si videoas hoc

Gentibus in nostris, risu quacieſ: sed illuc

Quanquam eadem affiduè spectentur prælia, ridet

Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.

**Pygmæion**, onis, *πυγμαῖον*, Suidæ, Beli Tyriorum regis filius fuit, frater Didus, qui quū ardentissima auri cupiditate flagraret, ad Siciliæ patruelis sui, & sororis suæ viri opes animū adjectumq; ipse potiundi auri, ante aras dolo intermit. Cujus eadis quū in somnis à mari umbra certior facta esset Dido, clam sublatis thesauris, fugazq; comitib. assumptis naves concendit: & in Africam appulsa, primū Byrsam, deinde & Carthaginem cōdedit. Meminit hujus Virg. lib. 1. Aen. sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, scelere ante alios immat. omnes. Quos inter medius venit furor: ille Sicæum Impius ante aras, atq; auti cæcus amore. Clam fero incautum superat. Fuit & alter ejusdem nominis, Cilicis filius, qui ex Eburnea statua, Veneris beneficio in puellam transformata, Paphum suscepit, Paphi Cypræ urbis conditorem. Quam fabulam vide latius apud Ovid. 4.3. Metam.

**Pylades**, dæ, vel dis, pen. corr. *πυλάδης*, Strophii Phocensis filius fuit, indissolubili amicitię vinculo cū Oreste conjunctus. Nam quū Clytemnestra ab Aegypto adultero adjuta, Agamem-

non occidisset, Strophius Orestem adhuc puerū, certissimæ neci subduxit, & in regno suo unā cum Pylade educavit. Posteaq; quū Orestes, gratia vindicandæ paternæ mortis, matrē peremisset, eamq; ob rem in furore conversus esset, Pyladem perpetuū omnium suarū profectionū comitem habuit, & socium periculorū: tandemq; sese muruo amoris vehementia sunt prosecuti, ut alter pro altero mori non recufaret. Cic. de Amicit. Qui clamores tota cavea nuper in hospitis & amici mei Pacuvii fuerunt nova fabula: quum ignorantia Rege uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse perseveraret. Reliqua vide suprà in dictione ORESTES.

**Pylæménēs**, *πυλαδῆμης*, Dux Paphlagoni, qui in bello Trojano Priamo suppicias ferens, à Menelao est interfactus.

**Pylartes**, *πυλάρτης*, Vir Trojanus fuit, ab Ajace occisus, ut scribit Homer. 1. Iliad.

**Pylène**, *πυλήνη*, Aetolice oppidum, teste Homero in Catalogo: Papiani sensit scopulosa Pylene, Fletaq; cognatis avibus Meleagria Pleuron.

**Pylus**, *πυλός*, Agri Messeniaci oppidum est in tractu Occidentali Peloponnesi Nestore Alumno (qui inde Pylius cognominatus est) nobilitatum. Ovidius 2. Amorum: Illius à tactu Pylius juvēnescere posset. Idem libro primo de Ponto: Crede mihi, Pylio Nestore major eris. q̄ sunt præterea duæ alias ejusdem nominis urbes in Peloponneso: unde est illud apud Strabonem, libro 8: E ἡ πυλός τε τελοῖο, τούτο γε πυλός εἰ.

**Pyracmon**, *πυράκμην*, Nomen est unius ex Vulcani ministris, quorum opera utitur ad fabricandum levī sulmē. Dictus Pyracmon, quod ab incude, ferroq; ignito nō recedat. Nam πυρὶ Græci ignem, & πυρὶ incudem appellant. Virgil. Aen. 8: Ferum exercebat vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropeque, & nudus membra Pyracmon.

**Pyræa**, *πυραιά*, pars Thessaliae, à Pyra nominata, Steph.

**Pyræchimæs**, *πυραιχίμης*, Aetoli cujusdam nomen, qui cum Degmone Epeo singulari certamine congressus, funde istu cum interfecit: quod factio Oxylo cūdā ex Aetoli posteris Eleum regnum stabilit. Autor Strabo lib. 8.

**Pyrämüs** penult. coit. *πυραμός*. Ger. Ein Babylonischer Jüngling / welcher vmb die Thisbe gebüet hat / von welchen in der schönen Zeigewiß ] Adoleſcens fuit Babylonius, qui Thisbes vicinæ puellæ mutuo amore captus, amicæ persuasit ut deceptis custodibus, in solitudinem quandam extra urbem ad se convenirent: quod quum puella prior venisset, conspecto leone, trepidata profugit ad sylvas, relicto præ festinatione amiculō, quod inventum leo dilaceravit. Veniens deincead locum constitutum Pyramus, quum Thisbes amiculum à fera dilaceratum agnoverisset, arbitratus ipsam à leone esse devoratam, doloris impatientia, eo quo accinctus erat gladio, se ipsum interemit: Thisbe quoque quum posito timore ex sylva redisset, Pyramumq; ex vulnere adhuc palpitantem agnovisset, exempto ex vulnere gladio, sibi etiam mortem conscient. Hoc nomine etiam dictus est fluvius Asiae, Nilimodo limum deferens, qui magnam Ciliciz partem adjectit, utrumque ostium sui latere magna limi vi congesta. De quo extat illud oraculum: Tunc erit, undisofus latè quum Pyramus olim Littora perfundens, Cyprus labetur in aliam. Vide Strabonem lib. 1.

**Pyrander**, *πυρανδη*, Quætor fuit Atheniensis, qui quum tempore belli trumentum parce suppeditaret, à populo saxis est obiit.

**Pyranthus**, *πυρανθη*, Oppidum, sive vicus Cretæ, non procul a Gojtyn, Stephan.

**Pyrasus**, *πυρασθη*, Vrbi Trojanæ nomen, ab Ajace in bello Trojano interfecit: ut placet Homero, lib. 12. Iliad. q̄ Pyrasus itē Steph. urbs est Pithiotidis: ita dicta à fertilitate tritici, quod πυρασθη, Græci appellant.

**Pyreicus**, *πυρεῖος*, Nobilis pictoris nomen, qui in humilibus potissimum argumentis pingendis excelluit. Plin. libro 35. cap. 10: Subtexi par est minoris picturæ celebres in penicillo: è quibus fuit Pyreicus, arte paucis postferendus. Proposito nesciū ad destruxerit se: quoniam humilia quidem secutus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam. Tonstrinas, sttiniasq; pinxit, & ascellos & opsonia, & similia: ob id cognominatus Rhyparographos. Propert. li. 3: Pyreicus parva vendicat arte locum.

**Pyrenē**, penult. prōd. *πυρέη*, Nomen puellæ, Bebrycis filiæ, in Pyrenæ monte ab Hercule compressæ, atque à fæsi lanata, & ibi sepulta. Qui mons quoq; à Poëtis Pyrene nuncupatur. Silius libro tertio: Pyrene celsa nimbo si verticis arce Divisus Celtis latè prospectat Iberos. Tibul. libro primo: Non sine me est tibi partus honos, tua bella Pyrene Testis, & Oceanus littora Santonici. Hic mons Galliam ab Hispania dividit, ab Exortu Aquinoctiali in Occasum brumalem portectus: ita dictus

ita dictus dñs Pyrenē: hoc est, ab igne: sive quod crebris fulminis ignibus feratur: sive quod Pyrenē mortis sylva (ut auctor est Diodorus lib. 6.) injecto à pastoribus igne, olim universae conflagraverint. Silius à Pyrene puella Pyrenæum salutem dicit autinat. Dicitur autem mons ipse Pyrene, & Pyrenæas mons. [Ger. Der Nonceval.] q Pyrene autem per i nostrum, sive Parne, περνη Suidæ, est fontis nomen (ut inquit Probus) in Helicone Musis consecrati. Strabo autem Pyrenem fontem sub Acrocorintho nominavit. Cujus meminit & Persius, & Plautus in Aulul. Interibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pyrenem potest. Statius lib. 1. Sylvarum: nec conscientia detur Pyrene largos potius mihi gurges in haustus, Qui manat de fonte tuo, &c. In posteriore hac significatio primam syllabam semper producit quia apud Græcos scribitur per a diphthongum. In priore autem eandem habet indifferenter: ut facile est videre ex testimonio Catulli & Silii paulò antè citatis.

**Pyrénē**, pen. prod. Vide in APP ELL.

**Pyreneus**, per tres syllabas, περνης, Phocidis rex fuit, qui quum Musas ex Helicone in Panassum preficentes hospitio suscepisset, vix illis inferte est conatus: quumq; illæ assūptis alis effugisset, Pyreneus conatus insequi, è fenestra de lapsus, fregit cervices. Vide Ovid. 5. Metamorph.

**Pyrgō**, πυργό, Nomen fuit nutricis natorum Priami, cuius meminit Virgil. lib. 5. Aeneid.

**Pyrgotèles**, pen. corr. [πυργοτέλης. Ger. Ein Kunstmästher Edelges ist Schreiber.] Proprium nomen gemmatum sculptoris nobilissimi, à quo tantum Alexander Magnus se in gemmis sculpti passus est. Plin. lib. 36. cap. 1: Ismeniæ (inquis) statu multos post annos apparuit sculpti etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem editum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma se ab alio sculpti, quām à Pyrgotele, non dubiè clarissimo artis ejus. Et rursum lib. 7. cap. 37: Idem hic Imperator edixit, ne quis ipsum alias quām Apelles, pingeret: quām Pyrgoteles, sculperet: quām Lysippus, ex ære duceret: quām artes pluribus inclinarer exemplis.

**Pyrgi**, orum, πυργοί, Ptolemæo, Oppidum in ora Tuscæ, inter Antium & Gravicas. Virg. 10. Aen. Et Pyrgi veteres, intempestæq; Gravicas. Vulgo Civitas rectchia.

**Pyrodès**, πυρόδης, Cilicus filius, qui primus è silice excusisse ignem dicitur, quemadmodum aservasse in ferula Prometheus. Plin. lib. 7. cap. 56.

**Pyrpile**, es, πυρπίλη, Maris Aegæi insula, Cycladum omnium clarissima, quæ notiore nomine Delos appellatur. Pyrpile dicta, eò quod ibi primum ignis repertus existimatetur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

**Pyrrhā**, πυρή, Deucalionis uxor, quæ post diluvium unā cum marito, jactis post terga lapidibus, humanum genus fertur reparasse: ut fabulator Ovid. 1. Metamorphos. q Est & hoc nomine Cariæ civitas, juxta Myrtoum pelagus: cuius meminit Plinius libro 5. capite 29. q Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Lycia, apud eundem lib. 5. capite 27. q Item aliud in Eubœa insula apud eundem libro 4. capite 12. q Aliud præterea in Magnesia, cuius meminit idem Plinius libro 4. capite 9. q Rursus aliud in Phocide, apud eundem libro 4. capite 3. q Item aliud ad Pontum Euxinum non procul à Maeotide, maris impetu hastum, teste eodem Plinio libro 2. capite 92. Adhæc fuit & aliud in Lesbo insula, cuius meminit Ptolemæus, lib. 5. cap. 2. & Plin. lib. 5. cap. 31. q Est item Pyrrha sive Pyrthe, insula Cariæ adjacens, in sinu Ceramico: cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

**Pyrrho**, πυρρος, Philosophus fuit Elidensis, primus pictor, deinde Anaxarbae discipulus à quo philosophi Pyrrhonii dicti, quos Græco cognomento πυρρούς: id est, consideratores appellant. Nihil enim decernant, sed in quærendo semper, considerandoq; sunt: ac nec videre quidem planè quicquam, ne que audire se putant: sicutq; veritatem incomprehensibilem videri. Idem διαφέρει: id est, ambigentes dicuntur: quoniam nihil affirmant, & de omnibus ambigunt. Vixit annis fermè nonaginta.

**Pyrrhus**, πυρρος, Achillis filius, ex Deidamia Lycomedis filia: ita dictus à fulvo colore capillorum, teste Servio. Hic & Neoptolemus appellatus est: propterea quod ad modum adolescentulus ad bellum Trojani reliquias fuerit perduxus. Erat enim in fatis, sine illo Trojam capi nō posse. In illi autem expugnatione primum Politem Priami filium, deinde & patrem ipsum interfecit. Polynenam Achillis patris sui Manibus inferias misit: Andromachem verò quæ in prædam sibi cesserat, aliquan diu justæ uxoris loco habuit: quam deinde, Hermionem Melai & Helenes filiam ducturus, Heleno uxorem tradidit. Erat autem Hermione multò antè Oresti despontata: cuius etiam mutuo amore tenebatur. Aegide itaque serens Orestes uxorem sibi eripi, ex insidiis Pyrrhum obtuncavit. q Fuit & alter Pyrrhus, Epirotarum rex, materno genere ab Achilles pa-

terno ab Hercule ostendens: qui quum à suis ob odium paternæ crudelitatis ad necem quæretur, clam à matre subducatur est. & Illyriorum reginæ traditus nutritus: apud quam quum ad suministram spem adolevisset, revocatus à suis, regni administrationem suscepit. Postea à Tarantinis accitus, adversus Romanos vario eventu pugnavit. Perit ita regulæ percussus, quum Thebas cepisset. Vide vitam ejus latius apud Plutarchum.

**Pythagoras**, [πυθαγόρας. Ger. Ein Barbärdiger Philosophus aus Griechenland so in Italien gelebt hat.] Philosophus fuit Samius, Moesarchi annularum sculptoris filius, & Italicæ philosophic principes, de quo extat celebre illud elogium apud Ovidium 15. Metamorph. Mente deos adiit, & quæ natura negavit Vilibus humanis, & cūlū ea pectoris hausit. Auditor fuit Pherecydis Syri: post cujus mortem Hermodomanti jam seni Creophilii nepotis in disciplinam dedit. Sub quo quum satis proficisse videretur, in Aegyptum navigavit, ut illorum Theologiam, ritus, moresq; cognosceret. Deinde astrologia, Chaldaicæq; disciplinæ cupidus Babylonem sc̄e contulit: ubi siderum cursus, eorumq; in genus hominum effectus, est eductus. Spartam quoq; adiit, & in Cretam navigavit, ut Minois, & Lycurgi insulas eo tempore leges cognosceret. Post hæc in patriam rediens, quum eam à Polycrate tyranno occupatam vidisset, in eam partem Italiz secessit, quæ magnæ Græcia dicta est: delectaq; sede apud Crotoniatas, magna auditorum affluu Philosophiam professus est, quo tempore Romæ regnabat Servius Tullus: ut docet Livius lib. 1. ab Urbe. Auditores fertur habuisse non pauciores sexcentis, qui noctu ad eum audiendum confluabant: ex quibus clarissimi fuerunt Archytas Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippalus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus τομητικός: hoc est, transfusionis animarum in alia corpora auctor fuit. Idq; ut facilius persuaderet, primum se Aethalidem Mercurii filium suisse affirmabat, quumq; à patre optio sibi facta esset perendi quicquid vellet, excepta immortalitate, se ab illo petire, ut & vivens & vita functus omnium quæ continentur, memoriam haberet. Namque ob causam sc̄e omnium quæ in vita gerissem, meminisse, caudemq; memoriam post obitum reservasse. Post Aethalide mortem Euphorbum se fuisse aiebat, & deinde Hermotimum, postea Delium quendam pectorum nomine Pyrrhum: mortuōq; Pyrrho, se factum esse Pythagoram. Crotoniatis & Metapontinis leges conscripsit, populosq; luxuria diffuentes autoritate & doctrina ad frugalem cultum revocavit, adeò ut & mulieres integratæ ejus, vitæq; severitate adductæ, auratas vestes, ornamenta, lasciviora in templo Iunonis consecrarent. Postremo quum multis annos Crotone egisset, Metapontum commigravit: ubi & supremum diem obiit: quanquam aliis alia tradentibus, de mortis genere non satis constat. Quantu autem illum vivum fecissent Metapontini, post obitum ejus declararunt, ædes ejus pro templo ei consecrantes, divinisq; honoribus mortuum prosequentes. Ab animalium carnis, & à fabis religiosissime abstinebat. Quod & tangit Iuven. Satyr. 15: Vel quod non fugeret, si nunc hæc monstra videbæt Pythagoras, cunctis animalibus abstinuit qui, tanquam homine, & ventri indulxit non omne legumen.

**Pythagoræ**, πυθαγορæ, Doctrinæ & preceptis Pythagoræ insisterentes, qui & pythagorici dicuntur. Juvenalis: Vive bidentis amans, & culti villicus hosti: Vnde epulas possit centum dare Pythagoræ. q Taciturnior Pythagora: παπηρόπτερος πυργος πυθαγορειαν ηλιοθέατο: id est, Taciturnior ero quam qui Pythagoræ sunt initiati. De vehemèter taciturnis usurpari solet. Sumptum à Pythagora schola, in qua quinquenner silentium indicabantur auditóribus, quam ἡμέρας vocant, à cohibendo sermone. Suidas & Zenodus referunt.

**Pythæas**, pen. corr. πυθαια, Rhetor Atheniensis, Demosthenis æqualis, supra modum arrogans, qui quum æris alieni causa in carcere cōiectus esset, fractis vinculis ad Macedoniam transfugit. Scriptis conciones aliquot, & orationes in genere judiciali, aliaq; nōnulla. Malè audivit nomine furti. Quare quum in Demosthenem cavillans, ei objecisset, orationes ejus lucernam olere: Novi, inquit ille, tibi invisos esse qui noctu lucernam habent.

**Pythémus**, πυθημος, Princeps fuit ejus legationis, quā lo-nes, Acoleq; ad petendum auxilium adverius Cyruum ad Lacedæmonios miserunt: qui quum Spartam appulisset purpurea veste induitus, in Spartatarum conventum processit, horatusq; est Lacedæmoniis multis verbis ad auxiliū Ionibus ferendum. Autor Herod. lib. 2.

**Pythia**, Pythiorum, πυθια, Ludi Apollinares, qui ad Apollinis honorem fuerant instituti: ob cædem Pythonis serpentis nocentissimi: aut ut Strabo libro octavo scribit, hominis scleratissimi, cognomento Draconis. [German. Schlangen-psyche Apollini in ehem gehalten wardet das ist die Schlangenpsyche]

*mon vñbrecht has.] Ovidius libro 1. Metamor. Instituit sacros celebri certamine ludos Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos. Victores hujus certambint; teste Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo sumptis. Pythiorum cœs, pen. prod. ~~ur~~ dionizos, Pythiorum victor, sicut Olympionices, Olympiorum.*

**P**ythýa, οὐδεὶς Sacerdos Apollinis apud Delphos, quae consu-  
lentibus oracula reddébat: ita dicta πυθίη τοι πυθεύεται: hoc est,  
a consulendi, interrogandiq; consuetudine.

**P**ythiſus, = **Stro**, Apollinis cognomen, à Pythonē serpente inditum, quē jaculis suis adhuc puer fertur interemisse. Vel **as** **Terre** **water** **a** **nd**: hoc est, à consulendi & interrogandi usu. Vnde & Phœbades ipsæ, Pythonē dicuntur, teste Strabone lib. 9. Alii, Pythonii cognomen sunt **g** **r** **o** **u** **t**: hoc est, à putrefendo tractum existimant, conquod nunquam sine vi caloris fiat putrefactio. Pythoni item dicebantur qui Delphos ad consulendum oraculum publicè mittebantur, qui una cum Regibus cibaria assig-nata habebant, unaque cum iis vescebantur.

**Pythodoris, Πυθόδορις, Sculptoris eximii proprium nomen  
apud Plin.lib.35.cap.5.**

**P**ythōn, [πυθών. Gér. Τινώστις οὐρανὸς δένδρος στεγάνης γα της γῆς Δευκαλίωνος γενετεῖσα.] Serpentis nomen à πυθών, quod est putredo, et quod ex putredine terrae post diluvium Deucalionis natus dicitur. Hunc ab Apolline sagittis intersectum suisse fabulantur Poëti, et quod terra putredo Solis calore absimilatur. Claud. 7. Paneg. Cæruleus tali prostratus Apolline Python. q Pythones item dicuntur spiritus divinatores, qui se humanis corporibus insinuantes, edunt vaticinia. [319 ob.] Quia & homines ipsi, qui à dæmonib. hujuscemodi possent sunt, Pythones appellantur: ut non obscurè indicat Plutar. eo in opusculo quo in inscripsit. Cur oracula desierint. **P**ythōnīs ἄρα, sciem. [בְּהַלְתָּה אֶל-בְּהַלְתָּה ob. πυθώνιοι.] Hoc est, mulier spiritu hujusmodi de correpta: quā etiam Tibullus Pythona appellat: Delphica, *ἰνημένης*, python: tanquā Pythonis vocabulum duobus generibus sit communē.

**P**ythōnici, [פִתְחָנִים obēth. πυθανοί] Homines pythonē: hoc est, divinatores spiritu correpti, qui & iysaspipūs à Grēciis appellantur.

**P**ythōnēs come, πυθωνός κάμη. Locus est in Asia, quod primo adventus sui tempore convenienter ciconis, & canum quam ultius in locum coniunxit. Aucto. Plin. lib. 30 cap. 2.

**P**ythöpolis, Πυθόπολις, Civitas est in Asiae minoris parte, quæ Myisia vocatur, teste Plin.li.5.cap.32. quod Est & Pythopolis Ca-  
stropolis. Dicitur etiam Pythopolis, quia in eis erat templum Apollinis Pythœ.

**Pyxus**, Pyxuntis, πυξίς, Oppidum Lucaniz à Latinis Buxentū appellatum. Plin.lib. 3. cap. 5.

*appellatum. filii. ib. 3. cap. 3.*

**Quintius, cognomento Cincinnatus**, Vir Romanus fuit insigni fortitudine, ambitionisq; omniis pectoris-expers, qui ab arato ad Dictaturam vocatus, Aequos prælio victos sub jugum egit, dieq; decimo sexto in Vibem reversus, Dictatura se abdicavit. q T. Quintius Flaminius adversus Philippum Matedorum Regem missus, commissio prælio cum superavit, vi dictumq; ed necessitatibus compulit, ut Demetrium filium obfudam daret, Græcizęq; civitates, quas jugo suo subdiderat, libertati suee permettere cogeretur.

**Quirinus**, n., pen. prod. ~~xvi~~ @, Romuli cognomen, ab hasta qua assidue utebatur, impositu. Hastam enim, teste Festo, Sabinis cunim, sive (ut alii legunt) **quirim** vocabant. Quanquam ad dicitur qui à Curibus: hoc est, à Sabinis, quos in Urbis partem recepit, Quirinum potius cognominatum putent. Contrà Varro, lib. 4 de Lingua Latina, **Quirinum** à **Quirinibus** appellatum existimat. Ovid. lib. 2, Fastorum controversiam hanc in medio reliquit, cōtentus omnes quas jam adduximus opiniones, recentuisse:

**Proxima (inquit) lux vacua est: ac tertia dicta Quirino.**

**Qui tenet hoc nomen, Romulus antè fuit.**

**Sive quod hasta Quiris priscis est dicta Sal-**  
**Bellione iudicata est. Quod Dux**

**Bellus à telo venit in astra Deus:  
Size sua Regi nomen posuere Quisites:**

Sive uero Regi Romani potuerit Quirites:  
Seu quia Romanis junxerat ille Cyres.  
Quirinalis, nata, Quirinalis collis. Dictus est quod in eo Quirini templum erat, sive quod in eum commigravere Sabini a Curibus venientes, *xvḡn̄* & *xph̄n̄*. Hodie Romanorum vobis a duobus equis marmoreis Phidias & Praxitelis operibus, in hoc colle sitis, ~~montem~~ equorum vocant. Quirinalis porta Romae dicta, quod in ea collere Quirinalem iuratur: vel quod proximum eam esset Quirini sacellum. Quirinalis jugum, Ovidius Fasti. Litus Quirinalis, qualis Quirinus habuit, Virg. 7. Aen. Quirinalis, orum, Romani vocabant diem quo sacra Quirino fiebant, *xvḡn̄*. Cic. ad Quintum Fratrem: Comitialibus diebus qui Quirinalia dicuntur, Appius, &c.

Quirites, tunc, vel quiritum, *κοιρίτης, πομάζος*, Romanorum nomen, à Curibus & Sabinorū urbe impositum. Romulus enim, inito fœdere cum T. Tatio Sabinorum Rege, eoq; in parte regni, Sabinisq; in urbis portionem receptis, ut novorum incolarum benevolentiam aliqua sibi ratione conciliaret, mistam Romanorum, Sabinorumq; gentem uno nomine Quirites appellavit. Liv. i. ab Urbe: Mox res tunz multitudinem, tum duces, silentium, & repentina fit quietes. Inde ad fœdus faciendo duces prodeunt nec pacem modò, sed & civitatem unā ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romanū ita geminata Urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. Hactenus Livius. q; Legitur & accusativus singularis Quiritem, à nominativo (ut videtur) Quiris. Persius Sat. 5: Heu steriles vēti, quibus una Quiritem Vertigo facit. Ovid. i. 1. Amor. An si pulsasssem minimum de p̄lche Quiritem. Plectere. etc.



**R**Abbâth, [אַבְתָּה rabbâh, jæccōt.] Metropolis est filiorum Ammon, quæ hodie à rege Aegypti Ptolemeo cognomento Philadelpho, qui Arابیam tenuit cù ludæa, Philadelphia nominatura Rabilus, jæccōt, Arabie Rex qui Antigonum in vico, cui nomen deinde factum est Motho, in Stephanus in ditione m̄r̄.

Rabirius, eques Romanus fuit, qui perduellionis accusatus, quod Saturninum perniciosum civem, multaque seditione in Rem publicam moliente occidisset, a Cicerone defensus est pulcherrima illa oratione, quae pro A. Rabirio perduellionis reo inscribitur. q[ui] Est itē alius Rabirius appellatus Posthumus, quē Cicero quoq[ue] defendit ea oratione, quae pro Rabirio Posthumo inscribitur. q[ui] Rabirius etiam Poëta quidam fuit Ovidii temporibus, ut ipse testatur 4.de Ponto: Quum foret & Marfus, magni q[ui] Rabirius oris.

Racilius, Tribunus Plebis, qui de Clodianis facinoribus est  
questus in Senatu; ut scribit Cic. in Epist. ad Q. Fratrem.

**Radagassus, Gothorum rex, qui floruit Arcadii & Honorii Ces-  
sarum temporibus. Dicitur habuisse sub signis supra ducentā  
bellarorum millia. Autor Paulus Diaconus.**

Raphia, Vrbs Idumeæ Palæstinæ prope Iordanem Ruvium, à Judæis Rama appellatur.

Rätūmēnā, Auriga fuit, qui quum in ludis Circensib⁹ excus⁹ sus fuisset, equi ejus cum corona, & palma in Capitolio per-  
venerunt, sedemque ter lustrarunt. Ex quo factum est ut por-  
ta per quam intraverant, Ratumena dicetur. Autor Plin. li. 8.

Rāudūsculā, Porta Romæ appellata est, à rāudo : id est xre,  
quodz erata esset. Varro 4.de Ling. Lat.  
Rāvennā, [rāvēnna]. Ger. Ein Statt in Italiæ am Adriatisches  
Meer gesetzt.] Urbs in oīcava regione Italii Sabinorum colo-

nia, teste Plin. lib. 3. cap. 15, in ora littoris Adriatici, Gili. M. distans ab Ancone, olim tota lignea compacta ædificis, aquis diffusa, ponitibusq; ac lumbis peragrata. Hac quidam à Thessalos conditam perhibent. Alii post excisam Trojam, alii post confusas hominum linguis in Babylone, constructam fabulantur. Hac quum à mari sunt inundationes, non mediociter accipit partem cœni palustris. Silius libro 8: Leata paludosæ proscindunt stagna Ravennæ. Hinc ortus est Cassiodotus Senator, qui multa eruditissime scripsit. Etiam autem urbem vetustam, res ab Ostrogothis gestæ commemorant, qui ibi regiam posuere. Livius autor est, ab Augusto muri cinctam fuisse, quo Valentianus Imperator postea ampliavit. Iusq; Archiepiscopo duodecim civitatum episcopos subjecit, Ariminii, Cesennæ, Foti Livii, Fori Cornelii, Faventia, Brundisi, Bononiae, Mutinæ, Regiæ, Patruæ, & Placentiæ. Hodie cum aliis plerisque ejusdem tractus urbis Venetiæ paret: à quibus tam egregiè est munitione, tam splendide instaurata, ut cum amplissimis, munitissimisq; Italæ urbis jure possit conferri. Hæc fuit patria beati Apollinaris, primi eius episcopi, & Vitalis, & Gervasi, & Protasi. Hinc ortus est Petrus ille Ravennæ, illustris Fori Cornelii episcopus, qui multa in Theologia diligenter scripsit.

Rauraci, [Ger. Die Wälder ob Basel wachsen dem Rhein/ der Mittelw. vñ dem Gebirg/ ob Böckberg/ Schaffhausen/ Hasenwiesen/ und Wasserfall genannt wird/ gelegen.] Gallia Belgicæ populi non procul à Rheno, Tribocis, Helvetis & Sequanis finitimi: quorū caput fuit Rauracum: sive (ut apud Ptolemæum legitur) Augusta Raurorum, cuius etiam ruine quædam ostenduntur non procul à Basilea. Vide Althamerum in Tacitum.

R. ante E.  
Ræatæ, Reatis, i. e. Stephano, Civitas in Umbria, Italiæ umbilicus, teste Plinio, libro 3. capite 12. ex qua Vespasianus originem duxit.

Ræatinus, i. e. Stephano, Gentile. Vari. 2. de Rust. cap. 6: Ego, inquit, de ariis potissimum dicam, qui sum Reatinus, ubi optimi & maximi sunt.

Ræticuli, s. anum, Romæ erat extra portam Capenam, idcirco dictum: quia accedens ad urbem Annibal, ex eo loco redierit, visus quibusdam perterritus. Festus.

Rægillanus, Imperator Rætanus fuit, mirò fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis fastigium evectus. Nam quum forte milites aliquot apud ipsum cœnarent, exortaq; esset quæstio unde Regilliani nomen deducendum fore: quibusdam ad Regillum lacum: aliis alio originem ejus referentibus: Grammatica, qui forte aderat, defecctore hoc nomen à rege exorsus est: Rex, inquietus, regis, regi, inde Regillanus. Qua voce, veluti omibi quodam excepta, succlamatum est protinus à militibus, (ut est id hominum genus, ad ea quæcumq; in mente venient, præproperum) Merito itaq; rex etis, utpote cui divino quodam presagio id nominis est impositum. Quid multa quum postridie in publicu prodiisset, ab universis Imperator est consulatus.

Rægillus, i. e. Stephano. Lacus est in Algidæ sylve longissimus, ad quem Aulus Posthumius Dictator prospere adversum Tarquinium Superbum patria egestum, & Latinos bellum inferentes pugnavit. Vide Liv. 2. ab Urbe.

Rægium. [i. e. Ital. Rezzo di Lombardia. Ger. Ein Statt in Lombardien heißt jetzt Rezzo.] Oppidum Cisalpinæ Gallie, à Lepido ædificatum: unde & Rægium Lepidum vocatur: Rægium, propter pulchritudinem, & amoenitatem. Est & aliud Rægium, in finibus agri Bratii, ubi olim Sicilia impetu maris ab Italia creditur esse divisa: Vulgo Rægio. Sed hoc in prima syllaba aspiratione recipit: quam dictum putetur dicitur Rægillus, quod est abrumpere. Ab hoc Rægini, teste Servio: ab illo, Rægienses diciuntur.

Rægillus Attilius, vir Consularis, de quo ita scribit Plin. in libello de Viris illust. M. Attilius Rægillus Consul, fusis Salentiniis triumphavit, primusq; Romanorum ducum in Africam classem traxit: quassatas duce Amilcare naveis longas tres & sexaginta accepit: oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit. Absente eo conjugi & liberis ob paupertatem sumptus publicè dati. Mox arte Xanthippi Lacedæmonii mercenarii ducis captus, & in carcerem missus est. Legatus deinde de permutandis captivis Romani missus: dato jurejurando, ut si non impetrasset, ita demum rediret: in Senatu conditio nem dissusat: rejectisq; a se conjugi & liberis, Carthaginetti regressus: ubi in arcum lignæam conjactus, clavis introrsum adactis, vigiliis ac dolore excruciatus est De ejus morte sic Cicerio in Pisone: Marcus Rægillus, quem Carthaginenses reflectis palpebris vigilando necaverunt.

**Salāmīnīus,** σαλαμῖνοι, Nomen gentile, à Salamine urbe de-ductum. Cic. pro Archia: Homerū Colophonii civem esse di-cunt suum: Chiū suum vendicant: Salaminiū repetunt: Smyrnæi verò suum esse confirmant.

**Salāmīnīus,** a, um, possellivum: ut Salaminiū trophæum, apud Cic. 1. Tusc. q; Salaminiacus, aliud possellivum. Lucan. lib. 5: Ut Salaminiacum meminij mare.

**Salanga,** σαλαγῆ, Mons altissimus, mari immixtus, inter Bri-tanniam & Hyberniam: à Salanga, Bartulani primi habitato-rii Hyberni filio dictus. Hodie Mons D. Dominico appellatur, à monasterio à Divo Dóminico ibi extacto.

**Salapia,** Vrbs est Apulie Dauniorum, meretricio Annibalis amore nobilitata, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 11.

R 3 Sälaria,

**Sálárvia.** Ea dicta est quæ ex Vibe per Anienis pontem ducebatur in Sabinos. Nam per eam Sabini sal à mari descrebant. Plin. lib. 31. cap. 9. Sicut apparet ex nomine Salariæ vis: quemam illâ sal in Sabinos portari consueverat. Varr. lib. 3. de Rust. cap. 2: Nostri materterè meæ fundum in Sabinis, qui est ad quartum & vigesimum lapidem via Salaria à Roma.

**Sálásit.** apud Ptolemaeum lib. 3. Populi sunt sub Insubribus: hodie Marchia Salutis.

**Sálde,** colonia Mauritanie Cesariensis urbs, apud Plin. lib. 5. cap. 2. & Ptol. lib. 4. cap. 8. Creditur esse ea, quæ vulgo Algeriam vocant, regnum Ariadeni Barbarorum, Turcicæ classis præfeci.

**Sálentini,** ~~maioris~~, Populi sunt in finibus Italæ, proximam Apuliam peninsulam incolentes, quæ est inter Tarentinum si-num, & fauces Adriatici protensa, circa Brundusium, & Ru-dias, in isthmum contracta, latum stadia circiter trecenta. Salentini autem dicti putantur à Salentino promontorio, in extremitate ejus peninsula finibus sito: quod & ἄρχων ιατυχεῖς appellant. Festus tamē à solo dicto maxult, fortassis ob i. quod perè circumquaque mari ambiantur, tenui tantum istmo cō-tiacenti annexi. Oritus autem putat à Ciceronibus, & Illyricis, qui societatem cum Locrensis inita, iis in locis contedunt.

**Sálentinum,** pen. prod. ~~maioris~~ Ptolemaeo, Promontorium est extremitum totius Italæ, quo illa quæ longissimum in mare excurrit: quod alio nomine ἄρχων ιατυχεῖς Graeci dicunt. Vide Plin. lib. 3. cap. 11.

**Sale,** Stagnum est Mæoniæ, eodem in loco in quo olim Sipylum, totius regionis caput, terra hiatu desedit. Autor Plin. lib. 3. cap. 29.

**Sálernum,** Picentinorum oppidum in Italia, cuju: meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

**Salia,** Fluvius est Hispaniæ ad oram Britannici maris, à quo Saleni accolli dicti, quos Salinos Ptolem. lib. 2. cap. 6. nominat se existimat Hermolaus.

**Sali,** orum Germaniae populi, qui & Franci dicuntur, ejus re-gionis incolæ, quæ vulgo Franconia vocatur. Ammianus Marcellinus lib. 17. de Constantino scribens: Quibus, inquis, para-tis, perit primos omnium Frâcos, eos videlicet, quos consue-tudo Salios appellavit. Andreas Althamerus in Tacitum suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Salo fluvio. Frâcia enim illa Orientalis irrigat fluminibus Mæno, Radiania, Aecto, Sa-la, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsi, eorum sedes occupa-runt, Franciamq; de suo nomine appellant. q Ab his Salii purat Alcianus legem Salicam arogen duxisse, quasi dicitat Franciam.

**Sális,** ~~σάλιοι.~~ Ger. pfaffen Martis solum die Ultar tangentes] Sacerdotis Martis: sic dicti, quod in portandis Ancillis saltare eos mos esset. Virg. 8. Aeneid. Hic exultantes Salios, nudosq; Lupercos, Lanigerosq; apices, & lapsa Ancilia cælo Extuderat. Liv. lib. 1. ab Urbe: Num item Salios duodecim Martio Gradivo leg. tunicasq; pectora insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegmen, cœlestiaq; arma, quæ Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire, canentes carmina cum tripudiis, sol-lempni, saitatu jussit Cic. 3. de Oratore: Non neglecta, ut mihi videtur, à Numa rege doctissimo, majoribusq; nostris, ut epul-iarum solennium fidès, ac tibiæ, Saliorumq; versus indicant. q Vocatur etiam Salifibuli à Catullo Epigr. 17. ad Coloniam: Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, in quo vel Salifibuli sacra suscipiantur.

**Sáliai,** saliare, ~~σάλιασθαι.~~ Pol. Goscij jwodowie.] Quod ad Salios pertinet: Vnde Salares coenæ appellatae sunt, quas Salii faciebant amplissimo apparatu. Ex quo opiparae, ac copiosæ coenæ, Salares dicuntur. Dapes saliare. Horat. L. Carmen. Ode 37: nunc Salariibus Ornare pulvinar deorum tempus erat da-pibus sodales. Carmen saliare Numæ, Horat. 2. Epist. 1.

**Salicippium,** Sic dictus Calvus orator, qui cum vidisset (inquit Seneca in 4. Controversiarum) à clientibus Catonis rei sui Pollionem Asinium circumventum in sorte, imponi se su-prcipium jussit: erat enim parvulus statuta, propter quod etiam Catullus in Hendecasyllabis vocat illū Salicippum di-seratum. Catullus:

Risi nescio quem modo in corona,  
Quj cum mirificè, Vatiniana  
Mens criminæ Calvus explicasset,  
Admirans ait hæc manus quæ tollens  
Dii magai Salicippium dicitum.

**Sálinae,** arum, Urbs Siciliæ, juxta Lilybæum, palmis abundâs. Sunt & aliae non paucæ ejusdem nominis urbes à salis fonti-bus nomen sortitæ, inter quas minimè convenit præteriti quæ apud Sequanos vifuntur, & structuræ genere, & salis proveni-tu adeò admirandæ, ut nō immerito ostavum sibi locum in-ter orbis miracula possint vendicare.

**Sálinator,** otis, ~~σάλιαντης,~~ Dictus est M. Livius Claudii Nero-nis in Consulatu collega, propter vestigal, quod novi ex-salaria annona commentus est in Censura,

## S A L S A M

**Salisii,** ~~σάλιοι.~~ Populi Alpini, Boii, Helvetiæq; finitimi, quos Cato Tauriscæ gentis esse arbitratur.

**Saliuncanus** portus, Maritimum Gallicæ oppidum ea in parte qua Britanniam insulam spectat. Autor Ptolemaeus lib. 2. cap. 8.

**Sallustius Crispus,** Nobilis historicus, atq; adèd, Martiale te-sta, totius Historiæ princeps fuit, Ciceronis coætantus, cuius acerrimus fuit inimicus, ut ex utriusq; iavectivis constat. Vide CRISPUS.

**Salmantica,** Ptolem. li. 2. cap. 5. oppidum est in Orientali tra-ctu Lusitaniz, in Hispania Vettorum. Vulgò Salamance.

**Salmâcis,** ~~σάλμακος.~~ Ger. Ein Brunnen im Landt Cariæ. Fons in Caria, juxta Halicarnassum: quo veteres crediderunt lavantii corpora effeminari. Ovid. 15. Metam. Cui non audita est ob-scenæ Salmacis unda? Strabo lib. 14: Salmacis fons nescio quam ob rem calumnatus, tanquam emolliens eos qui inde bibant. Hominum enim mollities non videtur ab aere, vel ab aqua proficiendi, quum ea minime sit causa molitici, sed divi-tia, & vietus incontinentia.

**Salmâcidus,** da, dum, denominativum à nomine Salmacis: ut Salmacida spolia apud Cic. ex Ennio. Plin. lib. 31. cap. 3: Nam-nitrosas, atq; Salmacidas & fœculentas in desertis, Rubrum mare petentes, addita polenta, utilis intra duas horas faciunt: quo tamen in loco nonnulli legunt Salmacidas, putantq; sal-nacidas aquas dici, quæ salis saporem referunt.

**Salmoneus,** ~~σάλμανος.~~ Acoli filius fuit, & rex Elidis, qui quæ divinos sibi honores petulantius quereret, Iovemq; fructu æneo ponte, tonando, & jacendis fulminibus imitaretur, ab eo fulminatus, ad inferos detrusus est. Vide Scryium in illud Virg. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonæa poenas, Dum flamas Iovis, & sonitus imitatur Olympi.

**Salmoneus,** Salmonidos, Filia Salmonæ: id est, Tyro. Propertius lib. 1: Non sic Acmonio Salmonida mixtus Enipeo Thra-cius.

**Salo,** salonis, Fluvius est apud Celiberos, non procul à Bilbili oppido, optima ferri temperatura nobilis. Martial lib. 10: Au-riferumq; Tagum sitiam, pariumq; Saloneum.

**Sálomon,** sive ut alii malunt, Solomon, ~~σαλομὼν.~~ Nomen sa-pientissimi Iudeorum Regis: quod si interpretaris, Pacifionem sonat. Filius fuit Davidis ex Bersabea, qui patri in regnū suc-cessit. Deoq; optimo maximo templum primus ædificavit.

**Sálomonius,** salomonia, salomonii, possessorum: ut templum Salomonum apud Laestantium.

**Salon,** ~~σαλῶν.~~ Regio B. thynia, pascendis bobus idonea. Vnde & Salonenis cascus, ~~σαλωνικός.~~ Strabon lib. 12. Vulgò Xadus. **Salonæ,** salonarum, ~~σαλωνικές.~~ Stephano, Vrbs Dalmatiz, olim capta ab Asinio Polione, à qua & filii suum Saloniū appellavit. Lucanus: Qua maris Adriatici longas ferit ora Salonas. **Saloninus,** pen. prod. Polionis filius, sic dictus à captiis à pa-trie Salonis Dalmatice civitate, autore Servio. Asinio Pollio, is quis, ductor Germanici exercitus, quom post captas Salonas Dalmatæ civitatē, primò meruit lauream, pôst etiam Con-sulatum ad patus fuisset, eodem anno suscepit filium quem à capta civitate, Salonium vocavit: qui nunc Virgilius Gene-thliacon dicit. Hunc constat natum risisse statim: quod parentibus om̄e fuit infelicitatis: nam ipsum puerum inter ipsa pri-mordia perisse manifestum est.

**Salpia,** Ptolemaeo lib. 3. cap. 1. Apulorum urbs in Ionio pela-go: Salapia Plinio.

**Salpina,** Palus in Apulia, juxta Salpiam civitatem meretricio amore Annibalis inclytam. Lucanus lib. 5: Quos recipit Sal-pina palus.

**Salsusæ,** pen. prod. Fons in finibus Narbonensis Galliz, aquis salis fluens, circa arcem Hispanorū munitissimam, quæ vul-gò salsæ dicitur.

**Salsæ,** Populi sunt juxta Pontum Euxinum, postea φλαγφα-ποτα: à tenuitate vietus appellauit.

**Saltuāres** insulæ, in Nymphæo sitæ sunt: ita dictæ quod ad iactus saltantium moventur. Plin. lib. 2. cap. 95: Sunt & in Nym-phæo parvæ insulæ, Saltuaries dictæ: quoniam in symphoniz cantu ad iactus modularium pedum moveantur.

**Salvia** mater Apuleii. q Est & Salvia, Triacensium oppidum, in quinta regione Italæ: de quo Plin. lib. 3. cap. 33.

**Salyes,** salyum, ~~σαλιούς.~~ Straboni & Ptolemaeo. Ger. Die Böh-mer. ~~Ζαλιαῖς Βιθυνίας δε της Πρωτείας.~~ Populi sunt Narbonensis Galliz, Liguribus finitimi. Plinius tamen Sallyos vocat. Li-guriæ eos adscribunt, Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi.

**Samaria,** ~~Σαμαρία.~~ schomeri. ~~σαμαρίαν.~~ Stephano. Ger. Die Böh-mier. ~~Ζαλιαῖς Βιθυνίας δε της Ιστραῖς.~~ Palestina regio est, Galileæ & Iudeæ contermina: oppida habens Neapolim, ante Mamortham, Sebasten, & Gamalam. Vide Plin. lib. 5. cap. 13. Stephano item Samaria, regionis hujus urbs est, eadem cum ea quæ postea Neapolis est appellata. q Gentilia sunt, Samaria, & Samaritanus, ~~σαμαριταῖς, σαμαριταῖς.~~

Samarobrini.

**Samarobrini**, *σαμαροβρίνοι*. Fuerūt populi in Gallia inter Belgas, apud quos Cæsar Gallorum concilium indixit. Horum civitas est Samarobrina, à Samara amne nomē habens. Hanc Cameracēsem esse urbem pōnulli autumant, quā Scaldis fluvius interfluit. Vulgo Cambrey. Constantior opinio est, urbem esse Novioduno vicinam, quam vulgo *Sancti Quintini* dicunt. Haec enim p̄terfluit Samara fluvius.

**Sambicus**, *σάμβικος*. Famosi sacrilegi nomen, qui quum Diānae *της ιμπότητος* fanum aliquoties exp̄lasset, tandem deprehensus, asnum perpetū in questione, tormentisq; habitus, miserrimo mortis genere excarnificatus, sacrilegi p̄cas luit. q; Hinc factus est locus proverbio, ut Sambico graviora pati dicamus, quem significare volumus exquisitissimo tormenti genere excruciarī.

**Sāmē**, *σάμη*, Insula ante sinum Ambraciū, quæ & Samos, & Cephalenia dicitur. Item oppidum ejusdem insulæ, à Romanis dirutum. Vide Plin.lib.4.cap.12.

**Sarmnites**, pen. prod. *σαρμνῖται*, Vulgo Abbruzze. Populi in Samo, quod nunc Aputriū vocamus: quæ regio est Italiaz inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Vibes in ea sunt, Adria, Aquilia, Amiternum, Sulmo, Otrona, Arpinum, Aquinum, Arina, Beneventum, Corfinium. Idem & Sabelli dicuntur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto, teste Strabone lib.5. Ferunt enim, Sabinos, quum aduersus Umbros bellum gererent, Marti votum fecisse, si vicitoria potirentur, se illi consecratos quicquid eo anno apud ipsos nasceretur. Quare quum re benè gesta in patriam rediissent, cum reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti consecrass̄. Quos deinde, quū adolevissent, duce Taurō in Campaniam ad sedes novas quærendas emiserunt: ubi nullo proponendum negotio ejectis Opicis, sedes suas collocaerūt: originisq; sue memores, Sabellos sese, quasi Sabinorum sobolem appellarent. Hi gravissimā olim bella cum Romanis variō eventu gesserunt. Sp. Posthumum Consulem, cum collega, totoq; exercitu ad Furcas Caudinas locotum angustia circumventos, ex fœdere sub jugum miserūt: quam tamen ignorāti Romani nō ita multò pōd magna illorum clade dereliquerunt, Samnitibus vicissim sub jugum missis. Postea quum sepius rebellassent, tandem à L. Sylla Dictatore multis preliis fracti, quum ne sic quidem jugum ferre possent, funditus sunt deleti.

**Samonium**, Cretæ insulæ prōmontorium, Rhodo adversum, sicut contrario littore Cyrenas versus *εγένετο πεντήνος* prominet. Autor Pomp. Mela, lib.2.

**Sāmōs**, *σάμος*: Vulgo Samo. Nomen duarum insularum: quāsum altera Ioniæ adjacet eregione Ephesi, ambitu LXXXVII. M. passuum. Lunoni dicatissima, quod in ea nata fuerit, & educata, & Iovi nupta. Scribit Varro, Samon prius Partheniam nominatam, ibiq; antiquissimum fuisse lunonis templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: ubi & sacra ejus anniversaria nuptiarum ritu celebrabantur. In ea Pythagoras quoque philosophus ortum habuit, necno & una ex Sibyllis, quæ inde Samia dicta est, quam ferunt de Christo prædictisse: *Tu enim sc̄ulta IVDÆ Deum tuum non cognovisti, ludem mortaliū mentibus: sed & spinis coronasti, horridūque fel misericordi*. Fiebant etiam in ea vasa filiilia egregiæ ex creta effigie, quæ Samia vocabantur. q; Altera sita est eregione Epiri, non procul à sinu Ambracio, quæ & Cephalenia dicitur. De hac intelligendum est illud Suetohii in Augusto: Ab Actio quum in Samum insulam se in hyberna recipisset. Est enim hæc insulæ brevissimo mari spatio ab Actio dirempta. Eodem spectat & illud Homer., Odys. lib.14: *E' μεθ' μῆν γ' ιχθύν τι, Σάμοις τη πηγαδοτοῖς*. Eadem & Same, σάμη, aliquando appellatur, per primam nominum declinationem. Homerus loco jam citato: *O' τοι γδ' εἰσιστε πηγαδοτοῖς, ἔρεψι Δελιχώ τη, Σάμη τη, Ε' οὐλέων Ζακύνθῳ*. Virg. 3. Aen. iam medio appetet fluetu numerosa Zacynthos, Dulichiuq; Sameq;, & Neritos ardua saxis. q; Fuit & Samos, sive Same, oppidi nomen in eadē insula à Romanis dirutum. Strab. lib.10: Quoniam quum Insula sit tetrapolis: id est, quatuor habeat urbes, ex iis una est quæ Samus, sive Same dicitur, utroq; usitato vocabulo, ipsi etiam insula communia. Et paulò pōd: De Cephalenia verò quæ est tetrapolis: id est, civitates habet quaternas, neq; hujus temporis nomine dixit, neq; illa de civitate, una tantum excepta sive Same, sive Samo: quod oppidum hodie deletum prossus est. Plin. lib.4. cap.12: Cephalenia quondam Melena dicta. XI. M. pass. abest: circuitu patet XLIIII. Same diruta à Romanis, adhuc tamē oppida tria habet. Ex his satis constat variam corū esse differentiā, qui insulati, Samon urbē verò, Samen dicendam contendunt. q; Ab hac Same deducitur gentile Samæus, *σαμαιος*, quum à Samo Iosiaz insula, Samius deducatur. q; Est & Samus, cognomēto Threicla, quæ & Samothracia dicitur: de qua vide paulò pōd suo loco.

**Sāmūs**, *σάμους*: Quod est ex Samo insula: ut Pythagoras

Samius. Vas Samium. Plautus Captiis: Samis vasis utitur. Cicero pro Murena: Atq; ille stravil leculos exposuit vase Samia. Aufonius de Agathocle: Fictilibus cœnas ferunt Agathoclea Regem, Atq; abacum Samio sapè obcrasse luto. Pro eodem dicimus & Samium absolutē. Cic. 6, de Repub. ut citat Nonius: Munera Pontificum diis immortalibus grata sine Samio. A utor ad Herennium, lib.4: Nos Samis delectabimur. Sāmōlūs, a, um, diminutivum: ut Samiolum poterium. Plautus Sticho: batiocis Bibunt: nos nostra samiolo poterio, tamen vivimus.

**Sāmōlātā**, *σαμολάτα*, *σαμολάτη*. Vrbs Comagenes ad Euphratem. Luciani Sophistæ patria: stagnū habens limum quēndam gignens, quam malsham illi appellant: cuius tam admirabilis est natura, ut aqua accendatur, nec nisi terra restinguatur. Hoc limo Samosatæ urbem saam Lucullo oppugnante defendunt, hostes unā cum armis exurentes, ut est autor Plin. lib.2, cap.107.

**Sāmōthrāciā**, sive Samothrace, *σαμοθράκη*. Stephano, *Sarmōdrachi*, Insula est maris Aegæi, Thraciæ adjacens, ea in parte qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta. à Dardano quodam Trajano, qui Palladium secum ferens: eō traditum configisse. q; Gentilia sunt Samothrax, & Samothracius. Virgil. 3. Aeneid. Threiciamq; Samum quæ nunc Samothracia fertur.

**Sanates**, *σανατες* sunt qui infra, supraq; Romanam habitaverunt quod nomen ii. fuit: quia quum defecissent à Romanis, brevi post rediēre in armicitiā, quasi post sanata mente. Itaque in XII. Tabulis cautum est: ut idem juris esset Sanatibus quod fortibus: id est, bonis, & qui nunquā defecserant à pop. Roma. Hæc Festus.

**Sanaus**, Phrygiæ oppidum Apolloniæ metropolis, teste Strabo lib.12. Ptolemæus Σαναυ appellat.

**Sāncūs**, Dei nomen quoddam, cujus meminit Ovid. Quæbam nonas Sancō: Fidionem referrem, An tibi Semō pater. Intelligo autem ex Varrone de ling. Lat. hunc deum idem esse, qui alio vocabulo dicitur Dius fidius à Latinis & à Græcis Hercules. Putabant, inquit, Sanctum à Sabina lingua, & Herculem à Græca.

**Sāndālīōtīs**, *σανδαλιῶτης*. Sardinia insula denominata est, ab effigie sandaliū: hoc est, solez: unde & a nonnulli Ichnuſam, ιχνους vocant, à similitudine vestigii, quod Græc. ιχνος dicitur. Plin. lib.3. cap.7: Sardiniam ipsam Tim̄us Sandaliotin appellavit ab effigie solez, Myrsilus Ichnuſam à similitudine vestigii. Vulgo Sardena.

**Sāndānīs**, Vir fuit quidam Lydus, qui frustra Croeso suaderē conatus est ne bellum Persis inferret. Herod.lib.1.

**Sanea**, *σανεα*. Vrbs Indiæ: gentile, Sancus, Steph.

**Sāngā**, *σανγά*. Cantaborū flavius, in Hispania citeriore. Plin. lib.4. cap.20. q; Sanga præterea est servi nomen apud Terentium in Evnuch.

**Sangariūs**, *σαγαρίας*: Vulgo Zagari. Fluvius est Asiaz, alio nomine Coralius dictus in Didymo monte nascens, & per Phrygiām, Bithyniamq; in Pontum illabens. Vide Plin.lib.6. cap.1. Ptolemæus Sagarium appellat, Ovidius Sagarium. Vide suprà suo loco.

**Sānnāūs**, Quod hic pro Asiaz quodam lacu corrupte legebatur, vide SINNAVS.

**Sāntōnēs**, & Santoni, pen. corr. *σαντόνες*. Ger. *Söder in Längdöden / jetzt Xantonge*.] Populi quidam Galliaz Aquitanicæ, non longè à Tolosatium finibus, quæ civitas est in provincia Romanorū, ut Cæsar lib.1. Commentariorum scribit. Lucas lib. i: gaudetq; amoto Santonus hoste.

**Sāntōnēs**, a, um, adjet. Iuven Satyr. 6: Tempora Santonica velas adoperta cucullo. Sunt qui scribant Xantones cum x in prima syllaba, non cum s.

**Santonum portus**. Galliaz urbs est, ad Oceanum, teste Proleme lib.2. cap.7. [Vulgò la Rochelle. Ger. Ein Meerhaven in Gaſſen.]

**Sapæi**, *σαπαι*. Thraciæ populi sunt ad Nestum amnem, quo mē meminit Plin. lib.4. cap.11.

**Sapires**, pen. prod. *σαπιες*. Steph. Populi in Ponti mediterraneis, qui & Sabires, *σαβιες* dicuntur. Meminait horum & Orpheus in Argonauticis.

**Sāpis**, Fluvius Italiaz in Flaminia prope Cesenam urbem, auctor est Plin. lib.3. cap.15. q; Est & Sapis Galliaz Cisalpinaz fluvius Senogalliam urbem subterlabens, juxta quam & Isaurus fluit. Lucan.lib.2: Crustumiumq; rapax, & junctus Sapis Isauro. Vulgo Albi en marca de Ancona.

**Sappho**, *σαπφη*. Insignis poëtria fuit carminis inventrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli fuisse duas hoc nomine: quarum una Eresia, quæ & antiquior, Lycica, quæ tempestate Alceus claruit, Terpsichorus, & Pittacus, tempore Tarquinii Prisci. Ea plectrum prima invenit. Scriptit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Alto-  
ta Mityle;

ra Mitylenæ, longè junior, cuius pulcherrimum opus ad amicum Phœnem extat. Scriptis & alia multa apud Græcos, ut meritò nona inter Lyricos poëtas annumeretur. Antipater autem Sidonius sic de ea scribit: Μηγονίλω τὰ θεότα, ὅτι τέλος τοῦ μυστήρου Σαρπεῖς: μηδεγαν μάτω οἶνος βρετοῖς: id est, Mnemosynem matrem Musarum cepit stupor, quando audivit dulcilonam. Sappho: Nunquid decimam Musam habent mortales?

Saraca, Ptolemy lib. 8. cap. 2. Oppidum in Mediterraneanis Me- diaz, & eidem lib. 5. cap. 10 Sarace civitas in Colchide.

Sarastes, Populi, Vide S A R A S T E S.

Sardanapalus, pen. prod. [σαρδαναπαλός. Ger. Der letzte König der Assyrier ein Mann allein mutwillig ergeben.] Ultimus Assyriorum rex, & trigeminus à Nino, omni libidinis, mollitiaeque genere effeminateissimus: adest ut non erubuerit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu sceminas omnes lascivia anteire. Quamobrem indignati Assyrii tali scemina parere, ducet Arbace descendentibus, bellū Sardanapalo intulerunt. Qui vi- dūs in regiam se recepit, & extructa pyra, se atque divitias in incendium misit. Ovid. in Ibis: Inq; pyramidum charissima corpora mitas, Quam sicut vite Sardanapalus habet. Ejus epitaphium refert Cic. lib. 5. Tusc. quæst. Quomodo igitur (inquit) iucunda vita potest esse, à qua ab sit prudentia, ab sit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentissimi Syria regis error agnoscitur, qui incidi justit in busto: Hæc habeo quæ edi, quæque exaturata libido Hausit: at illa jacent multa & præclaræ relicta. Quid aliud (inquit Aristoteles) in bonis, non in regis sepulcro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit quæ ne vivus quidem diutius habebat, quam fruebatur. Suidas refert in Nino monumentum habuisse, cui hæc fuerint inscripta: Σαρδαναπαλός οἱ Αἰγαλούσιοι πάντες, ἀγράσαις, Επαρσόν εἰ νησὶ παῖς οὐδὲν οὐδὲν, καὶ κίνη, καὶ πούσες αἴδει τὰ αὐθόρπεδα τὰ διατάξαι: Hoc est, Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Anchialon & Tarson uno dic extruxit: Tu autem o hospes, ede, bibe, lude, cum quibus reliqua mortaliū omnia non sunt cōferenda. Vide plura de hoc apud lustinum lib. 9. & Diodorum Siculum Bibliothecæ lib. 8.

Sardemissos, Tauri montis promontoriū est quod inter Ly- cram & Pamphyliam in nostrum pelagus imminet. Meminat ejus cap. 27. libri 5. Plinius.

Sardianus, adjectivum, Vide S A R D I S.

Sardiniā, [σαρδηία Stephano: Vulgo Sardigna. Ger. Ein grosse und berühmte Insel im Mittelmeer / heißt jetzt Sardigna.] Insula est, teste Salustio, in mari Libyco: ita dicta à Sardo Herculis filio (sicut Silius lib. 12, & Solinus scribunt (qui è Libya veniens, cum multitude colonorum insulam occupavit: quū antea Sandaliotis appellaretur, ab effigie sole, quem Græci σαρδαναπαλός vocat: & Ichousa, à similitudine vestigi, quod Græcè dicitur ιχνός. Hujus latitudo est milium passuum nonaginta duo, longitudo ducentorum viginti: quanquam alii stadia multa adjiciant. Habet hæc insula à Septentrione montes editissimos, qui prohibent quo minus à Borea possit perfilar, quod sit ut aëris pestilentia maximè fit obnoxia. Quo nomine etiam olim tam male audivit, ut M. Cicer. Quintū Fratrem moneat, etiam tum quum optimè valeret, meminisse eum debere in Sardinia ipsum esse. & alibi: Tigellum quandam Sardum hominem esse ait patria sua pestilentiem. Martialis quoq; Sardiniam Tyburi, tanquam saluberrimo loco pestilentissimum opponit. Nullo (inquit) fata loco possis excludere, quod mors Venerit in medio Tybure Sardinia est. Mirum in ea insula neque lupum igni, neq; serpente repertiri. Habet civitates multas, sed omnium præclarissima Calaris est, ubi coralliorū pescatio est. In qua divi Augustini ossa tantum cōquievēre, quo ad ab Heliprando rege Papiam trāslata sunt. Hæc civitas Iole à prisca appellabatur: ab Iole illa, quā Hercules perditissimè amavit. Insulam Poeni occupavēre, sed à Romanis expulsi primo bello Punico, eandem amisere. q; Est & Sardinia piscis genus, ad condimenta & salituras utilis, apud Italos plurimus. [i. τιχεῖον, οἰκοδομὴ, ηράπορα. Gall. Sardelle, οἰκοδομὴ. Ital. Pesce Sardella. Hisp. sardina.] Col. lib. 8. cap. 17: Tabates halcculas, & salibus excelsam chalcidem, putremq; sardiniam.

Sārdī, sardorum, σαρδίς, οἰκοδομὴ, Sardinie incolæ, qui ob insignem vilitatem, nequitiamq; in proverbium abierunt. Cicer. lib. 4. Epist Habes Sardos vñalces, alium alio nequiores.

Sārdīlēnses, σαρδίνιοι. Qui aliundè orti negotiatiois gratia, aliāmve ob causam in Sardinia versantur.

Sārdōūs, sardoa, sardoum, σαρδίνιοι. Possessivum à Sardinia. Ovid. lib. 4. Fast. -Sardoaq; regna sinistris Respicit à remis. Herbae Sardoæ. Virg. 7. Aeglog. Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis.

Sārdīs, σαρδίδη Stephano. Ger. Ein Stad in Lydia am Berg Tmolus.] tantum pluraliter, Vrbs Lydie magna, ad latus Tmolii montis sita, olim Cœsti regia. Horat. 1. Epist. Quid concinna Samos, quid Cœsti regia Sardis? Terminat autem dominatio-

vum & accusativum in is producta, quomodo Trallis, & Syritis. Ex Sardibus fuere duo Diodori oratores, quorum junior Strabonis amicus fuit, & historias scripsit, & poëmata. In Sardibus ecclesia fuit una ex septem Asia, quarum Iohannes membrinit in Apocalypsi.

Sārdīfānūs, a,um, adjectivum, Sardianæ balani à Græcis dictæ sunt castaneæ, quod circa Sardis primum fuerint inventæ. Vt de Plin. lib. 15. cap. 23.

Sārdonici. Montes Liburniæ, Ptolem. lib. 2. cap. 17.

Sārdūs, σαρδίδη, Herculis filius, qui adhuc puer ab Iolo cora furon substractus, quos Hercules vivens lacessierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam insulam pervenit: tamq; quæ antea Sandaliotis, seu Ichnuosa vocabatur, à sombre suo Sardiniam creditur appellata.

Sārēptā, [σαρέπτη σαρφάθ, σαρέπτη Stephano.] Vrbs Phœnicæ, in qua divinus vates Elias existentem viduam miraculo pavisse scribitur in libris Regum. Meminat ejus & Plin. libio 5. capite 29.

Sāreptānūs, sareptana, sareptanum, σαρέπτην. Sideritus: Vims mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna, Quæq; Sareptanæ palmitæ missa bibas.

Sārgapises, lege SPAR GAPISES.

Saricha, Vrbs Cappadociæ, gentile Sarichenus aut Saricheus.

Sārmātē, [σαρματη Stephano. Ger. Die Wölfe so jesset der Wölfe / der unteren Donaw vmb das Ennisch und Meotisch Meers bis in das Minervisch ligen / auch weiter über den fluss Tanai fließt.] Populi Scythæ juxta Danubium, in Meoticam paludem vergentes, qui & Sauromatæ, σαρματæ, dicuntur, & regio eorum Sarmatia, σαρματia dicitur. Plin. lib. 3: Sauromatæ gentes Scytharum Græci vocant, quas Sarmatæ Romani dicunt. Dicti Sauromatæ, ab oculis lacertarum: σαρματæ enim lacerta est, σαρματæ oculus. q; Nomina diversa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus, utrūcun plaustris pro domibus: pa- scunturq; laeti equino: unde quidam eos in παράγοντα: hoc est, equarum mulsores: alii γαλακτηπάγοντα: hoc est, lacte velcentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quo's vocat Gelonus.

Virgilii libro 1. Georgic. Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus. Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum: Et lac concretum cum sanguine potat equino. Item Sarmatæ alii sunt, qui equino sanguine ē cruribus detracto, fati- naq; commixto aluntur. Alii etiam qui pro victimis homines immolant. Alii bellorum & cædis amatores: quibus bellantibus mos est cruorem ejus, quem primum interemunt, ex ipsius vulneribus bibere: & ut quisque plures interemunt: ita apud eos eximius habetur. q; Sunt & in Scythia extre- mis Sarmatæ, qui carne equina vescuntur: ali; qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocant Anthropophagi, άνθρωποι τὸν αὐθαίρετον: hoc est, ab hominibus edendis. Idem ab usu plaustrorum, Hamaxobitæ Pomponio. Hamaxobii Ptolemaio vocantur. Auri & argenti, maxi- marum peltium, ignari, permutatione rerum commercia excent: atque ob tævitiam hyemis demersis in humum le- dibus, specus aut suffossa habitant, totum Bracchati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti. Horum meminerunt Plinius libro 4. capite 12, & Strabo libro 11. q; Sunt autem duæ Sarmatæ secundum Ptolemaio, quarum una est in Eu- ropa, quæ (ut libro 3. scribit) à Septentrione Oceano terminatur: ab Occasu parte Germaniæ: à Meridie Iazygibus Me- tanastis. In ea est Olbia, quam nunc Russiam & Tartariam es- se credunt. Altera Sarmatia est in Asia (ut idem libro 5. refer) quæ à Septentrione terra incognita terminatur: ab Occa- su Sarmatia Europæ, & Tanai fluvio. In ea sunt Caucasi montes.

Sārmātis, sarmatidis, Patronymicū. Ovidius: Terreat haud ma- nes Sarmatis umbra meos.

Sārmēntūs, Nomen proprium Equitis Romani, qui scurrili- tate claruit sub Augusto. Horat. 1. Scrm. Satyr. 5.: nunc mihi paucis Sarmenti scurræ pugnam, Messiq; Ciceni Musa velim memores.

Sārnūs, σαρνός. Ger. Ein fluss in Campanien der Landesheit Is- lia, heißt jetzt Scafare. Fluvius Campaniæ, ofens à Sarno mon- te, inter Pompejanum agrum, & Saleraum, juxta oppidum in Sarni montis radicibus positum? Plinius lib. 3. cap. 5: Littore autem hoc Neapolis Chalcidensium, & ipsa Parthenope à tu- mulo Sirenis appellata. Herculanium, Pompei, haud procul aspectante monte Vesuvio, alliente verò Sarno amne, ager Nucerius est. Virg. 7. Aeneid. Sarrasteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Sāronīcūs sinus, σαρωνικός ιχνός, Qui Corinthiacum Isthmum ab Ottu affuit: nam qui eundem alleget ab Occasu, Crissæus, si- ve Corinthiacus dicitur. Plinius lib. 4. cap. 5: Sinus Saronicus olim queruo nemore redimitus: unde nomen, ita Græcia zo- tiqua appellante quercum. Multi à Serone deo marino. Nam Saronem

Sarothem fuisse regem, qui illic Aslepius marinae regioni impetravit, in Corinthiacis scribit Pausanias.

Sarpedon, penultima producta, Sarpedonis, penultima corrupta, ~~longe~~, teste Homer, lib. Iliad. 18. Iovis filius ex Lycia Bellorophontis filia: aut, ut Herodotus tradit ib. Polymnia, ejusdem Iovis filius ex Europa, & frater Mindis. His quibus Lycia rex esset, & in armis strenuus. Priamo supprias tulit adversus Grecos: ubi quum multa edidisset virtutis suis documenta, tandem a Patroclio est interficetus. Corpus autem eius Iovis jussu ab Apolline e medio pugnantium sublatum est, & flumine ablucatum, ambrosioque respersum liquore, ac regia induitum vestre, ad exequendum funus suis restitutum. Virgil. lib. 1. Aeneid. Sarus ubi Aeacidate telo jacet Hector, & ingens Sarpedon, ubi tot Simois, &c. Est & Sarpedon, Cilicis promontoriorum finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliaciam à Pamphylia distinguit. Pomponius Mela lib. 1, in descriptione Ciliciae.

Sarrā. [σαράνη. German. Die geheb stat Tyne in Phoenicie gelegen. Vulg. Puerta de Sar.] Nomen civitatis, quae postea Tyri dicta est: à qua Sarranum ostrum est nominatum. Sed id quoq; hōmen à pisce quodam accepit, qui illic abundat, & sarrilla lingua vocatur, ex cuius sanguine sericum in purpuram tingebar.

Sarrānū, sarrana, sarranum, σαρρανός. Tyrius: unde Sarranae veteres dictæ sunt, quae & ostrinae, purpureæ, quod Sarræ: d. est. Tyri optimè tingerentur. Virg. lib. 2. Georg. - & Sarrano dormiat ostro. Juvenal. - aut pīctæ Sarrana ferentem Ex humeris autæ togæ.

Sarracē, σαρρακή, Nomen est duarum urbium, quarum una est in Media, altera in felici Arabia. Vide Ptolem. libro sexto, capite 2. &c.

Sarracēni, σαρρακοί, Populi post Nabathæos à Sarraca (ut Stephanus inquit) quæ est pars Arabie. Plin. lib. 7. cap. 28. Nabathæos Thimancos junxit veteres: nūc sunt Taveni, Suelini, Sarraceni, Araceni.

Sarrastēs, Populi Campaniae, Sarno amni vicini: à quo & nomen accepisse putantur. Virg. 7. Aeneid. Sarrasteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Sarsīna, penult. corr. σαρσίνη, Vetus civitas in Aemilia, ex qua Plautus poëta Comicus ortus est: unde & Sarsinas appellatus est: quanquam à doctis quibusdam Farcinas, nō Sarcinas vocetur. Lacte abundant, ut testatur Silius lib. 8: his Sarsina dicitur Lactis, &c.

Salon, σαλών, Insula est inter Epirum & Brundusium, quinque ab utroque millia passuum distans, ut ait Strab. lib. 6. Est & fluvius in mare Adriaticum influens: de quo Silius: Adriatici fugite infestas Saronis arenas. Et alibi: Expavit sonitus tremefacto littore Salōn.

Satagutæ, σαταγούται, Populi in Scythia Asiatica, ut lib. 4. testatur Herodotus.

Satārachæ, σαταράχαι, Populi in Scythia Europæ, juxta Maeotidem, qui (ut Solinus refert) damnato auri & argenti usu, se à publica avaritia abdicarunt. Horum oppidum fuit Myrmecion, Panticæum, Theodosia, Hermisium, aliaq; nonnulla, quæ vide apud Melam, lib. 2. in descriptione Scythie Europæ, Flaccus lib. 6. Argon. Flavictines Satarchæ.

Sataspes, σατασπες, Vir Achæmenius fuit, Theaspis filius, qui quum Zopyri filiâ violasset, & ob eam rem à Xerxe cruci destinatus esset, intetcessione matris, quæ Darii erat soror, impetravit ut in exilium ageretur, donec Africæ universam lustrasset. Quumq; jam aliquot menses illa in peregrinatione consumplisset, navigationis tædio adductus, in Perfidem rediit: Regiq; retulit, scie reliquum itineris confidere non potuisse, quod naves à magnetibus retinetur. Quod quum Xerxi fabulosum videretur, hominem, ut antea destinarat, cruci affixit. Vide Herod. lib. 4.

Satītūlī, Populi Campaniae moribus asperi, de quibus Virg. 7. Aen. - amnisque vadis Accola Vulturni, pariterque Satculus asper.

Satræ, Populi Græcorum in littoribus Thracie, ut ostendit Herodotus suæ historiæ lib. 7.

Satyrus, saturonis, Nomen est parasiti apud Plautum in Persa, captaadi joci gratia à contrario impositum. Solet enim hoc hominum genus perpetuo esurire, & nunquam saturum esse. Vide quam Toxilus servus cum Saturionem salutasset: respondet parasitus: Mendacium ædepol dicis, atq; haud te decet. Nam Esutio venio, non advenio Satyru.

Satyrus palus: quæ & Pontina, juxta Circetos fuit, XXIII. olim urbium locus, ut ex Mutiani sententia tradit Plin. lib. 5. cap. 5: Haec ad viam usque Appiam pertinebat, ubi & naviibus traxiebatur, inter Appii Forum, & Anxurem. Virg. 7. Aen. - queis Jupiter Anxurus arvis Præsidet, & viridi gaudens Feronia luce: Qua Satyræ jacet alta palus, gelidusq; perimas querit iter valles, atq; in mare conditæ Yfea:

Satyrus, sive Satyrum, σατύρης, Vrbs Calabria fuit, non longè à Tarento. q; Stephanus quoque autor est, regionem Tarento vicinam Satyrum, sive (ut ipse scribit) σατύρης nominari. Sunt tamen qui Satyrum legante quo aliquid supra in dictione SATVR.

Satyræ, σατυρα, satyrejanæ, possessorum. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. & Me Satyrae vestrari rura caballo.

Saturnia, σατυρία, Latii oppidum, à Saturno conditum. Virg. 8. Aen. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem. Saturnianæ colonia, Tuscorū urbs mediterranea Ptolemae lib. 3 cap. 1.

Saturniani, Heretici à Saturnino quodam nominati, qui mundum solos angelos septem, inscio Deo, fecisse dicebant.

Saturninus, Tribunus plebis fuit seditionis, qui quum perniciosis legib. Rem publicam perturbaret, sumptus ex Senatus consulo arms, in Capitolio occisus est à Scæva quodam Qui Crotonis servo, cui idcirco libertas premii loco data est. Fuerunt multis post annis, q; à C. Rabirio occisum dicerent: quo nomine ille à T. Labieno in judicium vocat⁹, & Perduellionis reus factus, à Cicerone defensus est pulcherum illa oratione, que pro Cajo Rabirio Posthumo perduellionis reo inscribitur.

Saturninus, Mons quondam dicebatur, qui postea Tarpeius, deinde & Capitolinus appellatus est.

Saturnus, [σατυρός. Ger. Ein Sdhn Cali vnd Vest, ein Bauer Israh vnd Isamu.] A' poëtis singitur fuisse antiquissimus deus, qui ex Ope conjugé genuit Iovem, à quo postea celo pulsus est. A' Græcis dicitur σατυρός, quasi σατυρός: hoc est tempus. A' Latinis autem Saturnus, quod annis saturetur, ut ait Cicero de Nat. deor. vel quia se in devorandis filiis saturavit. Ex se enim natos comedisse singitur: quia cōsumit æras temporū spatiæ annisq; præteritis infatualiter explet⁹. Ovid. Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas, Omnia destruitis, vitiaataque dentibus ævi Paulatim lenta consumitis omnia morte. Sung. qui Saturnū à satu deducant: quoniam peritiam rutis, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidam ab eo quod Græci σατυρός, membrū virile nominant: propterea quod patris pudenda abscidisse, atq; in mare projecisse dicitur: unde Venetrem procreatā ferunt, quæ à spuma, unde coauit, Aphrodites nomē accepit. q; Fratrem habuit Titanem majorem natu, qui quū parenti succedit vellit: tamē animadversens matrem, sororesq; Saturno magis favere, regnū ipsi concessit: ea tamē lege, ne Saturnus prolem masculam tolleret, ut regnū ad suā prolē rediret. Saturnus igitur quū plures liberos devorasset, nati sunt gemini Iupiter & Juno: tum mater Iunonē Saturno ostendit, Iovem verò clām nutritum alegavit: adhibitis internum Corybantibus, qui cymbalorum, tympanorumque pulsū obstrepebant, ne pueri vagitus audiretur. Saturno autem quum ille puerum deposceret ut & ipsum devoraret, Opis lapidem ei ostendit pañis involutum, cumq; partu illo à se editum simulabat: quem ille acceptum sine mora devoravit.

Neptunum quoq; clām Saturno Opis peperit, quem similiter clām educari curavit. Tertiò rursus geminos enixa est, Plutonem & Glaucom: ubi rūsus Glaucom Saturno ostendit, Plutonem abscondit. Veiūm detecta tandem fraude, quū Titan rescivisset, fratris prolema masculam, suosque ea ratione regnū successionis pulsos esse, cum filiis, qui Titanes à patre coguaminabantur, bellum adversus Saturnum suscepit, illumque & Opem sororem captos, muro inclusit: sed à love filio devictis Titanibus liberati sunt. Porro Saturnus ex oraculo edocetus, fore ut à filiis regno pelleretur, quum ab hoc Lovi insidias strueret, ab eo regno pulsus, in Italiam profugit, ubi diu apud Ianum regē latitavit: unde ea pars Italij Latium dicta est. Hoc regnante æatem auream fuisse fabulantur, terramq; sua spēte expertem women & aratri peperisse fruges: communes, & nullis designatas, limitibus agrotum possessiones fuisse.

Saturniūs, a, um: ut pater Saturniūs: id est, Iupiter Saturni filius: Iuno Saturnia: id est, filia Saturni, σατυρίδης. Versus quoq; quos olim Fauni, vatesque canebant, Saturnios antiqui nomina- bant, ut ait Varro.

Saturnaliæ, orum. [σατυρία. Ger. Die Bästtag Saturni, so man in Rom hieß im Wolffmonat. Pol. Μισθόπολις.] Festa septem, seu quinq; diecum mēle Decembri Saturno dicata, quibus Romani synthesin vestē sumebant, servisq; discubentibus inserviebant, muneraq; ultro, citroq; miti, remittiique solebant. Sueton. in August. Saturnalibus, & si quando alijs libuisset, modò munera dividebat, modò numos omnis auctor.

Saturnaliæ, saturnalia, saturnalium, Quod ad Saturnalia pertinet, σατυρία. Martial. lib. 5. Saturnalia ligulam misericordia libra. Saturnalia auctæ, apud eundem, lib. 6.

Satyræ, Vide in APELL.

Satyrorum insulæ, σατυρίδης. Sunt cōtra tres Indiam extra Gangem sitæ, sicut Ptol. lib. 7. scribit: quas qui habitat, caudas habere dicuntur, quædes Satyris pinguntur.

Satyrus, Fluvius nomine in Aquitania, cuius meminit Lucas

lib. 1.: tunc rura Nemetis Qui tenet, & ripas Satyni qualitose curvo, &c.

Savo, onis, Fluvius est in finibus Campanie. Plin. lib. 3. cap. 51. Savona, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Sabbatum, Plin. Sabbatia Pompon. Vrbs Liguriae notissima: Vulgo Savone.

Saurōmātæ, penult. cor. οὐρωμάτη, Populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alii Asiatici sunt, alii Europei, Tana de fluvio discreti: de quibus vide plura supra in ditione SARMATA.

Saurūs, Nobilis statuarius, cuius opera commemorat Plinius lib. 36. cap. 5.

Saus, [σαῦς] Ptolemæo. German. Die Saus in Bogeto. ] Fluvius est apud Carnos ortum habens, & circa Liburnas montes, nos procul à Paurono oppido (hodie Alba Greca vocant) in Danubium prolabens.

Saxonēs, σαξονες. Illustres Alemaniæ populi, qui Angelæ Regiae auctoritate Angliam devicerunt. Hos Ptolemæus non longè à Cimbris in Oceanis Septentrionalis littoribus, & paludibus invisi constituit, lib. 3. cap. 11.

Saxum ferratum, & Saxoforatum, teste Volaterrano, Oppidum in Piceni, atq; Umbria finibus situata appellatum à Ferro, propter fodinas terrariorum, quas eo in loco multas fuisse earum celiq; ostendunt. Scoriaum, στρογγυλον, à veteribus dicebatur, à Sentonio amne juxta moenia labente, quem nunc quoq; incolæ Sentoniam vocant.

S. ante C.

Sceæ porta, σκαια πόρα, Vrbis Trojanæ porta fuit, fatali Labomedonis sepulcro nobilitata: ita dicta (ut Grammaticis placet) quod ad sinistrum: hoc est, Occidentale urbis latus sita esset. In Augurum enim disciplina quæ Ortum spectant dextra: quæ Occulum sinistra dicuntur. Strabo tamen libro 13. videtur sentire Sceæ portæ nomen à Sceis Thraciæ populis sumptum fuisse, cum quibus Trojanos multa nomina communia habuisse ostendit Virgil. 3. Aeneid. & acentem Xanthi cognomine rivum Agnosco, Sceæque amplector limina portæ.

Sceæ volæ, σκαια πόρα, Quinti Mutii cognomen fuit, inde tractum, quod ex quo in Portæ castris dextram exussisset, ejus loco sinistra fuerit usus: σκαια Græci enim sinistram vocant. Vnde Sceæ, & per diminutionem Sceæ volæ dicti sunt, qui sinistra dextra loco utebantur. [Germ. Ein Lügertanß] Aliam hujus nominis causam adducit Varto lib. 6. de lingua Lat. Pueris, inquit, turpicula quædam res in collo suspenditur, ne quid oblitio bonæ Sceæ, inde Sceæ volæ appellatus.

Scalabis, σκαλαβις, Lusitanæ oppidum, alio nomine Præsidium Iulium appellatum, teste Plin. lib. 4. cap. 22. Vulgo Tragillo.

Scaldæ. [German. Die Scheide / ist ein fluss in Westphalen.] Insignis fluvius est in, omnino Germanicæ & Gallæ Belgicæ: quas regiones suo alveo ad Septentrioñalem distinguit, Antuerpiam clarissimum orbis Christianum emporium alluens, marisque æstum refluius, & bisseris quotidie horis versus caput reccurrens. Plin. lib. 4. cap. 17: A Scalde ad Sequanam Belgica. Ibidem capite decimo tertio: Toto autem hoc mari ad Scaldum usque fluvium, Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Scamander, σκαμανδρος, Fluvius Trojæ, ex Ida monte descendens, quem Hesiodus Ἐρέα σκαμανδρος: id est, divinum Scamandrum appellavit. Antea Xanthus dicebatur: quod & Homerus innuit, quū cum ab hominibus quidē Scamandrum, à diis verso Xanthum vocari ait, suo more vetustiore appellationem diis, recentiorem hominibus assignans. In hoc fluvio sponsæ jam nupturæ sese abluebant, Scamandrum nominatum his verbis invocantes: λέσι με Σκαμανδρε τὸν παθεσίου. Qua occasione usus Cimon quidam Atheniensis, quem Calirrhoës generose pueræ amore tentretur, quæ jam viro desponsata erat, in Scamandri virgultis sese occultavit, caputq; arundine coronavit: quumq; illa ex more lavaretur, carmenq; solenne caneret, Scamandrum, ut virginitatem suam acciperet, invocans, Cimon è virgultis profiliens: Ego vero (inquit) accipio lubens, virginemque in ripam sustulit: ubi & vitium ei obtulit. Vide hac de re plura in Epistol. Achinensis. q Fuit & Scamander nomen filii Hectoris & Andromaches: quem tamen Trojani Astyanacta: hoc est, civitatis principem vocare maluerunt, Hectori id honoris tribuentes, cujus virtute Ilium novem perpetuos annos fortissime erat defensum. Vide Homerum quinto Iliad.

Scamandriæ, σκαμανδρια, Vrbs parva à portu Iliensi parum remota. Plin. lib. 4. cap. 30.

Scandinavæ. Insula est Oceani Septentrionalis, quam Plin. lib. 4. cap. 13. incomparabiliter magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarum orbem appellaverunt: nonnulli etiam Officiant gentium, eò quod incredibilem mortalium vim identidem effuderit, qui ad querendas novas sedes orbem peragrantes, cuncta cladibus & vastitate implerunt. Hodie satis constatin-

salam non esse, sed ad ortum supra Livoniæ continent adhærente. Tenent eam Suedi, Norwegi, Gothi, innumerique alii barbaræ gentes.

Scaptefūla, inquit Festus, Locus in Macedonia, ubi argentea fodi solebat, à σκάπτει fodo. [Polon. Gora gaudiæ kopis strabo.] Lucræ lib. 6: Quales expirat Scaptefūla subter odores. Rerum tamē videtur Scaptefūla legi posse, sine a. Apud Stephanum enim scribitur σκαπτεύλα, quanquā ille in Thracia, nō in Macedonia, eam collocet. Quod disserim nō est magni momenti, quippe quum ne inter celeberrimos quidem Geographos satis conveniat de Macedonia, Thracięq; terminis, aliis Strymone amne, alius Nesto eas terminantibus.

Scaptiæ, Latii oppidum fuit, teste Plin. lib. 3. cap. 5, à quo Scapti tribus.

Scardōnæ, σκαρδωνα, Insula in mari Adriatico, adjacēs Illyrica, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. ult. In ea sunt duæ urbes, Colletum & Arba. Vulgo Scardo.

Scarpheæ, sive Scarphia, penult. prod. σκάρφαι. Insula Helladi adjacens, in mari Aegeo, non procul ab Attica, de qua Plinius lib. 4. cap. 12. Est & Scarphia urbs Locorum Epicemidiorum, decem stadiis distans à mari, teste Strabone lib. 9. à Stephano Phocidi falsò assignata.

Scaurorum familia Romæ in primis illustris fuit: ex qua fuit Marcus Acmylius Scaurus, princeps Senatus, cuius patrem adeò inopem tradunt fuisse, ut carbonarium vita sustinendæ causa exercere cogeretur. Quia etiam Marcus ipse primum addubitate fertur, num ad argentariam fuisse, an potius ad forum & curiam conferret. Vtrum quum eloquentia semper studiosissimus fuisset, foro magis idoneus sibi visus, brevi magnum sibi gloriam peperit. Et ceteros quidem magistratus ex ordine adeptus, ita eos gessit, ut Consulatu dignissimum videatur. Magno itaq; nobilitatis studio Consul factus, Ligures & Canticos domavit, & de iis triūphavit. Censor deinde creatus, Acmyliam stravit, pontemque Acmylium extruxit. Filium suum, quod in saltu Tridentino hosti loco cestrat, in conspicuum suum venire vetuit, quod tam ergo tulit adolescentem, ut sibi sponte necem consiceret. Idem in Africam legatus missus, ut lugurham ab oppugnatione Circæ & obdizione Adherbalis avocaret, quū re infecta rediisset, Senatus autor fuit bellum adversus lugurham suscipiendi. Quo tamen in bello, quum L. Calpurnii Bestie legatus esset, avaritissimi quoque ejus & rapinorum particeps creditur extitisse: quæ res, vitæ antea & splendori haud exiguum offudit labem. q Scaurus alter, superioris filius, & Sylla privignus fuit: de cuius Aedilitate sic scribit Plin. libro 30. capite 15. Non patiemur duos Cajos, vel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui: docebimusque etiam insaniam eorum victriam privatis operibus M. Scauri, cuius nefcio an Aedilitas maxime prostraverit mores civiles, majusque sit Scyllæ malum tanta privigni potentia quā proscriptionis tot millium. Hic fecit in Aedilitate sua opus maximum omnium quæ unquam fuerunt humana manu facta, nō temporaria mota, verum etiam æternitatis destinatio: Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex altitudine CCLX. columnarum, in ea civitate quæ sex Hyæmetrias non tulerat sine probro civis amplissimi. Imæ pars scena è marmore fuit, media è vitro, inaudito etiam postea genere luxurij. Summa tabulis inauratis columnæ, ut diximus; imæ duodecadragecum pedum. Signa ærea inter columnas, tria millia numeri. Cavea ipsa cepit hominum octoginta millia, quum Pompeii amphitheatri, toties multiplicata urbe, tantoque majore populo, sufficiat largè XL. M. Sed & reliquus apparatus tantus Atticæ vesti, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam reportatis quæ superfluebant, quotidiani usus delicis, incensa villa ab iratis servis concrematum ad secessum millies. Haec Plinius. q Fuit præter hos & Aurelii Scaurus, qui quum legatus adversus Cimbros infeliciter pugnasset, suo exercitu vivus in hostium manus pervenit. Quumque ab iisdem in consilium adductus, de ratione belli adversus Romanos gerendi interrogaretur, magnopere illis dissuasit ne Alpes trahicerent, populum Romanum bello insuperabilem esse alferens: quod ejus responsum tanta indignatione excepti Bolus, hoftium copiarum rex, ut protinus impetu in eum facto, multis vulneribus cum confixerit.

Scenitæ, [σκηνιται. German. Wider des gäschaffigen Landes Arabia, so vnder Hüten wohnen.] Cognominati sunt quidam Arabiæ populi, σκηνιται, hoc est, à tabernaculis, sive tentoriis in quibus habitant (ut inquit Solinus) ex caprarum pilis contextis. Hi à carnis sufficiës abstinent: totusq; ille Arabiæ tractus suis adeò est inimicus, ut eò aliunde inventæ statim moriantur. Plin. lib. 9. cap. 28. Nomades, infestatoresq; Chaldaeorum Scenitæ, vagi & ipsi, sed à tabernaculis cognominati, quæ cilicis metantur ubi liber.

Scepis, σκεψ, Stephano. Duorum oppidorum nomen est in Troade, quorum alterū ultra Gebriensem situm erat, ad excelsorem

**S**orem Idem montis partem, prope Polychnam. Hæc postea, recentiore condita, Palæscæsis dicta est: hoc est, antiqua Scepsis. Altera Scepsis, intra superiore sita erat stadii circiter sexaginta, in quam veteris urbis incolæ immigraverunt duci- bus & Scamandro, Hectoris, & Ascanio Aeneas filiis. Hanc nonnulli putant Aeneæ regiam fuisse, mediumque situm obtinuisse inter regionem illi subditam & Lyrenseum. Vide Strabonem libro decimo tertio. Quin ipsa etiam regiuncula urbium hisce circunjecta, Scepsis appellata est. Plinius libro undecimo, capite 37: *Aīsæ regio Scepsis appellatur, in qua minimos (repete ex superioribus, liones) pecori esse tradunt, & inde ad hinc inventa remedia.* Ex Scepsi recentiore ortum erakerunt Demetrius Grammaticus Homericæ Iliadis interpres: & Metrodorus philosophus, & orator: de quo nonnulla diximus suo loco.

**Schērīz, Σχερίζ.** Insula est ex adverso Thesprotia, quæ aliis nonminibus Phæacia & Corcyra dicitur. Alcinoi hortis celeberrima, olim etiam Drepene appellata. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

**Schinīs, Σχινή.** Insignis latronis nomen est, qui circa Isthmi initium, teste Pausania, miro crudelitatis genere se viebat. Apprehensas enim piceas in terra flebat, & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aërem efficeri: quocirca quum ultraq; arbor alligata ad se traheret, vinciliq; nodus in neutram laxaretur partem, sed utrinque pariter convolleret, eveniebat, ut qui alligatus esset, laceretur. Eodem pacto ipsum quoque Schinii Thesus dilaniavit, viamq; quæ ex Trozeno Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit. Ovid. lib. 7: Occidit ille Schinii, magnis malè viribus usus.

**Schinussa, Σχινοσσα.** Insula una ex Sporadibus. Plinius libro 4. capite 12.

**Schœnēus, Σχονέος.** Qui & Iasius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis, & pater Atalæ, quæ ab ipso Schœne: s dicitur Ovid. Epist. 15: Et tulit Nippomen Schœneida præmia cursus.

**Schœnūs, Schœnūris, Σχονηος.** Peloponnesi portus est ad sinum Saronicum, in ipsis Isthmi angustis situs, distans à Cenchreis Corinthiorum navalium stadii XLV. ut est autor Strabo libro octavo.

**Schœnūs, ni. [Σχονηος.] Germ. Ein fluss nahe bey Athen.** Fluvius est Boeotia, per ejusdem nominis oppidum labens, quinquaginta stadii à Thebis. Autor Strabo, lib. 9.

**Sciapōdēs, sive Sciopodes [σκιόποδες, οὐκέτεροι]. German.** Enfüssige Leute in India, welche so grosse Füße haben / daß sie sich mit den Fußendigen verbürgen können. ] Populi sunt Troglodytis finiti, (ut ex Ctesiæ sententia tradit Plinius libro septimo, capite secundo, ) qui & Monosceli à singulis cruribus sunt appellati, mira perniciatis ad saltum. Sciopodes inde dicti, quod in majore æstu humi jacentes resupini, umbra se pedum protegant.

**Scione, Plinius libro 4. cap. 10, Oppidum Macedoniz in situ Thermaico.**

**Scipōdēs, penultima correpta, σκιόποδες.** Monstrosum hominum genus, non procul à Troglodytis, singulis cruribus, mira perniciatis ad saltum: sic dicti, quod in majore æstu humi jacentes, mira modis: hoc est, umbra pedis se protegant. August. lib. 16. de Civit. Ferunt esse gentem ubi singula crura in pedib. habent, ne poplite fleant, & sunt mirabilis celeritatis, quos Scipodæ vocant, quod per æstum in terra jacentes resupini umbra se pedum protegant.

**Scipēnūlā, σκιφενούλα.** Locus est in Macedonia, teste Festo, dictus à scipenulid est, effodio. Nam argentum illic fodi solebat, unde Lucan. Qualis expirat Scipenula subter odores, Scipia, Latii oppidum fuit, teste Plin. lib. 3. cap. 5, à quo Scipiæ tribus.

**Scipona, σκιφωνα,** Insula in mari Adriatico, adjacens Illyrico, teste Ptolemæo, lib. 2. cap. ult. In ea sunt duæ urbes, Collentum, & Arba. Vulgo Scardia.

**Scipheia, sive Scarphia, pen. prod. σκιφεια.** Insula Helladi adiacens, in mari Aegæo, non procul ab Attica, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Est & Scipheia, urbs Locorum Epicnemidiorum decem stadiis distans à mari, teste Strabone lib. 9. à Stephano Phociæ falsè assignata.

**Scipabia, σκιφωβια,** Ptolem. libro 2. capite 3. Lusitanæ civitas, antea Iuskum Præsidium, sive Turtis Iulia, hodie Trofiliū: Vulgo Tragilia.

**Scipioide.** [Germ. Die Schebe ist ein Fluß in Brabant.] Fluvius Gallæ Belgicæ. Plin. lib. 4. cap. 17.

**Scipio,** cognomine fuit Corneliorum, cui P. Cornelius initium dedit, qui quod patrem luminibus orbum vice scipionis regeret, primus id cognominis est sortitus, & deinceps ad posteros suo transmisit. q Hujus filius fuit P. Cornelius Scipio, quo cum Imperatore Annibal primùm in Italia ad Trebiam fluvium signa contulit: quo in prælio quum ab hostibus circumventus esset, & gravi vulnera saucius, filii virtute periculo est creptus. Hic postea in Hispaniam missus, quum incautius

sese periculis offerret, rebus jam multis præclarissime gestis, unà cum fratre in acie occubuit. q P. Cornelius Scipio, qui postea Africani major dictus est, superioris filius fuit, qui ab ipsa statim pueritia quiddam humano fastigio majus præse tuit. Quo factum est ut plerisque divino semine creditus sit esse procreatus. Hic adhuc prætextatus, patrem saucium, & ab hostibus ad Trebiam circumventum periculo liberavit, ut jam dictum est. Post Cannensem autem cladem, quum plerique de relinquenda urbe cogitarent, stricto gladio omnes degit ut jurarent se patriæ defensionem non deserturos. Missus deinde in Africam, tantum terroris Carthaginensibus incus sit ut Annaibalem ex Italia ad patriæ defensionem revocarent: cum quo apud Zamam congressus Scipio, ingenti eum clade superavit. Qua clade fractos Poenos, pacemque petentes, Romanæ populo tributarios fecit. Cum L. deinde fratre, qui postea dictus est Asiaticus, adversus Antiochum profectus legatus, cura, prudentia, reiq; militaris industria effecit, ut speciosissimum ille ex Asia triumphum deportaret, Antiocho regionibus omnibus, quæ taurum erat, multato. Proiecta deinde ætate, sponte æmularum invidiæ cedens, Linternum se contulit: ubi & sepultus creditur. q Scipio, Suatio cognominatus: à similitudine suarum cujusdam negotiatoris, plebi Romanae in Tribunatu clarissimus fuit, dignusque prorsus Scipioniæ familia: verum adè pauper, ut funeri impensa decessit. Quapropter populus asses contulit, ac funus elocavit: & quacunque cerebatur, flores è prospectu omni sparuit. Hæc Plin. lib. 21. cap. 3. q Scipio Aemilianus, qui & Africanus minor, ab Africani majoris filio adoptatus (filius enim erat Pauli Aemilii) Numantia eventit, in qua expeditione militè corruptum in disciplinam pristinam ejectis scortis restituit. Munera regum, quæ claram ab Imperatore recipi mos erat, pro triibunal accepit, in tabulasq; publicas nomine populi Romanæ ferri jussit, ea fortibus viris pro meritis postea distributus. Opidianis publatu egredit pepercit, quod citius frugibus consumptis in ditionem venturi essent. Capto oppido, Numantini se per vias invicem trucidavere. Factus deinde Consul ante legitimam ætatem, ac Carthaginem missus, eam penitus sustulit: idq; ex sententia Catonis, qui in senatu præmaturas ac recentes ostentans fucus, ait: q Patres Cōscripti, proximo retro triduo Carthaginem decerpserunt, tam prope domum hostem habemus. q Scipio Nasica, Scipionis, qui unâ cù fratre in Hispania cecidit, filius, à Senatu vir optimus judicatus, omniumq; dignissimus habitus, qui Matrem deum tunè primum advectam hospitio exciperet. Hic quum adversus auspicio Consulem se à Graccho nominatum cōperisset, magistratu se abdicavit, Censor statuas quas sibi consul quisq; in foro per ambitionem posuerat, sustulit. Consul Delminium, Dalmatia urbem expugnavit: Imperatoris nomine à militibus, & à Senatu oblatum triumphum recusavit. Eloquenter primus, juris consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: unde vulgo Cornelium dicitur. q Scipio, Africani majoris filius, ponitur inter eos apud Valerium, qui à parentibus claris degeneraverunt: inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his verbis describitur: Scipio Africanus, filium habuit illum, qui minorem Scipionem à Paulo adoptavit: qui si corpore valuerit, in prius esset habitus disertus. Indicant tum orationes, tum historia quedam Græca scripta de Cassina. Hec ille, Plutarchus in Africano, nihil fand de eo se compertum habere dicit, nisi cum Praeturam gessisse, & in ea conseqüenda à Cærcio patrio scriba adjutum fuisse.

**Scipio,** Pompeii Magni socius, post bellum Pharsalicum inter Pompejanos bellum refoventes in Africam se recepit cù reliquis exercitus & Catone, Iuba etiæ tege adscito. Qui primò feliciter adversus Cæſarianos quum pugnasset, victus tandem cum exercitu occubuit. Quo tempore Scipionem quendam cognomento Salutionem, à Corneliorum familia, alioquin virum despiciissimum exercitui quasi ducem Cæſar præposuit: quod cognoscet adversarios vetusto quodam cōfide re vaticinio, semper in Africa vincere, fatale Scipionum generi esse. Plutarchus in Cæſare.

**Scipiādæ,** Patronymicum pro Scipionibus. Virg. lib. 1. Georg. Scipiadas durus bello, &c. Idem & Aeneid. duo fulmina belli Scipiadas.

**Sciron, σκιρων.** Datro fuit insignis, qui proximos Megaris scopolos insidens, in viatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere se viebat. Hunc tandem Theseus dicitur occidisse, & ossa ejus in mare sparsisse, quæ Poëtae fabulantur in faxa quædam coaluisse, quæ à nomine ejus Scironia dicuntur. Sunt autem in Attica regione simul cum oppido ejusdem nominis non longè à Megaris iuxta mare ita sita, ut transitu non relinquant. Hinc Athenienses ventu procellosum ab his locis flantem, Scironem appellant: quoniam spirat à faxis, quæ Sciron latro incoluit. Hic paulò ab Argente deflexus esse dicitur, qui & Olympius vocatur, & à nonnullis Helleponius. Seneca libro 3.

bro 3. Natur. quæst. Atabulus Apuliam infestat. Calabriam Iapix, Athenas Sciron, Galliam Circius.

Scironi à saxa, auguris destruxit. In Attica sunt post Crommyonem, ad eam viam, quæ ab Isthmo Megara ducit: de quibus vide plura in dictione precedentia.

Scirondria, οὐρανός, Vrbs parva à portu lliensi paru remota. Plin. lib. 5. cap. 30.

Scirundrinavia, Insula est Oceani Septentrionalis, quæ Plin. lib. 4. cap. 13. incomptæ magnitudinis esse scribit. Quidam alterum terrarum orbem appellavere, non nulli etiam Officinam gentium, et quod incredibile mortalium vim identidem effudient, qui ad quærendas novas sedes orbem peragantes, cuncta cladi bus & vastitate implerunt. Hodie satis constat insulam non esse, sed ad ortum supra Livoniæ continentia hærente. Tenent eam Suedi, Norvegi, Gotthi, innumeræq; aliae barbaræ gentes. Hodie Scandinavia.

Scodra, Ptolemæo, lib. 2. cap. 17: Vrbs Liburnia, hodie Scodram vocant, sub Venetorum dominio. Vulgo Scutari.

Scolus, σκολός, Pagus est Boeotia, non longè à Citherone, in iucundam habens sedem, atq; asperam: unde natum est proverbum: Ad Scolum neq; ipse accedes, neq; alterum comitaberis. Autor Strab. lib. 9.

Scopas, σκόπειος, Nomen insigne statuarii, unius ex iis qui Mau-solem cœlavit, ut refert Plin. lib. 35. ca. 5. Horat. 4. Carm. Ode 8: Quas aut Parthasius protulit, aut Scopas.

Scope, Insula est in mari Lycio, apud Plin. lib. 5. cap. 21. Scopelos, σκόπειος, Insula Aſiæ, Troadi adjacens, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30. & 32.

Scordisci, σκορδίσκαι, Pannonicæ populi, in Montisclaudiæ fronte, quo monte dividuntur à Tauriscis. Autor Plin. lib. 5. cap. 25. Scotti, [Germ. Die Schottländer.] Britanias iufulæ populi, ab Anglis ad ortum Tueda, ad Occasum Solyco flumine dirempti: mediterranea mons Cheviota discriminat. Horum olim tanta fuit feritas, ut humanis carnibus vescentur: quod & ipsum testatur Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum. Quidam (inquit) loquor de ceteris nationibus, quū ipse adolescētulus in Gallia viderim Scotos, gentē Britannicam, humanis vesci carnis? Et quū per sylvas porcorum greges, & armentorū, pectudinæ, reperiant, pastori nates, & foeminarū papillas sole-re absindere, & has solas ciborum delicias arbitrari?

Scotina, σκότινα, Locus est apud Lacedæmonios, densis querubus umbrosas, in quo Iupiter colebat cognomento Scotinas: ut est autor Dausianas lib. 10.

Scotus, σκότιος, Oppidum est in confinio Macedonia, ad Nessum amnum locum habens, quem καὶ τὸν τεφέλας: hoc est, canis capita appellant, in quo Romani & Acroli T. Quintatio duce, Philippum Demetrii filium, Macedonia regem ingenti prælio superarunt. Strab. lib. 9.

Scribonius Aphrodiseus, Orbilius servus atq; discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prius Augusti uxor fuerat, redemptus & manumissus. Hujus meminit Tranquillus.

Scropha Tremellius, Vir Prætorius fuit, Varronis æqualis, quem de familiæ suæ cognomine ita inducit loquentem lib. 2. cap. 4. Rei rust. Avus (inquit) meus primus appellatus est Scropha: qui Quæstor quum esset à Licinio Nerva Prætore in Macedonia provincia relictus, qui præcesser exercitu, dum Prætor redirebat hostes arbitrati occasionē se habere victoriar, impressionem facere cooperunt in castra. Avus quum hortaretur milites ut eaperent arma, ac exirent contrā: dixit celeriter se illos, ut scropha porcos, disjecturum: idq; fecit. Nam eo prælio hostes ita fudit, ac fugavit, ut eo Nerva Prætor Imperator sit appellatus: & avus cognomen invenerit ut diceretur Scropha. Itaq; proayus & superiores, de Tremelliis nemo appellatus Scropha. Nec minus septimus sum deinceps Prætorius in gente nostra. Haec tenus Varro.

Scurgum, [σκύργος, Vulgo Skymbea.] Germania urbs, in climate Septentrionali, Ptolemæo autore lib. 2. cap. 11.

Scyathos, Insula est cum oppido in Aegæo mari prope Thraciam, ut scribit Pomponius Melas lib. 2. Vulgo Sciato. σκύάθη. Scylace, σκύλαξ, Vrbs citra Cyzicu, ut inquit Hecateus Pomponius: Placia & Scylace parvæ Pelasgorum colonia.

Scylla, σκύλλη, Filia fuit Niil regis Megarensi, quæ Minois, paterni hostis amore capta, ut illi sibi beneficio aliquo demeretur, patrem purpureo capillo, in quo situ eraegehi totius futuri, spoliavit, eamq; hosti obtulit, tanquam futuri cōjugii dotem. Verum quū se ab illo sperni videret, doloris impatiens in Cirim avem cōmutata est. Nisus aut etiā avem sui nominis, quæ veluti tantæ adhuc impietas poenas à filia repetens, etiā nunq; eam ubiq; infestatur. Vide latius hanc fabulæ apud Ovid. lib. 8. Metam. q; Fuit & altera Scylla, Phorcifilia, quæ quū mutuo Pici amore teneretur, indigata Circe, quæ Picum misere deperibat, Scyllam sibi ab illo præseri, fons in quo illa lavare sese solebat noxiis herbis, veneficiisq; inficit. Cuius rei illa ignara quū layandi gratia foæcæ ingressa est, videt inf-

riorem corporis partem in caninos rictus esse commotatam: quam deformitatem tantopere exhibuit, ut se se statim in vicinum precipitatæ frustum: ubi & in saxum mutata siagiunt Charybdi exadverso objectum, præternavigantibus vehementer periculosum. [Ger. Ein sehr glücklicher Felsen des Schiffs auf dem Sicilischen Meer.] Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 14. Metam. q; Est item Scylla, genus pisces, quo maximè abundat Liris Campania annis. Horat. Affertur Scyllas inter murinas natantes. Martialis: Cœruleus nos Liris amat, quem sylva Maricæ Protegit: hinc Scyllæ maxima turba fumus.

Scyllæcum, σκύλλαξ, Oppidū fuit in finibus Càlabriæ, cuius meminit Strabo lib. 6. Georg. Virg. 3. Aen. abjecto altero, primam syllabam corripuit, quū ait: Caulonisq; arces, & navisfragum Scylaceum. Vulgo Capo de Squillaci in Calabria.

Scyllæum, σκύλλαξ, Promontorium Peloponnesi, ut Strabo lib. 8. testatur, in sinu Argolico juxta Hermonem, quo Scylla Nisi filia fluctibus ejecta creditur. Vulgo Capo Scyllæ.

Scyllæas, σκύλλαξ, Herod. lib. 8, vir quidam Scionæs, omnia ea tempestate hominum optimus urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multâ pecunia Perus servavit, multa & subi lucratus est. Hunc Pausanias Scyllæ vocat, qui de eo sic scribit: Scyllis Scionæs homo cum Cyanæ filia Classis Persicæ, qua Xerxes Græcæ bellum intulerat, anchoras natando, urinandoq; præcedit ad Pelium montem, & Sepiada Magnæ: idq; signum in Apollinis templo possum ab Amphicyonibus (quod erat commune Græcæ concilium) à Nerone principe Romanam translatum.

Scyllæus, σκύλλαξ, Oppardū Achæiæ, (ut Strabo scribit) quo Xenophon donatus est à Lacedæmoniis.

Scyllurus, sive potius Scillurus, per i nostrum, penult. prod. σκύλλαξ. Nomen viri proprium, qui (ut Plutarchus auctor est) quum relictis maribus filius octoginta, dictu esse obituru, hastilium fasces cuique obtendens, ut illum confingeret, jubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatum educta hastilia organa facile confregit. Ita docens illos, ubi nā esse perseverant, firmos ac potentes fore: imbecillos autem si separarentur, ac dissiderent.

Scyritæ, σκύριται, Gentes sunt inter Nomadas Indos, qui sarium loco foramina tantum habent. Plin. lib. 7. cap. 2. Scyrōs, [σκύρος, German. Ein Insel im Egeischen Meer eine auf den Cycladibus.] Insula est contra Magnesiam, in mari Aegæo, una ex Cycladibus, Lycomedis Regis patria: ubi Achilles puellarí habitu educatus, Deidamiam ejus Regis filiam vivavit, & ex ea Pyrrhum suscepit, quæ ab hac insula, & ipsa Scyria est appellata. Ovid. lib. 1. de Arte amandi: Scyrias Aemonto vista puella viro. In ea est urbs ejusdem nominis. Patet hæc insula, Plinio teste, longitudine viginti quinque millium passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem communutum mergi.

Scyrus, σκύρος, prima syllaba prod. σκύρειος, Ovid. Epist. 8: Szpē malis stupeo rerumque oblitera, locique, Ignara tetigi Scynæ membra manu. Scythæ, σκύθαι, Plin. lib. 7. cap. 56. Iovis fuit filius, qui pīnus arcus, sagittarumq; usum reperiisse dicitur. Scytha, [σκύθαι, Ger. Ein grosses Mitteleuropäische Landeschaftsgebiet, seit und seit dem fluss Tanais gelegen.] Regio Septentrionalis latissima, in duas divisa partes, Europæam, & Asiaticam: quarum Europæa à Tanais ripis per Maeotidis & Ponti Euxini littora, usq; ad Istri ostia expaditur. Asiatica à limitibus oppositorum littorū in Orientem procurrit, Oceano à Septentrione, à Meridie Tauro terminata. Vtriusque varia ac propæ innumeræ sunt gentes ad bella magis quam ad ullum humanitatis studium idoneæ. Hominibus inter se fines nulli: neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla, ut rectum aut sedes est, armenta, & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitus. Vxores, liberosque secum in plaustris vchunt, quibus, coriis, imbrrium, hyemisque causa testis, pro domibus utuntur. Iustitia gentis ingenii culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto gravius, quippe sine testo & munimento pecora, & armenta habentibus, quid salvum esset, si furari liceret? Aurum, & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Læte & melle vescuntur. Lanæ iis usus, ac vestium ignotus. Et quāquam continuis frigoribus utantur, pelibus tamē ferinis, aut murinis vescuntur. Hæc continentia illis morum quoque justitiam dedit, nec alienum concupiscentibus: quippe divitiarum cupidio ibi est, ubi & usus. Atque utinam reliquis mortalibus similis moderationis, & abstinentia alieni forer: profecto non bellorum tantum per omnia secula terris omnibus continuaretur: nec plus hominum ferrum, & arma, quam naturalis fatorum conditio raperet. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut invicti manserunt. Darius regem Persarum turpi à Scythia submovere fuga. Cytum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem cū copiis universis deleverunt. Romanorum cu-

divere, non sensere arma. Gens & laboribus, & bellis aspera. Vires corporum immensae. Nōstra verò hac ætate coadunato exercitu numerosissimo, & rei bellicæ periusso feni ac furiosi latrones, in vicibū illis Poloniæ regnum excursiones perpetuas faciunt, quos fortiter resistendo & penè quartannis cædendo Polonus bello affuetus à conspectu suo longè removere: & in vastis illis solitudinibus quasi obligat, nec in Germaniam, quam veluti murus, totamque Christianitatem ab excursione Turcarum, Moscorum, Tartarorum, & ceterorum gentilium, pertumpere patitur. Dicta est autem Scythia, (ut placet Herod. lib. 4) à Scytha quodam Herculis ex muliere semiviperæ filio, fratre Geloni, & Agathyrni.

**Scythicus**, a, um, adjectivum, οὐδεὶς, ut arcus Scythicus, Sagittæ Scythicæ, Mores Scythici, Scythicum tegmen, Cicer. 5. Tuscul. 1.

**Scythæ**, q, vel Scythes. [οὐδεὶς, Pol. Tatarus.] Qui ex Scythia est: ut Anacharsis Scythes, apud Cic. 3. Tusc. Sunt autem Scytharum alii Europæi: alii Asiatici: de quibus vide supiù latius in dictione SCYTHIA.

**Scythius**, thia, thium, aliud adjectivum, οὐδεὶς. Virgil. lib. 3. Georg. At non quā Scythæ gentes. Mæoticaq; unda.

**Scython**, onis, οὐδεῖς, Nomen proprium viri nescio cuius, quem Poëta fabulantur pro suo arbitrio modò in fœminam sese commutasse, modò rursus in virilem formam redisse. Ovid. lib. 4. Metam.

Quid loquar: ut quendam naturæ jure novato,

Ambiguus fuerit modò vir, modò fœmina Scythæ?

**Scythopolis**, οὐδεῖς, Vrbs est in Decapolitana Syrie regione, nomen habens à Scythis in eam deductis, quiū anteā à Liberi patriis nutrice ibi sepulta, Nysa diceretur. Autor Plinius libro 5. capite 18. q Scytopolis autem sine aspiratione. Libyæ oppidum est, ut ex Polynistoris sententia tradit Stephanus. οὐδεῖς.

**Scythocauri**, οὐδεῖται, Populi Scythæ, Tauricæ regionis iuga incolentes, qui (ut Solinus refert) pro hostiis advenas egredi consueverunt. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12.

S. ante E.

**Sébastē**, cs. [Σέβαστη schomeron. οὐδεῖς.] Samariæ oppidum, ab Herode instauratum, & in honorem Augusti Cæsaris ita appellatum, qui anteā quemadmodum & regio ipsa Samaria diceretur: οὐδεῖς enim Græci dicunt, quod nos Augustum. Vide Strabonem lib. 16. & Plin. lib. 5. Stephanus etiam altera Sébasten in Armenia collocat.

**Sébasti**, οὐδεῖς, Oppidum in Colopena, Cappadociæ regione: de qua Plin. lib. 6. cap. 3.

**Sébastopolis**, οὐδεῖς, Ponti Cappadocii vrbis Ptolemæo, lib. 5. cap. 6. Vulgo Sébasto.

**Sébennytus**, οὐδεῖς. Stephano, Vrbs in Aegypto, ubi & palus, & amnis sunt cognomines. Vnde præfectura quoque Sébennytica, οὐδεῖς: & Sebennyticum Nili ostium, οὐδεῖς, vocati constat, quod in duo alia dividitur, scilicet in Saïticum, & Mendesianum, teste Herodot. l. b. 2. **Sébethos**, penult. prod. οὐδεῖς. Fons apud Neapolum, cuius aqua yicatum decurrens, amnis ferè usum Neapolitanis præstat. Papin. libro 1. Sylvar. & pulchra tumeat Sébethos aluvia. Hujus Virgilius, Statius, Columella meminerunt: quod quidem nomen sine litera procul dubio scribendum est, et si sciāt esse qui Séberthus, pere, legant. Testis est, ut alia omittam, tabella marmorea vetustissima Neapoli in muro sū fundamētis reperta, quæ habet: P. Mevius Eutychus aediculam restituit Sébethos.

**Sébinus**, pen. prod. [οὐδεῖς. Germ. Ein See in Ístreich/ heißt jetzt Lago d' Isco.] Lacus Circumpadanæ regionis, è quo Lolius amnis nascitur, teste Plin. lib. 3. cap. 19.

**Sebritæ**, atrum, οὐδεῖται. Populi Aegyptii, Nili insulam incolentes, non procul à Meroë Sebritæ dicti, quasi advenæ, cò quod Psammiticum regem fugientes, in Aethiopiam commigravit. Vide Strab. lib. 17.

**Sécurdi**, Philosophus fuit Atheniensis, quem aliqui Epibyrum vocant, quod architecti filius fuerit multæ quidem doctrinæ, mediocris eloquentia, & qualis, æmulusque Herodis Attici: qui illud Hesiodi eleganti mutatione in eum cayillatus est: Figulus æqualem exagit, tu rhetoræ teōn. Nilobolimus tamē senem postea mortuum, & epicedio & lacrymis honoravit. Ex Philostrato. q Secundus alter Tridentinus, vir sanctus, Agiulphi regis Longobardorum tempore, scripsit breviter Longobardorum historiam. Autor Paulus Foroijulensis. q Fuit etiam hoc illustris Veronensis familiæ cognomen, ex qua fuit Plinius Secundus Naturalis historia scriptor.

**Sedigitus**, ti. [Σέδιγκτος. Ger. Der sechsfinger an einer Hande hat.] Senos habens in manu digitos. Vnde & Volcatius poëta, Sedigitus, & C. Horatii filia Sedigita sunt cognominatae. Plin. lib. 11. cap. 43. Digitus quibusdam in manibus seni, C. He-

tati expatriata gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi. Volcatium Sedigitum illustrem in poëtica.

**Ségesta**, tæ, οὐδεῖς Prolemæo, Oppidum est pervetus (inquit Cic. 6. Verr.) in Sicilia, quod ab Aenea surgente à Troja, atque in Italiæ veniente, conditum fuit, præposito ibi Egisto, qui eam Egestam nominata. Sed deinde præposita est ei litera s, ne obsecno appellari tur nomine. Plinius Egestam vocat libro 31. cap. 6. q Est & Segesta altera in Liguria, Tigularum caput, teste Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo Sigistro. q Fuit & alia in Venetia, non procul à Timavo fluvio, cuius meminit idem Plin. lib. 3. cap. 11. q Fuit & Segesta quædam in ceteriore Hispania, à quæ Segestani populi, qui Carthaginensi conventui attribuuntur à Plin. lib. 2. cap. 3.

**Ségesta**, ut apud Plinium legitur: sive, ut aliis placet, Segetia deo nomen à segetibus, quibus præesse putabatur, tractum Plin. lib. 18. cap. 2: Sejam à serendo, Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circu videmus.

**Ségorbida** οὐδεῖς, Oppidum Hispaniæ citerioris, Celtibænae totius caput, circa quod Sertorius & Metellus prælium commisere. Strabo lib. 2.

**Ségor**, οὐδεῖς, Fuit quinta civitas post Sodomam & Seboim, quæ ad preces Loth servata est.

**Segusium**, Vrbs est Segusianorum in Graiis Alpibus. Ptolem. lib. 1.

**Seir**. [Ger. Dis Göttin des saphens.] Dea habita fuit Romæ, quæ fationi præesse putabatur: quemadmodum Segesta, sive Segetia, quæ segetes latas facere existimabatur. Plin. lib. 18. cap. 22: Sejam à serendo. Segestam à segetibus appellabant: quarum simulacra in Circu videmus.

**Seir**, οὐδεῖς. Mons in terra Edom, in quo habitavit Esau, in regione Gabalena: quæ ex eo quid Esau pilosus esset, & hispidus, Seir: id est, pilosi, nomen accepit.

**Sejus**. Prænomine Cneus, equi præstantissimi quidem, sed infelicissimi dominus: qui ab ipso Sejanus cognominatus est: de quo Gell. lib. 3. cap. 9. & Erasmus in Adagiis, & mox.

**Sejanus** equus, Vide in APPELL.

**Selenus**, Vide SELINVS.

**Séléucia**, οὐδεῖς, Syriæ Antiochenæ oppidum est, ab Antiocho Seleuci filio conditum: de quo Plin. lib. 5. cap. 21. q Est & Seleucia alia ad Euphratem: tertia ad Belum amnum: quarum meminit idem Plin. lib. 5. cap. 23. Rursum alia Cilicæ, Trachiotis cognominata, ad Calicadnum amnum, teste eodem Plin. lib. 4. cap. 27.

**Séléucus**, οὐδεῖς. Fuit unus ex principibus Alexandrii, qui primus post Alexandri mortem regnavit in Syria annos quadraginta. Fuerunt & alii Seleuci.

**Selinis**, pen. prod. οὐδεῖς, Vrbis nomen juxta Lilybæum à selino, quid ibi plurimum nascatur. Autor Servius in illud Virgilii 3. Aen. Teq; datis linquo ventis palmosa Selinis.

**Selinus**, pen. prod. οὐδεῖς, Duorum fluviorum nomen in Asia, qui in mare influentes, Diana Ephesæ templum utringi, complectuntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 29. q Est & Selinus alius in Aegitorum agro, qui est in Achaea proprie dicta. q Item aliug in Elide. q Rursum altus in Sicilia juxta Megara & Hyblæ montem: quorum omnium meminit Strabo lib. 8.

**Selinus**, untis, οὐδεῖς, Oppidum est Sicilia palmis abundans; Selinus, a, um, adjectivum, οὐδεῖς: ut, Terra Selinus, quæ à Galeno libro 9. Simpl. inter medicamenta ophthalmica ponitur.

**Sillæ**; Oppidum est Epiri, cuius incolæ Sellani dicuntur. Lucan. 1. br. 3: - queritusque silentes Chaonio veteres liquerant vertice Sellæ, &c.

**Selymbria**, οὐδεῖς, Civitas Thraciæ ad Propontidem, propinqua Byzantio, teste Herodoto lib. 6.

**Sémelæ**, pen. corr. [σεμίλη. Ger. Ein Tochter Cadmi des Thebanen Sch Königs/ ein Mutter Bacchi.] Cadmi Thebanum regis filia, ex qua Iupiter Bacchum genuit, teste Horat. i. Car. Ode 19: Mater sœva cupidinum, Thebanæque jubet me Semeles puer, Et lasciva licentia Finitis animum reddere amoribus. Propertius: Narrabis Semele quam sit formosa.

**Sémelæ**, a, um, adjectivum. Ovid. 5. Metam. Delius in corvo, proles Semele capro, &c.

**Sémiramis**, mis, vel midis. [σεμίραμις. Ger. Ein geste Königin der Assyrier so jener ein Frau Nini gewesen war.] Fuit nomē Assyriorū reginæ, Nini regis uxoris, mulierū qmnius, quare memoria ad nos petrebit, clarissimæ, quæ post viri obitum, & intelligeret Assyrios gravatè mulieris imperium passuros, diffi, mulato illius obitu, personam ejus assumpsit, donec Ninus filius adolesceret, regnoque administrando idoneus fieret. Hec Babylonem muro latericio cinxisse dicitur, & subactis vicinis regni sui terminos latissimè propagasse. Verum eadem tam portentosæ libidinis fuisse traditum, ut & filii concubitum expetierit, & equum usque ad coitum adamasse dicitur. De hac Plutarchus in Apophthegmaticis sic scribit: Semiramis se pulcro;

pulcro, quod sibi construxerat, hanc addidit inscriptionem: *Quicunque rex pecunii indigerit, patefacto monumento, quod voluerit accipito.* Quia spē adductus Darius, sublato lapide, pecuniarum nihil invenit, sed alias reperit literas, in hac sententiam: *Ni malus vir es, ac numis insatiabilis, cadaverum loculos non moveres.* q Semiramis, lingua Syriaca, aveva significat. Nanque ab avibus, adhuc infans nutrita dicitur. Sribit Valer. Maximus, lib. 9. cap. 3, aliquando quām circa cultum corporis occupata esset, & nuntiaretur ei Babylōnē defecisse, soluta adhuc altera parte crinum, protinus ad eam expugnatam cucurisse, nec prius decorum capillorum redigīscit in ordinem, quām tantam urbem in suam pōtestatem restituisset. Exercitū ipsius sic describit Suidas: *Πάτερ μυελαδός δέργα, πτηνοῦ ἡ ἀπότολη, δρεπανοφόρος ἡ ἀγριότων μυελαδός Δίης, αἰδοῖς τη ἡ περιβλώματος φόρος τη ιστος τηλῆς, ἄλλων ἡ κρημαλῶς ἐσ, πικρῶν δέργων, μυελαδός εἴρηται. Βίργος ἡ βασιλεὺς ὑπόδειψτος ἡς τριάντα μυελαδός ταῦται οἱ βάστας των πτηνῶν της ζωῆς.* Id est, Peditatus centum milia, equitatus centum myriades: falcatōrum autem curruum decies decēta milia. Virorum in camellis pugnantium par numerus: aliorum verò camelorum (ad quodcunq̄ indigebat opus) vices dena millia. Terga verò boum exoriatorum tricies dena millia. Naves verò in Bætris fabricatæ ter mille. Et multa alia, quæ prosequitur admiranda.

**Semproniūs Gracchus**, Pater fuit Tiberii, & Caii Gracchorum. Vide Plutarch. in vita Gracchorum.

**Sena**, Insula in Britannico mari, adversa litoribus Galliæ. Autor Pomponius lib. 3. q Eit & nomen civitatis inclytæ in Tuscia, octingentis à Roma stadiis distans, quam Brennus Gallorum dux pro senib⁹, valerudinariisq; & armamentis extruxit, anno ante Christi adventum 362. Vulgo *Siena*.

**Senēcā**, Natione Hispanus fuit, patria Cordubensis. Academicus Philosophus & Neronis præceptor: à quo divitiis ingentibus auctus, quem in Pisonianæ conjugationis suspicionem venisset, ejusdem jussu incisis venis mortem obiit. q Fuit & alter Seneca, Tragicus poëta, cuius fabulæ decem ad nos pervenerunt. Vtriusque meminit Sidonius Apollinaris ad Felicem:

Non quod Corduba præpotens alumnis,  
Facundum ciet, hic putes legendum.  
Quorum unus colit hispidum Platona,  
Incaſsumq; suum moveret Neronem  
Orchestrā canit alter Euripidis,  
Pictum fæcibus Aeschylum sequutus,  
Aut plauſtris solitum sonare Thespim,  
Qui p̄est pulpitā trita sub cothurno  
Ducebant olidæ patrem capellæ.

**Sennaar**, Campus Babylonis, in quo à Nimrod gigante extorta est turris illa celum̄sima, divortio linguarum notissima.

**Senogallia**, *σενογαλλία*, Civitas est agri Gallici, infra Picenum, teste Plin. lib. 9. cap. 14. dīcta à Senonibus Gallis, qui eam considerant. De hac Silius lib. 8: *Et Glanis & Rubico, & Senonū de nomine Sena.* Pomp. Mela lib. 2: *Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia.*

**Senōnēs**, *σενόνες*, Populi Galliæ, finitimi Belgis, qui olim urbē Romam incederunt, & Capitolium obsederunt. Hos Furius Camillus aggressus adeo cecidit, ut incendiorū vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Sribit Verrius, referente Festo idēc Senones appellati: quia novi venerant ex Transalpina Gallia, quasi Cænonas, litera immutata. *καινός* enim Græcè, Latinè novus dicitur.

**Sentā**, Dea nomen apud Romanos, quam & Bonam deam vocabant: veteres Faunam, & Fatuam dixerunt. Hanc Varro scribit tantæ pudicitæ fuisse, ut nemo illam, dum vixit, præter virum suum, mas viderit, nec nomen ejus audierit. Propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonam deam nominabant.

**Sentīcā**, Hispaniæ Vrbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6.

**Sentinūm**, *σεντίνος*, Oppidū in confinibus Umbriz, & Piceni, quod nūc *Saxum-ferratum* appellatur: à quo Sentinates populi dicti sunt. Plinii lib. 3. cap. 14. tradit vocatum Sentinūm ab amne qui Sentinus dicitur.

**Sepīs**, *σεπίς*, Magnesiæ promontorium est, Herod. lib. 6 & Plin. lib. 4. cap. 9.

**Sepinates**, vel potius Sepinates, *σεπινάτες*. Populi sunt inter Samnitēs, in quarta Italiz regione à Plinio collocati. Horum oppidum *Sepinum*, *σεπίνον*, commemoratur à Ptolemaeo, libro 3. cap. 1.

**Sepīus**, *σεπίος*, Siponto, hodie *Marfedonia*. Oppidum Apulorum Dauniorum, ad radicem Gargani mōtis à Diomedē conditum: à multitudine sepiarum, quæ ibi fluctibus ejiciuntur, imposito nomine. Hoc postea aliquot literarū immutatione Sipiūs, *σεπίος*, & Sipontum appellatum est.

**Seplasia**, [ German. Ein Markt ju Capua, auf welchen die Galbenträmer oder Burghrämer sehr hatten. ] Fuit forum Capuz, in quo unguentarii negotiabantur: cujus deliciis frātēm fuisse Punicam ferociam testatur Valerius Maxim. lib. 9. Cī. contra Rull. Iam verò qui mactus erat tunicatorum illorum? & in Alba, & Seplasia.

**Sequānā**, penult. corr. [ *σεκουάνα*: Vulgō *Seine*. Germ. Die *Seine*, ist das Wasser so in Frankreich durch Parcours läuft. ] Fluvius Galliæ, Belgas à Celtis dividens, qui Sequanis populis, apud quos oritur, nomen creditur fecisse. Plin. lib. 4. cap. 17, A' Scalde ad Sequanum Belgica.

**Sequānī**, penult. corr. [ *σεκουάνον*: Stephano. German. Die *Gantgwār von Burgundie*. ] populi sunt Galliæ, Heduis, Ligoniis, & Helvetiis finitimi: à Sequana fluvio, qui apud eos oritur, nomen sortiti. Horum loca hodie tenent Burgundiones, gens origine Germanica, quemadmodum & Franci, qui trajecto Rheno in Galliam irruperunt, pulsisq; prioribus incolis, sedes eorum invaserunt.

**Sequānūs**, a,um, adiectivum. Lucan. lib. 1: *Optima gēna flexis in gyrum Sequana frānis.*

**Sequānīcūs**, a,um, aliud adiectivum. Mart. lib. 13: *Hanc tibi Sequanicæ pingue textricis aluminām.* &c.

**Serānūs**, *σεράνος* (ut alii scribunt) Serranus, duplicita, Atrilii cuiusdam nobilissimi Senatoris cognomen: à serendo impotenti: quod quo tempore adversus Samnites dictus est dictator, à viatore inventus fuerit in agro sua manu frumentum serens. Plinius lib. 18. cap. 3: *Serentem invenerunt dati honores Serranum: unde cognomen.*

**Serapion**, Aelianus dictus, orator Alexandrinus, scriptor ad Adrianum principem Panegyricum, & orationes in genere deliberativo. Item: *Vtrum Plato iure removerit Homerum à sua Republica: præterea artem rhetoramicam.* Autor Suidas. q Serapion, piator, cognominatus Rhyparographus, quod humilia quædam & sordida pingeret. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. q Serapion, præfus Antiochenus sub Commodo principi: cuius meminit Hieron. q Serapion item alias, qui ob elegantiam ingenii, Scholasticus meruit cognominari, charus Antonio monacho: scripsit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia: laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe, ut idem Hieron. autor est.

**Serapīs**, *σεραπίδης*, vel Serapids, secunda syllaba indifferente. [ *σεραπίς*: Ger Ein junger Osiris der Egyptier Gott. ] Deus Aegyptiorum, qui & Apis & Osiris dicitur. Mart. lib. 9: *Vincebant, nec quæ turba Serapin amat.* Idem: Illeum Serapin Nilus veneratus Osirin. Vide de hoc plura in dictioribus *APIS & OSIRIS*.

**Serapēum**, pen. prod. *σεραπεῖον*, Serapidis templum Alexandriæ, atris, & columnis amplissimis, signisq; spirantibus, omnique opum varietate, ita exornatum ut toto orbe terrarū, uno Capitolio excepto, nihil unquam visum sit ambitiosius. Autos Am. Martellinus in Alexandro.

**Serbōnīs**, *σερβόνης*, Palus juxta montem Casium, mille circiter stadiorum ambitum habens. Vide Strabon. lib. 17. Herodotus lib. 3. Serbonitidem vocat.

**Serēnā**, Vxor Stiliconis, ex qua Mariam suscepit: quæ Honorio Imperatori nupsit. Hujus Serenæ laudes eleganti Panegyrico celebravit Claudianus poëta.

**Serēs**, [ *σερές*: German. Wölker im Westlichen Gesicht, bei welches Gebüsch gewachsen ist. ] Populi Scythiae Asiaticæ, à Sera urbe sic dicti, apud quos arbores sunt, quæ non solū folia, sed lanam quoque proferunt tenuissimam. Nam ex carum frondibus canitem depestant aqua perfunsum, ex quo velleci vestimenta cōficiunt, quæ serica nuncupantur. Virg. 2. Georg. Velleraque ut foliis depestant tenuia Seres. De his Marcellinus libro suæ historiæ 23: *Agunt, sequuntur, ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorum expertes: utique hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile: nulli finitimorum molesti, cœli apud eos jucunda, salubrisque temperies, ænis facies munda, leviumque ventorum commodissimus status, & abunde sylvæ sublucidæ, à quibus arborum fortis aquatina aspergimus crebris velut quædam vellera molientes, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerimam pertinent, nentesque subtegmina, conficiunt sericum ad usus astrehac nobilium, nunc etiam insimorum sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatoris vite cultores vitant reliquorum mortalium cœtus.* Quumq; ad coemunda fila, vel quædam alia transcuti flumen advenit, nulla sermonum vice, propositarum rerum pretia solis oculis astimantur: & ita sunt abstinentes, ut apud se tradentes genitia, nihil ipsi comparent adventitium. Hæc Ammianus Marcellinus. q Hujus nominis nominativus singularis est Ser: *σερ*. Si-donius: Assyrus geramas, Ser vellera, thura Sabæus. Ausonius: iam Pelago volitat mercator vēstifluus Ser. q Qwn & vermiculus quidam sericum texcas (ut autor est Paulanias) Ser appellatur, *σερ*.

Sergēstus:

Sergetus, unus ex comitibus Aeneae. Virg. i. Aen. Macbetha, Sergetumq; vocat.

Seria, Hispaniae ulterioris urbs, in tractu Celticus, alio nomine Fama Julia dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Seriphos, Insula, in quam relegabantur nocentes, ut in Gyaron, Iuvenal. Satyr. 10: Ut Gyara clausus scopulis, parvaque Seripho.

Seriphis, phi, penultima producta, σεφο. Insula est in mari Aegeo, una Cycladum, viginti non amplius passuum milia distans à Delo: ut resert Plinius libro 4. capite 12. In hac insula ranæ prorsus mutæ esse traduntur: unde proverbialiter Seriphia rana dicitur, in homines mutos, ac dicendi, canendi que prorsus imperitos, βατζαφεν πειφε. Vide Plinium libro 8. cap. 58.

Seriphis, a, um, σεφο. Adjectivū, ut est illud Themistoclis: Nec enim vel tu, si Atheniensis essem, clarus extitisses: aut ego si Seriphis essem, ignobilis.

Seritis, Fluvius Cisalpinæ Gallie, per Bergomatum agrum, in Adduam fluens: quo vallis Seriana in eodem agro populosa, artificiosaq; nominata est. Hec Calepinus. Nam veterū (quod quidem sciam) nemo est qui fluvii hujus meminerit.

Sermyla, sive Sermilia, σεμυλια Stephano, Civitas est in finibus Macedoniae, non procul ab Atho monte, ut scribit Herodotus lib. 7.

Seropita, σεροπη, Civitas Phoenices, apud quam nascetur vinum laudatissimum, quod Seropitanum dicebatur. Sidonius: Κναι; Seropano palmitæ missa bibas.

Serranus, Vide SERANVS unico r.

Serrheum, sive Serrium, pen: prod. σερηον Stephano, mons Thracie, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Serrhi, σερποι, Populi sunt Colchi vicini, inter Cercetas & Cephalotomos siti, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

Sertorius, Civis Romanus fuit, è Nursia oriundus, rei militaris peritissimus, partium Marianarum fuit una c. Cinna: moderatus tamen se gessit, quam alii. Sylla redeunte à bello Mithridatico, urbeque potito, ipse quoque in Hispaniam aufigit: ubi brevi tempore ob virtutem sibi gratiam earum gentium conciliavit: traditurque perecum Hispanos disciplinam rei militaris Romanam didicisse, ac fortiores deinde fuisse. Nam præter artem rei militaris abstinentissimus etiam voluntatum, rūm religiosus est habitus, quod cervam quandam secum in expeditionibus haberet sequentem, quæ Diana numen dicebat esse, ex eaque responsa accipere, resq; gerendas auspiciari. Quare dux Lusitanoru delectus, parvis copiis multas urbes subegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra se missos variis cladibus adfixit. Primùm Cottam navaliter prelio superavit, Phidiam Hispanie Prætorem cum duobus milibus civium Romanorum interfecit, Domitium Proconsule contrivit, Toranum quoq; à Metello missum cum toto exercitu delevit. Denique à Pompejo vixus est, & à M. Perperna ejusdem factionis socio per præditionem in cena interfecitus est. Ex Plutarcho.

Servillorum illustris Romæ familia fuit: ex qua ortum trahit Pille Servilus, vir triumphalis, qui à devictis Isauris Asiae populis, Isaurici cognomen accepit: de quo vide Strab. libro 14. Item P. Servilius Rullus, qui primus Romæ solidū a præsum in convivio apposuit, teste Plinio libro 8. cap. 51. Hujus filius fuit Servilius ille Rullus, legis Agrariae promulgator, quam Cicero in consulatu suo subvertit: cuius meminit idem Plin. loco jam cit. 20.

Servilius Tullius, Sextus Romanorum Rex, ex serva natus, Tanaquilis astu post Tarquinii Prisci necem ad imperium proiectus, Hetruscos ingenti prælio fudit. Primus lustrum condidit, populumque omnem ex censu in quinque classes distinxit. Urbs pomorum protulit, Quirinali & Viminali collibus muro inclusis. Tandem jamjam etate proiectior, à Tarquinio genero occisus est, & insepultus in via abjectus: idq; instinguo Tulliæ filiæ suæ, quæ etiam conspecto patris cadavere, aurigam ejus reverentia lora retorquentem, compulit, ut per medium patris corpus carpentum ageret: à quo tam immani scelere ei vico in quo hæc gesta sunt, Sceleratinomen manuit. Vide plura de hoc apud Livium libro 1. ab Vrbe. q. Servius Sulpitius, Iulys consultus insignis fuit Ciceronis temporibus; qui à Senatu legatus missus ad Antonium, Reipublicæ bellum inferentem ea in legatione periret. Quo nomine illi statua, & monumentum publicum in campo Martio est decreatum. Vide Cic. 9. Philip.

Sesarmum, mi, σεσαρμ Stephano, Urbs Paphlagonie, postea Amaltris appellata, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 1.

Sesarethi, thi, pen. prod. σεσαρθο. Oppidum est Taulantiorum, qui sunt in ea parte Macedoniae, quæ Adriatico mari incumbit. Stephanus ex Hecatæo.

Sesostri, Aegyptiorum rex, Mœridis successor, qui subactis Maris rubri æcolis, alycum navigabilem conatus est ducere

ex Nilō in mare rubrum. Idem & Colchos & Getas creditur subeg. sc, regionesq; omnes à se subactas trophæis insigniisse, quorum aliquot se vidisse testatur Herodotus mulierem pudendo insculpta. Valer. Flacc. 5. Arg. . quum prima Sestris Intulerit rex bella Geris.

Sestix, sive Sextia aquæ, οδανοίγηα Ptolemæo, Gallie Narbonensis oppidum, aquis calidis scatens: ita dictum à Sestio quodam Romanorum duce, qui subactis Salybus, oppidum hoc creditur condidisse. Vide Strabonem libro quarto. Vulgo οδανοίγηα Pevenance.

Sestius, prænomine Publius, Civis Romanus fuit magni animi, qui Ciceroni adversus Clodium contractis armatis auxilio fuit, quo nomine in judicium vocatus, defensus est. Cicerone elegantissima illa oratione, quæ pro P. Sestio inscribitur. Eruditus tamen non Sestium, sed Sextium scribendum contendunt. q. Fuit & alter Sestius, Aquari Sestiarum in agro Salylum conditor: de quo vide Strab. lib. 4. [Arx en pro venice. Ger. Die Aquenser in der Provinc.]

Sestianā mala, à Sestio cognominata, apud Columellam libro 12. cap. 45: Ita possunt alia genera malorum, sicuti orbiculata, Sestiana melimela, Mariana, hoc liquore custodiri. Sestiana pyra, apud Colum. lib. 5. cap. 10.

Sestos, σεστος Germ. Eis Star am Helleponto in Thracia gegen Abydos ufer gelegen ] Vrbs erat in litore Thracio, ad Hellepontum sita, obiacens Abyd, Leandri & Erus amore pernobilis. Strabo lib. 13, & Musæus de amoriibus Leandri & Erus.

Sestias, adis, οντας, patronymicum à Sesto Helleponti urbe deductum, Statius 6 Thebaid. Contrà autem frustà sedet anxia turre, Supremis Sestias in scopulis: id est, Ero puella Sestia. Sestabis, bis, οντας, Fluvius est citerioris Hispanie, in conventu Carthaginensi: à quo vicini populi, Setabani appellantur à Plin. lib. 3. cap. 3. Hinc Sudatia Setaba dixit Catullus, quæ ex lino Setabano conficiebantur.

Sestia, οντα, Vrbs Campanie non procul à Tarracina: à qua Sestinum vinum. Martialis libro 13: Pendula Pontinos, quæ spectat Sestia campos, Exigua vetulos misit ab urbe cados. Vulgo οντα.

Setubia, οντα, Arvacum oppidum, in Hispania Tarracensi: cuius meminit Ptolemæus, lib. 2. cap. 6.

Severiani, σερεβρια, Hæretici quidam fuerunt: à Tatiano primū propagati: deinde & à Severo aucti, qui matrimonio penitus abstinentium prædicabant. Meminunt hogum Hieronymus & Sophronius.

Severus Septimus, Romanorum Imperator, qui Albinum juxta Lugdunum Gallie urbem ingenti prælio superavit. Reliqua ejus gesta, vide apud Herodianum lib. 3. & 4. q. Est item Severus, ut Servio placet, montis nomē proprium in Sabinis. Virg. lib. 7. Aen. Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Severum, &c. Quo ramen in loco Nonius severum, actiū possum arbitratui pro aspero.

Sevo, Mons Ingevonus, in litore Germanie, Riphæis jugis non minor, inimicantem ad Cimbrorum usque promontorium efficiens sinu, qui Codanus vocatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 13.

Sextius Caballus, Scurra fuit insignis Martialis ætate, qui à calcitratu nomen accepit. Martial. lib. 1: Qui Galbam talibus tuis, & ipsum posses vincere Sextium Caballum.

Sextus, οντα, Philosophus Chæronensis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit M. Antonini Imperatoris, de quo Julius Capitol. Audivit & Sextum Philosophum Chæronensem.

Sicambri, οντα, Insula est in Oceano Britannico. Autor Plin. lib. 4. cap. 16.

Sibde, οντα, Carie oppidum Halicarnasso ab Alexandro Magno attributum. Plin. lib. 5. cap. 29.

Sibylla. Vide in APPELL.

Sibyrus, οντα, Oppidum Cretæ: ut ex Polybii sententia tradidit Steph. Gentile est Sibyrtius, οντα.

Sicambræ, [ οντα, German. Die Westphalen/etlich deuten Geldern. ] Populi Germanie, Menapii finium, ad utranque Rheni ripam habitantes: quorum meminit Strabo libro 4. Hæc natura flavos habent, quos crescere sinunt, & artificio quadam intorquent. Martial. lib. 1: Crinibus in nodum tortis venere Sicambræ. Eruditæ eos esse judicant, quos hodie Geldrenses vocamus: quanquam videntur olim latiores fuisse Sicambrorum, quam hodie sint Geldrensi termini.

Sicanæ, οντα, Populi Hispanie, à fluvio Sicari, sive potius Sicori, dicti. De quo Lucanus: Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes. Hiduce Siculo, exclusis Aboriginis, Italiani tenuerunt: ipsique potesta ab ipsis pulsi, quos ante pepularent, insulam vicinam Italæ occupaverunt, & eam Sicaniam à suo nomine nuncupaverunt. Hujus dictionis syllaba, CA, indifferenter ponitur. Virg. lib. 3. Aen. Sicanæ prætentia sinu jacet insula contrâ. Silius libro 13: Sydera Eliseis aderat gens Sicana yotis.

Sicaniæ, οντα, German. Die Insula Sicilia. } Dicta est insulæ Sicilia

Sicilie quedam pars, in finibus Agrigentiniis, ut ex Apollo-dori sententia tradit Steph. qui & Sicanum amnem iisdem in locis collocat. Sed & insula quandoq; tota, Sicania dicta est, à Briarei Cyclopis filio Sicano: vel à Sicanis populis, qui primi eam insulam incoluisse feruntur, qui tamen non sunt indigenæ, sed Hispani.

**Sicarijs.** Fluvius Hispaniæ Tarracensis, non procul ab Ilerda fluens, juxta quem Cæsar Afranius & Petreii exercitū siti ad deditio[n]ē compulit. Lucan.lib.4: Hesperios inter Sicarijs non ultimus amnes. Alii tamen hunc fluvium Sicorim malunt appellare, per quartam vocalem in media syllaba.

**Sicca.** Vrbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plinij lib. 5. cap. 3.

**Sicelis.** Vide **SICILIA.**

**Sicemus.** **σικεμος.** **€** **σικεμος.** Vrbs Arabiæ. Inde Sicemii, & Sicemita, Stephan.

**Sicendus.** Lacus est Thessalij, mutas habens ranas: quæ tamē alio translate sunt vocales. Autor Plin.lib.8. cap. 58.

**Sicenus.** ni, pen. prod. **σικενος.** Insula est non procul à Creta, antea Oenoë appellata. Autor Strab.lib.10.

**Sichæus.** **σιχαιος.** Filius fuit Philisthenis, sacerdos Herculis, & maritus Didonis, à Pygmalione juxta aras, incautus ob auri cupiditatem interfactus: ut est apud Virg.lib.1. Aen. Huic coniux Sichæus erat ditissimus agri, &c.

**Sichem.** **σιχημ.** Filius Chanaan, qui civitatem sui nominis edificavit in Phoenice, quæ **Sidon** à Græcis appellata est.

**Siciliæ.** **σικελια.** Germ. Die Insel Sicilia im Mittelmeer / nahe bei Italien gelegen.] Tyrrheni mari insula, à Thucydide Sicana dicta, à pluribus Trinactria, quod tria habeat promontoria. Patet in circuitu, ut ex Agrippæ sententia tradit Plinius, DCXVIII. M. pass. Olim agro Bruttio creditur adhæsisse, posteaque interfuso mari avulsa M. D. pass. freto, juxta columnam Rheim. A quo dehinc descendit argumentum, Rheim Græci nomen dedere oppido. Quin & insula ipsa inde nomine creditur traxisse, quasi Sicilita: id est, refecta. Virgil. 3. Aeneid. Hec loca vi quondam & vasta confusa ruina (Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas) dissoluisse ferunt, quum protinus utraque tellus Una foret. Eadem & Triquetra à quibusdam appellatur, à figura trianguli, cuius unus angulus, qui in meridiem vergit, Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem spectat, & ab Italia milles quingentis passibus distat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè spectare videtur, quemq; ab Africæ litoribus CXX. milibus passuum distare prodiderunt. Hæc ab Oriente, & Occidente, Septentrioneque Tyrreno mari, à Meridie Africo alluitur. Patet in longitudinem à Peloro usque ad Pachynum millia passuum centum octoginta septem, in latitudine centum octoginta novem. Sicaniam autem dictam putant à Sicanis Hilpaniæ populis, qui duce Sicanu primùm in Italiam venisse feruntur.

**Solinus** autor est, Siciliam primùm Cyclopum sedem fuisse, iisque extintis, Acolum insulam occupasse. Vnde Virgil. 3. Aeneid. Ignarique via Cyclopum allabimur oris. Item 11. Aen. - Actæos vidit Cyclops Vlyses. De hac Diodorus sic scribit: Sicilia optima insularum omnium, antiquitate rerum cæteras ante cellit. In ea sunt Panormus, Catana, Syracusæ undecima Olympiade conditæ. Præterea Messana, Eryx, & Ledatium Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethusa fons, Eryx & Aetna montes. In ea, Comœdia primùm creditur inventa. Viros genuit illustres complures, ex quibus satis fuerit hic nominare Dionem Platoni auditorem, & Archimedem insignem Mathematicum.

**Siceliæ.** **σικελιæ.** patron. fœm. forma Græca à Sicilia deductum. Virgilius 4. Aegloga: Sicclides Musæ, paulò majora canamus.

**Sicilienses.** Dicuntur qui alibi orti, in Sicilia versantur, **σικελιτæ.**

**Sicilienses.** sc. possessivum à Sicilia deductum. Cic. 2. Verr. Et quoque negotio fisci Sicilienses minabantur. Fretum Siciliense, apud eundem 2. de Nat. dœr. **Quæstura Siciliensis**, apud eundem in Epist.

**Siciliſſoſas.** [ **σικελιſſas.** Gall. Parler comme les Siciliens. Ital. Parla-re à modo de Siciliani. Ger. Sicilien reden. Hisp. Hablar como los de Sicilia. Pol. Mowie iako Siciliejsk. Vng. Siciliaj modra jollok. An. To speak as the people of Sicilia.] Loquor lingua Siculari, quorum sermo adeò corruptus fuit, ut abierit in proverbio. Plautus in Menæch. Non atticissat, sed Siciliat.

**Siculi.** **σικελoi.** Qui Siciliam insulam incolunt. Cicero in Divinat. Quum Quæstor in Sicilia suissem, Iudices, itaq; ex ea provincia decessilsem ut Siculis omib[us] diurna, iucundamq; memoriam mei nominis relinquerem. q Siculū mare. [ Ger. Das eng Strudelmeer zwischen Sizilien vñ Italiem.] angustū, atq; anceps alterno curvo, modo in Tuscum, modò in Ionium pelagus influit, vorticosum, & Scyllæ ac Charybdis levitatem inclitum, **σικελoſaſaſa,** Sicula tellus, pro Sicilia, Virg. 1. Aen.

## SIC SID SIG

**Sicinniūs** Dentatus, **σικινιος.** Streuuus bellator, qui ob ingenitum fortitudinem, Achilles Romanus appellatus est. It centu & viginti præliis pugnavit: cicatricem aversam nullam, adversa quadragintaquinq; tulit: coronis aureis octo donatus est. Triumphavit cum Imperatoribus suis triumphos novem. Vide Gellium lib.2. cap. 11, & Plin.lib.7. cap. 28.

**Sicorīs**, pen. cor. Hispaniæ Tarracensis fluvius, non longi ab Ilerda fluens, juxta quæ Cæsar Afranius & Petreum Pompejos ducet siti ad deditio[n]ē compulit. Lucan.lib.5: Hesperios inter Sicoris non ultimus amnis. Vulgo Segre.

**Sicyonus.** Insula est non procul à Creta, una Sporadum, antea Oenoë dicta, teste Plin.lib.4. cap. 12. A Strabone ramea & Stephan, Sicyonus, **σικενος.** appellatur.

**Sicyon.** onis. [ **σικυων.** Ger. Ein Staat in Achaja, nahe bei Corintho.] Vrbs vetustissima Peloponensi, non procul à Corintho, olim Aegialos dicta à rege Aegialeo, qui totius eius tractus imperium tenuit. Hanc Plin.lib.36. cap. 4, metallicarum omnium officinarum patriam fuisse scribit. Præcipue autem nobilitatam constat Occasionis simulachro à Lyssipo fabricato. Ab hoc oppido vicina regio, Sicyonia appellatur. Ex hac urbe ortus est Aratus ille: cuius in clatorum virorum catalogo meminit Plutarchus. Vulgo Basilica.

**Sicyonia.** **σικυωνια.** Insula est in mari Aegeo, ex opposito ad Epidaurum, alta quidem & eminens, ut refert Plinius.

**Sida.** dæ, sive Side, es, **σιδη.** Pamphyliæ urbs, teste Plin.lib.5. cap. 27 & Pomponio lib.1, in descriptione Pamphyliæ.

**Sidicinum** Theanum, Campaniæ oppidum Mediterraneanum. Sidicinum cognominatum ad discriminem alterius Thean, quod est in Apulia. Meminit utriusq; oppidi Plin.lib.3. cap. 5.

**Sidon.** onis, pen. genit. prod. [ **σιδων.** **σιδων.** Germ. Ein Staat in Phœnicie am Meer gelegen.] Vrbs Phœnicies, cum Tyro & vetustate certans, & claritate: ita dicta (ut Eustathio placet) à Sida Beli filia: quanquam Iosephus à Sicheim filio Chanaan appellatam mavult: unde etiam apud Hebreos conditoris nomine integrō servato, Sicheim vocari tradit. A Phœnicibus iis conditum volunt qui mediterranea incolebant, qui quam perpetuis vexarentur terræmotibus, relictis sedibus suis, novam urbem ad mare condiderunt, quam à piscium ubertate sua lingua **Sidon** appellantur.

**Sidonius**, a, um, antepenult. indifferente. Nam apud Græcos, teste Stephano, indifferenter **σιδων.** scribitur per magnū, aut **σιδων.** per parvum. [ **σιδων.** **σιδων.** ] Virg. 1. Aen. Obscuruit primo aspectu Sidoniam Dido. Et paulò post Sidoniamque ostentat opes.

**Sidrona.** Dalmatiæ urbs, aliis Stridona, Vulgo Sidrina, S. Hieronymi patria.

**Sidus.** untis, **σιδης.** Oppidulum est in agro Megarenium: cuius meminit Plin.lib.4. cap. 7. Hinc deducitur gentile Sidonius, **σιδων.** Stephan.

**Siga.** **σιγα.** Vrbs Cæsariensis Mauritanie, Siphacis olim regia, teste Plin.lib.5. cap. 2.

**Sigilliōn.** **σιγιλιον.** Simulachrum erat apud Aegyptios in sacris Isidis & Serapidis, quod digito labiis impresso, silentium imperare videbatur: unde & nomē accepit, **σιγη** **σιγη.** quod est silere, alio nomine Harpocratem appellabant. Vide supra HARPOCRATES.

**Sigēum.** gel, pen. prod. [ **σιγειον.** Vulgo Genizzari. Germ. Ein Berg der Landschaft Troja.] Promontorium & oppidum Troadi, Ajax sepulcro nobilitatum. Dictum **σιγειον.** ut quidam volunt, **σιγη** **σιγη.** hoc est, à silendo, eò quod Hercules præmio suo à Laomedonte fraudatus, dissimilato discessit, ibi se occultarit, indeq; silentio magno reversus, urbē repente adortus, ceperit. Alii per antiphrasin Sigēum dictū putant, quod nullum ibi unquam sit silentium, quis se perpetuò magno cum murmure saxis illidentibus.

**Sigeiūs.** a, um, & Sigeiūs per quatuor syllabas. Virg. 2. Aeneid. -jam proximus ardet Vcalegon: Sigea igni freta lata relucet. Ovid. 13. Meram. - Sigea a torvo Littora prospexit vultu.

**Signiā.** **σιγινια.** Latii oppidum fuit, in cuius agro vinum nascebatur mire austerum, ideoq; ventris profluvio sedando utile. Plin.lib.14. cap. 6: Nam quod Signiæ nascitur, austerritate nimia continet alio utile, inter medicamenta numeratur.

**Signiñi** populi, de quibus Plin.libro 3. cap. 5. Et Vinum Signiñum. Martial.lib.13: Potabis liquidum signina morianta trem: Ne nimium sificant, sit tibi parca sitis. Signina pyra apud Iuvenal. Satyr. 11.

**Signiñi.** Mons est, teste Plin.lib.5. cap. 9, in cuius radicibus sita est Apamia urbs.

**Sigillaria.** Vicus erat Romæ, ubi sigilla vendebantur. Gell. lib.5: Apud Sigillaria forte in libraria ego & L. Paulus poeta confederamus. q Sigillaria præterea dicebantur dies facti Saturninalibus additi, quibus sigilla: hoc est, parva signa amictæ missitabantur. Autor Macrobius lib.2. Satur. cap. 10.

**Silaniūs.** **σιλαιος.** Mons Hyberniæ insulæ alius insulus, à Silanio

**Silao** Rege in vertice ejus sepulto dictus.

**Silaris**, pen. corr. *Vulg* *Seli in Basileata*, Lucanis amnis. *Pisentius* dividens à Lucanis, cuius ea est natura, ut & virgulta, & folia in ipsum decidēta lapidescant: ut refert *Plin. lib. 2. cap. 103.* *Silius lib. 8.* Nūc Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite tradunt Duritatem lapidum mersis in obscuritate ramis. *Virg. 3. Geor.* Est lucos Silari juxta, illicibusq; virentem plurimus Alburnum volitans.

**Silenus**, pen. prod. *[σαλώς]*. *Germ.* Ein Außerlebter und Lehrmeister Bacchis. *J Bacchi nutritius fuit, & pædagogus, semper aīno vehi solitus: quem Aratus in gratiam alumni inter sydera transflatum dicit. Virg. 6. Eclog. Chromis, & Mnafyllus in antro Silenum pueri somno videre jacetem, Inflatum hesterne venas, ut semper Iaccho.*

**Siler**, masc. gen. *Fluvius* est, *Picentius* dividens à Lucanis, nātura tam admirabilis, ut virgulta & frondes in ipsum decidētes statim lapidescant, teste *Plin. lib. 2. cap. 103.* quavis illi, ut ceteris fero omnibus, *Silarus* dicitur, nō *Siler*. Qua tamē terminatione effertur à *Lucan. lib. 2.* radensque *Salerni Tecta Siler*. Vide plura de hoc supra in dictione *SIL A R V S*.

**Silia**, *Fluvius* in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil innatet: quavis Democritus, Aristotelesq; id verū esse negant. Vide *Strab. lib. 15.*

**Silis**, *Amnis* Venetiæ primus, ex montibus Taurisanis fluens, & in stagnum cadens, ubi nunc habentur suburbanæ Venetiariæ insulae, Murianum, Torcelliumq; *Plin. lib. 3. cap. 18.*

**Silla**, Vide *SILIA*.

**Silura**, *σιλύρη*, Insula in Oceano Britannico (ut *Solinus* inquit) cuius incolæ pecunia signari, permutationibus cōmercia exercent.

**Silon**, *Insulam* Indiæ docet esse *Augustinus de Civitate Dei*, lib. 21: quæ ex eo ceteris terris præfertur, quod omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

**Silphium** Regio Libyæ, ab insula Plateæ usq; ad os Syrtium protensa, teste *Herodoto lib. 4.*

**Silvanus** tres fuerūt, unus dicebatur domesticus, possessioni cōsacratus: alter agrestis pastoribus: tertius orientalis, cui est in cōfinio lucus positus, à quo inter duo, plurēs fines oriuntur, ideoq; inter duo, plurēs est & lucus. Omnis autem possesso quare Silvanum colit? quia primus in terram lapidem finalē posuit. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

**Silys**, *Fluvius* Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine *Tanaim* appellamus. *Plin. lib. 6. cap. 8.* *Tanaim* Scythæ *Silys* vocant.

**Simethus**, sive *Simethis*, idis, Vide *SIMAE THVS*, & *SIMAE THIS*.

**Simichidas**, *σιμιχίδης*, Nomen pastoris apud *Theocritum*, in Idili, quem ipsius enarratores patrem *Theocriti* fuisse existimant.

**Simmias**, *σιμιαῖς*, *Philosophus Thebanus*, *Socratis* auditor: cuius scripta enumerantur à *Suida*.

**Simois**, entis, *[σιμίος]*. *Ger.* Ein flus der am Berg Ida entspringt/ und neben Troja hinlaufft.] *Fluvius* est *Troadis*, ex *Ida* monte naſens, labitur per campum Trojanum, qui ab eo dicitur *Simois*, & mari appropinquans, commiscetur *Xantho*, ac in paludem cogitur, deinde exit in *Helleponum* juxta *Sigænum* promontorium. *Virgil. 1. Aeneid.* Tunc ille *Aeneas*, quem *Dardanio Anchise Alma Venus Phrygi* genuit *Simoensis* ad undam.

**Simoës**, *σιμόες*, *a. um*, *adjectivum*: ut, *Capus Simoësius*: hoc est, *Troadis* campus, *Simoënte* irrigatus. Quo nomine etiam datus fuit adolescens quidam Trojanus, quod apud *Simoëntem* fluvium esset natus. Author *Homeric. 4. Iliad.*

**Simonis**, plures fuerunt nomine hoc, post *Philippum Græcis*, *Latinis*, *Hebreisq;* pariter communis facto. *[ΙΩΝΩ schimbo.]* Ex his antiquissimum legimus Atheniensem philosopham, *Socratis* discipulū fuisse, qui scriptis dialogos xxx 1111. q*Alius* fuit, qui scriptis de Arte Rhetorica. Alius medicus. Alius sculptor: quorum omnium autor *Diogenes Laertius*. Et *Simon Magus*, musicus egregius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto *Simodiam* introduxit, quemadmodum etiam & *Lysis* *Lysioidam*. *Strabo libro 14.* q*Simon Constantinopolitanus*, iudicaster, annos abhinc circiter ducentos composuit Græcè *Mesaphrastos*: id est, sanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. q*Ex Hebreis vero Simonem Magum legimus, caput & autorem totius hæreseos: de quo Eusebius lib. 2. latissimè, & Iustinus in Apologia ad Antoninum principem, in hanc sententiam scribit: Simon quidam Samaritanus sub Claudio principe, artibus magicis & opere dæmonum sublevatus urbe nostra, compluribus perphantasiæ deceptis, deus est creditus, & honore simulari donatus, à vobis inter duos pontes Tyberis colitur cū titulo literis Latinis descripto: Simonis deo sancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alii tanquam deum adorant.*

**Sinat**, *σινάτη*, *Populi* sunt Indiæ, ad Septentrionem *Seribus*, ad Occasum Indiæ extra Gangem finitimi, terras incognitas defertasq; ad *Ortum* & *Meridiem* habentes. Horum caput est *Thina*. *Autor Ptolemæus lib. 7. cap. 3.* *Stephanus* urbem quoque ipsam *Sinas* appellat.

**Sinapodes** (quod hic corruptè legebatur) vide *HIANTOPODES*.

**Sindæ**, *σινδη*, Oppidum Lycaoniæ, in confinio Galatæ, atq; Cappadociæ, teste *Plin. lib. 5. cap. 27.* *Stephanus* Sindam aliam in India collocat ad sinum magnum: a Sindis populis habitatam.

**Singaræ**, *σιγαρα*, *Arabiæ* urbs Rhetanorum caput. *Autor Plin. lib. 5. cap. 24.*

**Sinon**, *onis*, pen. genitivi prod. Nomen est filii *Sisyphi*, nepotisq; *Autolyci* furis. *Autolycus enim, teste Servio, duos habuit liberos: Sisyphum: unde natus est Sinon: & Anticleam: unde Ulysses.* Hinc est quod *Virg. 2. Aeneid.* *Sinoni astuti & fallaci proditoris tribuit personam Hic namque cum Græcis Trojam profectus, post diuturnum bellum ab iisdem subornatus, sua sponte se Trojanis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus civibus Græcos abiisse, ac eorum illum ingeatam in urbem recipiendum esse fictionibus suis persuasit, sed maximo eorum detrimento. Virgil. lib. 2. Aen. Talibus infidis perjurique arte *Sinonis* credita res, &c.* *Sinonis* hujus inventum esse significationem specularem, author est *Plin. lib. 7. cap. 56.*

**Sinonia**, Insula Corsicæ ultra Tyberina ostia in Antiano: ut tradit *Plin. lib. 3. cap. 6.*

**Sinope**, *[Germ. Ein Tochter Asopi, welche Apollo in Pontum entführt hat / und von ihren erbohen den Syrum, von dem die Syrer gesessen sind.]* *Asopi* filia dicitur, quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex ea genuit *Syrum: unde Syri postea appellati sunt: tametsi alii Martis & Arginæ: alii Parnassies & Martis: quidam autem non ab Apolline viuitatam, sed ab eo & Io-*

ve perpetuam virginitatem soritem, cum illi spē cōcubitus, quicquid postulasset, ei datus promisissent.

**Sinope**, pen. prod. σινόη, Vrbs Pōti, quę olim frequentigymnasio, & rubricę genere, quam Sinopicam vocant, clarissima fuit. Sinopem, (inquit Strabo lib. 12.) urbium quę in Ponto sunt clarissimam Milesii condidere: quę classe comparata, marī, quod intra Cyaneas est, imperavat. Extra verò multorum certaminum particeps fuit cum Græcis: & quum libera fuisset, tandem amissa libertate, Pharnaci obtemperavit (fuit enim obſidione capta). poſteaq; successoribus ejus usque ad Eupatorē, & Romanos, qui illū sustulerunt. Eupator ibi natus & educatus, eximiam coluit, & regai metropolim fecit. Munita est naturali providentia. Nam in colle peninsulae cuiusdam sita, ex utraque Isthmi parte portus & stationes habet, &c. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus, Patron, & Diphilus comicus orū sunt. Cicero in oratione pro Pompeio haud obſcurè indicat in Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifariis rebus ornatissima, refertissimaq;. Si nō pēus, geneile, per tres syllabas, οντος. Ovid. 1. de Ponto: Non doluit patria Cynicus procul esse Sinope.

**Sinties**, & **Sapæi**, dicebantur Thraces, qui Lemau olim incoluerunt, Steph.

**Sinopēlla**, οντος, Vulgo **Soffa**, Oppidum (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 5.) novi Latii extrellum, nō procul à Liri fluvio, quod quidam olim Sinopen appellatum voluerunt. In ejus agro gignitur visum copiosum, quod à saxosis collibus in quibus nascitur, Sinuosa petrinum vocat Horatius. De hac Liv. lib. 10. In saltu Vestino Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuosa deinde à Romanis colonis appellata. Strab. lib. 5: Sinuosa in Setano sita est finu, à quo nomen vendicat. Ei proximae calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ.

**Sinuus magnus**, οντος, Indici Oceani sinus est, jugo seu promontorio magno, & Sævi fluminis ostiis interseptus: ut describitur à Ptolemy Tab. Asiae undecima. Hispani, qui eā orbis partem lustraverunt, vocant Mare de sur: traduntq; breviori itinere eō perveniri, si Occidentem versus navigetur.

**Siphnōs**, οντος. Insula est mari Aegæi, non procul à Scyro, XXVIII. M. passuum ambitu: antè Meropia & Acis appellata, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 12. Hæc insula locupletissima erat, teste Herod. lib. 3. ut in qua auraria & argætaria metallæ essent: unde tātū pecunia fieberat, ut ex decima ejus parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par, Siphniis pecuniam, quę quotannis conficiebatur, distribuentibus. q Gentile est Siphnius, οντος Stephano.

**Sipontum**, ti sive **Sipus**, οντος, vulgo **Manfredonia**. Vrbs Apuliae juxta Garganum montem à Diomedē ædificata, quę primū ob multitudinem sepiarum, quę ibi capiuntur, Sepius, Sepiūtus, fuit appellata, teste Strab. lib. 6. Lucan. lib. 4: & subdita Sipus Montibus. Hinc Sipontinus à Sipone, ut Sepiuntius, à Sepiunte, οντος.

**Sipylyus**, pen. corr. οντος Stephano, Vrbs est Phrygia, quę regnante Tantalo terræ motu concidit. Vide Strabonem lib. 1. & 12. Ovid. 6. Metam. Tunc quum Mæoniā virgo, Sipylumq; colebat.

**Siraci**, corum, Populi sunt Scythici, Caucasi radicibus ad Septentrionem proximi: quorum meminit Strabo lib. 21.

**Sirbon**, οντος, sive Sirbonis, idis: οντος ή οντος Stephano, Palestina lacus, non procul à Casio monte, olim CL. M. pass. circuitu: Plini verò st̄ate in exiguae paludis angustiam contractus. Herodotus Serbonitidem vocat. Vide Plin. lib. 5. cap. 13. & Strab. lib. 16.

**Sirēn**, sirenis, pen. genit. prod. [σειρήν] Germ. Ein Meerwunder obenauß ein Jungfrau / vndenauß ein Fisch.] Monstri marinū genus poētarū fabulis celebratum, superiori sui parte virginis formā referens, inferiore in piscis caudam desinens. Has Poētex fuisse fabulant Acheloi fluminis & Calliopes Nymphæ filias, quarum nomina fuerūt, Parthenope, Ligia & Leucosia. Hæc quum littus Siculum incolerent, nautas præternavigantes suavitate cantus in naufragium pellicebant. Vlysses autem quum illāc sibi iter esset, sociorum aures cera obturavit, ne insidiosos Sirenum cantus possent exaudiere: scipsum verò malo navis iussit alligari: atq; ita periculum tutus evasit. Sirenes itaq; quum se cōtempnarent, impatiētia doloris se præcipitaverūt in mare. Ovid. lib. 5. Metam. tradi has fuisse comites Proserpinæ, eamq; raptam diu quæſisse: quam quum non inveniissent, in marina monstra esse converſas fūſum versum virginæ forma, postrema corporis parte pīſces: voce, cithara & tibiis tam blande canentes, ut cantus dulcedine nautas sopirent, sopitos demergerent, demersos etiā devorarent. Servius in illud Virg. 5. Aen. Iamq; adēd sepollos Sirenū adiecta subibat Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos: sic ait, Sirenes secundūm fabulam partim virgines fuerunt, partim volucres, Acheloi fluminis & Calliopes

Musæ filiæ. Harum una, voce: altera tibiis, alia lyra canebat: & primò jūxta Pelorum, post in Capreis insulis habitaverunt, ubi nautas illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundūm veritatem meretrices fuerant, quę quoniam transentes perducebant ad egestatem, hæc sunt inferre eis naufragia: Has Vlysses cōtemnendo deduxit ad mortem. Ovidius: Monstra maris Sirenes erant, quę vocē canora Qualibet admissas detinuerē rates. Hæc Servius. Dictæ autem tuat Sirenes, non δέ τοι οὐδέ: hoc est, à trahendo (ut quidam voluerunt) quā Græci & diphthongō scribant: sed οὐδέ πράγμα, quod inter cetera significat decipere. Aut δέ τοι οὐδέ, quod catenam, vel vinculum significat: propterē quod advenas incautos amore sui, veluti vinculo quodam injecto, retinebant. Fuerunt quā & aves quasdam in India esse tradiderint, Sirenas appellantur, cantu homines mulcentes, ut deinde somno gravatos lacerarent. Vide Plin. lib. 10. cap. 39. q Sunt & Sirenes in faciuntur genere, quas in apibus nymphas appellamus: hoc est, fuci immperfetti, quum jam formam capere incipiunt. Idem lib. 11. cap. 16, de Apibus loquens: Cætera turba quām formam capere coepit, nymphæ vocātur: ut fuci sirenæ, atq; cephenæ. Siquis alterutris capita demat, priusquam penas babeant, pro gratiissimo sunt pabulo matribus.

**Sirēnūs**, a, um, adjективum, οντος: ut Sireni scopuli, Gell. lib. 16. cap. 8: Tu quoque in illis Dialecticę gyris, atq; Meandris, tanquam apud Sirenes scopulos cōſcenescas.

**Sirēnūs**, οντος, Insulæ tres sunt Lucanius adiactes, ex adverso ejus promotori, à quo sinus Paſtanus initiuſ ſumit. Sires, οντος, Thracæ populi, ſupra Byzantios. Autor Steph.

**Sirīs**, οντος, Fluvius Græciæ magnæ, cum oppido ejusdem nominis inter hunc fluvium & Aciris ſito, è quo deduſti à Tarentinis coloni Heracleam tenuerunt. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11. q Siris quoq; ab Aethiopibus appellatur Nilus, donec in ſtra Meroēn alveos ſuos omnes in unum collegerit. Plin. lib. 5. cap. 9: Insulas ita innumerā ſpargit Nilus, quasdamq; tam valēt magnitudinis, quanquam rapida teleritate, ut tamen dierum quinq; cursu non breviore tranſvolet. Circa clarissimam carum Meroēn: Astabores Izvo alveo dictus: hoc est, ramus aquæ venientis ē tenebris: dextro verò Astusopæ, quod latentis significationē adjicit. Nec antè Nilus quām ſe aquis concordibus rursus junxit. Sic quoq; etiamnum Siris, ut antè, nominatur per aliquot millia. Rufus ex Dionys. Hic quā ſe retis incident flexibus agro, Aethiopum lingua Siris ruit: utq; Syenem Cæruleus accedens diti loca flumine inundat. Nomine ſe claro Nilum trahit. q Dictus autem puratur Siris à Sirio, fidere ſt̄ivo: quoniam ſub ortum Canicula, & introitū Solis in Leonem, quotannis angēatur. Vide Eufathion in Dionylium, & Hermolaum in Plinium.

**Sirīs**, [οντος]. Germ. Der Hundsfieſer. Pol. Μύαγκιδα.] Stella est in ore Canis, quę à Latinis Canicula dicitur. Higinus tam in tractatu de signis coelestibus, Sirium diversum facit à Canicula, neque in ore Canis, ſed in capite ejus collocat. Hæc in cœli centro cum Sole coniuncta, æſtum ejus duplicat, mortaliumq; corpora nimio calore languida reddit. Dictus Sirius, ut quidam volunt, δέ τοι οὐδέ: hoc est, à ſicādo: propterē quod & fluvios, & fontes nimio calore excitent alii, δέ τοι οὐδέ: hoc est, ab evacuādo, quod corpora noſtra ſudoribus evacuet. Lucan. lib. 10: - rapidis quā Sirius ignes Exerit. Stat. lib. 1. Sylv. - nec calido latravit Sirius astro. Servius enarrans illud Virg. 10. Aen. Non ſecus ac liquida ſiquādo nocte cometa Sanguinæ lugubre rubent, aut Sirius ardor. ſic inquit, Sirius ſtella est in ore Canis: quę quantum in ipſa est, peſtifera est: ſed pro qualitate adjacentiū aut vincerit, aut majoribus uitit viribus. Minēt quod quā tem pore certo oriatur, nō ſemper eft noxia. Ad hanc ſtellam Sol mense Iulio veniens duplcat æſtus, & præ nimio calore laugent mortalia corpora. Quin & Solem ipsum quidam Sirīs, & aſtra omnia Siria appellari, ut annotavit Suidas: cujus verba ſunt hæc: Στέρεα τὴν κύωνα ἔστι δὲ καὶ τὸ οὐρανός, οὐρανὸς δὲ τὸ οὐρανός. Hoc eft, Sirium Canem, quidam Solem: Ibycus autem omnia aſtra, Siria appellat. q Eſt item Sirius, cōdem Suida teste, amiculi genus prætenue, leviter contextum. Sirītæ, pen. prod. οντος, Magnæ Græciæ populi, Siridis urbis incolæ, ne ipſis quidem Sybaritis luxu cedētes. Vide Cælium Rhod. lib. 7. cap. 10.

**Sirītēs**, οντος. Nomadis cuiusdam nomen fuit in Libya, pri- muſ auleticæ inventori, qui & Matroa: hoc eft, Magnæ matris ſacra primus tibia fertur cecinisse. Vide Cælium lib. 9. cap. 7.

**Sirītōn**, οντος, Vrbs est Pannoniæ inferioris, longiuscula à Danubio flumine diffita. Autor Ptolem. lib. 2. cap. 16. Vulgo Sirach.

**Sirīnīdēs**, οντος, insulæ aliquot ante Sammoniū Cretæ promontorium jacentes. Autor Plin. lib. 4. cap. 12.

**Sirrhā**, οντος, Thracæ oppidum eft, apud Theopompum,

referente Stephano: à quo gentile Sirhæus.

Sisapo.

Sifapo, onis, *σιφάπη*, Oppidum Hispanie Bæticæ, miniariæ metallis in primis celebre, teste Plin.lib.3.ca.1. Ab hoc vicina regio Sifaponensis dicitur. Idem lib.33.ca.7: Celebertimum ex Sifaponensi regione Bætica minium.

Sicciæ, *σικία*, Pannonia superioris urbs, Romanorū colonia: de qua Ptol.lib.1.cap.15, & Plin.lib.3.cap.25.

Siliambis, Vxor fuit Darii, quæ nulli suæ statis foeminae pulchritudine cessit. Quam tandem victo Dario Alexander nō solum non violavit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captivo corpori illudere.

Siphilis, pen.corn. [σίφηθος]. Germ. Ein Gehö Acoli, welches von These ist umbbracht / und der Hellen an ein ewige Statuten ver- dempt worden.] Acoli filius fuit, mortaliū omnium suæ statis astutissimus, qui quum Atticā latrociniis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poëtæ fabulantur eo supplicii genere apud inferos plecti, ut saxum ingens in montis cujusdam ver- necem cogatur provolvere: quod quum ad summū penè ex- tulerit, repente deorsum relabitur. Ovid.lib.13. Metam. Aut petis, aut urges reditarum Siphyc faxum. Huc etiam respexit Virg.6.Aen. Saxum ingens volvunt alii, radiisq; rotarum Di- stricti pendent. q Fuit & alius Siphys Corinthiorum rex, cui Meropi Atlantis filia nupsit. Ovid.4.Fast. Septima mortali Merope tibi Siphys nupsit.

Siphylus, adjективum, Ovid.13. Metam. . quid sanguine cre- tus Siphys, furtisque, & fraude simillimus illi Inseris Acaci- dis alienæ nomina gentis?

Sithonia, *σιθωνία*, Pars Thraciæ est, teste Stephano. Plin. quoq; lib.4.cap.11, Sithonios collocat in ea parte Thraciæ, quæ ab Hæmo monte aerafa, vergit in Pontum Euxinum. Herodo- nus verò lib.7: Sithoniam regionem in ora maritima Macedo- niæ collocat ad sinum Thermæum: ejusq; urbes facit Tora- nam, Sermylem, Mecybernam, & Olynthum. Poëtæ autem Si- thoniam pro ipsa Thracia ferè accipiunt: unde Sithonias ni- ves frequenter legimus pro altissimis Thraciæ nivibus. Virg. 10. Aeglog. Sithoniasq; nives hyemis subeamus aquosæ.

Sitia, *σιτία*, Hispania Bæticæ oppidum, ià conventu Tarraco- nensi: cuius meminit Plin.lib.3. cap.1.

Sittacene, *σιττακενή*, Regio Asiæ, Medis ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta: Sittacene autem appellata à Sitrace urbe, regionis totius capite. Vide Plinii lib.6. cap. 26. & 27.

S anté M.

Smerdis, Cambyses Persi regis frater, quem quum Cambyses per somnum vidisset regio throno insidente, metuens ne regnum occuparet, occidi jussit. q Fuit & alter Smerdis, Magus, qui post Cambyses mortem, fratrem se illius esse assi- mulauit, eoq; astu in regni successionem irrepit, regnauitque aliquot menses, donec fraude per Phædimam Otanis filiam detecta, conspiratione septem optimatum est interfectus. Vide Herod.lib.2.

Smilax, *σμιλαξ*. Puellæ nomen, quæ amore Croci pueri capta extabuit, mutataq; est in fruticem sui nominis, quæ similis est hederæ: sive in flores, ut ait Ovid.lib.4. Metam. Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores.

Smintheus, *σμινθεύς*, Apollinis cognomen, qui apud Chrysam Aeolidis urbem colebatur: à muribus, quos Graecorum nonnulli *σμινθεῖς* appellant, impositū. Qua de re duplex ab Ho- smeri interprete assertur opinio: quarū prior est, fuisse in Chryse oppido Aeolidis, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vaf- bant: posteaq; ejusdem sacrificis placatus, quum pestem hac tollere vellet, ad Orodem pastorem illius venit, à quo hospi- tio acceptus, pollicitusq; malii remedium, mures sagittis omnes interfecit: eoque factò jussit pastorem Grinidi indicare, ipsum Apollinem humana specie apud se divertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo constru- xit, vocavitq; Apollinis Sminthei, quod Acolicæ lingua dia- lectico mures *σμινθεῖς* vocantur. Altera talis est: Quum Creten- ses aliquando coloniam deducturi essent, ab Apolline respō- sum accepérunt, ut ibi urbem condenserent, ubi eis terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Hellespontum, noctu mu- res clypearum lora arroserunt: itaque manè quum id factum viderint, memores oraculi, urbem posuerunt, eamq; Smin- thiam appellaverunt: templo etiam Apollini extrecto, quem illi ab eventu Sminthea cognominarunt. Ovid.lib.6. Fast. Cō- sulit Smintheus, lucoq; obscurus opaco.

Sminthium, sive Smintheum, pen.prod. *σμινθεῖς*, Apollinis delubrum, circa Chrysam urbem, quæ fuit in confinio Troa- dis & Aeolidis, teste Strabone lib.13.

Smyrna, *σμύρνα*: Vulgo Le Smyre. Urbs Ioniz clarissima, Me- lete amne irrigata, Homeris ut plurimi credunt, patria. De hac Strabo lib.14: Quum Lydi Smyrnam evertissent, circiter annos quadringentos in vicim modum mansit habitata. Postmo- dum Antigonus eam suscitavit, deinde Lysimachus: & nunc

omnium pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars ma- xima in campo, præter portum, & gymnasium, & matrona- rum locum. Viæ sunt in rectum pro viis distictæ, & la- pidibus instratae, porticus magnæ quadratae, planæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homereum: hoc est, porticum quadratum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maxi- mè hunc poëtam sibi vendicat: unde & nummus quidam ze- neus apud eos Homerus vocatur. Urbis scena Melis amnis præterfluit ad ceteram structuram etiam portum clausum ha- bet. Haec Strabo. Hanc Theseus Thessalus in memoriam uxoris suæ, quæ Smyrna vocabatur, extruxit. q Smynam itē Græci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrrham appellamus.

Smyrnæus, *σμυρνεύς*, Idjectivū, Pleætra Smyrna, Homerica. Silius lib.8. ante O.

Soana, *σοάνα*, teste Prolema lib.11, dicta sunt ofia fluvii cu- jusdam in Taprobana insula.

Soanes, *σοάνες*, Populi Asiæ, Caucasi extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educunt in pugnam. Vide Strabo- nem lib.11.

Sochis, Aegypti Rex, qui numinis Solis apud Heliopolia obe- liscos quatuor, 48. cubitorum longitudine, dedicavit. Autor Plin.lib.36.cap.8.

Socion, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scriptis r̄izas, *σοκονίας*: id est, Corau Copiæ, librum multæ, variæque doctrinæ. Autor Gellius.

Socrates, pen.cor. [σοκράτης]. Germ. Ein berühmter Philosophus in Athen.] Philosophus Atheniensis, Apollinis oraculo omniū sapientissimus judicatus, qui Philosophiam naturalem primus in moralē translatis. Hic æquabilitatem in omni vi- ta servavit, adeò ut idem semper vultus, eademq; frons sive prosperis, sive adversis rebus extiterit usque ad extremum. Plin.lib.7: Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem tempe- rante vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore uxores, Xanthippen & Myrtonem Aristidis Iusti filiam, quæ quum crebro inter se jurgarent, & ille eas de- ridet, quod propter se stolidissimū hominem, simis naribus, recalya fronte, pilosis humeris, repandis cruribus discepta- rent, novissimè verterunt in eum impetum, & inalè mulctatū fugientemq; diu persecuta sunt. Interrogatus autem ab Al- cibiade, cur mulierē tam acerdam domo nō exigere? Quo- niam, *inquit*, quum illam domi talem perpetior, infuesco & exercor, quod foris petulantiam injuriam facilis scram. Iterum dicent Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes male- dentiam: Tu, *inquis*, nōane toleras anterē clamore perstreb- pentes? eoq; respondente: Nec mirum, quum mihi ova & pul- los pariant: Et mihi, ait Socrates, Xanthippe filios giguit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phanatera ob- stetrix. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audienti- bus dixit: Emissem pallium, si numeros haberem, neminem po- poscit, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Au- ditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum phy- sicum se conculit. Postea animadvertisens, naturalis specula- tionis fructum nullum esse, inventus primus Ethicen: id est, mo- ralem Philosophiam, ad quam transiens, fertur dixisse: Quæ- supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon: Socratem nun- quam de natura rerum, neque de sublimioribus rebus dispu- tasse, quum ea sine supra captum hominum. Quod præter cæ- teros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuerit, exempla utriusq; rei constant. Nam & patientiam Gellius pulchro scommate refert: Quin ex ore Xanthippen contumaciū ac clamosiū è loco sublimiore in se agentem diu tolerasset, & postrem aqua ab ea esset perfusus, cœpit ridens dicere: Sciebam Xanthippen, ubi detonis- set, quandoq; pluituram. Castiratis illud ab Aeliano memo- ratur, quod Zopyrus Physiognomus Socratē ex physiogno- mia judicavit, omnium libidinosissimum esse: civibus autem tanquam falsa loquacum eum ridentibus: Socrates minimè mentitur dixit, sed natura vim se abimi virtute oppressisse. Cicero tamen de Fato non lascivum, sed bardum ac mente stupidum, & obtusum à Zopyro dicit fuisse judicatum. Nil unquam scripsisse constat, sed ejus dissertationes à Platone commemorantur. Dæmonem se habere dicebat, qui sibi fu- tura prædicteret. Ex Socratis variis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli: & quum aliis aliud apprehenderet, per se minatae sunt quasi familiæ dissentien- tes inter se, quum tamen omnes se philosophos Socraticos & dici vellet, & esse arbitrarentur. Primum ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Anti- sthenè, qui patientiam & duritiam in Socratis sermonem maxi- mè adamarat, Cynica: & ab Aristippō, quem maximè vol- patariæ disputationes delectarunt, Cyrenaicæ philosophia ma- naverunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, ut Ery- thicorum, Megaricorum, Pyrrhoniorum, qui se Socraticos es- sere dicerent:

diceret: Vnde meritū philosophorū fons Socrates appellatus est. Accusatus postrem ab Anțo quodam divite, & Melito poëta, & Lycone Oratore, vel quod de diis malè sentiret: vel (ut aliis placet) ob flagitosam in pueros libidinem, in carcere cōjētus ac ē vinculis causam dicere pessus, neglexit: & Lysias orationem elegantissimā respuit, ut scribit Cic. lib. 1. de Orat. Imitatus est (*inquit*) homo Romanus & Consularis veterem illum Socratem, qui quā omnia sapientissimus esset, sanctissimumq; vixisset: ita in iudicio capitū p̄d se ipse dixit, ut nō supplex aut reus, sed at magister, aut dominus videretur esse iudicem: quāmetiam quām ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit, & commodè scriptā esse dixit. Sed (*inquit*) ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quāmvis essent habiles & apti ad pedē: quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & orationem videri, forte & virilem non videri. Interrogatus deinde ex more à iudicibus, quām pœna se dignum judicaret. Ut (*inquit*) in Prytaneo alar ex publico. Qua eius voce irritati iudices, eum capitū damnaverunt, & ad bibendam cicutam compulerunt, qua ille intrepidè, & non alio vultu, quām quo viaum solebat, exhausta decessit. Sed statim populus mortem ejus ita doluit, ut accusatores ejus partim morte, partim exilio punire, & ipsi Socrati statuam etream dedicaret. q̄ Socrates alter pītor fuit, inter cuius opera enumeratur Oenus quādam nomine, funem torquens, astante interim a sella, prædenteque quicquid ille torsisset: cuius pictura meminit Plini. lib. 35. cap. 11, quāquam Pausanias eam Polygnotō mavult attribuere. Ad hanc tabulam alludit Propertius, quām ait: Di gñor obliquō funem qui torqueat Ocno, Aſſiduusq; tuat pascat aſſella famem. q̄ Alius Socrates Cōstantinopolitanus, qui historiā ecclesiasticā à tempore Apostolorum usq; ad Chrysostomū conteruit: cuius etiam etate viguisse putatur.

Sōcūs, σωκράτης. Per simplex c, Fuit vir Trojanus, animo & corporis dignitate generosus. Hic, Homero teste, magno animo Vlyssen vulneravit: sed ab eo deinde ipse interfactus est.

Sōdōmā, ΣΩΔΩΜΑ [σωδωμα] sed bōm σωδωμα Stephano.] Oppidū Palestīnæ, unum ex iis quæ Asphaltide lacu hausta esse Sacre litteræ testantur. Strab. lib. 16, autor est, Sodōmam olim XII. urbium caput fuisse, urbemq; magnam, quippe cuius etiam illa etate sexaginta stadiorum fuerit ambitus.

Sogdīānā, σογδιανή, Sogdiorum regio in Asia, quæ (ut libro sexto, ait Ptolemeus) à Septentrione parte Scythæ terminatur: ab Oriente Sacis: à Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt urbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quām (ut Solinus ait) Alexāder terrā cōdidit, ad cōtestandos itineris sui terminos. Sōlis fōns, σωληνός. Fons est apud Troglodyras aquæ dulcis, circa meridiē, maximè frigidus, mox paulatim tepescens: ad medium autem noctis fervore & amaritudine infestatur. Autor Plini. lib. 2. cap. 103. Herodotus lib. 4, ejusdem & nominis, & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cuius meminit & Plinius, quāvis eum non Sōlis, sed Ammonis fontem appellat. Vide ea quæ suprā annotavimus statim post dictiōnem F O N S.

Sōlis insula, σωληνός. Est in mari Indico semper rubens, & (ut Solinus refert) omni animalium generi inaccessa: quoniam cō ingressos vis circunfusi aēris conseruit exanimat. Plini. lib. 6. cap. 23: Insula quæ Sōlis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum animal non absuntur incertis causis.

Sōlis mensa. [Germ. Das Sōlantassen Landt.] Aethiopiaz locus, apparatus epulis semper reservetus: & quia ut liber (*inquit* Pomponius) vesci volentibus licet, ἡλίς τε πάτησε: id est, Sōlis mensam appellant: & quæ passim adposita sunt, adfirmat nasci subinde divinitus. Ad quem locum Severus Imperator, referente Spartiano, quum Alexandriam venisset, rei fama pernotus profectus est. Cælius multæ vir lectionis, lib. 16, Antiquarū lectionum scribit. Sōlis mensam adagio dici divitum, opulentiorumq; hominum domos, omni rerū copia ubertim adfluentes, expostasq; in opum necessitatibus & alimentis.

Sōlis öſtiā, de quibus Pomponius in descriptione Indiz, Leca sunt ob æstum intolerabilem, & à quarum longo tractu per aurum, sic dicta: quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum, Diod. lib. 17, scribit.

Sōli, orum, σωληνοί, Vtbs in Cypro insula, metallorum copia nobilitata: cuius meminit Galenus lib. 9. Simpl. q̄ Est præterea ejusdem nominis civitas in Cilicia, quæ postea Pompejopolis dicta est. Vide paulò p̄d in dictiōne S O L O E.

Sōlōz, numero plurali, more Græcorum, σωληνοί, sicut Diocles pro Diocuri, civitas est Ciliciæ ab Achivis & Rhodiis zedi ficata, postea Pompejopolis appellata à Pompejo, qui piratas in eam transtulit, quos dignos existimavit ut scrarentur. Laētius in vita Solonis autor est, urbem hanc à Solone Saluatio conditā fuisse, & ab eo nomē accepisse: ut latius docet.

bius in dictiōne S O L O E C I S M V S. Ex hac urbe ortū traxerū virti memoratu digni, Chrysippus Stoicus, Philæmon Cōmīcus, & Aratus, qui de astris carmine scripti. q̄ Sāt & Solæ, sive Soli in Cypro insula, metallorum proventu nobilitati: quorum meminit Galen. lib. 9. Simpl.

Sōlōn, [σωληνος Germ. Ein aus den sibēn Welsen th Grieckenlandt in Gesangbēt der Athenerster] Fuit unus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminis, qui (teste Gellio lib. 17.ca.21.) Athenis claruit. Tarquinio Prisco Romæ regnante. Hic Atheniensibus leges dedit, tanto temperamento cōpositas, ut parrem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quāquam plebs & Senatus in summa prius essent dissensione. Dracōnis autē leges (iis exceptis, quæ in homicidas pœnas statuebāt) quād juxto atrociores viderentur, omnes abrogavit. Illis enim in omnia scelerā æqualis pœna statuta erat, adeo ut etiam ii, qui otii damnati essent, aut qui olera surripuerint, capite plecteretur. Ob quā causam Demades dicere solebat: Dracōnem non atractum, sed sanguine leges scripsisse. Florebant tunc in Republica Pisistratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquētia plus potuit apud populum, quām hujus sapientia. Cessit sponte Solon tyrannus fugiens, primū in Aegyptum: deinde in Cyprum: postrem ad Crosum regem: cuius quām opes videret, ostentanti Croso, atq; interroganti num quis se felicior esset? respondit: Tellum quēdam pauperē admodum, alioqui justū, Athenis agentis: qui in suo prædiō solitarius confenserat: simul affirmans nihil esse foelix, quod temporum mutationi subjaceat: felicitatem tantum finem indicare. Cuius sententia Croesus postea à Cyro captus meminisse dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, civitatem à suo nomine Solos dixit, in qua Athenienses colonos statuit, qui intervallo temporis ab Attica līa gua descendentes, Solocissimē dicti sunt: unde verbum Solocissimē tractum. Decessit in Cypro annorum L X X X mādavītō, ossa Salaminem transferri, ibi: per regionem projici ac dissipari, ne Athenas inferrentur: quoniam discedens jure jurando cives adegerat, non antiquaturos leges suas donec rediret. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam. Epigrama a sepulcro ejus inscriptum, Cic. in hanc sententiam commorat, Tusc. quest lib. 1: Mors mea ne careat fletu: linquamus amicis Mœtorem, ut celebrent funera cum lacrymis. Ex Plutarcho & Diogene Laētio:

Sōlōphytūs, σωληνόφυτος, Regius ex Scytharum genere juvenis fuit, qui unā cum Ilino fratre per optimatum factionem domo pulsus, ingentem juventutem secum traxit, & in Capadocię ora ad Thermo do ontem amnem cōsedit: subactisq; Themiscyris, unā cum fratre regnum occupavit. Verū quā ex vicinis populis perpetuō prædas ageret, tandem illorum conspiratione per infidias unā cum fratre trucidatur. Horum uxores quām exilio orbitatem quoque adjunctam viderent, arma capessunt, finesq; suos, submoventes primū, mox etiam inferentes bella, quām latissimē propagant: virisq; omnibus interfictis, finitimarum concubitus admittunt: mares natos trucidant, virgines nō lanifico & colu, sed equis, venationibusq; exercent, dextris mammillis, ne sagittarum jactus impeditur, inustis. Vade & Amazones dicta sua: quasi sine mammis.

Sōlūs, untis, σωληνοί, Stephano Cypri insula oppidum, à Phaleto & Acamante Atheniensibus conditum, portū nobisēm habens, cum flumine, item Veneris & Isidis delubra. Genitile est Sōlius. Autor Strab. lib. 14. q̄ Est & Sōlus Siciliæ oppidum, non procul à Lilybæo promontorio: cuius meminisse Plini. lib. 3. capite 8.

Sōlymī, rum, σωληνοί, Populi Afīz, Lyciis & Pisidis proximi, postea Milyes appellati, ut docet Strab. lib. 1. & 14. Plini. eosdē facit cum Pisidis, lib. 5. cap. 27: Insident (*inquit*) verticem Pisidæ quondam Sōlymī appellati. Alii Sōlymos eosdem fuisse cum Lyciis assertū: quorum tamen sententia cum Homero non tatis convenient, qui Bellerophontem à Lyciorum regem missum ait ad subjugandos Sōlymos.

Sōlymā, ΣΩΛΥΜΑ, vel Sōlyma, ruth. [σωλυμα] Vtbs clarissima ludæ, quæ postea additō templo, Hierosolyma dicta est.

Sōlymūs, a, um, luven. Satyr. 6: Interpres legum Sōlymarum. Sōphene, es, pen. prod. [σωφηνε] ΣΩΦΗΝΕ aram isobā. σωφηνε.] Regio est Afīz Armenię majori ab ea parte adjacens qua vergit in Comagenem, iuxta Antiturum & Masium mōtes. Hujus regionis incolæ Sōpheni à Plinio, ab aliis Sophene appellantur. Luc. lib. 2. Pharsaliz: & dedita sacris Incerti Iudæ Dei, mollesq; Sōphenæ.

Sōphelūs, σωφηλος, Sicyonius vel Thebanus Comicus, medīc comediae scriptor, cuius fabulæ nonnullæ commemorantur à Suida.

Sōphocles, σωφοκλης, Poëta Tragicus fuit, patria Atheniensis, tāta orationis suavitate, ut vulgo mīlētūs: hoc est, apis cognominatur:

minaretur: æqualis Euripidis, & Periclis, cuius etiam quādō. que collega fuit in Praetura. Natus fuit Olympiade LXXXIII. ante Socratē annis XVII. Primus tribus actoribus usus est, adjecto eo qui vocatur Tritagonista: hoc est, tertiarum & ultimarum partium histrio. Primus etiam choros ex juvenibus quindecim introduxit, quem anteā duodecim tantum introducerent. Primus quoq; tragicas contentiones ac compositiones instituit. Scriptis insuper Elegiam & Pæanias, atq; orationem prosam, quum de Choro adversus Thespīm & Chœrūlum contenderet. Obiit autē sexto anno post Euripidis mortem: cui stylī magnitudine præfertur, licet ejus sententiis inferior. Filios habuit Iophontem, Leosthenem, Aristonem, Stephanum, Menelidem. Exhibit fabulas centum viginti tres: quanquam alii dicant multò plures. Victorias autem viginti tres reportavit. Hunc Cicero divinū poëtam lib. 1. de Divin. vocavit: eiusq; in Catone Majore his meminit verbis: Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit, quod propter studium quam rem familiarem negligere videretur, a filiis in judicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more male rem gerētibus bonis interdici solet: sic illum quasi desipientem à re familiarī removerēt iudices. Tum senex dicitur eam fabulā, quam in manibus habebat, & proximè scriperat, Oedipum Coloneum recitatissime judicibus, quæsiſſe que num illud carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis iudicatum est liberatus. Sophoclem ex insperato gaudio ob victoriā ex Tragœdia quadam repente obiisse Valerius autor est. q; Sophocles superioris nepos, Poëta item Tragicus, qui docuit Tragœdias XL. vicit 8. cōmemoratur à Suida. q; Sophocles etiam Grammaticus, minor appellatus, enarravit Lycophronem, Apollonium, aliosque poëtas, cuius opera habemus. q; Sophocles alius, dux Atheniensium, Sostratidæ filius, apud Thucydidem.

Sophocleus, a, um, pen. prod. σοφόκλης. Cic. ad Tyr. An pan-gis aliquid Sophocleū? Virg. 8. Aeglog. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Sophron, σωφρων, Syracusanus, Xerxis & Euripidis tempore sc. ipsit mimos viriles, & mimos fœmineos lingua Dorica, & soluta oratione, cuius scripta erant admodum obscura. Statius lib. 5. Sylv. Sophronaq; implicitum, tenuisq; arcana Corinnæ. Hujus scriptis tantopere delectatum ferunt Platonē, ut etiā moriens capiti subiecta habuerit. q; Fuit alter eisdē nominis Comicus, cuius meminit Athenaeus in Dipnosophistis.

Sophronia, σωφρωνία, Matrona Romana fuit, quam ob insiguum pudicitiam, Lucretiam Christianam vocant. Hæc quū te vim Decii principis videret non posse effugere, consentiente viro, arrepto gladio se ipsa transfixit, & in divorum numerum est relata. Autor Eusebius in Histor. Ecclesiastica.

Sophronium, σωφρωνίου, Meretriculæ nomen apud Plautum, amatoria quadam adulatio per diminutionem prolatum, δῶς τῆς σωφρωνίας, quod temperantiam, modestiam, sive castitatem significat.

Sorā, σορά, Oppidum Campaniæ, cuius meminit Plinius libro 3. cap. 5. Iuvén. Satyr. 2.: optima Sorā, Aut Phabraterei domus, aut Frusinone paratur. q; Stephanus. Sorām alteram collocat in Phoenice.

Soractē, is, vel Soractis, tis. Mons est Faliscorum Apollini sa-  
cer, circa quem fiebat sacrificium annuum, in quo Hirpiæ fa-  
miliæ super aubustam lignorum struem ambulantes, nō ad-  
irebantur: ut refert Plin. lib. 7. cap. 2. Virg. 11. Aeneid. Summe  
deus, sancti custos Soractis Apollo. Plin. lib. 31. cap. 2. Varro  
ad Soractem scriptis esse fontem, cuius sit latitudo quatuor  
pedum, sole oriente eum exundare ferventi similem, avesque  
quæ gustaverint, juxta mortuas jacerent. Neutro generē usus est  
Silius Italicus lib. 8.: & sacrum Phœbo Soracte frequentant.  
Vulgò Monēdi s. Silvestri.

Sorani, inquit Servius, dicti sunt populi Hirpini. Nam lupi Sa-  
binorum lingua Hirpi vocantur. Sorani vero, à Dite: Nam Di-  
tis pater Soranus appellatur, quasi lupi Ditis patris.

Sorānīs. Ditis seu Plutonis cognomen: à voce Græca σορά, quæ tumulum sepulchrale significat: vel à Sora oppido, ad Soractem montem sita. Tradit enim Plin. lib. 2. cap. 92, eo in-  
traitu tam pestiferos spiritus exhalarci, ut avibus sint lethales. Vnde videri potest Pluto dictus esse Soranus, non dissimili ratione ab ea, qua Avernum pio inferis poëtæ accepérunt.  
q; Soranus, σοράς, Ephesi medicus, Alexandria vixit. Deinde Romam venit, ubi aitatem exercuit Tراجani & Adriani tē-  
poribus. Suidas.

Soritæ, σωρίται, Populi sunt Ichthyophagi, quos Arabis flu-  
vius ab Indis distinguit, nullum alium cibum noscentes,  
quam pisciū, quos unguibus dissectos torrent sole, panemq;  
ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. Oritas vocat.

Sosandrā, dræ, σωσάνδρα, Insula Cretæ adjacens: ita dicta,  
quod incolas suos à vi Lyctiorum servarunt incolumes. Autor  
Stephanus.

Sōsianīs, Apollinis cognomen, cuius Romæ erat statua excedro, è Seleucia advenit, teste Plin. lib. 13. cap. 5.

Sōsias sive Sōsa, σωσίας, Philosophus quidam impius, qui sublata penitus providentia, omnia temere ferri asserebat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hippomen & ipsum etiam Epicurum, versatos accepimus. q; Est item hoc personæ protatice nomen in Terentiana Andria.

Sōsibīus, σωσίβιος, Grammaticus Lacodæmonius, cuius meminit Suidas. q; Fuit alter Sosibius, homo astutus, qui falso tutoris nomine assumpto, Ptolemei regnum invasit, & Ly simacho Arisnoës filio machinatus est necem.

Sōsīgenēs, σωσίγενης, Astrologus insignis fuit, cuius opera ūsus est Cæsar, quum annum ad Solis rationem redigeret. Autor Plin. lib. 18. cap. 25.

Sōsīclēs, σωσίκλης, Patria Syracusius, poëta Tragicus, circa nō viſſima Philippi Amyntæ filii tempora, unus ex iis, quos à sideris nomine, quod septem numero essent, Plejadem appellarunt. Docuit fabulas LXXII. victorias retulit septem. De hoc Suidas.

Sōsītī, Bibliopolæ erat celeberrimi Horatii temporibus, quorum meminat lib. 1. Epist. librum suum alloquens: Sicilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.

Sōsīpatēr, σωσίπατερ, Nobilis Grammatici nomen, è Carysto Ebœz oppido: cuius meminit & Suidas.

Sōsīpatrā, σωσίπατρα, Mulier è Libya, Aedesii sophistæ uxor, quæ ob insignem doctrinam, vaticinandi; péritiam à numeribus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

Sōsīthēus, σωσίθεος, Poëta Tragicus, patria Syracusanus, ut alii Atheniensis (quanquam non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt) unus ex iis, qui quod septem essent numero, Plejades dicebantur. Homer Tragici æmulus. Vide Suidas.

Sōsīpolīs, σωσίπολης, Iovis cognomē apud Magnesios, cuius meminat Strabo lib. 14. q; Sosipolis alius apud Eleos colebatur: ita dicitus quod ab Arcadiū impetu civitatem levasse crederetur. Ferunt enim Eleis adversus Arcades in prælium ex euntibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestantem, cuius sese & matrem esse dicebat, & in somnis monitam, ut illum Eleis ducem traderet. Quid multa credita res. Acceptus à muliere puer, & in ipsa acie fratre nudus hostibus objectus: qui in ipso ineundi prægli momento in draconis specie se transformavit, tantumque Arcadibus terroris incussum, ut se protinus in fugam converterent. Cuius beneficii memories Elei, eo in loco, quo draco se recipere visus erat, sacrum extrixerunt, quod Sosipolidi deo dedicaverunt.

Sōstratūs, σωστράτης, Insignis architectus, qui in insula Pharo, iussu Ptolemaei Philadelphi turrim extruxit ad ostendendos nocturnos ignes, navigantiumq; cursus dirigendos, cum huiusmodi inscriptione: Sosistratus Gnidius Dexiphonais filius, dius servatoribus pro navigantibus: Nam quum ora ex utraq; parte importuosa & humilia esset, & cautes, & brevia haberet, signum aliquod necessarium fuit, atum & clarum, quo navigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strab. lib. 7. q; Sosistratus alius fuit nobilis æneorum signorum artifex, quæ CXIII. Olympiade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8. Alius item pugil, patria Sicyonius Acrocherites cognominatus, quod adversarium extremis manibus corripere: nec antē dimiceret quād deficiente sentiret. Autor Pausanias.

Sōtādēs, σωτάδης, Maronites poëta fuit, turpissimi carminis auctor, in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus sumptu nomine ex argomento, Cinēdos inscriptis Suidas.

Sōterchūs, σωτέρχης, Verificator fuit ex Asso Troadis, qui Diocletiani encomium scripsit, & Dionysiacos libros dros, & alia nonnulla quæ commemorantur à Suida.

Sōteridās, δα, σωτερίδης, Epidaurius Grammaticus, Pamphila doctissimæ mulieris pater: cuius meminit Suidas.

Sōtirī, σωτήρης, Vrbs Arionorum ab Antiocho Seleuci filio cōdita, Stephanus.

Sōzūsā, σωζουσα. Trium oppidorum nomen, quorum unum in Phœnico collocatur à Stephano: secundum in Pisidiæ tertium in Aethiopia.

S. ante P.  
Spaco, σωστός, Vxor fuit Mithridatis, bubulci Astyagis Medorum regis, & nutrix Cyri: quæ vox, quomā Medorum lingua canem significat: factum est ut Cyrus creditus sit nutritus esse à cane. Autor Herodotus lib. 1.

Spalathra, σωλαθρα, Magnesia oppidum aptud Plin. lib. 9. cap. 9.

Spargapisēs, σωργαπίσης, fuit filius Tomyridis, Massagetaum reginæ: qui captus à Cyro scipsum interfecit. Autor Herodotus lib. 1.

Spārtā, τε, [σωρτά. Germ. Die gewaltig Stadt in Peloponneso gesetzen / sonst Iacedem genannt / heißt jetzt Mistra.] Peloponnesi

S 3 civitas

civitas nobilissima fuit, Lycurgi legibus optimè olim instituta: ita dicta à Sparto Phoronei filio: aut (ut alii malunt) à Sparta Eurota filia: quum anteā Lacedæmon diceretur. Virgil. 3. Georg. Veloce Spartæ catulus, acremq; Molossum Pasce se- ro pingui. Hujus cives dicuntur Spartiates, sive Spartani, οὐρανοί, qui & Lacedæmonii.

Spartanus, a. u. Idē quod Lacedæmonius. αὐραντικός. Virg. 1. Aeneidos: Virginis os habitumq; gerens & virginis arma Spartanæ.

Sparta, Lacus in Atropatia, in quo sales nascuntur & conge- laſcant.

Spartacus, αὐραντικός. Famosus gladiator fuit, è Thracia ori- undus, labore animi & corporis præstans, qui uia cū Chry- ſo & Oenomaō, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cū septua- ginta gladiatoribus erupit Capua, manuq; servorum congre- gata, quasi iusto exercitu comparato, Cervesium montem in Campania occupavit: ubi quum à Clodio Glabro obſidere- tur, ejus caſtra diripiuit, & Campaniam populatus, raptis Pre- torum fascibus appellatus est Imperator. Inde Lentuli exerci- tum in Apennino dissipavit: apud Mutinam Cassii caſtra de- levit. Tandem quum de Urbe invadenda deliberaret, à M. Cras- fo pulsus, fugatusque quum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam p̄ navium penuria trajicere potuiffet, cum suis omnib; fortissimè dimicans quasi Imperator occifus est. Lucan. lib. 2: - Parthorū utinam post prelia ſospes, Et Scyth- eis Crassus vīctor remeaffet ab oris, Ut ſimiſi causa caderes, qua Spartacus hostis.

Spartopolis, αὐραντικός. Persona erat histrionica in Tra- gœdia, à parti canitie dicta, virili specie, nigra & subpallida: quemadmodum contrā polia, πάλαι, facie muliebri, deno, ca- noq; capillito, cæteris omnibus muliebribus personis, ut æ- tate, ita & dignitate præstans. Vide Iuliu Pollucem Onoma- ſtici lib. 4, & Hermolaum in Pliniū. q̄ Eſt item Spartopolios gemma quedam à colore dīta, quem Sparti modo habet in- canum. Vide Plin. lib. 37. cap. 11.

Sperchiū, pen. prod. [αὐραντικός. Germ. Ein ſtuf in Thessaliā/ fließt in die Maleatisch Meerschöß.] Fluvius Thessalizæ, qui Pelio monte effusus velocissimo curſu defluit, in ſtūm Maliacum. Autor Strab. lib. 8. Luc. lib. 6: ferit amne citato Malicas Sper- chios aquas, &c.

Spermophagi, αὐραντικός. Aethiopiz populi, non procul à Meroë insula: ita dicti quod ſemine viſitarent, quod Græci αἰθιοὶ appellant. Autor Strab. lib. 16.

Speusippus, αὐραντικός. Philosopher Atheniensis, Plato- nis ex ſore nepos, qui octo annos Platonicæ ſcholæ pre- fuit. Ferunt hunc ſenio confeſtum, ſibi morte conſiſſive mo- re impulſum. Plutarachus verò ſcribit, illum pediculis effe- veſcentibus interiſſe. Primus inventar quo pacto ex gracilio- bus lignis fierent vasa capacia. Composuit dialogos à Dio- gene commemoratos. Huic Plato quasi Philosophiz hæ- dem reliquit, ut ſcribit Cic. lib. 1. Academ. quæſt.

Sphæcteria, quæ & Sphagia, φυετηία, η εργασία. Insula eft Mæſſeniz adiaceens ē regione Pyli, cuius meminit Strab. lib. 8.

Sphinx, vide in APPĒL. Spineticum, Vnum ex P. di oſtiis: quo Clandius Cæſar è Bri- tania triumphus, prægrandi illa domo verius, quam navi, intravit Adriam. à Spina urbe nomea habens, quam conditæ volunt à Diomedē. Vide Plin. lib. 3. cap. 16.

Synthærus, αὐραντικός. Nobilis architectus Corinthius, qui Delphicum templum edificavit Autor Paſſanias.

Spiō, αὐραντικός. Nympha marina, Nerei & Doridis filia: ſic appella- lata à ſpeluncis mari, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. αἰρεῖς enim ſpelunca eft. Virg. 4. Aen. Niseq; Spiōq; Thaliaq; Cymodoceq; &c.

Spoletium, t. [αὐραντικός. Ger. Die Stadt Spoleto in Italiā] Civitas in Umbria, etiam hodie nomen retinetas.

Spoletinus, a. u. pen. prod. αὐραντικός. Ut ab Aretio-Aretinus: ut. P. Cominius Spoletinus, apud Ciceronem de Clar. Orat. Mart. lib. 13. De Spoletinis, quæ ſunt carioſa lagenaſis, Malue- ris, quam ſi vina Falerna bibas.

Sporadēs, αὐραντικός. Insulae quædā circa Cretam in mari Car- pathio, ſicut Strabo lib. 10. ſcribit. Dicitur quod in mari ſparſæ ſint, non in orbem coarctatæ, quemadmodum & Cyclades. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocusa, Phæcacia, Sci- nusa, Pholegādros, Thera, Anaphe, Aſtypalæa, Lagusa, & Ios, in qua Homerus fertur eſſe ſepultus.

Sporus, Spado fuit à Nerone in delicis habitus, quem etiam in mulierem conatus eſt transformare, eundemq; doce inter auſpices conſignata, palam uxorem duxit. Rof Neronis au- tem necem, iuſlus à Vitellio ut in habitu conſupratæ puellæ, ſe in theatro ſiſteret: nō ferens tantam ignominiam Sporus manus ſibi intulit.

Spurina, Dux regis Parthorum, qui Crassum interemit. q̄lē Mathematicus ac yates, qui Cæſari prædixit ut Martias caye-

ſet Idus: cuius Tranquillus in Cæſare & Valerius meminēt. q̄ Tertius hujus nominis adoleſcens fuit egregia forma, qui quum ſe ſceninas, virosq; ad libidinem aspectu decoro vide- ret invitare, oris pulchritudinem vulneribus ſpoſatē dehone- ſtavit. Autor Valerius de Vercundia.

S. ante T.

Stabīæ, arum, Campaniæ oppidum bello ſociali à Sylla dele- tum, Cn. Pompejo, & L. Carbone Goss. Autor Plin. lib. 3. capite 7.

Stabianus, a. u. ut Ager Stabianus. Plin. lib. 32. cap. 1: In Sta- biano Campaniæ ad promontorium Herculis Melanuri, in mari panem abjectum rapiunt: iudicemq; ad nullum cibum, in quo hamus ſu, accedunt.

Stagiræ, στάγη. Oppidum in finibus Macedoniæ, ad ſinum Strymonicum, Aristotelis Peripatetici patria: qui inde Stagi- ritæ, σταγίτες, cognominatūt.

Staphylus, σταφύλη. Sitheni filius, primus aquā vino miſtere docuit Plin. lib. 7. cap. 56.

Starcarterus, Rex Danorum, qui quum Lenormi quendam per nefas occidiſſet, penitentia ductus, ejus filio Hathero ſe pre- buit occidendum. Saxo lib. 8.

Staseas, στασις, Neapolitanus philosphus Platonicus, uſci- bit Cic. de Finibus bon. & mal.

Stasis, στασις, Vrbs eft Perſidis, edita in petra ſita, quam tenuit Antiochus Seleuci filius. Gentile Stasites, στασις Stephanus.

Statanus, [Ger. Der Kind Gott wandscheit ſteht ſtatt ſtun] Deus puerilitatis p̄fes credebarat anti quis, in cuius tute- la pueri eſſe putabātur, quum primum ſtare atq; incedere in- ciperent: ut ex Varrone de Liberis educandis docet Nonnus.

Statinæ, statinarum, ſecunda syllaba corr. Insula ſunt in ſu- Campano, terræmotu enata, teste Plin. lib. 2. cap. 68. Papin. in Sylvis: Aenariaq; lacus medicos, Statinasq; renatas.

Statius Cæcilius, Poëta Comicus fuit, cui Volcatius Sedig- tus primas in Comedia partes tribuit: quanquam à Cicerone non unquam malus lingua Latine autor, non unquam etiam ferreus ſcriptor appellatur. q̄ Statius aliis; cognomen to Papinius illuſtris Poëta fuit Neapolitanus, Domini n̄ tem poribus, Iuvenalis & Martialis æ qualis: cuius mīla extat Poëmata Sylvarū libri quatuor: Thebaidos libri duodecim: præterea Achilleidos opus inchoatum, quod monte præven- tuſ absolvere nō potuit. Scriptis & Agaven Tragediam, quā inopia coaſtus Paridi histrioni vendidit. Iuven. Sat. 7: Currit ad vocem jucundam, & carmen amicæ Thebaidos, latata facit eum Statius urbem, Promatit, diem, tanta dulcedine ca- ptos Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi Auditus: ſed quum fregit ſubſelli versu, ſeruit intactam Paridi niſi vendat Agaven. Fuisse autem horum utrumque ſervum, Statius nomen ſervile ſatis declarat.

Statones, Hetruriz populi, apud Plin. lib. 3. cap. 5, quorū oppidum Statonia commemoratur à Strabone lib. 5. In horum agro vinum ſatis generofum naſcebat, quod Statonicae vocabatur: cuius meminit Plin. lib. 14. cap. 6.

Statyellis, statyellorum, Populi Liguria, teſſe Plin. lib. 3. cap. 5, quorū oppidum Aquæ Statyellæ collocatur à Strabone in ea via, quæ à Genoa Placentiam ducit.

Stellæ Arontius, poëta Patavinus lepidissimus, familia conſu- lari orruſ, Violantillam amavit, puellam Neapolitanam, quā tandem duxit uxorem. Hæc in deliciis habuit columbā, aem- dicatam Veneri, quam Stella ſlevit defunctam pulcherrimo carmine: opusq; ipsum Columbā inſcripit. Mart. lib. 12: Lar- rigeros habitat facundus Stella penates.

Stennio, Boctatio lib. 10. cap. 10, una eft Gorgonum, ſed Sthenyo ſcribendum, ut inſiā: filia Phorcī ex monſtro marino ſe- ſcepta, quæ debilitas interpretatur: id eft, timoris initio, quod tantum mentem debilitat. Vide GORGONI.

Stentoř, [ſtēnē] Germ. Ein Gelehrſter Hauptmann ſat in groſ- geführer oder platz ſtührt. Græcoū omnium vocaliſſimus, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine ade- quabat, ut placet Homero's. Juad. Vnde proverbium: Stentoře clamofior. Iuven. Satyr. 13: Tu miser exclamas, ut Stentoře vincere poſſis.

Stercūrūs, Dictus eft Saturnus, quod primus ſtercoranda a- gri rationem invenit. Autor Macrobius.

Stērēntūrū, ſteſtorū, Vrbs in inferiori climate Germaniæ, cuius meminit Pet. lib. 2. cap. 12.

Stērōpē, ſteropes, penult. corr. ſteſtorū Suidæ, Atlantis filia una Plejadem: quam nonnulli Aſteropea vocant. Vide ſuprà in diſtione PLEIADES.

Stērōpēs, ſteropis, pen. corr. ſteſtorū, Vnus ex Vulcani mini- tris, à fulgere nomen habens. Virg. 8. Aen. Brontesq; Stero- pesq; & nudus membra Pyramoa.

Stēſichōrūs, pen. corr. ſteſtorū, Nomen poëte Lyrici ex Hi- meræ Siciliæ urbe, à qua Himerus eft dictus. Alii ex Metha- ſia urbe natum dicunt. Alii ex Palatio Arcadiæ oppido. Fe- runt

Hunc inde profugum Cataniam venisse, eoq; in loco defunctū, & extra portam urbis sepultum fuisse, portamq; ab eo Stesichoriam nuncupatam. Natus est triglima septima Olympiae, sextaq; & quinquagesima obiit. Fecit lusciniam aliquando in ore Stesichori infantis ceciasse mirabili auspicio. summum cum Poëtam futurum, & cantus suavitate omnes, qui ante eum fuissent, superaturum. Fratrem habuit Mamertinā, optimū geometram. Dicitur & scripsisse Helenā vituperationem, ex quo excolutū fuisse, tursusq; ob palinodiam visuta recuperata. Quam fabulam tetigit & Horatius in Epop. ad Canidiam sic scribens: Insatis Hellenē Castor offensus vice, Fraterq; magni Castoris, vieti prece, Adempta vati reddidere lumina. Vocatusq; est Stesichorus: quoniam primus eū citharæ cantu chorū instituit: nam prius Tisias vocabatur. Autor Suidas. Qui neilianus verò libro decimo, capite primo, sic eum taxat Stesichorus, quām sit ingenio validus, materie quoq; ostendunt, maxima bella, & clarissimos cōnentem ducēs, & epicī carminis orera lyra sustinēt. Reddit enim pēsonis in agendo simul loquendōq; debitam dignitatem, ac si tenuisset modum, videtur emulari proximus Homerum potuisse: sed redundant, atq; offendit ut est reprehendēdum, ita copia virtutis est.

**S**teſiclear, Mulier fuit insigni forma, miraq; vēnustate p̄dita, quā cum à Themistocle & Aristide adamaretur, cauia fuit dissidii inter duos pr̄stantissimos duces. Autor Plutarchus in Themistocle.

**S**teſimbrōtūs, pen. corr. στειμβρότος. Historicus fuit Tarēensis, qui Cimonis Atheniacium ducis res gestas scripsit, teste Plutarcho in vita Cimonis. q̄ Stesimbrōtus alias fuit Epaminundā filius, à patre interfecitus, quod cum Lacedæmoniis ipso inconsulto manum conseruisset, etiam speciosissimam eo ex prolio victoriam reportasset. Autor Plutarchus in Parallelis.

**S**thēnēlūs, Σθένελος. Capanci & Evadnes filius, unus ex Græcorum ducibus qui bello Trojano interfuerunt. Hunc Virgilius inter eos annumerat, qui lignei equi alvo fuerunt inclusi. Thersandrus (inq̄) Sthenelusque duxes, & dirus Vlysses. q̄ Fuit & alter Sthenelus Persei filius ex Andromeda, cuius meminuit Homer. lib. 2. lliad.

**S**thēnōbōeā, Σθένωβη. Suidas, Procti Cotinthiorum, aut (ut illi malant) Argivorum Regis uxor, Filia Iobata regis Lycorum, quā bellerophontis amore capta, quum repulsam tulisset, apud virum eum detulit, tanquam vim sibi affere voluisset. Quam fabulam qui latius nosse cupit, videat suprà in dictione BELLEROPHONTES.

**S**thēnyō, Σθένη. Fuit una ex filiabus Phorci & belluae mariae, Medusa soror. Vide latius suprà in dictione G O R G O N E S.

**S**tilbōn, stilbōtis, στίλβων, Mercurii stella, δῶν τῆς στίλβων, hoc est, à lucendo dicta. Cic. 2. de Nat. deo. Infra autē hanc stellā Mercurii est, ea στίλβων appellatur à Græcis, quā anno ferè vertete, signiferum iustrat orbem, neq; à sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tūm anteverens, tūm subsequens.

**S**tillico, stiliconis, Honorii Imperatoris sacer, à Claudio poëta multis laudibus celebratus. Hic quum res plurimas, fœlicissimè gessisset, tandem ut Eucherium filium ad imperatōrum fastigium eveneret, adversus principes conjuravit: quūque Gethorum irruptioni resistere posset, ut imperatorum vires minueret, passus est Italiam ferro, flamnisq; crudelissime devastari. Vide Eutropium.

**S**tilpō, στίλπων, Megarensis philosophus fuit, tempore primi Ptolemæi, discipulus Pasicles Thebani: pr̄fuit scholæ Megarense: scripsit dialogos non minus viginti. Huic quum Ptolemæus Soter, patria ejus potitus, splendidam conditionem offerret, si secum in regnum proficiet vellet, constantissimè recusavit. Demetrius quoque cognomento Poliorcetes, quam Megara cepisset, tantum huic honoris detulit, ut quicquid illi ablatum erat, jussiter restitui. Ille contrā nihil se amissis repondit: Philosophiam enim cum eloquentia neminem sibi admire potuisse. De hoc quoq; memoriz prodidit Cicero in lib. de Fato, quod quum ei vino sitatis, & luxuriaz vitta essent ingeita, sic vicioram naturam edomuerit, ut nemo unquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit.

**S**tiphēlūs, Vnus ex Centauris, Ixionis, & Nubis filius, à Cædeo intersectus ea in pugna, quā in Pirithoi nuptiis commissa est inter Lapithas & Centauros. Ovid. 12. Metam. Quinque neci Cæneus dederat Stiphelumq; Bromumq; &c.

**S**toechadēs, [στοχάδης. Germ. Diev Inseln im aufgang des Rhodans/naher der Marssien. Vulgō La. Eras.] Insulae sunt numero tres, Massiliensiū littori vicinē: sic dictæ propter ordinem quo sitæ sunt. Plin. lib. 3. ca. 5: Stoechades tres à viciniis Massiliensiis dictæ propter ordinem: quas item nominant singulis vocabulis, Proten, & Mezena, quā & Pomponiana vocatur: tertia Hypæa. Lucan. lib. 3: Et jam turtigeram Brutis comitata cari-

nam Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis Sto-chados arva tenens.

**S**toicī, στοιχί. Philosophi appellati sunt à ἀνα, quod significat porticum, quā convenire ad differendum solebat. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile, ex varietate picturæ (Græci enim ποικιλος varius dicunt) in qua Zenon, primus ejus sc̄t̄ autor, philosophiā profitebatur. Vnde & secta Stoica, & Philosophi Stoici nuncupati sunt, qui anteā Zenonit dicebātur, à Zenone doctore. Hæc est illa porticus Stoicorum memoratissima, quam Chrysippus dictus est fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuito. [Germ. Die Philosophi der lebt Zenon anno heilig, welcher in den Schopff zu Athen, Pœcile genannt, getrieben hat.] Stoicē, adverbium, Cicero in Parad. De diis immortalibus, de charitate patriæ, Stoicē scilicet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere: de Catone.

**S**trābo, insignis geographi nōmen, qui temporibus Augusti, & Tiberii claudit. Scripsit Commentarios geographicos, quib; etiam hodie omnium manibus teruntur.

**S**tragona, stragōnē, στραγόνη, Urbs in climated inferioris. Germania apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

**S**tratēfūs, στρατός, Iovis cognomen, qui apud Caras celebatur: quod nos belicosum interpretari possumus. Autor Herodot. lib. 5.

**S**trāto, στράτων, Nomen proprium Sidonis reguli, qui (ut Hieronymus scribit) manu propria se volens confodere, ac immimentibus Persis ludibrio foret, quorum fœdus Aegyptii regis societate neglexerat, detrahebatur formidine, & gladiū, quē atripuerat, circumspectans, hostium pavidus expectabat adventum. Quem jam jamq; capidūm uxor intelligens extorserat acinacem de manu, & latus ejus transverberavit. Compositoq; ex more cadavere se moriens superjecit, ne post virginalia fœdera, alterius coitum suscineret.

**S**trāton, στράτων. Ut scribit Suidas, Lampasenus philosophus fuit Theophrasti familiaris, & successor, & præceptor Ptolemaei Philadelphi: qui ob insignē naturalis philosophie cognitionem Phylicus est cognominatus. Stratones octo fuerunt: primus Isocratis auditor: secundus Lampasenus, Theophrasti discipulus: tertius medicus, qui Erisistratum audivit: quartus historicus: quintus poëta, Epigrammatum scriptor: sexus antiquus medicus, ut ait Aristoteles: septimus Peripateticus qui vixit Alexandria. Hæc Diogenes Laertius. Octavum Plutarchus Stratonaem ponit rhetorices præceptorem, ac Brutū familiarem, qui unā cum eo in bello Philippensi fuit: solusq; adhibitus, dum ille sibi mortem concivit. Conciliatus postea Augusto per M. Messalā, qui comes ad bellum Aetiacū fuit. Lacrymans enim Messala: Hic est, (inquit Augusto) qui meo Bruto gratias extremas subministi avit.

**S**tratonicē, stratonicē, στρατονίκη, Attarathī Cappadocum Regis filia, uxor Eumenis, Pergami Regis: cui Attalum peperit, qui illi in regnum succedit. Vide Strab. lib. 13.

**S**tridōn, Vulgō strigas, Oppidum in agro Iustinopolitano fuit, in Dalmatia & Pannonia confinio. D. Hieronymi patria, à Gothis eversum.

**S**trōngylē, es, στρογγύλη, Vulgō Stromboli, Insula est maris Tyrreni, non procul à Sicilia, unā Acolidum: cuius incolæ tri-duo autē ex fumo prædicere solebant, quinam statuti essent venti: unde factus est locus fabulæ, ut Acolus qui in hac insula regnabat, ventorum rex crederetur. q̄ Dicta est autē Strongyle à rotunditate: nam Græci rotundum στρογγύλος, appellant: à Silio Italico lib. 14. Strongylos appellatur: Mille Agathina dedit, perfataq; Strongylos Austris. q̄ Strongyle item dicta fuit Aegæi maris insula, una Cycladum, quā notiore nomine Naxos appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

**S**trōphādēs, [στροφάδης. Germ. Zwö Jäger im Jonischen Meer neben Zarynthus gegen Mittag getragen. Vulgō Strivali.] Sunt duæ insulae in mari Ionio, ad Occidentale latum Peloponnesi, quā anteā Plotz dicebantur. Strophades dictæ à conversione Calais & Zethæ, qui ad has usq; insulas Harpyias persecuti, inde reversi sunt. Nam στροφή inter cætera conversionem significat. Virg. 3. Aen. Excipli Strophades: Graio sunt nomine dictæ. Insula Ionto in magno.

**S**trōphīūs, στροφή. Proprium nomen Phocensis regis, patris Pyladis: cuius beneficio Orestes matri suis crudelitati est ereptus, & unā cum Pylade ejus filio liberalissimè educatus.

**S**truma Nonii cuiusdam Romani Senatoris nōmen fuit, in quem veluti sella curulis indignū stomachatur Catullus poëta, p̄figr. 49: Sella, inquit, in curulis Struma Nonius sedet.

**S**truthōpōdēs, στρυθόποδης, Mulieres sunt in India rātæ brevitatis, ut nōmē acceperint à passerculorū pedibus. Sipontinus: Strymon, onis, pen. gen. corr. [στρυμών. Germ. Ein Fluß in Thracia, entspringt im Berg Emo, unterteilt Thraciā von Macedonia.] Fluvius est Macedon: à Thracia dividens, ut Plinio placet. Nam Ptolemæus Nessus fluvio eas distinxerat. Oriens Strymon in Hæmo monte, septemque efficit lacus: quibus

## 280 STR STV STY SVA SVB

deinde in unum alveum collectis, juxta Amphipolim influit in maris Aegaei sinum, qui ab ipso Strymonicus appellatur. Virgilius. 4. Georg. Rupe sub adversa, deserti ad Strymonis amnem.

**Strymonius.** a. um: ut Grues Strymoniz. Virg. 10. Aen. - quales sib' rubibus artis Strymoniae dant signa grues.

**Stura.** Fluvius est in Alpibus nascens, unus ex triginta, qui à Pado in mare Adriaticum defervuntur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgo Store.

**Sturii.** Populi ad Oceanum Gallicum, Rheni quasdam insulas incolentes. Autor Plinius libro 4. cap. 15. Vulgo Los de Steveren en Fries.

**Sturium.** iii. insula est Galliae Narbonensi adjacens, non procul à S. cedadibus. Autor Plin. lib. 3. cap. 5.

**Styellā.** svæta, Castellum Megaridis in Sicilia, cuius incole dicitur Styelleni, svætkoi Stephano.

**Stymphalīs.** svæphæd. Lacus in Arcadia juxta Stymphalum oppidum, ex quo Erasinus fluvius erumpit. Ovid. lib. 2. Faſlorum. Testis erit Pholo, testes Stymphalides undæ. A' Stymphalo lacu Stymphalides aves appellatae sunt, tantæ magnitudinis ut Solis radios obumbrare dicentur, omnem Arcadiam devastantes, donec ab Hercule ænei crepitaculi sonitu pelereantur. Virgilius de Herculis æruminis Stymphalidas per pulit volucres discrimine quinto. q' A' Stymphalo opido fit Stymphalus, phala pharium. svæphæd. & Stymphalis, lidis Hieronymus contra loviianum: Aristochiles, Orichomeni tyrannus adamavit virginem Stymphalem, quæ quum patre occiso ad Templum Dianæ concessisset, & simulacrum eius teneret, nec vi posset ave'li, in eodem loco confossa est. Ob cujus necem tanto omnis Arcadia dolio commota est, ut bellum publicè sineceret, & necem virginis ulcisceretur.

**Styra.** svæ. Euope insula oppidum fuit, non procul à Caryeto, a Phœdra Atheniensium duce bello Malliaco cœsum.

Autor Strab. lib. 10.

**Styx.** [svæ. Germ. Ein hellischer fluss bey dem die Götter schworen.] Fons est ad Nonacrin Arcadia è axis profuens, exstulos omnibus animalibus, tamq; frigidus, ut potus stratum eneet, ferrumq; ac æs erodat, solaq; mure ungula possit contineri: cætera vasa frigoris vehementia statim dicumpens. Hoc veneno quidam Alexandru, ab Antipatio non sine Aristotelis consilio, putant peremptum. Styx Græcis mortuam sonat, dñs svæphæd, quod querulum, tristem, vel odiosum sonat. Hinc poëtae occasione attricuerunt, qui Stygem paludem esse apud inferos dixerunt: apud superos tanta in veneratione habitam, ut nefas ducerent quicquam eorum quæ per Stygem jurassent, non observare. Si quis deorum violasset, cœtum annis à nectare abstinebat, & numinis maiestate erat privatus. Virg. 6 Aen. - Stygiæ paludem Dñi cuius jurare timent, & fallere numen. De hac Servius sic scribit: Dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum lovi faviisse: pro cuius remuneratione lupiter ei tribut, ut jurantes dum per ejus matrem non audiant fallere. Ratio autem hæc est. Styx mortorem significat: unde dñs rē svæphæd est, à tristitia Styx dñs est. Dñ autem legi sunt semper, unde & immortales: ergo quia mortorem non sentiunt, juri per rem suæ nature contraria id est, mortuam, quæ est æternitati contraria. Ideo iurandum per execrationem habent. Hactenus Servius enarrans hunc locum Virg. 8 Aen. Quod si tantus amor menti sit tanta cupido est, Bis Stygius innat lacus, bis nigra videre Tartara, &c. q' Et alia palus in Aegypto iuxta Memphis, quæ veteres Styga voca: ère, ambiens Abaton insulam.

**Stygios.** a. um, adjectivum, svæphæd, ut Iupiter Stygius, pro Plutone, apud Virg. lib. 4. Aen. Sacra lovi Stygio, quæ nè incepta parvi. Stygius canis: id est, Cerberus. Seneca: Hic tævus umbras territat Stygius canis.

S. ante V.

**Suādā.** dæ, à Romanis dicta est quædā persuasionis dea, quæ Græci vocant τετα. Cic. de Clar. Orat. Ita: quam Græci vocant, cuius effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius. Ejus autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis scilicet, hujus hic medullam nostram oratore fuisse dixerit. Et peulò post: Cethegum illi homines florem populi esse dixerunt, Suadæque medullam dixit Ennius.

**Subveteribus.** Est loci nomen in urbe Roma, sicut & Subnovis. Plaut. in Cure. Subveteribus ibi sunt qui dāt, quiq; accipiunt sub foenore Suetonius in August. Bitariam laudatus est, pro æde divi Iulii à Tiberio: & pro Rostris Subveteribus. Vairo. Subnovis dicta pars in foro ædificiorum: quod voca bolum est pverustiui.

**Subur.** Est Hispanie Tarragonensis oppidum ad flumen Rubricatum, ut scribit Plinius lib. 3. capite 3. Vulgo surges: aliis cæstella.

**Suburrā.** Vicus Romæ, ut ex Iunii sententia refert Varr. lib. 4.

## SVE SVL SVME SVN SVS

de lingua Lat. sic dictus ab eo, quod situs sit sub loco, quem Terceum muui appellaunt. Verum ergo inquit Vastrus potius à pago Sucusano puto dictu sacerdotiam, inde nupsi, lucis Suburra. Cujus rei indicium est, quod antiquissime per e mea, nō per b' scriebatur. Festus vero Yerrium sequutus, à succurrendo dicta existimat, quod in castratione solcas haberet presidum stativū, ut Ex quibus successus Gabinius caputem infestat. his. Cuius rei indicium projectum quod & suo seculo, Successorā tribus scribi soleat, p' eliteram, nō sub yana per b'. Suburra p' na, nō ut Regio Suburra, in qua metropolitum divisoria crat, quæ ob id Suburra dicitur. Petrus. Mart. lib. 6: Famæ non nimium bona p' metropolitam. Qualem in media sedent subura. Vendebat nō nō p' Gellianus.

**Suella.** Campanie oppidum, non procul à Liri acme, ut autor est Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo s'f.

**Suelestiones.** Gelba, Belgica, populi, ut scribit Plin. lib. 4. cap.

17. in provincia Remensi. Hodie Soff. ns.

**Suevi.** [σουβοι. Germ. Die Schwaben.] Bellicosissimi Germaniæ populi, olim Albis, h' idie Danubii accolit. Luc. lib. 2: Fundit ab extremo flavos Aquilonem Suevos.

**Suevia.** [Germ. Das Schwabenland] dicitur eorum regio.

Omnia circa Albin habitavent. Et, quæ in centum pagos habuerunt. Gens valida & bellicosissima.

**Sulla.** Ab antiquis dicti sunt, qui postea Syllæ propterea quod

p' scilicet illi peregrinaam literam quædam recipiebant: unde & fuges vocabant, quod nos Thyræ dicimus. q' Hinc etiam Sullanum diem apud Ciceroum legimus, pro Syllano, ad Attic. lib. 10: Non fuisse & illa nox tam acerba Africano sapientissimo vita, nam tam dirus dies ille Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil ultraeq; eorum fecellisset. Quo in loco Syllanum diem cum intelligit, quo L. Sylla Marianum partium victor, urbem ingressus, omnia cælibus & proscriti prioribus vastavit. Vnde autem primum Syliz, vel Sulla dicti sunt, vide infra in SYLLA.

**Sullanus.** dæ, deßleratrum à Sylla formatum, id est valeas quod proscripturum, vel Sylla proscriptum imitari. Cic. ad Attic. lib. 9: Sed medijs fidus turpe novis puto esse, de fuga cogitate. Hoc tu' p' Cn. noster biennio ante cogitavit, ita fuiturit animus ejus, & proscriptus jam diu.

**Sulmo.** σουλμος. Oppidum Pelignorum, in quarta regione Italiz, nonagesimo ab urbe distans lapide, Ovid. p' poetæ patna, ut ipse testatur 4. Test. sic scribens: Sumo mihi patria est galidus uberrimus undis, Militia qui novies d. stat ab Urbe decim. Dictus Sulmo à Soly. no Aenea comiti, c' d'itore ejus ubi: ut testatur idem Ovid. 4. Fast. Hujus erat Sulmo Phrygia comes unus ab Ida. A' quo Sulmonis mena nomen habent.

**Summurus.** pen. prod. Pluto, deus inferior: ita dictus, quasi summus deorū Manum: ut in nuptiis Philologiz docet Martianus. d'ids. σουμρος. Huic Romani nocturna fulmina alignabant, qu' madmodum diurna lovi, teste Plin. lib. 2. cap. 51.

**Sünium,** σουνιον: Vulgo Cabo de columbas, Extremū Atticē promontorium, O. tū ip. c. stans, vicum hab. ns eiusdem nominis, quem Leontidi tributus assignat Stephanus. Vide Ptolemæum decima Europæ Tab. & Strabonem sub initium lib. 9.

**Surrentum,** ουσιόν. Ptolemæo, Oppidum Picentiorum, iuxta Mucivæ promontorium, Sirenum quondam sedem, teste Plin. lib. 3. cap. 5. q' H. n. Surrentina vina, & Surrentini colles, apud Colum. lib. 3. cap. 2.

**Sufa.** oium, σουφα, Ptolemæo, Viba nobilissima, inter Persidē, & Babyloniam sita, Persarum olim regia. à Dario Hystris (si Plinius credit us) aut (ut Strabon p' acit) à Tchono Memnonis parte condita, trans Chospem fluvium à ejus urbis nomine circumiecta regio dicta est Sufiana. In hac ubertate nobilis illa Cyri regia, candido, varioq; marmore, columnis aureis, magnaq; gemmarum copia exornata, cœti in lacunas ribus habens simulacrum, stellis micantibus insignitum. Est autem hoc nomen pluralis tantum numeri, & neutri generis. Propert. lib. 2: Non tot Achæmenis armantur Sufa sagitus. Lucanus: Nō tot Achæmenis deducunt Medica Sufis Agmina. Dicta autem putantur Sufa à liliorum copia, quæ illorum lingua Sufa dicuntur.

**Susiana.** [σουσια] Sæphano. Germ. Ein Landeschaft Asie, usq; iustis Afferia, Babylonia, Persia, vnd dem Meer.] Asia regio, Persicæ ditionis, quæ à Septentrione terminatur Afferia ab Occaso Babylonia adiacet: ab Oriente haber Ptesidem: à Meridie partem Ptesici sinus. Dicta Susiana à Sufis urbe nobilissima. Persarum regia, & totius regionis capite. Latiorum ejus descriptionem pete ex Ptolemæo lib. 6. cap. 3.

Susiana. Vide SVA.

**Sutrium,** σουτριον, Oppidum Tusciae mediterraneum, apud Strabonem lib. 5.

**Sutrus,** (ut ex Catonis sententia refert Plin. lib. 8. cap. 5.) Nomen fuit elephanti, qui in Punica acie fortissime dimicaverat, altero dente mutilato.

S. ante

S ante Y.

**Syagrā**, Syagras, οὐαρά, Regio Cicilie prope Adum & Laerten, à suum venatione (ut ex nominis compositione appetit) appellata.

**Syagros**, [οὐαρός]. Germ. Ein Schwabund.] Caris nomen est apud Sophoclem, à suum venatione impositum. q̄ Græcis itē Syagros, aprum, seu suem sylvestrem significat.

**Syagrōn**, οὐαρόν, Extremum Arabiae fœlicis promontorium, ad mare rubrum: cuius meminit Plin.lib.6. cap.23, & 28, & Ptolemaeus Tabula Asia sexta.

**Sybāris**, οὐαρά Stephano, Magnæ Græciæ oppidum, inter Crathim & Sybaritamnes, ab Achivis cōditum, qui post Trojæ excidium vi tempestatis eō fuit appellati. Hujus olim tanta fuit potentia, ut quaternas proximas rexerit ḡtes, & quinque & viginti urbes suo subdiderit imperio, & contra Crotoniatas trecenta hominum millia armari. Autor Strab.libro 6. q̄ Est & Sybaris (ut jam diximus) fluvii nomen juxta urbem ejuide nominis, à cuius incolæ submovent greges: sive quod pecora sternutamentis exagitent, ut visum est Straboni: sive quod vellera nigore inficiat, quum Crathis vicinus amnis candorem iis inducat, ut tradit Plin.libr.31. cap.2. q̄ Est item Sybaris adolescentis nomen apud Horat.libro 1. Carm. Odē 8: Lydia dic, per omnes Tē deos oro Sybarim cur properas a mando Perdere.

**Sybāritæ**, οὐαρίται. Populi fuerunt ingeniosissimi omnium voluptatum architecti, omniq; deliciarum genere adeò effeminati, ut Sybaritica mensa in proverbium abiérit. Traditur hūc fuisse consuetudinem, ut convivas in proximum annum invitarent, ne spatiū interim decesset, aut convivatori conquisitæ terra, mariq; deliciis epulas instruendi, aut convivis ipsis corporis auro, gemmisq; exornandi. Hi postremò adversus Crotoniatas bello suscepto, quum trecenta hominum milia in acī eduxissent, turpissimè tamēa visti, unaq; cum urbe ea sunt deicti.

**Sybāritis**, οὐαρίτης, Patronymicum fœmininum à Sybaritica populis formatum. Ovid. d. Trist. ad Augustum: Nec qui cōposuit nuper Sybaritida, fugit. Quo in loco Sybaritida vocat Ovidius, opus Hemitheonis cuiusdam cinādi de generibus voluptatum, & obsecrarum deliciarum.

**Sybota**, οὐαρά, Stephano, Insula est ante Leucadiā, teste Plin.lib.4 cap.12.

**Sycamion**, οὐαρίου, Oppidum fuit in ora Phœnices, cuius sua etate nihil prius memoriam extitisse, autores sunt Plin.lib.3. cap.19, & Strab.lib.16. q̄ Sycamion item Gæci morum appellant, arboremq; ipsam Sycamineam, οὐαρίου.

**Syce**, οὐαρά, Insula est Asie adjacens, non procul ab Epheso, cuius meminit Plin.lib.5 cap.31.

**Sychætū**. Vide supra SIC HAEVS.

**Sycoris**, Plin.lib.3. cap.3, fluvius Hispaniæ, juxta Ilerdenses, Surdaonum gentes. Lucan. H. sprios inter Sycoris non ultimus amnes. Vide SICORIS.

**Sycusa**, οὐαρίου, Insula est in mari Aegæo, ante Ephesum: de qua Plin.lib.31. cap.5.

**Syderis**, Fluvius in finibus Caspiorū & Hyrcanorum, à cuius ostio Caspium mare nomine amissio, Hyrcanum, incipit appellari. Autor Plin.lib.6.cap.16.

**Syedra**, dræ, οὐαρά, Oppidum est Iscariae, quæ est regio Asie, media inter Ciciliam & Pamphyliam, Steph.

**Syene**, [οὐαρά]: Vulg. Gagura. Ger. Ein Stadt in Aegypten vnder dem Krebs Circl. gelegen/ sitzt Gagura.] Vrbs in cōfiniib. Aethiopias atq; Aegypti, non procul à Nilo, supra Alexandriā, versus Meridiem quinque millibus stadiorum, sub tropico Cancri directe locata: unde sole existente in Cancro, medio solsticij die supra verticem civitatis nullam profrus in ea umbras jecit, ait Plin.libro 2. cap.73. Lucan.lib.2: - umbras nusquam frētente Syene.

**Sygaros**, οὐαρός, Insula est in sinu Arabico, in quā nulli sunt canes, atq; aliunde importati circa littora errantes moriuntur. Autor Plin.lib.6.cap.28.

**Sylæ**, per simplex, Mons Lucaniae, sylvam habēs ejusdem nominis, latrociniis crebris infamis. Vide & nomen accepisse videtur, & οὐαρά, quod est prædarī. Salustius de fugitiis: In sylva (inquit) Syla fuerunt. Virg. 12. Aen. Ac velut ingenti Syla, summōve Taburno, Quam duo, &c.

**Syllæ**, duplicato l., οὐαρά. Fuit Romanus nobilis, teste Salustio, q̄ ex antiqua Scipionū familia originē duxit. Hic in adolescentia om̄ib. flagitiis inquinatam vitā egit, usq; ad Quæsturam, quā sub Mario adeptus est, in qua vitā omnē penitus cōmutavit. Literis Græcis & Latinis bene eruditus fuit, facundus, acer, astutus, glorię cupidus, sui securus, pecunię maximę largitor, animo grandis: adeò ut de illo dubitari potuerit (inquit Salust.) fortiorne an fœlicior esset. Missa à Mario ad Bochil regē legatus, lugurthā vīctū reculit. Deinde & Mithridatē Aliā crudelissimē yalstantē compescuit: socialis belli luctus re-

pressit: Cianæ dominationē fregit: & Mariū, qui olim sc̄. Q̄ istore fastidierat, ipsam illam provinciā proscriptuā & exulē coēgit p̄tere. Dictator deinde effectus, ita Républicā oppresſit, ut teste Cic. in Ver. nemo illo invito, nec bona, nec patriā, nec vitā retinere posset. Postremò Republ. cōstituta, Dictatuā deposita, & privatus Putolos cōcessit: ubi & pediculati mortbo petuit. Quapropter Cæsar Julius dicere consuevit, illum literas pescivisse: quia di statuā depositisset, ut scribit Tranquil Ius. Syllæ autem nomen ex Sybilla contractum putatur. Appellatus est enim Sybilla qui ex Sybillinis libris primō sacra fecit: cujus posteri duabus sublati literis, Syllæ sunt appellati. Et quum is, qui primus Sylla appellatus est, flavo & compto capillo fuerit, similes Syllæ sunt appellati. Inde profectum ut effeminati in ludo, Sylli dicerentur. Sosipater lib.1.

**Syllaniōn**, οὐαρά, Statuarius nullo doctore nobilis: de quo Plin.lib.34.cap.8.

**Syloson**, sōntis, οὐαρών, Polycrat's Samiorū tyranni frater, qui quū Dario Hydaspis filio vestē quā cerebat, aliquando largitus esset, ab eo pro pensatione muneric tyrannidē dōno acceptus. In qua administrāda crudelissimē sc̄e gestis, atriam civi- bus exhauiēs. Vnde tractū est proverbium: οὐαρών οὐαρών εργεῖ: Hoc est, Sylosontis opera facta est loci amplitudo.

**Sylvanus**, [Ger. Der Waldgott Pan.] Sylvarum Deus, qui Cyparissum puerum in delicis habuisse dicitur, eunden: q̄ in arborem sui nominis: hoc est, in cupressum transfoīmāsse. Fabulantur enī Poëtæ, Cyparissum cervā habuisse mansuefactam, eamque unice adamassē: quam quum Sylvanus imprudens occidisset, puer doloris impatientia contabuit. Cujus mortem ægræ ferē Sylvanus, in arbore cupressum cum commutavit, quam amaliū desiderio semper dicitur circumferre. Quidam Sylvanum eundem esse putarunt cum Pan, Virg. tam lib.1. Georg. manifeste eos distinguit. Nam quum dixisset: Pan ovium custos, &c. interjecta deinde Minervæ, & Triptolemi mētione, subdit tandem: Et teneram ab radice fetens Sylvane cupressum. Quem locum explicans Sevius: Publica (inquit) cæmoniarum opinio hoc haber, pecorum & agrotum Deum esse Sylvanum. Prudentiores tamen dicunt eum esse οὐαρά, ήτο: hoc est, Deum τὸν οὐαρά. Tamen autem est fēx omnium elementorum: id est, ignis sordidior, & aēr, item & aqua, & terra, sordidiora unde cuncta procreantur. Quam οὐαρά Latini materiam appellaverunt: nec incongruē, quum materiæ sylvarum sint. Ergo quem Græci à toto, Latini à parte dixerunt. Hæc ille. Plinii libro 12. capite 1: Quin & Sylvanos, Faunosque, & deorum genera sylvis ac sua nomina tanquam ē cœlo attributa credimus.

**Sylvia**, οὐαρά, & Rhea, & Ilia, Numitoris filia, quæ à Marte compresa (ut Romani credi voluerunt) Romulū peperit, & Remū, urbis Romanæ conditores. Vide Liv. lib.1. ab Urbe. q̄ Est & Sylvia apud Virg. 7. Aen. nōmēa sororis Thysæ pastoris regi armēti, cuius cervus mālæetus à Trojanis vulneratus, initium præbuit bellī inter Latinos, & Trojanos advenas.

**Sylvius**, Ascanii filius, Aenee nepos: ita dicitur quod casu quidam in sylvis natus esset: à quo deinceps Albanorum Reges omnes Sylvii dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Aegyptiorum Reges, Ptolemei: Patchorum, Artaces. Vide Liv.lib.1. ab Urbe.

**Syma**, οὐαρά, sive Symes, οὐαρά, Insula est Carię adjacens, portum habens clausum tritribus aptum, & navale navium viginti. Autor Strabo lib.14.

**Symæthūs**, οὐαρός, Fluvius Sicilię, non longè ab Actna, quidam in sylvis natus esset: à quo deinceps Albanorum Reges omnes Sylvii dicti sunt, sicut Romanorum Imperatores, Augusti: Aegyptiorum Reges, Ptolemei: Patchorum, Artaces. Vide Liv.lib.1. ab Urbe.

**Symæthiūs**, a. um, adiectivum. Virg 9 Aen. Eductum Martis luco Symæthia circum Eumina.

**Symbari**, Populi feri, inter Arabiæ montes & Nilum incolentes, elephantumq; venatu vicitantes. Autor Plin.lib.6.ca.31.

**Syme**, οὐαρά, Insula Carię adjacēs, medio fēx spatio inter Rhodum & Gnidum, ut tradit Plin.lib.5. cap. 31. Vide supra in distinctione SYMA.

**Symmachus**, pen. corr. οὐαρός, Proprium nomen oratoris cuiusdam Romanū, qui nūllus fuit à Scenatu Constantinopolim, ad Theodosii liberos, rogatum ut Vestales à Christianis destituti minimè pateretur. Cujus rei gratia putabant se adversa multa à dīs esse passos. Ejus igitur orationem & Prudensius & Ambrosius, qui hujus meminerunt, acerrimè contastarunt. q̄ Fuit & Symmachus, factorum librorum interpres, doctrinæ parū synceras: cuius meminit Eusebius. q̄ Græcis alioqui οὐαρός belli socium significat, quemadmodum & οὐαρά, belli societatem.

**Symplegadēs**, penult correp. οὐαρός, quæ & Cyanæ, Insulae dñe sunt, sive potius scopuli trans Bosphorum Thracium, in ipso Ponti Fuxini ostio, mille quingentis passibus ab Europa distantes: tam modico autem inter se distaret intervallo, ut ex adverso quidem intrantibus geminæ cernantur, paulum verò deflexa acie, coēuntium speciem præbeant. Quæ

res occasionem præbuit Poëtarum fabulis, qui eas olim inter se concurrisse tradunt. Vnde & nomen acceperunt *ad r̄e συμπλεγάς*: hoc est, à concurrendo, seu conflictando. Ovidius: Compresso utinā Symplegades elisiscat. Nominativus singularis est Symplegas, *συμπλέγας*, pen. prod. Martial. lib. 11: Si constringantur gemina Symplegade culi. Quo in loco per geminam Symplegadam nates ipsas intelligit.

Syneflis, *σύνειφης*. E Pentapolii Africæ, philosophos Christianus, præfūl Ptolemaidis factus. Scripsit libros in Grammatica, Philosophia, Panegyricos, Epistolas, & alia. Autor Suidas.

Synnādā, *σύνναδα*, Civitas majoris Phrygiz. De hac Strabo libro 10. sic scribit: Synnada urbs non magna, ante quam planities jacet oleis consita, sexaginta fere stadiorum. Alterius est Docima vicus, & Synnadii lapidis fodina: sic enim cum Romanii appellant: indigenæ verò Docimeten, & Docimeam. Vena in initio parvas giebas emittebat, nunc propter maximos Romanorū sumptus columnæ integræ & ingentes extrahuntur, & varietate alabastritæ lapidi proximæ. Dicitur & Synnas, adis, ut apud Sidonium.

Syphax, *συφάξ*, acis, penult. genitivi prod. *σύφαξ*; Numidæ rex fuit, qui quum Scipioni per Lælium fuisset conciliatus, bellique societatem cum eo iniislet, postea violata fide Annibali adhescit. Tandem vixus à Masinissa, vivus in Scipionis manus perductus est, à quo in triumpho circunductus, & deinde in carcere inclusus inedia vitam finit, regno ejus Masinissæ concessu. Claud. de Bello Gildonicu, Syphacem extulit, media syllaba correpta: haurire venena, Compulimus durum Syphacem fratremque Metelli. Alii tamen fere omnes constantes producunt. Propert. libro 3: Annibal is spolia, & dari monumenta Syphacis. Ovid. 6. Fast. Postera lux melior: viavit Masinissa Syphacem.

Syracusæ, *συρακούσαι*: Vulgò Saragoſa. Ger. Ein Fürstliche Stadt in Sicilien vnd am voorgebrg Pachino, so gegen Haffgang fehet/gelegen/heit jetzt Saracoſa.] Civitas Sicilie amplissima, sub Pachyno mōte sita, ubi fons Arethusa ab Alpheo (ut creditur) Eliidis fluvio per subterraneos cuniculos meās, magna aqua summa ubertate erupit. Cicer. 6. Verr. scribit Syracusas urbem esse maximam Græcarum urbium, pulcherrimamque, quæ ex quaruor quasi urbibus maximis constare videatur, quartum una insula nominatur: altera Acradina: tertia Tyche, & nobili Fortunæ templo, in ea extructo: quarta Neapolis. Syracusai multos claros principes habuerūt, sed præcipue clarissimum Dionysium seniorem. Qui quum apud filium Dionysium vidislet ingentem vasorum aureorum, argenteorumq; copiam, exclamans, inquit: In te affectus regius non est, qui ex tanta poculorum vi amicum neminem tibi conciliasti. Ambo tamen Dionysii philosophi fuisse, amboque Platonem audierunt. Ex Syracusis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poëta bucolici carminis scriptor, quem Virgilius imitatus est.

Syracusænūs, *συρακούσιος*, Gentile, formatum à Syracusis, Saragosa, di Saragoſa.

Syracusius, *συρακούσιος*, Vel abjecta vocali subiunctiva, Syracusius, ejusdem significationis est cum superiore. Virgil. 6. Aeglog Prima Syracosia dignata est ludere versu. Ovid. in Ibin: Utque Syracosio, pæstricta fauce, poëta: Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.

Syriæ. [ *σύρια* arám. *σύρια*. Germ. Ein grosse Landeschaft in Asia, posset an das Mittelmeer und Ciliciæ: ite in an suss Euphrat/Aegyptus und Arabiam. Vulgò Syria.] Regio Asia, quæ ab Oriente fluviu Euphrate: ab Occidente nostro mari, & Aegypto terminatur: Septentrione habet Ciliciam, & partem Cappadociæ: à Meridie Arabiam: cuius insignes civitates (ut libr. 5. refert Ptolem.) sunt Laodicea, Hieropolis, Antiochia, Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytus, Botrys, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæsarea, & Damascus: montes clari, Carmelus, Casius, Libanus: fluvii, Euphrates, Chrysorrhœa, Singas: regiones, Phœnices, Palestina, Iudea, Idumæa, Comagenæ, Samaria, & Syria Cœle. Hæc regio in medio orbis constituta est: quod sit ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt divisionem, in Syros, Assyrios, Leucosyros, & Coele-syros. Plin. lib. 5. ca. 12: Metropoliam quoq; & Babyloniam Syriæ attribuit: totiusq; Syriæ partem facit Assyrium. Multi confundunt (ut Herodotus) qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldeos adnumerat. Acron quoq; & Porphyrio, insignes Grammatici, apud Horatium eam, quæ nuac Syria dicitur, detraha syllaba olim Assyriam dictam scribunt. Ammianus Marcellinus lib. 23: Citra amnes (inquit) provincia est nobilis Assyria celebritate, & magnitudine, tum & multi-formi feracitate ditissima: quæ per populos, pagosq; amplos diffusa, quondam & copiosa, ad unum conceltit vocabulū, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Trajanu vita Attiyam Barbaris dictâ f litera in t mutata, quam Assyrnam nos vocamus, indicat.

Scriptores in eo fere convenient omnes, ut Syria & Assyria nomina confusa esse credant.

Syriæ, Syrorum, [ *σύρια* arám. *σύριοι* aramwim.] Sunt ejus regionis populi iudis, celebritatibusq; dediti. Perungutur oleo pretioso, & linum unguentis. Maximam dici partem in commissationibus absunt & potu. Mascili à X I I I . anno, secunde à XI. usq; ad LXV. tributo obligantur. Fortunâ colunt. Prima aut dictio hujus syllaba corripitur, quum in Syro insula eadem producatur. Iuvén. Sat. 6: Quæ longū rebitur cervice Syriū. Syri olim astutæ nomine male audierunt, quemadmodū & Phœnices. Vnde factus est locus proverbio: Σύροι φοίνικες: hoc est, Syri aduersus Phœnices: quo utimur quoties significare volumus duos egregie astutos hoc agere ut dolis temutu circumveniant. H. Suidas.

Syriæ, *σύρια*, [ *σύρια* aramwim. *σύριοι*.] Mulier è Syria: Nam quædam modum à Libys fit Libyssa, ita à Syrus, Syria. Vinc. in Moreto: Copia Syriæ caput Gratia redimita metella.

Syriæ, *σύρια*, *rium*, denominativum: [ *σύρια* arammi. *σύριοι*.] ut quem Syria pyra. Columell. lib. 5. cap. 10: Ea sunt Crustumæ, regia, Signima, Tarentina, quæ Syria dicuntur

Syriacūs, *σύριας*, *riaca*, *riacum*, Possessivum: [ *σύρια* arammi. *σύριοι*. Gall. Syrien, de Syrie. Ital. Soriano, di Soria Hisp. Lo de Syria. Vn. Syriabili.] ut Syriaci boves. Plin. lib. 8. ca. 45: Syriacis non sunt palearia. Syrica radix pro silphio, quod Latinus laserpitum vocat: quia (ut inquit Dioscorides) ex Syria & Media optimus iusmo di radix adseretur. Colum. lib. 11. ca. 13: Nec minus si vernum & æstivum fructum voles habere. Syriacæ radicis, & rapi, napiq; semina obrues. q Syriacus raphanus, à Syria, unde primum advenitus fuit, nomen retinuit. Est autem ceteris raphani speciebus suavior & tenerior, & patientior hyemis. Vide Plin. lib. 10 cap. 5.

Syrianus, *σύριος*, Alexandrinus Philosophus Platonicus, doctus Athenis, scripsit q; in totum Homerum commentarios, libros septem in Platonis Rempublicam, & alia. Muius discipulus & successor fuit Proclus. Suidas.

Syrichtæ, *σύριται*. Populi sunt inter Nomadas Indie, narium loco foramina tantum habentes, anguum modo loripedes. Autor Plin. lib. 7. cap. 2. Dicti à fistulis & calamis avenarū quibus cibum capiunt. Solinus: Alii concretum os habent, modicum tantum foramen, quo calamis avenarum cibos hauriunt. σύριται enim Græci fistulas appellant.

Syritæ, Filia fuit Danorum regis Sylvaldi, tantæ pudicitia, ut quum ob elegantiam formæ magna pro corrum frequentia peteretur, spretis tamen omnibus, prætulerit cælibatum. Saxon. libro 7.

Syrnæ, *σύρναι*. Oppidum in Cherroneso Caræ adhærenti, à Podalirio conditum, à nomine Syrnes uxoris ejus ita appellat. Ferunt enim Podalirium, quum in Cariam esset ejus locus, à capriario quodam fuisse servatum, & ad Damæthū regi deducit: cuius filiam de teste delapsam quū detracto ex utroque brachio sanguine servasset, admiratus horum ingenium Damæthus, filiam ejus beneficio servatam, ei uxorem tradidit, Cherroneso illi in dotem attributa: in qua Podalirius duas condidit urbes tradidit, quarum alteri uxor, alteri pastoris non men indidit, Autor Steph.

Syrophœnices, pen prod. *συρφœnices*, Populi Asia, idem cù Phœniciis: ita dicti quod maritima Syriæ incolant loca. Iuvén. Sat. 8: Obvius assiduo Syrophœnix udus amom.

Syrigabis, Darii mater, quæ audita morte Alexædri, sepe perpetue nocti dedit. Autor Curtius.

Syrtæ, *σύρται*, *riæ*. Gall. Les Syrtæ, lieux fablous en la mordre Libye. Ital. Secche. Ger. Zwischen gesärtliche biter im Meer nahe bey Afrika von wegen des Sandes so das Wasser etwas hie dann dorit ausswirkt. Hispan. Barcos de Berueria. Pol. Haki piascose umorphi byskim. Vng. Ax tengerbe való székelj hely. Ang. sandis places in the sea of Lybia.] Duo sunt sinus periculosisimi in mari Libycæ, qua Africam propriæ dictam alluit: quorum alter, qui Carthagini propinquior est (minorem Syrtæ vocat) C C M. passuum ambitum haberet. Alter, qui in Cyreniacâ vergit, maior Syrtæ dicitur: habetq; circuitum D CXXXV, M. passuum. Vtraque Syrtæ navigantibus est periculosisima, quod mare ibi vadofum sit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem vicissim immutant, dorsaque & brevia, in alia atque alia loca transferunt. Syrtium barum naturam sic describit Salustius in lugurib. Duo sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamē natura, quorum proxima terris perlata sunt: ceterum uti sors tulit, alta, alijs tēpestate vadofa. Nam ubi mare magnum esse & ventus sevire coepit, lumen,

arenamq; & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Hæc Salustius. q; Sunt & in terra Syrites in eadem Africa, vento Arenas excitante, & proxima quæq; operiente. Vnde Solinus autor est, iis in locis, quævis terra iter facientes, cursum sideribus regere. Nam arenarum cumuli vero agitati locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari, nunc agere sublimi faciunt, quæ prius desidebant, nunc valibus profundâ, quæ prius excelsa erant, deniq; procellatum rita arenæ exagitantur, syrtimq; faciunt terrestrem, pars cum illis æquoreis periculi. Parum enim refert, undisne an arena quis obruratur. Hæc Solinus.

Syrtis, priore product. vñg. Stephano, insula Ionizæ, Asia regioni apposita, à qua Pherecides Syrias ortum habuit, non à Syria regione. q; Scyrus verò, vñg. Thracie ascripta est, ut Strabo & Plinius testantur. Vide suo loco.

Syrtis, a, um, denominativum: ut Mala Syrica. Colum. libro 5, cap. 10: Præterea malorum genera exquirenda, maximè Scandinavia, Syrica.

## T



Abœ, Tabarum, vñg., Vrbs Cicilie, ut ait Plin. libro 5 capit. 27. q; Stephanus Tabas alias collocat in Lydia, item alias in Caria, & alias in Paræ.

Tabaræni, ut apud Pomponium legitur, sive portus Tibareni, vñg. Stephano quo pacto etiam apud Strabonem, & Plinium scribitur, populi sunt ad Pontum Chalybium proximi, adè religiosi justitiae custodes, ut prius preho omni congregantur, quam diem, locum & horam, ex fide hosti deuantariant. Quū mulier partu liberatur, vir in lectulū tanquam pulchri auctor decumbit, eumq; ut puerperam effixa uxor curat, ut ex Nymphodoro Cælius annotavit. Valerius Flaccus lib. 5: Inde Generæ rupem Iovis. hic Tabarenum Dæc virtudes post tergalacus: ubi deside mitra Fœta ligat, partuq; vitrum sovet ipsa soluto.

Tabis, vñg. Stephano, Mons Scythæ, mari incumbens, non procul à Serum regione. Autor Plinius libro 6. capite 17.

Tabor, vñg. Mons in medio Galizæ, rotundus ac sublimis.

Tabraca, vñg. Oppidum est Africæ minoris, ut Pomponio placet. Nam à Plinio Numidæ adscribitur Silius Italicus nominat lib. 3: Sabatrum Tyrium vulgus, &c. Alii Tabratam: quod minimè mirū est. Barbara enim vocabula & inepta sunt, nec semper eodem sono utraque lingua effici consueverunt, nñ H. tmolaus scribit.

Taburnus, Mons Campaniæ olivetis abundans. Virgilii 2. Georgic. -juvat ismara Baccho Conserere, atq; olca magnâ vestire Taburnum.

Tacape, es, sive Tacapa, vñg., Civitas in Africæ propriè dicta, non procul à m. nore Syri: de cuius agri fertilitate ita scribit Plin. lib. 18 cap. 22: Civitas Africæ in mediis arenis, petè vñbus Syriteis, Leptisq; magnam, vocatur Tacape, fœlici supra omne miraculum riguo solo, terris ferè millibus passuū in omnem partem fons aëundat, largus quidem, sed certis horarum spatiis dispersatus inter accolas. Palmæ ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, ficii punica, illes vñtis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno, omnia aliena umbra aluntur. Super omnia est, biferam vitem bisanno vindemiare. Et nisi multo loli partu exinaniantur tuberas, percunt luxuria singuli fructus.

Tacitus, Cornel. sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinii junioris, Belgicæ Gallæ rationes procuravit: ad Vespasianos usque pervenit, ab iisque honoribus evectus, historiam principum conscriptis ab Augusto usque ad Adrianum, quæ ad nos haud integrâ pervenit. Hanc igitur non vitas Imperatorum ausus inscribere, sed tantum diurnales actiones, quæ medium inter histriam & vitas tenerent. Scriptis & de claris Oratoribus, Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea vitam Agricolæ socii fut: & de moribus ac situ Germaniæ, stylò tñm prelio & eleganti, tñm arguto & sententious: in cætera verò historia aliquantulo sublimior. Scribit Flavius Vopiscus hunc autorem tanquam è suis progenitoribus, Tacitum imperatorem quotannis decies describi, ne liber periret, cumque in omnibus bibliothecis adponi possit. Tertullianus autem nostrum cum mendaciorum loquacissimum appellat: propterè quod iniquissimum se se in scriptis suis, falsissimumque de Christiana religione judicem probuerit.

Tacola, vñg., Emporium amplissimum Indiae extra Gangem, in aurea Cherroneos, cuius meminit Ptolemy. libro 7. capite 2. Hodie Malacha dici creditur, à Luhitanis nostra xæte virtuosa: quod testatur epistola Emanuelis Regis ad Leonem decimum.

Tænarus, & in plurali numero Tænara, pen. corr. strævagor. Vulgo Cabo Metapan, Germ. Ein dunkel Ort vñden am Vorj. blzg. Malea bei der Stadt Lacedemon gegen/ in welchen ein steifer Wind ist welche die Männer den Abgang in die Hell genennt haben.) Promontorium est Laconicæ regionis, circa medium meridionalis latitudinis Peloponnesi, quæ longissimè tu mare procurrens, oppidum habens eisdem nominis. Tænara (inquit Suidas) æquæ tangentia Læconicæ, cùm stipes huius regionis sit aëdis, cùm huius Promontorii igitur æquæ tangentia sit aëdis. Evidenter istas regiones inter se posse esse rû Promontorii. q; ista sibi aëdis aëdis in Læconicæ regione: id est, Tænarum promontorium Laconicæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, ubi & Neptuni prelidis templum: illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmoni interficerunt. Circa Tænarum antrum ostendebatur, per quod Herculem ab inferis rediisse Poëtae fabulati sunt, Cerberumque vincit ad superos traxisse. Vulgoque creditum est eas inferorum esse fauces. Virgil 4. Georgic. Tænarias etiam fauces, alta ostia Diris. Ibidem marmor Laconicum effodiatur, coloris viridis, quod & à loco Tænarum cognominatur. Propertius libro 2: Quod non Tænaris dormus est mihi fulta columnis.

Tænarium, Fuit urbs in Læconia, teste Hermolaø in lib. 9. Plinii, à qua mulier poëria nomine Herina ortum habuit. q; Fuit & in Achæa urbs tñnæ: id est, Teneum, & Tenea vicus inter Mycenæ & Corinthum.

Tages, is, vñg., Filius Genii, teste Festo, & nepos Iovis, qui adhuc puer XII. Hætruriæ populos haruspiciam tradidit doctuisse. De hoc Cicero, de Divi. scribit ad hunc modum: Tages quidam dicitur in agro Tarquinensi, quum terra arareretur, & solcus altius esset impressus, extirpsit repente: & cum assarvus esset, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Hætruscus puerili specie dicitur virus, sed senili fuisse prudentia. Ejus aspectu quum obstupisset bubulus, clamoremq; majorē cum admodum ratione edidisset, concursum esse factum, totamq; brevi tempore in eum locum Hætruriam convenisse; tum illum pluræ loquutum multis audientibus, qui omniæ ejus verba excepterint, literisque mandaverint: omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspice disciplina contineretur: eam postea crevise rebus novis cognoscendis, & ad eadem illa principijs referendis. Haec tenus Cicero. Ovid lib. 15. Metamorphos.

Indigenæ dixerunt Tagem, qui primus Hætruscum Edocuit gentem cañus aperire futuros, &c.

Tagesta, vñg., Africæ oppidum, Divi Augustini patria. Plin. lib. 5 cap. 4. vñg. Tagelense oppidum vocat.

Tagrus, Mons in Lusitanâ, apud quem quedam equæ dicuntur a vento conciperi.

Tagus, [vñg.] Ger. Ein flus in Portugal heißt seit Tajo. Fluvius Lusitanæ aureas trahens arenas, luvenal. Quod Tagus & rusca Pætolus volvit arena. Circa hunc fluvium (si Plinio creditus) equæ flanti Favonio obversæ animalia spiritum concipiunt, equosq; ita gignunt pernicissimos, sed qui tertium vitæ annum non excedant.

Talaon, vñg., Filius fuit Iasii, & apud Argos regnavit; ut narrat Boccatus. lib. 2. cap. 57.

Talasio, apud Romanos carmē nuptiale erat, & deus ipse nuptiarum præses, quem Græci vocant Ἱππαῖον. [Germ. Die Gött der Jungfraushaft und Hochzeit.] Martialis lib. 1: Quid si me jubeas Talaisonem Verbis dicere non Talaisonis? Hoc est, Quid si me jubeas hymnos nuptiales aliis verbis, quæ nuptialibus cantare? Festus ex sententia Varronis Talaisonem tradit fuisse vocem nuptialem, novis nuptis boni omnis causa acclamari solitam. Quare autem ea acclamatione in nuptiis uterentur, diversi diversa senserunt. T. Liv. libro 1, ab Urbe, scribit in raptu Sabinarum Virginem unam longè ante alias specie & pulchritudine insignem, à globo Talasii cujusdam raptam fuisse, multisq; sceleribus cuñam eam duxerent, identidem ne quis eam violaret, Talasio ferri clamitatum: id eoq; eam vocem nuptialem esse factam. Varto existimat hanc vocem in nuptiis usurpatā fuisse non alia ratione, nisi ut novæ nuptæ ad opera & labores, & præcipue ad lanificia excitarentur. Talaisonem enim vocabant qualibet sive calathum: hoc est, vas lanificiæ aptum. Quam sententiam tñgit & Plutarchus in Problematis à Gracis hujus vocis originem repetens, quila nam tñlæsio appellant.

Talgæ, Insula in mari Hyrcano (ut Pomponius testit) sine cultu fertili, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro saerilegio habent, diu parata existimantes, duisq; servanda. Haec tenus Mela. Ptolem. libro 6. capite 9. Talea dicitur. Plin. libro 6. capite 17, in Caspî mari vulgariter insulam Tæzatan esse scribit. Variatigitur nomen ut in sexcentis aliis, Vistula, Istula, Tabirenæ, Tabarnæ, Taboræni, &c.

Talhus, In Sabinorum nominibus prænominis loco videtur fuisse. Festus.

Talhybius,

Talibybiūs, *ταλιθεύς*. Homero Iliad. i. Praeco Agamemnonis in Graecorum exercitu, qui una cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra ut Briseidem ab eo abduceat. Ovid. in Epist. Briseid.

Nam simul Eurybates me Talibybiusque vocarunt;  
Eurybati data sum, Talibybiusque comes.

Tamara, *ταμάρη*, Vulgo Tanesrock, Oppidum Dammoniorum, in occidentali parte Britanniae insulae. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tamar. Ptolemaeo, Pomponio Tamaris, Fluvius Hispaniae Tarragonensis, in Attaborum finibus, in Oceanum fluens occidentalem: a quo vicini populi Tamarici dicuntur. Vide Ptol. lib. 2. cap. 6, & Melam lib. 3. in descriptione Hispaniae.

Tamaritæ, pen. prod. *ταμαρίτης*, Populi Asiatici non longè à Caspio mari.

Tamarus, *ταμαρός*, Britanniae fluvius, non procul ab Orcio promontorio quod Meridiem spectat, in Britannicum Oceanum influens. Ptol. lib. 2. cap. 3. Vulgo Tone.

Tamia, *ταμία*, Oppidum in Orientali parte Britanniae insulae, sub Caledoniis. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Tamis, Indiæ promontorium est, quod Taurus attollit, in Meidiem sese convertens. Vide Pomponium in descriptione Indiæ.

Tanagra, *ταναγρα*, Oppidum Boeotiae mediterraneæ, quam *χαίραι* ab Homero appellari tradit Stephanus. Nobilitatum fuit autem hoc oppidum præstantissimo genere gallinaceorum, ad pugnas, & prælia nascentium, teste Plin. lib. 10. cap. 21.

Tanagrus, sive Tanager, *ταναγρός*, Fluvius est Lucaniæ, quæ est regio Italæ inter Picentinos & Brutios. Virg. 3. Georg. & sicci ripa Tanagi.

Tanaïs, *ταναϊς*. Germ. Eis suss in Scythia se eti vndermarc ist Asia vnd Europa, heißt jetzt Don, Tana.] Fluvius Scythæ, Aman dividens ab Europa. Ferturq; à Septentrione Nilo adversus, inquit Strabo li. 11. Paulò tamen Orientalior, non solùm per Scythas in Maeotim defluens, sed & per Sauromatas. Originē ejus incertam aliqui putant. Ptolemaeus ex montibus Riphæis prodire putat, qui magis Australes sunt, quæ Hyperboræi. Alii, in quorum numero Herodotus est libro 4. ajunt esse paludem non admodum magnam, ex qua Tanaïs nascitur, qui duobus ostiis Maeotim ingreditur, quæ stadiis intra se circiter septuaginta distare feruntur. Alii ex Caucasus montibus oriuntur existimant. Scythæ Tanaïm Silio vocant. *¶* Fuit & oppidum Tanaïs ad amnis hujus ostia, teste Plinio lib. 2. cap. 98, à Graecis qui Bosporum tenueré, conditum. Vide Ptolemaeum lib. 5. cap. 9. Dionysius in Perihegesi:

Europam atq; Asiam Tanaïs differnitat amnis,  
Hic Sarmatidis evolvens finibus, alta  
(Scissus Araxeo prius æquore) jam suus unda  
Effluit in Scythiam, procul hinc Maeotida Tethya  
Intraet, & inserto freta pellit vasta fluento.

Lucanus lib. 3:

Qua Cresco fatalis Halys, qua vertice lapsus  
Riphæo Tanaïs diversi nomina mundi  
Impositi rupis, Asiacæ, & terminus idem.  
Europæ mediæ dirimens confinia terræ.

Tanaitæ, pen. prod. *ταναϊται*, Tanaïs fluvii accolæ, à Suitis, Antætis & Saracenis delecti. Plin. lib. 6. cap. 7.

Tanäquil, Tarquinii Prisci uxori fuit, magni animi mulier, & Herrulæ discipline peritissima. Vide Liv. lib. 1. ab Urbe.

Tanarus, Fluvius ex Apennino nascens, & in Padum influens. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgo Tanaro.

Tanis, *τανίς*, Civitas Aegypti, à qua Taniticum, sive Taniticum Nili ostium dictum est. Herod. lib. 2. ab insignibus oppidis Nili ostiis impôsta nomina scribit: ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolemeus, & Strabo derivant, Pomponius Tanicum.

Tantalus, *τανταλός*, Oppidum fuit Magnesiae, terræ hiatu absorptum. Plin. lib. 2. cap. 91.

Tantalus, *τανταλός*, Iovis ex Plote nympha filius fuit, Agamemnonis & Menelai avus. Vnde & Tantalidæ dicti sunt. Hic quæ deos convivio exceptisset, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discriptum, coctumque; illi apposuit comedendū. Illi verò à nefandis epulis abstinueré omnes, una Cerete excepta, quæ pueri humerum devoravit: pro quo illi dum eburneū humerū restituerunt, revocataq; per Mercuriū ab inferis anima, Pelopem ad vitâ revocarunt. Patrem verò tam sceleris autorem ad inferos detruerunt, ubi perpetua fame & siti torquerunt. Eridani fluvii aquis, & potis, quæ capiti ejus imminent, captationem ejus fugientibus. [Ger. Ein Gohn los ist, welchen die Götter zur Hölle verbannen haben/dass im Aufsel vand das Wasser steht an der Mauer gehn, solte/welches er doch nicht erschneppen werdende.] Quam fabulam mythologici de avaris interpretantur, qui bonis partis frui nō audent. Horat. lib. 1. Sat. Sat. 1: Tantalus à labris sities fugientia captat flumina, quid ridet mutantur nomine, de te Fabula narratur, congestis undiq; saxis

Indomitis inhians, & tanquam parcere faciunt Cogenitæ, aut pichi tanquam gaudere tabellis. Plato in Cratyle scribit, Tantalis datum esse, quasi *τανταλόν*: hoc est, infelicissimum. qd Alius fuit Tantalus Corinthiorum rex, ob pietate deorum tenuis dignatus. qd Alius Thyestes ex Merope filius, imperfectus & appositus esca patri. Eusebius Tantalus Phrygiæ regē cum Troë rege Daniæ: quod Ganymedem rapuerit bellum griffis scribit. Tantalea poterit trahere poma manu.

Tantali item patronymicum sc̄eminum est, quo Poëta utinatur pro Niobe Tantali filia. Ovid. 6. Metamorph. dico convitia facta Tantalis adjicit.

Taphiæ, *ταφιαὶ*. Quædam insula in mari Ionio ante Leucadiam, prope Echinadas: quarum nomina fuerūt, Taphias, Arnoxia, & Prionessa, teste Plinio, lib. 4. capit. 12. Eadem & Teleboides dicuntur utroq; nomine ab incolis ducto: nā Taphi & Teleboæ iis communiter dicuntur imperasse. De quibus hujuscemodi repetit originem enarrator Apollonii poëta: Perseus ex Andromeda, ut narrat Herodotus quatuor fuere filii: Alaricus, Sthenelus, Mestor, & Electrius, qui simul regnaverunt. Ex Hippothoë Mestoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Teleboas & Taphus, à quo Taphus insula, in qua Teleboæ ac Taphiæ communi nomine & imperio fuere. Igittu Hippothoës eorum avia pecuniam ab Electriione corum necessario, qui pro ea spopondit, repetebat: quæ negata, ad armam venire, armata abegerunt, ipsum denique & filios susurrexerunt. Alcmena Electriionis filia patrem ultura, Amphitryonem Thessalon hominem potentissimum in matrimonium accipit, atq; hoc pacto bello inter eos conflato, ab eodem Amphitryone deleti sunt, eorumq; regnum. Cephalo profugo Atheniensi, qui exercitu præcerat, donatum: quod ad Ulyssen è successione pervenit. Hæc ille. Ex quo appetit Teleboas & Taphios omnibus iis insulis imperasse.

Taphias, adis, *ταφιαὶ*, Insula est exigua in mari Ionio, ante Leucadium, una Taphiarum sive Teleboidum. Autor Plinius lib. 4. cap. 12.

Taphiæ, *ταφιαὶ*, Mons est Aetolicæ non procul à Chalcide. Plin. lib. 4. cap. 2.

Taphiæ, *ταφιαὶ*. Dicti sunt populi à Thapho Neptui filio, qui Taphiæ insulis imperarunt: quæ sunt in mari Ionio juxta Achinadas. Vide supra in dictio de TAPHI AE. Straboli 7, Taphios alios collocat ad Pontum Euxianum nō procul à Bory-Schene fluvio.

Taphiæ, *ταφιαὶ*, Oppidum Cephalenæ insulæ, à regione Leucadiam, in qua Taphiæ marmorum effodiensbatur. Vide Stephanus, & Plin. lib. 36. cap. 21.

Taphos, *ταφός*, Stephano, Oppidum est Cephalenæ insulæ, postea Taphiæ appellatum. qd Alioqui *ταφός* Græcis sepulcrum significat: unde Epitaphion, sepulchri inscriptio.

Taphostris, *ταφοστρίς*, Vrbs Aegypti, Osiridis sepulcro nobilitata: unde & nomen accepit. Strabo li. 7. duas hujus nominis urbes in Aegypto collocat, alteram ad mare, in qua maxima Osiridis festa celebrabantur, alteram in mediterraneis.

Taphra Plinio, *ταφρα*, Ptolemaeo, Oppidum est Africæ proprie dictæ inter duas Syrtes.

Taphræ, *ταφραὶ*, Oppidum est ad sinum Carcinitem, in ipsius Taunica Chersonesi angustiis situm: ut refert Plin. libro 4. capite 12. Hunc locum quondam servi munisse dicuntur, quem absentiæ dominiū in diuturno illo bello quod adversus Thracas Scythæ gesserunt, cum eorum uxoribus rem habuissent ex sententia Callistrati refert Stephanus. Hujus urbis meminit & L. Florus, referto sua illam etate Trajani auspiciis fuisse expugnatam.

Taposiris, Vide TAPHOSIRIS.

Taprobanæ, *ταπροβανη*. Ger. Ein vast grossie Insel im Indischen Meer/heißt Samotra. Insula est omnium quæ veteribus cognitæ fuerunt, maxima, à Colaico. Indiæ promontorio in Austram quadratæ navigatione recedens, in qua Septentriones negant conspicere possè. Lucet ibi Canopus sidus clarum & amplissimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis. Vivunt ultra annos centum. Nascentur in ea berylli & hyacinthi, ut Ptolemeus li. 7. refert. Vide plura de hac insula apud Plinium lib. 6. cap. 22. & Vadianum in Melæ lib. 3.

Tapsacum, Cirenaicæ regionis oppidum, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 5. in descriptione Cirenaicæ regionis.

Tapsiæ, Vide THAPSUS.

Tapyri Plinio, *ταπυρο*, Stephano, Populi sunt ad mare Caspium, inter Derbicas, & Hyrcanos quibus mox fuit ut uxores suas, quum duos, tresve filios ex iis suscepissent, alii nupsi concederent. Autor Straboli lib. 11.

Taracina, Vide TARRACINA, duplicato r.

Taracón, Vide TARRACON, r litera geminata.

Taraniæ, penult. corrept. Dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano fin-

no sanguine litabant. Lucan. lib. i: Et Taranis Scythiae nō mitio ara Diana.

Tārās, antis, nō. Fuit Neptuni filius, qui primus Tarentum condidisse creditur, & à nomine suo appellasse. Græcè enim Tarentum nō dicitur. Vide paulò pōst in dictione T A R E N T U M.

Tarbeli, nō. Populi Galliæ Aquitanicæ, in Pyrenæos mōtes vergentes, quorum urbs Aquæ Augustæ commemoratur à Ptolemæo lib. 2. cap. 7.

Tārchetiūs, nō. Nomen fuit impii Albanorum regis, de quo Plutarchus in vita Romuli: Qui dam (inquit) etiā suar, qui de Romuli ortu fabulosa quædam refere non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi scelestissimo & crudelissimo homini divinitas spectrū domi visum, ex penitissimo sacrario se attollens, & ad multos dies mansisse. Fuisse etiam Thethyos in Hetruria satidicum tēplum: à quo allatum Tarchetio responsum ut ei admisceatur virgo. Nam genitum īrī ex ea filium virtute, fortuna ac viribus potentissimum, magamque ex rebellia gloriā relaturum. Quod quum Tarchetius uni ex filiis exposuisset, imperasse ut cum monstro illo coiret. Illam, contempto patris imperio, ancillam in sui locum supposuisset. Id Tarchetium re cognita ægrè tulisse, ut tranque in carcere, ut morte multaret, concesse. Sed visum est illi per quietem se Vestam videre, quæ puellas necari veteret, sed telam illis texēdam tradi juberet: nec prius viro locari, quām illam absolvissent. Cui insomnio quū paruissest Tarchetius, commentus est rationem ut puellas perpetuò damnaret cælibatu. Nam quicquid illæ interdiu texuissent, noctu aliis ancillis tradidit retexendum. Expleto deinde legitimo partus tempore, ancillam geminos ferū peperisse, quos Tarchetius statim Teratio cuidam tradidit exponēdos. At illum fecerunt secūs fluvium infantes deposituisse: lupamq; quum ed vesceret, ad motis uberibus lac præbuisse, avibus quoque variis cibum pueris comportatibus: quod bubulus aspiciens, admiratus, aususq; accedere, infantes sustulit. Hac illos ratione servatos, quara primū per ætatem licuit, Tarchetio teendisse insidias ac tandem oppressisse. Hæc à Promathione quodam qui italicam scriptis historiam, memoria prodita accepisse dicit Plutarchus.

Tarchōn, nō. Nomen proprium Hetruræ ducis & Arusplicis, qui Aeneas supperias tulit a adversus Turnum & Rutulos. Dicitur & Tarcho abjecta in litera. Virgil. Aen. 8: Haud procul hinc Tarcho, & Tyrreni tuta tenebant Castra locis.

Tārentum, Vulgò Tarento, Magna Græciae urbs clarissima, in intimo recessu sinus, qui ab ea dicitur Tarentinus, nō. Hæc à Tarato Neptuni filio primū condita fuit: à quo & nome accept: deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc adventantes, expulsi incolis (uti Iustinus libro 3. scribit) eam senuerunt. Hujus incolæ dicuntur Tarentini, nō, qui cū Romanis aliquandiu bellum gesserunt: quibus quum pares non essent, Pyrrhum Epirotarum regem sibi auxilio acciverunt. De hac Virgil. Aeneid. 3: Hic sinus Herculei (si vera est fata) Tarenti Cernitur, atollit se diva Lacinia contrâ, Caulo- nisque arces, & navis agnum Scylæcum. qSunt qui Tarentum non à Tarante Neptuni filio, sed à Sabina voce Tarentum de- ducant, quæ illis molle significat: propterea quod in agro Tarentino nuces, & lanæ mollissime provenient. Ex hac urbe ortua traxerunt cives illustres, Aristoxenes Musicus Aristote lis familiaris: Rinthon tragicus, & comicus: Iccus medicus: & Architas summus mathematicus, qui Platonem, quū mor tem illi moliretur Dionysius tyrannus, per epikolam eripuit, ut scribit Laertius lib. 8.

Tārentiūs, Quid ex Tarento est, vel in Tarentinis agris cre scit, apud Columell. lib. 5. cap. 10, Tarentina pyra: cuius hæc sunt verba: Curandum est autem ut quām generosissimis pyris pomaria conseramus: ea sunt Crustumina, Regia, Signia, Tarentina, quæ Syria dicuntur: & quædam alia, quorum eaumeratio nunc lōga est. Venenum Tarentinum id est, purpura Tarentina, quæ rubedinis plusculum habebat. Horat. 2. Epistol. Lana Tarentino violas imitata veneno. q Tarentina nux, è juglandiū genere est, adeo fragili putamine, & ita molida, ut nix attrectata rumpatur, nō. Vnde quidā Tarentum appellatum putant, quod juglandes nuces & pinnae molles habeat, ac similiter oves. Tarentum autem Sabini vocant molle, sicut jam dictū est: ad quod alludens Horatius lib. 2. Serm. Satyr. 4: - Tarentum molle. vocavit. Quo pa sto autem Tarentina nux arte effici posset, docet Columel.lib. 5. lib. 1. cap. 22.

Tārēne, es, nō. Fons est in Lydia, in Tmolo mōte nascens: te stte Plin. lib. 2. cap. 29. qFuit & oppidum ejusdem nominis, ad Tmoli radices situm, cuius meminit Hom. lib. 5. Iliad. Stephanus Tarnem aliam collocat in Achaia.

Tārpēia, nō. Virgo Vestalis fuit, teste Varrone, quæ arcē Capitolinam patris sui Tarpæi custodie commissam, Sabinius

prodidit: à quibus quum proditionis mercedem peteret (pœta enim erat, quicquid in sinistris brachiis gestarent, armillas intelligens, quas illi aureas, gemmatasq; lgyo in brachio ferebant) scutis illorum obruta, Tarpæia monti nomen fecit, qui prius Saturnius dicebatur. Vide Livium lib. 1. ab Urbe, & Plutarchum in vita Romuli.

Tārpēliūs mons mētēs opes, Capitoglio, Idem qui Capitolinus: ita dictus à Tarpæia virginе Vestali: quæ quā arcē prodidisset, corundē scutis obruta, eo in mōte sepulta est. Virg. 8. Aen. sedē Tarpæiam appellat. Hinc ad Tarpæiam sedē, & Capitolia dicit. Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.

Tarphara, orum, nō. Vrbs felicis Arabie, cujus cives dicuntur Tarphareni, ταρφηλοι Stephano.

Tārphe, nō. Stephano, Vrbs Locorum Epicnemidiorum, iuxta Pharigas: cuius meminit Homer. in Catalogo: ταρφηλη π. θρηνός π. βασιλεὺς ἀμφὶ μέτρα. Nomen habet à Tarphe propin quo fonte, sive ab arborum densitate. ταρφηλη Græci densum appellant.

Tārquiniūs, orum, nō. Stephano. Oppidum fuit Tuscorum, è quo Tarquinius Priscus Romam cōmigravit. Huic oppido vicinus erat lacus, duo nemora habens innotatāria, & prævotorum impulsu nunc triquetram, nunc rotundam figuram edentia: ut refert Plin. lib. 2. cap. 95.

Tārquiniūs, se: ut Tarquinii ager pro quō & Tarquiniente legimus absolutē. Plin. lib. 8. cap. 52: Qui in Tarquinienſe feras pasceri instituit.

Tārquiniūs Priscus, Demarathi Corinthii filius, Tarquinii urbe Tuscorum natus, primū Lucumo dictus: qui ubi se in patria nullo in honore esse videret, quod peregrino patre es- set prognatus, suā uxoris (ea mulier satidica erat, nomine Tanquil) Romam fēse contulit ubi brevi propter opes, inge- niuque dexteritatem in Auci Regis amicitiam insinuatūs, ab eodem relictus est liberorum ejus tutor: quorum tamē comoda proptis rationibus posthabuit: breviq; perfecit ut magno plebis consensu rex crearetur. Quare ut regnū patūm jūtē partum stabiliret, centum patres in Senātu allegit, qui minorum deinde Gentium dicti sunt, suz eos factionis futuros ratus, cuius beneficio in Senātū venissent. Bellum primū cum Latinis gesit, oppidumq; Appiolas vi cepit. Circo maximo primus locum designavit, locaque Patribus, Equitibusque divisit, ex quibus spectacula spectari. Sabinos victos Collatia, agroque Collatino mulctavit. Corniculum, Ficulneam veterem, Cameriam, Crustumeriam, Ameriolam, Meduliam, & Nomentum, prisorum Latinorum oppida partim expugnavit, partim in deditioinem accepit. Tandem quam annos duodequadriginta regnasset, dolo liberorum Anci in Curia est obtutus. Vide hæc latiū apud Livium libr. 1. ab Urbe. q Tarquinius Collatinus, Agerii ex Tarquinii Superbi sorore filius fuit, & gener Sp. Lucretii, qui Romæ præfectura urbis fungebatur. Hic quum in Ardeæ obsidione cum regis juvenibus cōnaret, exortā de uxoribus mētione, quā suam quisque certatim laudaret, Collatinus negat verbis o- pus esse, paucis id quidem sciri posse, quātum ceteris prefet sua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romam advo- lant, regiasque nutras in convivis, luxuq; cum æqualibus dēprehendunt. Deinde Collatiam perentes, Lucretiam nocte sera lanę deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inveniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir, Tarquiniique benignè accep- ti, vīctor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libidō stuprandæ per vitū Lucretiæ capit: tūm forma, tūm spectata castitas iacitat. Dissimilata tamen in præsens cupiditate, tūm quidē unā cum ceteris in castra redit: sed paucis pōst interjeclis diebus Ardeam reversus, & à muliere propria hospitio exceptus, nocte intempesta conceptum animo facinus, vi minisq; exequitur. Quam rem mulier castissima tam ægrè tulit, ut postridie viro, patreque per literas accessito, quum rem, uti gesta erat, exposuisset, necem su- bi conciverit. Pulsis deinde ob facinus tam tētrum Tarquinii, Collatinus Bruto in Consulatu datus est Collega: quod tamen non multò pōst coactus est se se abdicare, nō aliām ob causam, nisi quod Tarquiniorum propinquus esset, eodemq; cum illis nomine diceretur. Vide Livium lib. 1. & 2. ab Urbe. q Tarquinius Superbus, septimus & ultimus Romanorū rex, cognomen à moribus mērit. Occiso Servio Tullo, regnum scelētē occupavit: bello tamē strenuus Latinos, Sabiosque domuit: successum Hetruscis eripuit. Gabios per Sextum filium simulato transfigio, in potestatem redigit: Ferias Latinas pri- mū instituit. Quum Capitoliū extruere inciperet, caput ho- minis invenit: ex quo cognitum eam urbem caput gentium futuram, ut scribit Terentius Varro de Lingua Latina, libro 43. Demum quum in Ardeæ obsidione filius ejus Lucretia stu- prum intulisset, cum eo in exilium actus ad Porsenam Hetrūri regem se contulit, cujus ope regnum retinere tentavit.

Pulsus



Tritium, & Scythæ Tauricæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12.

Taurinæ, Ταυρίνη, Oppidum fuit Campanæ non procul à Stabis, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. inter ea oppida quæ in Italia intercederunt.

Taurinum, Brutiorum oppidum in Italia juxta Rhegium. Autor Pomponius Mela libro 2. Plin. lib. 3. cap. 5. Taurinum appellat.

Tauri, numero plurali, & Taurilia, [Ταυρίλια βαφόνε. Germ. Die Kinderfäß oder Kinderspät.] Ludi in honorem deorum interiorum facti: quos & Boalia & Bupetias vocatos invenimus: quanquam duobus hisce nominibus potius sacrificia quædam significantur, quæ pro boum salute fieri solent. De origine horum ludorum refert Festus Pompeius, quod regnante Tarquinio Superbo, quia magna incidisset pestilenta in mulieres gravidas ex carne taurorum diu vendita, ob hoc lu diis inferis instituti sunt, qui Tauri sunt appellati.

Tauricæ Cherronesus, Ταυρικὴ χερρόνε. Peninsula est in finibus Europæ, Bosphoro Cimmerio, Byce palude, & Carcinitæ sinu propemodum circumfusa, angusto tantum isthmo continent adhærens, immite Dianæ ara, & nefanda hospitum immolatione infamis. Civitates multas habet, ex quibus precipue fuerunt Eupatoria & Theodosia, hodie Capha. Legitur & Taurica absoluè. Iuven. Sat. 15: - nefandi Taurica sacri inventrix, homines tantum immolat.

Taurini, Di Tauri in Piemonte, Populi Italæ Transpadanæ, sub Alpium radicibus, à Liguribus oriundi, quorum urbs Augusta Taurinorum commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 17.

Taurisani, Venetiæ populi, per quorū regionem Silis amnis in mare Adriaticum labitur. Plin. lib. 3. cap. 18.

Taurisci, Populi Germaniæ, Carnis, & Pannoniæ finitimi, quos mons Cladius dirimit à Scordicis, postea Norici appellati, teste Plin. lib. 3. cap. 20.

Taurominiū, [Ταυρομήνιο. Ptolemaeo: ταυρομήνιο, Stephano: Vulgo Taormino. Ger. Ein Statt in Sizilien.] Siciliæ oppidū est, à Zanclois conditum, non procul à Drepano promonto: i. test. bus Plin. lib. 3. cap. 8. & Strabone lib. 6.

Taurominiū, a. um. Silius lib. 14: Taurominitana cernunt se de Charybdin.

Tauropolos, Ταυροπόλε. Dranæ cognomen, apud Dionysium Aphrum, impositū ab eo, quod apud Tauros Cimmerii Bosphori accolas coleretur, aut quod gregibus præcesset, ut ex parte totum intelligamus: aut certè quod eadem sit cum Luna, quæ tauris vicitur. Vide Eustathium in Dionysium.

Tauropoliū, Ταυροπόλε, Dianæ templum in Icaria insula, teste Strabone lib. 14.

Tauroscythæ, Ταυροσκύθαι. Populi ex genere Scytharum, summa Taurica Cherronesi juga incolentes. Autor Plin. lib. 14. c. 12.

Taururum, Ταυρούρων. Hodiæ Belgradum vocant, & Albam Germanam. Vulgo Griechischwabenburg. Pannoniæ inferioris oppidū, ad Danubium situm, eam parte, qua Saus, & Dravus Danubio immiscuntur. Vide Ptolemaeum lib. 2. cap. 16. Plinius' Taururum appellat, lib. 3. cap. 25.

Taurus, Ταῦρος, Berytus, philosphorus Platonicus, A. Gellii satiarius, sub Antonino Pio flotuit. Scripsit de differentiæ sectarum Platonis & Aristotelis: de corporeis, & incorporeis, & alia, ut est autor Suidas.

Taurus, [Ταῦρος. Germ. Ein trefflich groß Gebirg so sich von Cilicia an durch das ganz Asiam bis in Indiam hinein erstreckt.] Mös Asiz torius longè maximus, qui ab Indico mari exurgens, valet satis attollit: dein dextro latere ad Septentrionem, sinistro ad Meridiem versus it, in Occidentem rectus & perpetuo jugo, multarumq; gentium, quæ dorsum agit, terminus: sed pro gentium ac linguarum varietate diversa habet nomina: Prima sui parte Imaus dicitur, mox Edigis, Paropamisus, Circius, Cambades, Pharnariades, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus: atque ubi se quoque exuperat, Caucasus: ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon Coracesius, Cragus iterumque Taurus: etiam ubi dehiscent seque populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vendicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caspiæ, alibi Cilicæ vocantur. Quinetiam contractus effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc & inde implet: à dextra Hyrcanus, Caspius: à lœva Pariedrus, Moschius, Amazonicus Corax, Scythicus appellatus: in universum verò Græcis Cerænius. Cætera vide apud Plinium lib. 5. cap. 27, ubi latissime montis hujus descriptionem exequitur.

Taxila, Ταξιλα Stephano, Indiæ urbs amplissima, inter Indum, & Hydaspen fluvios sita: cuius incolæ Taxila appellantur à Plin. lib. 6. cap. 20. In hac urbe (ut scribit Philostratus) Apollonius invenit elephantum, quem vittis & myrtleis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines esse dicebant, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnaverat: quem idcirco Alexander Soli dicavit, torque aureo circa cornua adaptans.

Taygete, vel Taygeta, ταγέτη, Atlantæ & Plejones filia, teste Hygino, una Plejadum, quæ Iovi peperit Lacedæmonem, urbis sibi cognominis conditorem. Virgilius quartæ Georg. Taygete simul os terris ostendit honestum Plejas, &c. Vide PLEIAS.

Taygetis, t. mascul. gener, & Taygeta, orum, neutri, ταγέτη. Mons est Laconia, teste Strabone: nō ille quidem admodum magnus, sed tamē excelsus & erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quem Libero patri sacrum fuisse tradit Servius in illud Virg. 2. Georg. o. ubi campi, Sperchiæque & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. Hujus montis bona pars quæ terræmotu corruiisset, Spartanorum urbem oppræssit: ut referatur à Cic. lib. 1. de Divinat. & à Plin. lib. 2. cap. 79. Fuit præterea hic monas Castori & Pollucis sacer, qui in ejus radicibus natum dicuntur: quod & Homerus assertit in Hymnis:

Kάστος οὐ πολὺ δέξιος ἀντος μέσος λίχα  
Τιωδεῖος, εἰς Σωδὸς ὀνυματος ἐγενέσθαι.  
Τὸς ταῦτα ταγέτης κρεμφῆς τόπος πότνια λίθος,  
Δέρη ταῦτα μηδέποτε πελαστεῖς κρονίου.  
Χαριπτιωδεῖος, περίστης ἐπιστήμης ἕπεται.

Id est, Ca-

stora & Pollucem cætato musa stridula Tyndatidas, qui Iovem Olympio prognati sunt, quos sub Taygeti verticibus peperit veneranda Leda, latenter cœlestis nubes denigranti Saturnie. Salve Tyndatidæ, celerum cultores equorum.

T ante E.

Teanum, Ταῖνο, Stephano, Duarū civitatum nomen est in Italia. Est enim Teanum Sidicinum in Appia via, & Teanum Apulum in finibus Apulia, distas à Larino XVIII. M. passus. Hujus meminit aliquoties Cic. in Orat. pro Cuentio. Illius etiam mentionem facit Horat. lib. 1. Epistol. - cras ferramenta Teanum Tolletis fabri.

Tärco, Ταρκος, Aethiopæ rex potentissimus, qui bonam Europæ partem dicitur subegisse, & ad Herculis usq; columnas esse progressus, referente Strabone lib. 15.

Tearus, Ταρκος. Thraciæ fluvius, duodequadraginta nascens fontibus, partim calidis, partim frigidis, & in Contades dum amnum influens, qui in Agrianem illabitur. Agriænes autem in Hebrum. Ad hoc flumen quum pervenisset Darius Hytaspis filius, aquis ejus delectatus, triduo ibi commoratus est: cipsumque ibidem erexit cum hac inscriptione: Tari amnis capita optimam atque pulcherrimam cunctorum amnum aquam continent, & ad ea pervenit exercitum dicens adversus Scythas, vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum, Darius Hytaspis filius, Persarum, cunctæque contingens rex. Autor Herodot. lib. 4.

Téate, pen. prod. ταῖα Ptolemaeo, Oppidum Mætrucinorum, in quarta regione Italia: cujus incolæ dicuntur Teatini: quos meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Tectosagæs, Τεκτοσαγεῖς, Τεκτοσαγεῖς Stephano. German. Die Wölker des Erzbisthums Tolsa in Langobarden. Galliæ Narboensis populi, quam maximè in Occidentem vergentes, Pyrenæis, & Cemeniis montibus proximi: quorum oppida sunt, Tolosa, Carrasco, Ruscino, & Narbo Martius; aliaque nonnulla, quæ vide apud Ptolemaeum, lib. 2. cap. 10. Hi olim Gallorum omnium fortissimi habiti sunt, qui quum domi multitudo abundaret, relictis sedibus, per Græciam, tunc geatium vietricem, in Asiam penetrarunt, & supra Phrygiam in ubertissimis Cappadociæ campis conserderunt.

Tedavium, Fluvius est in extremis finibus lapidæ, cujus minorunt Plin. lib. 3. cap. 21, & Ptolem. lib. 2. cap. ult.

Tegæ, pen. cor. Τεγεῖς. Oppidum Arcadiæ: à quo Tegæus, Τεγεῖος, sicut à Nemæa Nemæus. Vnde Pan Arcadiæ deus dictus Tegeæ. Virg. 1. Georg. Pan ovium custos tua si tibi Mænala curæ, Adsis o Tegeæ favens. Propertius: Fictilis & calamis Pan Tegeæ tui. Ensis Tegeæ: id est, Arcadius. Virg. 8. Aen. Tunclateri atque humeris Tegeæ subligat ensem. Hujus urbis incolæ etiam Tegeates, Τεγεῖται, dicuntur. A quo rursum deducitur aliud adjективum, Tegeaticus, a, um: unde Mercurium Statius Tegeaticum appellat: Et cum Mænalia volueret Tegeaticus umbra.

Tegessus, Τεγεῖος, Cypri oppidum: à quo fit gentile Tegessus, sive Tegesseus Steph.

Tegyra, Τεγεῖα. Boeotia urbs, in qua Apollinem natum voluit, qui inde Tegyrae cognominatur. Steph.

Telium, quod hic pro Paphlagoniæ seu Ponti urbe legebatur. Vide TIVM. Pro Ionica autem Urbe, Anacreontis Poëta patria, lege TEO S.

Telamon, Τελαμών, Rex Salaminis insulæ, Acaci filius, frater Pelei, & Pater Ajacis, qui ab eo Telamonius cognominatur. Ovid. 12. Metam. Ne mandate mihi: melius Telamonius ibit. q Est & Telamon Vmbria portus. Plin. lib. 3. cap. 5.

Telandrois, Τελανδρος, Lyciæ oppidum est apud Plinium lib. 5. cap. 27. Item insula in mari Lycio, cuius meminit idem Plin. lib. 5. cap. 31.

Telane,

Telane, es, πλάνη, Vrbs antiquissima Phrygia, quam Ninus inhabitavit ante Ninum conditam. Autor Stephan.

Telchinēs, pen. prod. πλάχη, Filii Minervæ, & Solis: vel ut alii malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum insulam tenuerunt: unde etiā Rhodus ipsa dicta est Telchinis. Hos quidam maleficos homines fuisse prodiderunt, aspectu solo omnia effascinantes. Quorum sententiam securus est Ovid. libro 7. Metamorph. sic scribens: Phœbeamque Rhodon, & lalios Telchinas, Quorum oculos ipso mutantes omnia visu luppiter exosus, fraternis subdidit uadis. q Alii eodem faciunt cum Curetibus & Daedylis Idaeis, summosque artifices fuisse tradunt: veneficiorum autem infamiam ab illorum simulis fuisse dispersam. Vide Strab. lib. 10.

Telchinis, Carpathii maris insula, quæ notiore nomine dicitur Rhodos: ita dicta à Telchinibus, qui olim eam insulam tenuerunt. Vide Strab. lib. 10.

Telchīs, πλάχη, Alter ex Castoris & Pollucis aurigis, qui uia cum Amphito Diocuriadæ urbem apud Colchos traditur condidisse, referente Plin. lib. 6. cap. 5.

Telēbōz, τελέβως, Aetoliæ populi fuerunt latrocinio infamati. De quibus Aristoteles in Politicis: In Acarnanum politæ, quandam Acarnaniz partem Curetes habent: spectantem versus in Occasum plagam Legeles tenent: reliquam inde Teleboz. q Alii dicunt fuisse Caprearum populos, quos Telon suo regebat imperio: quod & Servius annotavit in illud 7. Aca. Nec tu carminebus nostris indictus abibis Oebale, quem generasse Telō Seberide nympha Fertur, Teleboüm Capreas quum regna teneret, iam senior.

Telēbōz, τελέβως, Vnus ex Centauris, Ixionis ex nube filius. Ovid. lib. 12. Metamorph. - Chthonius quoque Theleboasq; Ense jacent nostro.

Telēgōnūs, πεν. cor. τελέγονος, Filius fuit Vlyssis ex Circe, qui quum jam adolevisset, videndi patris cupidus, in Ithacam navigavit: quumq; à ministris paternis incognitus aditu prohibiceretur, aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Vlysses, quum & ipse jam senior suis operem ferret, à filio suo est occisus esse pīscis cuiusdam, qui à Græcis Xiphias dicitur. Quod ubi cognovit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiam venit, ubi Tuscum condidit. Ovid. Et jam Telegoni, jam menia Tyburis uidi Stabant agricolæ quæ posuere manus. Dictus est autem Telegonus, quasi sero & in senectute genitus, & unicūs post quem genitum non est aliud patere.

Telemachūs, τελέμαχος, Vlyssis ex Penelope filius, quem ad Trojam proficisciens apud matrem reliquit: eundemq; postea in ulciscendis procis habuit adjutorem. Ovid. in Epist. Penelope: Tres sumus imbellis numero sine viribus, uxor, Laertes, senex, Telemachusq; puer.

Telēmūs, τελέμος, teste Homero in Odyss. & Theocrito in Bucolicis Eurymi filius, & inter Cyclopas Vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcumque postea ab Vlyssis passus est. Hujus meminit Ovid. lib. 13. Metamor. Telemus Eurymedes, quem nulla scellerat ales, Terribilem Polyphemon adiūtumque quod unum fronte genis media rapiet tibi dixit Vlysses.

Telēphānēs, τελέφανης, Ad regnum Lydorum Cumis ex oraculo accersitus, qui anteā currus factitabat. q Fuit & ejus nominis tibicen, cuius meminit Demosthenes in oratione contra Midiam.

Telēphūs, τελέφος, Mylōrum rex fuit, & Herculis filius, ex Auge nymphæ: qui quum avi iussu in sylvis expositus esset, à cerva aliquandiu dicitur educatus. Quæres tantam future claritatis opinionem de eo præbuit, ut mox à Mylōz rege adoptatus sit, & regni hæres institutus. Factus itaque Mylōrum rex, quum Græcos ad Trojanam expeditionem proficiscentes prohibere conareretur ne per Mylōm iter facerent, ab Achille vulneratus est. Cujus plaga quum nullum satis efficax inveniretur remedium, oraculo responsum est, fore ut eadem hasta, qua vulneratus erat, sanaretur. Reconciliatus itaq; Achilli, ab eo impetravit ut ex hastæ, qua iustus erat, rubigine malagma cōficeretur, & vulneri suo imponeretur: quo facto, statim sanitatem est consecutus. q Telephus alter, Pergamensis Grammaticus, qui multis editis voluminibus quæcumque Grammaticum scire convenit, peetractavit. Vide Suidam qui scripta ejus nominatio enumerat.

Telēsillā, Mulier fuit poëtria nobilis, cui etiam apud Argos ante Veneris templum statua posita est, ut scribit Pausanias.

Telēsthō, ὑs, πλάστη, Nomen Nymphæ, Oceanî & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia: Μήν τ' Ἀρεόπους π, πλάστη πλεύστη.

Tellēn, τελλην, Tibicen, & poëta ineptissimus, ejus meminit Diarchus Messenius apud Zenodotum. Hinc ortum est proverbium: Cane Tellenis cantilenas: quod quidam dici putant de dicacibus, seu mox dacibus, quidam de inepte loquacibus. Sunt enim qui tradant hunc jocos quodam versibus lepidis-

## TEL TEM TEN

sims descriptisse, non sine multo sale sc̄ommatum. Hæc Erasmus in Chiliad.

Tellias πλάστη, Herodot. lib. 8. Vates suit Eleus, qui Phœbus cum Thessalis bellum gerentibus rem hujusmodi commentus est: sexcentos viros & Phœcibus præstantissimos, gypo, tam ipsos quam arma illinit, eosque sub noctem in Thessalos dimisit, dato præcepto ut quæcumque albicantem non cernerent, cum obrancarent. Hos primum Thessalorum excubatores prodigium quoddam ecclie arbitrati, deinde ipsi exercitus adeo exhortuerunt, ut tribus milibus census atque scuorum Phœcenses potiti sint.

Tellus, ris, [πλάνη. Germ. Die Götter des Gedächtnis.] Terra dea est. Cic. 3. de Natura deorum: Iam si est Ceres à gerendo (ita enim dicebas) terra ipsa dea est, & ita habetur. Quæ et enim alia Tellus, nisi terra? Idem Quint. Fratr. lib. 3: Redita etiam mihi est perverus epistola, sed sero allata, in qua de æde Telluris, & de portico Catulli me admones. q Nostratamen Tellurem pro ipsa accipimus terra, quemadmodum Cererem pro ipsa frugibus. Plin. lib. 2. cap. 5. Vitalem hunc spiritum & per cuncta rerum meabilem, totoq; consertum: cujus vi suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurē. Virg. 4. Aen. - ac magno telluris amore Egeria, operata portuatur Troës arena. Vbi Servius, Tellurem pro terra posuit, quum Tellurem deam dicamus, terram elementum ut plerunque Vulcanum ponimus pro igne.

Tellus, li, πλάνη. Atheniensis quidam fuit, genere non admodum claro, quo vita integrerrimæ acta honestissimam pro patria fusis jam hostibus, mortem occubuit, liberis omnibus superstitibus, publicoque funere in rogum illatus. Quamobrem non dubitavit Solon, cum mortalium omnium felicissimum judicare. Vide Plutarch. in Solone, & Herod. lib. 1.

Telmessūs, πλάστη, Ptolemy, sive Telmessus, πλάστη Straboni, Stephano, & Suidæ, Oppidum Lycae: vel (ut Cicero placet) Cariz. Aruspicum disciplina in primis excellens: cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

Telōs, πλάνη, Vulgo Episcopi, Insulæ nomen unius ex Sporadi bus, in qua conficiebatur præstantissimum unguentum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin. lib. 4. cap. 12: Telos unguento nobilis, à Callimacho Agathusa appellata.

Telphūs, πλάστη Vrbs in Arcadia, à Telphassa, Ladonis filia, nomen habens. q Est & Telphassa, sive (ut alii maluer) Tilphossa, fons Boeotiae gelidissimus, quem quum Tiresias jam senex potasset, statim extinctus est, calore nimis irato non tanta frigoris vi oppresso.

Telus, Sybaritarum tyrannus, teste Herodot. lib. 5. Tembrīus, Fluvius juxta Pontum, teste Orpheo in Argos. Temēsa, a, vel Temese, es, penult. corr. πλάστη Steph. Vrbs est in agro Brutio, ab Aufonis cōdita, olim xifodina nobilis: quæ deinde mutato nomine Tempsa vocata est. Plin. lib. 3. cap. 5. Tempsa, πλάστη, à Græcis Temesa, dicta. Ovid. 15. Metam. Turnosque sius, Temesenque & Iapygis arva.

Temētēs, a, um, adjectivum, πλάστη: ut Aes Temesum. Quid. 7 Metam. - quanvis Temesæ labores Aera tibi minuāt. q Et Temesetus genus: de quo vide Erasmus in Adagii.

Temēnōs, πλάστη Stephano & Straboni, Vrbs est Acolidis. Hermogenis Rectoris patria. Cic. pro Flacco: Temenusque ad Iam etatem in Senatum venire non potuit: & qui se armis dicidit traditum etiam ceteris pollicebatur, ipse omnibus indicis turpissimis convictus est.

Temētēs, πλάστη, Gentile. Cic. pro Flacco: Heraclides ille Temenites homo inceptus & loquax.

Tempē, πλάστη. Germ. Ein lustige ort oder gegne in Thessalia das grosse Teutschen weit weg vnd ein wenig breiter / mit schönen Wäsen vnd Wämmen / durch welche der flus Peneus fließt. Jocutio genere, & numero plurali, Propriæ Thessaliz loca, quinque millia passuum longitudine, & fermè sex latitudine, Peneus amne irrigua, cuius ripæ gramine viridi, amoenissimisque vestiuntur arboribus. Ovid. 1. Metam. Est nemus Aemoneus prærupta quod undique claudit Sylvæ, vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo, spumosis volvitur undis. q Sunt & Tempe in Boeotia, quæ Teumesia dicuntur, à Teumeso monte Boeotæ, ab Ovidio Cygnæa dicta. q Sunt & alia in Sicilia, & nomine amnis Heloria. q Denique quilibet loca amena, nemora præseritum atq; aquas habentia, Tempe vocamus καταπλάστης. Virg. 2. Georg. Speluncæ, yiviq; lacus, a frigida Tempe.

Tempsa, Fuit civitas Brutiorum, alio nomine Temesa appellata, teste Plinio, libro 3. cap. 5, πλάστη. Vide supra in dictione TEMESA.

Temesis, Cacumen est Tmolii montis, tam insigni aëris temperie, ut incolæ supra CL. annos vivant. Autor Mutianus, referente Plin. lib. 7. cap. 48.

Tēnēdōs, pen. corr. πλάστη: Vulgò Tenedo. Germ. Ein fast im Egeischen Meer zwischen Mitylene vnd dem Hellesponto gelegen. Initula

Insula in mari Aegaeo, inter Lesbum & Helleponsum, contra Trojam, à Sigeo litore XII. M. passuum distans, à Lesbo LVI. M. Mac prius Leucophris, λευκόφρης appellatur, à nonnullis etiam Phoenix & Lynessos, teste Plin. lib. 5. cap. 31. In hanc ex Troade naygavit cum novis colonis Tenes Cycni filius: conditaque urbe, de nomine suo Tenedon eam vocavit, à qua & insula denominata est. Cicero 3. Ver. Tenedo (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui illam urbem dicitur condidisse, cujus ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquit, Tenem pulcherrimè factum, quem quoadam in comitiis vidit, abstatuit magno cum gemitu civitatis. Insula hac ante bellum Trojanum florentissima fuit: in qua Graeci supremas illas, quibus Troja periret, insidas struenter, sese occurrunt: quod & Virgil. testatur lib. 2. Aen. sic scribens: Est in conspicu Tenedos notissima fama. Insula, dives opum, Trojæ dum regna manebant, Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis. Huic se provecti deserto in littore condunt.

Tenedus, a, um, Τένεδος, adjectivum: ut Tenedius tibicen, pro calumniatore, & falso teste: proverbium tractum ab eo, quod Philonome tibicinem suum dicatur subornasse, qui apud Cycnum testaretur, ipsam à Tene de stupro fuisse iatrepellatam. q Tenedia securis, Τένεδος τίλτερος, pro Iudice nimium severo: propterea quod Tenedi olim rex secutum gestans, causas soleret audire, acentemque latim securi percutere. Vide Erasmum in Adagiis.

Tenes, Τένης, filius fuit Cycni, & Scamandrodices, Tenedi urbis conditor, ut refert Lycophronis Scholia fest. in Verrem: Tenes apud Tenedios in Sicilia putat esse sanctissimum Deum, ac eorum urbem condidisse:

Tenitæ, Credebaunt esse sortium deæ, quod teneadi potestatam haberent. Festus.

Tenos, Τένος, Insula una ex Cycladibus, in qua est oppidum eiusdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrusam, ὑδρούσαν, appellatam dicit: alioqui Ophiasum, οφιάσαν. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Tentyra, druth, penult. corr. sive Tentyris, idis, Τέντυρη Prolemae & Straboni, Τέντυρη Stephan. Vrbs est Aegypti in eiusdem nominis insula, quam Nilus efficit: cuius incolæ Tentyritæ vocantur: de quibus vide in dictione sequente. Juvenal. Satyr. 15: Qui vicina colunt umbrosa Tentyra palme.

Tentyritæ, penultima prod. Τέντυρη, Populi sunt ex Tentyris Nili insula, qui tanto crocodilis terrori esse dicuntur: ut sola eos voce in fugam vertant. De his sic scribit Plinius libro 8. cap. 2.: Quin & gens hominum est huic belua adversa in ipso Nilo Tentyritæ, ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parva, sed præsentia animi in hoc tantum usu mira. Terribilis hac contra fugaces belua est, fugax contra inféquentes. Sed adversum ire hi soli audent: quinetiam flumini innatant, dorsoque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os clava, dextera ac lerva tenentes extrema ejus utrinque, ut frænis in terram agant captivos; ac voce etiam sola territos cogunt evomere recensia corpora ad sepulturam. Itaque ei uni insulæ crocodili non adnatant, olfactuque ejus generis hominum, ut Psyllorum serpentes fugantur. Strabo quoque libro 17: Quoth (inquit) crocodili Romam allati esse ut viderentur, Tentyritæ eos sequebantur, facta est ab illis piscina quædam, & foramen in uno laterum, ut ex aqua in apricum egræ possent: Tentyrita aderant qui eos interdum reti educebant ad solem, ut à spectatoribus vidénter: interdum in aquam intinantes, rursum eos in piscinam retrahabant. q Nonnulli hos etiam Tentrios vocari putant: & ita vulgo legitur apud Plin. lib. 28. cap. 3: Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant. Quo in loco ali legunt ad hunc modum: Nam in insula Nili Tentyris nascentes: ut Tentyris ablativus sit à Tentyra, orum, quod insulam ipsam significat.

Teos, Τέος, Stephano, Ionie civitas Anacreontis Poëta patria, qui ab ea Teius est cognominatus. Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt arsille batillo Anacreonta Teium. q Et & altera eiusdem nominis civitas in Scythia, ad paludem sita, pisibus reserta, cui sereno tempore olecum innatat tanta copia; ut in vase colligi possit; & necessariis usibus adhiberi. Autor Stephan.

Terentius, Ciceronis uxor fuit, Epistolis ipsius notissima: quæ postea à viro repudiata Salustius uxorem duxit, ut inimici sui arcana certius posset discere ex ea, quæ omnium ejus consiliorum particeps fuerat & sociæ. Connubiatu hæc à Plin. lib. 7. cap. 48, inter longissimæ vita exempla, ut quæ usque ad CXXVII annus dicitur pervenisse.

Terentius, [Τέρεντιος, German. Ein fiktionscher Lateinscher Comedieschreber von Cartago hærtig.] Poëta comicus, natione Afer, patria Carthaginensis, libertus fuit Romæ Terentii Lu-

cani: à quo ob liberale ingenium optimis literis eruditus, in hominum nobilissorum amicitiam pervenit, præcipue Scipionis, & Lælii: quorum etiam opera adjutus creditur in scribendo, ob sermonis elegantiam. Cui opinioni ad stipulatum etiam Varro: Non obscurum est, inquietus, adjutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione. Eadem ipse famam auxit. Nunquam enim, nisi leviter se tutari conatus est. Scriptis fabulas sex, quæ omnium manibus teruntur. Posthac visendrum Athenarum cupiditate ductus, ex quo navim consendit, nusquam deinde conspicetus est: quod fit, ut naufragio credatur periisse. Latius exequitur hujus vitam Donatus in Prolegomenis Andrie. q Terentius Scaurus, Grammaticus, quæ Gellius dicit floruisse Adriani temporibus, ac librum de Caesaris Vindicis Grammatici erroribus scripsisse. q Terentius Culeo, senator Romanus, captus à Carthaginensibus fuit, & redemptus ab Africano majore: unde & eutrum ejus sequitus esse dicitur pleatus: ut refert Liv. 10. bell. Pun. Hinc natus erit apud indoctos, qui Terentium comicum à Poenis capitum fuisse, & à Scipione redemptum crediderunt. q Terentius Varro, collega Pauli Aemilii post cladem Caioensem cum reliquis exercitus, Canusium se recepit. Cui Romanum reuenti gratulatus est populus Romanus, quod de Republica non desperasset.

Terentius, Locus in campo Martio, quod in eo ara Ditis patris in terra occulatur: quæ ludis tantum secularibus effossa terra ostendebatur: iisq; peractis, rursus claudebatur. Martialis: Bis in ea Romano spectata est vita Terento. Hoc est, binos spectavi ludos seculares. Id est lib. 4: Et quæ Romuleus sa- cra Terentus habet.

Terentius, tina, tinum, penultima producta, adjectivum, Τένερη Ludi Terentini dicitur sunt, qui alio nomine secularares vocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continuis, tribusque noctibus celebrabantur: tametsi postea ambitione principum minore interiecto spatio aliquoties fuerint celebrati. Ausonius in Ternario: Trina Terentino celebrata trinotria ludo. De horum ludorum institutione, & ritu, vide Politianum cap. 88. Miscellanorum, Censorinum cap. 6. Divinus Augustinum de Civitate Dei libro 3. capite 18. Valerium Maxium. lib. 2. cap. 1.

Terenus, Τέρενος, Rex Thracum, Martis ex Bistonide nympha filius, qui quum Progne Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxisset, ejus etiam sororem Philomelam perspectim visendæ sororis abductam vitavit, vitiataque linguam præcidit. Quod facinus quum illa indicare alioqui non posset, cruento depictum sorori sua transmisit. Quare cognita Progne, ut soror ulcisceretur, Itym filium patri epulandum apposuit. Prolato deinde capite, quum pater se uxoris dolo filium in sua viscera condidisse agnosceret, & ad ultionem properaret, Progne mutata est in hirundinē: Philomela in avem sui nominis: Tereus in upupam: Itys in Phasianum. Hæc Servius enarrans illud Virgilii: Aut ut mutatos Terei mutaverit artus. Lege fabulam hanc latius apud Ovid. lib. 6. Metam. Alio teram Aristoteles, Gorgiam sequutus, hanc fabulam tradidit. Vide in dictione PROGENE.

Tergeste, Τέργιστη, Pelemae, Colonia Venetorum ab Aquileia stadia centu octoginta distans (ut inquit Strabo,) hodie Trieste vocatur. Vide Plin. lib. 3. cap. 18.

Terina, Τέρινα, Agri Brutii oppidum maritimum: à quo propinquus sinus Terinæ appellatur. Autor Plinius libro 3. capite 5.

Terias, Τέριας, Fluvius est Steiliz, non procul à Catana, teste Plinio, libro 3. capite 8. q Stephanus alium ejusdem nominis fluvium collocat in Phrygia, quem alio nomine Gallum sic appellari.

Termena, Τέρμηνη, Oppidum liberum Cariz, teste Plin. lib. 5. cap. 29. Stephanus Lyciæ assignat.

Termerium, Τέρμηνη, Promontorium est Myndiorum, Candariz Cooruæ promontorio oppositum, & quadraginta non amplius stadiorum mari ab eo disemptum. Autor Strab. libro ab ea 14.

Termelius, Τέρμηνης Ptolemae, Pisidiæ urbs est, teste Strab. lib. 13. Cibyra, & Milyis proxima.

Termilæ, Τέρμηνη Herodoto, Populi sunt Lyciæ, à Creta oriundi, quos Sarpedon Minois, & Rhadamanti frater colonos ex Creta duxit, ac Termilæ nominavit, quum prius Minyæ & Solimi vocarentur, ut Herodotus refert. Postea Lycus Pandionis filius, eosdem à se Lycios appellavit. Quæ profecto ratio Lycios ac Solymos eosdem esse ostendit, quanquam Homerius eos videatur separare.

Terminalia, & terminus, Vide in APPENDIX.

Terpander, dri, Τέρπανδρος, Poëta Lyricus, ex Antissa Lesbi cl. virate, qui primus quatuor lyrae chordis tres alias addidit, & Lyrici carminis leges cōscriptis: quas nonnulli Philemoni cuiam adscribunt. Autor Suidas. Tanta autem in Terpandro artis excellentia

excellentia fuisse perhibetur, ut quem significare volebant insigniter quidem canere, primum tamen locum non mereri, cum *Thesiger* p̄d: hoc est, post Lesbium cantorem collocandum dicentes. Cujus proverbi oritum ad hujusmodi referunt historiam: Quum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit, ut Lesbium cantorem accenserent. Accersitus itaq; Terpander, populi animum sic delinivit, ut omnia omni seditione, in pristinam concordiam redirent. Qa ex re factum, ut Lacedæmonii Lesbiis musicis primas partes tribuerint, & si quem alium canere audirent, protinus dicenter, *Thesiger* p̄d: id est, post Lesbium cantorem eum collocandum.

**Terpñus.** Citharœdus insignis Neronis temporibus floruit, cuius cantu supra modum Neronem delectatum fuisse scribit Suetonius in vita ejus: Statim (*inqvit*) ut imperium adeptus est, Terpnum citharœdum, vigentem tunc præter alios, accersit, diebusq; continuis post cœnā canenti in multam noctem assidens, paulatim & ipse meditari, exercitariq; coepit, nec eorum quicquam prætermittere, quæ artifices ejus generis vel conservande vocis causa, vel augendæ facilitarent.

**Terpsichore.** [περσίχορη. Germ. Eine auf den neun Muis.] Vna novem Musarum: sic dicta, quod choreis, & tripudiis delectetur: vel, ut Plutarchus ait, quod maxima virtus pars ea delectetur & gaudet. Huic quidam cithara inventionem tribuunt. Virgil. de novem Muis: Terpsichore affectus cithara mover, imperat, auget. Vide in dictione M V S A.

**Tertullianus.** *Τερτιλλιανός.* Scriptor ecclesiasticus, eloquens quidem, in nonnullis tamen ab orthodoxa Ecclesiæ fide nō nihil aberrans. Animam enim immortalem quidem esse fateatur sed eam effigiatū corpus esse contendit, neq; hæc tantum, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, l:ct nō effigiam: nec tamen hinc hereticus creditur esse factus.

**Tethys.** *Τεθύος.* prima syll. prod. [τέθυς. Germ. Die Frau Neptuni, se de Nymphas geboren hat.] Cœli & Vestæ filia, soror Saturni, conjunx Neptuni, fluviorum & Nymphastrum mater. Hesiodus in Theogonia. At Ovid. lib. 5. Fastor. videtur sentire illam fuisse Titani filiam, qui fuit Saturni frater, natu major. Ait enim: Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn. Davivum facit Tethy. Catul. de coma Beren. Luce tamen canse Tethyi restituor.

**Tetrapolis.** *Τετράπολις.* Syria regio, à quatuor præcipuis urbibus denominata: quarum nomina sunt, Antiochia cognomine Epidaphne, Seleucia, Pteria, Apamea, & Laodicea, quæ propter concordiam sorores dictæ sunt. Author Strabo libro 15.

**Tettius Caballus.** Vt proprium, qui sub Vespasiano & filiis claruit, & propter scurrilitatem, à calcitratu caballi nomine ad epius est.

**Teucia.** Illyricorum regina, quæ P. Junium, & T. Coruncanum legatos summa Romanorum injurya interemit, quibus ob id statuæ in rostris sunt erectæ. Author Plinius libro 34. capite 6.

**Teucer.** *Τευκέρος.* Scamandri Cretensis filius, in Troade unum cum Dardano genere regnavit: unde Iliensem regnum fluxit origo. Ab hujus nomine Troja, Teucria dicta est, & Trojani ipsi Teueri. Hic & Salamina Cyperi condidit, ut testatur lusitanus lib. 44. q Fuit & Teucer alijs, frater Ajacis Telamonii, sagittandi peritissimus, quem Homerius lib. 8. Iliad. inducit sub fratribus clypeo latente, multisq; Trojanorum occubè ex insidiis vulnerantem. q Teucer præterea fuit scriptor quidam Cyzicus, cuius opera enumerantur à Suida.

**Teuceris.** *Τευκέρος.* Idem qui Trojani, ita dicti à Teuero Cretensi, qui unum cum Dardano genere in Troade regnavit. Virgil. 3. Aen. Necnon & Teucri socia simul urbe fruuntur. q Hinc & Teucras ipsa Teucria dicta est. Virg. lib. 2. Aen. Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.

**Teuchiræ.** pen. prod. *Τευχίρας* & Ptolemæo, Libiæ Cyrenaicæ urbs, una ex iis, quæ Pentapolim constituant, alio nomine Afrino dicta, teste Plin. lib. 5. cap. 5.

**Teucris.** *Τευκέρος.* Stephano, Vtib & regio Troades, Dardanæ postea dicta. Virgilius Teucriam appellat.

**Teuderium.** Ptol. lib. 1. cap. 11. Vtib Germaniæ, hodie Paduburne. Vulgo Padubernæ.

**Teumelissus.** penult. prod. *Τευμελίσσος.* Boæoticæ exiguum mons, in quo Hercules adhuc penè puer leonem Teumelium occidit, eiq; pellè detraxit: qua semper postea pro pallio usus est. Leo autem à Iove in celum translatus dicitur, ut gloriæ Hercules consulenter, qui cum inertmis occiderat.

**Teumesius.** *Τευμεσίος.* a. um, adjectivum: ut Thyas Teumesia. Stat. lib. 3. Theb. -vesano veluti Teumesia Thyas Raptæ deo; &c.

**Teutates.** penultima prod. [German. Der Gott Mercurius bei den vratzen Gallieren/weilhem sie Menschen opferten.] Lingua Gallica dictus est Mercurius, qui ab illis humano sanguine placabatur. Hunc Plato inventorem suis geometricis & astrono-

mis atq; talorum scribit Lucan. lib. 1: Et quibus immisit plæcatur sanguine diro Tentates, horrensque sevis altaris He-sus. La-tast. lib. 7: Galli Hesum atq; Teutatem humano crudore placabant deos: qui sanè feralis ritus diu similiter apud Italos stetit, qui Latiane lovem & Saturnum humana placabant hostia.

**Teutha.** *Τεύθη.* Regina Illyricorum, quæ ob castitatis merita meruit ut longo tempore viris fortissimis imperaret, & Romanos sèpè frangeret. Plinius libro 54. cap. 6. vocat Teucam. Vide supræ.

**Teuthädæmas.** *Τεύθαδæμας.* Nomen patris Pelasgi, ut inquit Homer. lib. 2. Iliad.

**Teuthis.** Quidam ex Græcorum principibus, qui ad Trojam navigatur, in Aulidem convenerunt: qui quum forte ab Agamemnone dissideret, atq; ob id retrò se in patriam veller reciperet, Minervam dissidentem, atq; adeo remorantem, hasta vulneravit.

**Teuthrania.** *Τεύθρανια.* Regio est supra Aeolidem, & partem Troades in mediterraneo, quam Myli antiquius tenuere, unum cum urbo ejusdem nominis. Author Plinius libro 5. capite 30.

**Teuthras.** *Τεύθρας.* Ciliciæ & Myzie rex fuit, qui Augustum Alæ filiam unam cum Telepho filio, patris iussu urnæ impositam, & ad Calci fluvii ostia delatam, uxorem duxit, filiumque ejus Telephum pro suo educavit, ut ex Eutipide refert Strabo lib. 13. Ab hoc Teuthrante regio supra Aeolidem, ad Caicum amnum, Teuthrania dicta. Quin & Caicus ipse ab illius nomine Teuthranteus cognominatur apud Ovid. 2. Metam.

**Teuthræ.** *Τεύθραι.* Matis Adriatici insula, Apuliae litoris adjacent. Plin. lib. 4. cap. 26.

**Teutonæ.** *Τεύτονες.* sive Teutoni, pen. cor. [Τεύτονες ασχεντες, τεύτονες Germaniæ populi, Ingevobus à Plinio annumerati: ita dicti à Teutone ipsorum deo (quem Tacitus Tuiscensem appellat) quem indigenam, & terra ornata ex stimabant.

**Teutonæ.** *Τεύτονες.* adject. *τεύτονες.* Possessivum à Teutonibus Germaniæ populis deductum: ut Teutonici capilli. Martialis libro 14:

Cauistica Teutonicos accedit spuma capillos: Captivis poteris cultior esse comes.

T ante H.

**Thabis.** *Θαβίς.* Scythæ mons est in Asia, ut scribit Pompeius. Mela lib. 3. apud Plin. tamen lib. 6. cap. 17. Tabis legitur sine aspiratione.

**Thais.** [Θαΐς. Germ. Ein reiche vnd weibliche Mäh in Athen.] Nobilis meretrix fuit Alexandrina, quæ Atticam juventutem in sui amore pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander, Comicus Poëta Græcus unde & Menandre epiteuto à Poëtis insignitur. Propertius: Turba Menandrea fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. q Fuit & Thais altera, à divo Pannutio ad vitæ continentiam revocata, adeo ut reliquo quagm' meretricio, sancta mulier eva serit. Nam ignorat ad eam ingressus, secerum petebat magis ac magis: illa verò dicente, neminem nisi Deum ipsos posse conspicere: ille sumpta hac occasione, ad Dei puerum ac religionem eam est exhortatus, qui posset etiam occulta conspici & plectere. Volaterranus lib. 20.

**Thalamæ.** θαλαμός. Vtib Mescenæ, teste Stephano, Pasiphæs templo, & oraculo nobilis: ut docet Plutarchus in Agide. Hinc sit gentile Thalamata, θαλαμητα.

**Thalamegos.** pen. prod. θαλαμηγός, Navis genus. Vide in APPELLAT.

**Thalbusa.** θαλβα, Vtib Orchomeni in Arcadia, Stephano. Geniale Thalbusius.

**Thalus.** Vir fuit eximiae velocitatis, quem Iupiter æreis pedibus fixisse dicitur, de quo vide Annot. Baptiste Pii.

**Thales.** tis, & Thalis. θαλη, θαλης, Vnus ex septem Græciæ sapientibus, qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Natus est (ut ex Apollodori sententia tradit Laertius) anno primo XXXV. Olympiadis. Vixit annos (ut Sociates tradit) nonaginta: ut alii, septuaginta. Hic primus in Græciam Geometram creditur invexit, primusq; obseruasse temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula, sideturum obliqua curricula, & Solis annua reverticula. Iottero gatus quid in terum natura difficultissimum existimarer: Scipium, *inqvit*, nosse. Iterumq; rogatus quum scire rareretur, quomodo optimè & justissime vivere licet: St. (*inqvit*) quæ in aliis reprehendimus, ipsi non faciamus. Hic tripus aurea à pectoribus Milesiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis indicantem eam sapientissimo dari oportere: delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonem pervenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, ut qui d. um, hominumq; sapientissimus esset. A' Thalere Ionica fluuit disciplina, sicut à Pythagora Italica. Ejus discipulus fuit Maximander, cuius auditor Anaximenes & Hecateus histoi-

cus.

cus. q Thales item fuit Poëta Lyticus Cretensis, quem à Cre-  
ta Solon Spartam misit, ut ejus odis ac poësi Spartani delini-  
ti, animorum feritatem nimium ex Lycurgi legibus imbu-  
ram, castigarent. Autor Plutarchus in Solone.

Thalestris Curtio, Ἰαλεστρις, vel (ut apud Strabonem legitur)  
Thalestria. Regina Amazonum, quam alii Mintheam vocant.  
Hæc audita fama rerū ab Alexandro gestarum, reliquo regno,  
trecentis comiteata mulieribus, in Hyrcania illi occurrit, ut so-  
bolem ex eo conciperet: utque primū sibi visa est facta esse  
gravida, reversa est in regnum.

Thalia, penult. prod. [Θάλη. German. Eine ḡs̄ den neun Mu-  
sis.] Vna ex novem Musis: Θάλη, quod inter cætera si-  
gnificat virere seu florere: propterea quod Poëtarum fama  
nullo tempore marcescat. Virgil. 6. Eglog. Nostra nec erubuit  
sylvas habitare Thalia.

Thalysia, Θαλύσια. Festa erant apud Athenienses, quibus fru-  
ctibus omnibus in horrea convectis, diis primis consagra-  
bant: dicta dñm Θάλη. propterea quod idcirco præcipue fieri-  
tent, ut quæ succisa erant, possent revirescere. Vide Cælium  
Rhodig. lib. 12. cap. 17.

Thamnæ, θαμνοί. Populi sunt Persis tributarii, Herod.  
libro 3.

Thamnæ, θαμνοί, Vrbs Palæstinæ, Steph. Gentile Thamnitæ.

Thamuda, θαμύδαι. Vrbs, Steph. Gentile Thamudenus.

Thamyras, sive Thamyris, θαμύρης, θαμυρας Suidæ. Poëtæ no-  
men ex Thracia, qui quum omnes pulchritudine præcelleret,  
ab initio mares dilexit: deinde mutata consuetudine, Musas  
amavit, cum quibus de cantu certavat hisce coconditionibus, ut  
si vinceret, earum complexu potiretur: si succumberet, ab il-  
lis pateretur quicquid eis videretur. Itaque superatus & oculi-  
lis, & lyra privatus est. Hinc manavit proverbium in eos, qui  
præter ingenium propter aliud agunt: Thamyras infanit,  
θαμύρης μάνηται. Hæc Erasmus in proverbii, & Suidas. Ovid.  
lib. 3. de Arte: Tu licet & Thamyram superes, atq; Orpheu can-  
tu. Non erit ignotæ gratia magas lyra, &c.

Thanatōs, θάνατος, Insula in Oceano Gallico, Britannicæ (ut  
Solinus referit) proxima, frumentaris campis in primis felix:  
venenis autem adeo adversa, ut nō modò serpentem nullum  
educet, verum etiam aliunde importatum statim enecet: unde  
& à serpentum morte nomen creditur accepisse.

Thaneum, θάνατος, Metropolim fuisse Aegypti tradunt. Vide  
TANIS.

Thapsacūs, penult. corr. θάψακος, Vrbs Syriae amplissima, ad  
Euphratem fluvium: cujus meminit Xenophon de Cyri expedi-  
tione lib. 1.

Thapsiūs, θάψακος, Insula decem stadiis à Sicilia distans, versus  
Syracusas, plana, & quam minimum è mari eminent, adeo ut  
undis merita videatur. Vnde & Thapsus dicta est, θάψακος,  
quod in mari quodammodo sepulta videatur. Virgil. 3. Aen.  
Thapsumq; jacentem.

Thapsipolis, θάψιπολις, prope Chalcedonem est, Steph.

Thallus, θάλλος, Insula est maris Aegæi, Thraciæ adjacens;  
contra Nessi fluminis ostia: oppidum habens ejusdem nomi-  
nis, à Phœnicibus, qui Europam terram, mariq; investigates, eò  
pervenerunt, conditum: ut est autor Herod. lib. 2. Hujus incolæ  
Thasi, θάλλοι, dicuntur, generosis vitibus, & insigni marmoris  
genere nobilitati. Virgil. 2. Georg. Sunt Thasiæ vites, sunt &  
Mareotides albæ. q Thasi marmoris meminit Plin. cùm aliis  
plerisq; in locis, tūm lib. 36. cap. 6. Thasiæ nux, eadem quæ &  
Græca, & amygdala dicitur, teste Macrobi. Saturn. lib. 6.

Thaumaciatæ, θαυμακία, Magnesiæ oppidū, ita dictum à Thau-  
maco Peantii patre: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 9. Stephanus  
Thaumaciæ alteram collocat ad sinum Maleacum.

Thaumantiæ, adis, θαυμαντæs, Thaumantis & Electra filia.  
Virg. 9. Aen. Ad quæ sic iosefo Thaumantias ore locuta est. Ea-  
dem etiam Thaumantis dicitur: ut Imbrisera Thaumantis, a-  
pud Stat. 3. Syl.

Thaumation, θαυματος, Mons Arcadiæ, in quo Saturnus lapi-  
dem devoravit: incolæ Thaumatis, Steph.

Thēa, θέα, Nympha Oceani & Tethyos filia. Autor Hesiodus  
in Theogonia.

Theagenes, Tres Athenis diversis temporibus Suidas fuisse  
recenset. Vnam, qui de Homero scriptis. Alium 'qui ρωπός: id  
est, fumus est cognominatus, quod multa promittens, nihil  
præstaret: pauper enim erat, ac dives videri volebat. Tertius,  
vir potens ac dives Athenis, qui liberalitate ac beneficentia  
publicè ac privatim multa laude digna gesit. Quartum addit  
Pausanias athletam, patria Thasiūm, qui CXL. coronas è cer-  
tainibus regulit.

Thēanglæ, θεαγλα, Cariæ oppidum, unum ex iis quæ ab Ale-  
xandro Magno Halicarnasso fuerunt attributa. Autor Plinius  
lib. 5. cap. 29.

Thēano, θεανώ, Mulier fuit Cretensis, filia Pythonactis, & uxor  
Pythagoræ, quæ illi Telugem filium peperit: Scriptit Com-

mentarios quosdam Philosophicos, & Apophthegmata, &  
Poëma carmine heroico. Theano alia fuit Metapontina, aut  
(ut alii malunt) Thuria, Leophronis filia, & uxor Brotini: cu-  
jus scripta enumerantur à Suida. q Alia fuit Theano, Anteno-  
ris uxor, & sacerdos Palladis, cujus frequens est mentio apud  
Homerum.

Theanum, Vide TEANVM.

Thebæ, θεβαῖοι. Qui sunt ex Thebis civitate Aegypti.  
Thebæs, θεβαῖοι. German. Ein grosse Landeshafft in Aegypten/  
sösset hindernisch an Aethiopiam.] Aegypti regio, Aethiopia con-  
termina, à Thebis urbe potentiissima totiusq; tractus illius ca-  
pite nomē habens. Vide Plin. lib. 5. cap. 9. q Est item Thebæs,  
insigne Papinii Statii opus, bellum illud continens, quod Ar-  
givi ad Thebas gesserunt, in quo Eteocles, & Polynices fratres  
mutuis vulneribus ceciderunt. q Aliquando adjectivi vim ha-  
bet, quemadmodum & cætera ejusdē terminationis patrony-  
mica: ut Thebæs aupræsid est, Andromache, Eetionis Theba-  
rum Ciliciarum regis filia. Ovid. 3. de Arte: -quod erat lon-  
gissima, nunquam Thebæs Hectoro nupta refedit equo.

Thebæ, es, & Thebæ, θεβαῖοι: & Thebæ, barum, θεβαῖοι. Nomina  
sunt multarum urbium, quarum una fuit in Aegypto, à Bus-  
siride rege condita, ambitu centum quadraginta stadiorum,  
uti refert Herodotus, centū portis, aliisq; publicis, privatisq;  
ædificiis insignis, totaq; pensilis, adeo ut reges vel maximos  
exercitus solerent educere, nullo oppidanorum id sentiente.  
Hujus incolæ Thebæ dicuntur: & vicina regio Thebæs, in  
Aethiopian vergens. q Alia Thebe fuit in Boeotia à Cadmo  
Agenoris filio condita, quam Amphion muris ornavit, Bac-  
chi & Herculis clarissima patria, ab Alexandre Magno postea  
eversa. Hæc & Draconigera dicitur: quia à Cadmo cum quin-  
que viris, ex dentibus draconis ab ipso interfecti natis, con-  
structa fuit. Varro tamen lib. 3. de Rerum scribit hanc urbem  
ab Ogyge edificatam. Ab hac Thebæ dicti sunt. Hanc hepta-  
pylon vocat Apulcius, ab eo quod septem portas habebat, in-  
clita duobus ducibus, Epamainonda & Pelopida. Eadē dicta  
fuit & Dircæa, à Dirce fonte. Vnde & à Statio Thebanus ager  
Dircæus vocatur. Hinc Pindarus poëta, Lyricorum princeps  
habuit ortum. q Fuerunt & Thebæ in Africa, à Libero patre  
conditæ. Vnde Hieronymus in commētario epistole ad Galatas: Prætereà Thebas Liberi, quas in Africa condidit: quæ  
civitas nunc Thebæs dicitur. q Alia in Thessalia, à qua The-  
bæni & Thebæi. q Fuit & alia Thebe, Homero teste, in Cilicia,  
Andromaches uxoris Hectoris patria. Vnde Ovid. Nec cru-  
ciere minus, quam quin Thebana cruentum Hectora Thessa-  
lico vidit ab axe trahi. q Alia fuit in Lucania, ab Aoniis colo-  
nis condita, quæ interisse autor est Cato in Originibus. q Fue-  
runt & Thebæ Corsicæ. q Est & Thebæ nomen virginis, è cuius  
gremio geminæ columbæ (ut est in fabulis) quoniam evolaf-  
sent, altera ad Hammonis fontem tetendit, & ibidem respon-  
sa dedit: altera ad sylvam Dodonæam, ubi futura mortalibus  
præcinctu.

Theclæ, θεκλα, Nomen proprium mulieris sanctissimæ.

Thelbencane, Babyloniæ urbs juxta Euphratis fluvii partem.  
Ptolemaeus lib. 5. cap. 20.

Theleis, Argiva mulier, quæ patriam adversus Cleomenem  
Spartanorum regem, unâ cum cæteris mulieribus, quoniam de-  
cessit viri, tutata est.

Themis, Themis, vel Themidis, vel etiam Themistis. [Θεμις.  
Ger. Eine auf den dreien schwesteren Iovi, die Göttin der Billigkeit.]  
Cœli & terræ filia fuit, quæ Iovis nuptias fugiens, ab eo in  
Macedonia compressa fuit. Hæc dea putabatur, quæ præcipie-  
ret hominibus id petere quod fas est, ut ait Festus (nam θεμις  
Græcæ fas dicitur) habuitq; vetustissimum oraculum in Boe-  
otia, ad Cephisum amnem. Ovid. 1. Metam. Fatidicamq; The-  
min que tunc oracula tenebat. Claudianus: -sic Atropos urget,  
Sic cecinit longæva Themis. q Fuit & alia Themis, quæ alio  
nomine Carmentis dicta est.

Themistæ, Eadem est quæ Themis. Cic. in Pison. Licet Themis  
sapientior. Themis accusativum facit themin, & themista: à  
quorum posteriore fit Themista, æ.

Themiscyra, θεμισκύρα, Regio Ponti, finitima Cappadociæ: ue-  
scribit Plin. 6. cap. 3. & Mela lib. 1.

Themisōn, θεμισών, Medicus apud Herodotū, & Cornelium  
Celsum.

Themisōnæ, θεμισώνες, sive Themisōnii, Populi, à Themiso-  
nio Phrygiæ majoris loco prope Lyciam.

Themistis, θεμιστης, θεμιστη, Philosopher fuit temporibus Iuliani  
apostate, à quo eriam pretor Constantinopolis urbis promo-  
tus est. Scriptit paraphrasim in Aristotelis Physis, libris octo,  
in Analytica posteriora, libris duabus. Prætereà edidit sua: vi-  
delicet De intentione & inscriptione prædicamentorum, di-  
spunctiones etiam quasdam. Hic Valentem imperatorem quo-  
tidie sacerdotem in orthodoxos, autoritate sua & epistolis  
teddidit mitiorem. Suidas.

T 2 Themisto.

**Thēmīstoklēs.** Θεμιστοκλης. Ger. Der nach eines Atheniensers so in seiner Jugend frisch und mutwillig gewesen: hernach aber zu einem tapferen Mann worden ist. I Nomen viri Atheniensis clarissimi, Neoclis filii: qui prodigus ac lascivus prima juventute, postea dux delectus, res inelytas gessit. Pyrcum munivit. Bello mari timo Peisias apud Salaminem vicit. Hic quā ab ingrata patria exul factus esset, & à Xerxe princeps exercitus adversus Athenienses magno cū honore creatus, quā videret patris sue ingentis clavis periculū imminentere, hausto tauri sanguine seipsum interemit, ne aut regi de se merito infidelis esset, nō pugnando vinliter, aut patris sue hostis atq; oppugnator yideretur. Vide Plutarchum.

**Thēmīstōgēnēs.** Θεμιστόγενης, Syracusanus historicus, Cyri expeditiōnē & bella, quā in historia Xenophontis continentur, cōpositus. Autor Suidas.

**Thennēz.** Θεννηζ, Vrbs Cretæ vel Arcadiæ: alii montem dicunt, Steph. Idem alii Omphalum urbem esse scribit prope Theennas in Creta.

**Thēoclymēnūs.** Θεοκλημένος, Homer. lib. Odys. 17: Vates qui Penelope predixit Ulyssis in Græciā redditum.

**Thēocrīnēs.** Θεοκρίνης, Nomē cujusdam Atheniensis, qui primum Tragediarum auctor fuit: deinde calumniaror & sycophantia. Vnde & Demosthenes in oratione pro Cresiphonte, Aeschinem, tragicum Theocrinēm vocat. Erasmus in Chiliad.

**Thēocrītūs.** Θεοκρίτος, Poëta Syracusanus, Praxagorē, sive (ut ali i malunt) Symmachī & Philinē filius, qui sub Ptolemeo Lagi filio floruit. Alii Coum fuisse volunt, sed admodum juvenem Syracusas commigrasse. Scriptis Idyllia in genere bucolico, quā etiam hodie omnium manibus teruntur. Fuit & alter Theocritus, historicus Chius, Theopompi aequalis, & in administratione Reipub. emulus. Scriptis historiam Libycam, & epistles quādam Autor Suidas.

**Thēodāmās.** Θεοδάμας, Pater Hylæ fuit, qui ab ejus nomine Theodamantēs dicitur à Propertio lib. 1. Eleg.

**Thēodēctēs.** Θεοδέκτης, Orator, Cilix genere, discipulus Platoni, Diocritis & Aristotelis, qui ei suos de Rhetorica libros dedicavit. Conversus deinde ad Tragedias, scriptis fabulas 2. Decessit Athenis natus annos XL. Scriptis & versibus artem Rhetoricam laudavit & virum Artemisie Mausolum, unā cum claris eo tempore oratoribus. q Theodēctes orator, superioris filius, scriptis Encomium Alexandri regis Epirotarum: commentarios historicos, artem rhetorican libris VI. aliaq; cōplura. Autor utriusq; Suidas.

**Thēodōrūs.** Θεόδωρος, Byzantius sophista, à Platone vocatus Logodædus. Logodædus. Scriptis contra Thrasylbum & Andocidem, & alia quādam. Suidas. q Theodorus & Telaðezus fratres Samii, sculptrores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythii Apollinis signum incepit: alter Ephesi eodem tempore, & alio saxo absolvit: quibus simul compositis ita convenit, ut unum corpus ab uno artifice, & ex uno lapide sculptum videretur. Genus artis hujus est Græcis ignotū, sed apud Aegyptios frequētum. Nam soli hominum non oculis tantum totius status compositionem metiebantur, sed dimensione, ut ex variis, multisq; lapidibus in unum corpus, in certam mēsuram statua perficeretur. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quod non solum sculptor, sed etiam architectus fuerit, quodq; Ephesiis autor extiterit, ut Diana templi fundamentis carbones subjecerent, ut locus aliqui humidus immobilem acciperet soliditatem. Idem primus ferū fundere docuit, statuamq; ferream fecit. Autor Pausanias. q Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem, Syriæ civitas est, non longè ab Ascalone: verūm ipse dici maluit Rhodius, teste Strabone, cuius tempore fuit. Ejus discipuli Theodorei sunt di&l: inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scriptis, Tiberius quoq; princeps quum secessisset Rhodum, cum Studiosè audivit, ut Quiatil. libr. 4. tradit. q Theodorus alias fuit, cognomento Atheos, Zenonis primū, mox & Pyrrhonis auditor: de quo vide Laertium & Suidam.

**Thēodōrīs.** Θεόδωρη, Tauricæ Chersonesi urbs. Ptolem. lib. 3. cap. 6 & Plin. lib 4 cap 12.

**Thēodōsiūs.** Θεόδοσιος, Nomē proprium duorum Romanorum principum, quorū vitam vide apud Europium. q Theodosius alias fuit insignis Mathematicus: cujus scripta enumerauntur à Suida.

**Thēodōtā.** Θεόδωτη, Meretrix Elea fuit, lepida in primis & festiva: cuius meminit Xenophon de dictis & factis Socratis: & Laertius in Vita Arcesilai.

**Thēodōtūs.** Θεόδωτος, Patria Chius, ultimi Ptolemaei in Rhetorics præceptor fuit, qui decertantibus in concilio Aegyptiorum satrapis, an Pompejus, post prælatura Pharsalicū profugus, esset in Argyrum recipendus, pro sententiā dixit recipiendum quidem esse: sed receptum occidendum, adjiciens tritum illud pro rebus: Mortuos nō mordere. Hunc postea, Casare interfecto, Brutus in Asia repertum, & ad se adductum

interfici jussit. Vide Plutarchum in vita Pompeii. q Theodotum alium memorat Philostratus in Sophistis, qui tempore Herodis Attici præsul Atheniensium schola.

**Thēognīs.** Θεογνής, Poëta fuit Sicalus, Megaris natus, LXXIX, Olympiade, qui utiles quidē & lestu dignas parencies cōcūpsit, nisi scđis amoribus passim aspersis eas contaminasset. Thēombrōtūs, pen. cor. Θεομβρότος, Philosophus fuit, Metroclis auditor, & præceptor Demetrii Alexandri: cujus meminit Laertius in Metroclē.

**Thēomnestūs.** Θεομνηστος, Cous, ut autor est Strabon lib. 14, vir fuit clarus administratione Reipub. & Nicet tyranni amulus.

**Thēon.** Θεων, Nomen pictoris Samii, de quo Quint. lib. 12. de Institut. Orat. Alter mathematicus, qui scriptis de spiritibus ad Ptolemaeum astrologum. Tertius grammaticus, interpres Apollonii Rhodii. q Fuerunt & alii hoc nomine, qui commemorantur à Suida: ex quibus celeberrimus fuit Theon Aleadrinus, eisdem patria, tempore & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodolio Seniori. Scriptis de Astrologia, commentariisq; in Ptolemaeum & Astrolobium parvum, & alia. q Theon item alius & ipse Alexandrinus, Stoicus, tempore superiori, quidem sub Augusto post Arrium Philosophum emicuit: scriptis in Physicam, & in artem Rhetorican, & alia. q Alius item ejus nominis Stoicus fuit Antiochenus, omnium antiquissimus, qui scriptis apologeticis Socratis. q Quartus Smyrnæus, q Quintus etiam Alexandriae Sophista, cognominatus Alelius, qui Progymnasmata quādam Rhetorica scriptis, & commentarios in Xenophontē, Socratem, & Demosthenem. Autor Suidas. q Theon item Sidonius, Sophista, qui in patria ludum aperuit sub Constantino. Fuit & marmoris cælaturae hoc nomine, unus ex iis qui Mausoleum cælaverunt: cujus meminit Plin. libro 35. cap. 11. q Theon præter hos poëta quidam fuit rabiosæ cujusdam loquacitatis: petulantissimeq; maledicentiz. Vnde factum est, ut Theonino dente rodere dicamus, qui convitis lacescitur. Vide Erastini Adagia.

**Thēophilānēs.** Θεοφίλης, Mitylenæ historicus, scriptor rerum Pompei Magni: cuius meminit Cic. in Orat. pro Archia.

**Thēophilūs.** Θεοφίλος, German. Etis Bischoff, Cesarea in Palæstina] Cæsareæ Palæstinae præsul, Severo imperante, cuius meminit Hieronymus. q Theophilus alius Antiochenus præsul, qui imperante M. Antonino librum in Marcionem edidit,

& alia quādam, quæ ab Hieronymo cōmemorantur. q Alius item ejusdem nominis præsul Antiochenus, ad quem Lucas scribit a&a Apostolorum. q Alius quoq; præsul Alexandrinus, qui scriptis adversus Origenem. q Præter hos Theophilus Comicus antiquæ Comœdiæ: cujus fabulas nonnullas commemorat Suidas.

**Thēophrāstūs.** Θεόφραστος, Philosophus fuit ex Ereso Lebæ oppido, prius Tyrtanus appellatus: deinde Euphrastus: & postremo Theophrastus, ob oris & eloquentiæ suavitatem propemodum divinam. Hic Peripateticorum eloquentissimus, doctissimusq; fuit, Aristotelis discipulus & in schola successor.

Dicere solebat, doctum hominem ex omniis solum neq; alienis locis peregrinum esse, neq; inopem amicorum. Habuit discipulos ad duo millia. Opera ejus à Diogene commemo- rantur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelem de animalibus. Extant hodie tantum de plantis conversi à Theodo- ro Gaza, & parva quādam opuscula. Excessit admodum senex. Ex Suida, Diogene, Strabone q Theophrastus alter fuit Ephesus, cuius meminit Aelianus De varia historia.

**Thēopōlīs.** Θεόπολις, Maxima Syriæ civitas, sic à Iustino nominata post terram motum, quum prius Antiochia diceretur. Autor Stephanus.

**Thēopōmpūs.** Θεόπομπος, Chius orator & historicus post Thucyditem & Herodotū, teste Quintiliano, quibus ut in his- toria minor, ita oratori magis similis: ut qui ante quā effecit ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Filius fuit Damaskisti, teste Suida, & auditor Isocratis. Scriptis Epitomen Herodo- ti libris duobus, & Rerū Græcarum Historiam post bellum Pe- loponnesiacū incipiens, ubi desit Thucydides. q Theopompus alias fuit Atheniensis, Theodēctis filius, antiquæ Comœdiæ scriptor: cuius fabulas recenset Suidas. Præter hos Theopom- pus Gnidius, Cæsaris familiaris, qui Artemidorū habuit filium, qui apud Cælarem ipsum plurimū poterat, ut scribie Strab. lib. 14. q Theopompus item alius fuit, Rex Spartanorū, qui quā primus instituisset ut Ephori. Lacedæmonē crearentur, ita futuri regi potestat, op̄p̄ita, quemadmodū Romæ Consulari imperio Tibuni pleb̄ sine objec̄ti: atq; illi uxor dixisset, id egisse illum ut filio minore potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniore Optime quidē. Ea enim demum tuta est potestia, quæ viribus suis modū imponebit. Ig- tur Theopompus legitimus regnum vinculis constringendo, quā longius à licentia retraxit, hoc ad benevolentiam ciuium propriū admovit. Hęc Valerius Max. lib. 4. cap. 1. Quint tamē lib. 2, hanc modestiam parum valuisse demonstrat, captum demum

demum fuisse ostendens: Thecopompus (*inquit*) Lacedæmonius, per antrato cù uxore habitu, è custodia evasit, ut mulier. Thœri, pen. prod. *inquit*, Athenis dicebantur, qui quotannis publico nomine in Delū navigabant Apollini litatum: quorū etiam navis, qua vehebatur, theoris dicebatur. Autor Suidas.

Thœoxenā, θεοξένα, A' Philippi Macedonis militibus cincta, quæ eorum manus effugere non posset, se præcipitem dedit in mare. Vide Livium lib. 4.

Therā [θῆρα] Ger. Der Inseln eine im Aegeischen Meer/Cyclades genannt.] Insula una ex Cycladib⁹ in Aegeo, ex qua pfecti sunt Theræ, qui Cyrenem in Africa condidere. Hæc olim Callista dicebat, teste Callimacho, cuius ea de re hoc extat distichon: Καλλίστη την παραγένεται, τὸ δὲ ὑπέρθινον θῆραν, Μήτη την παραγένεται, hoc est, Nomine Callista primum, sed postmodò Thera Dicta fuit tellus urbis origo mea. Hæc ex Strab. lib. 17.

Dicitur aut ab Io insula XXV. M. pass. Vibes habet duas, Eleusinam, & Orcam. Vide Plin. lib. 4 cap. 12. & Ptol. lib. 3 cap. 15.

Theramēnes, pen. prod. θεραμῆνης, Civis Athenensis, unus ex triginta tyrannis, qui quā a collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cùm cæterorū omnium præcipue Cint æ cujusdā, q̄ reliquis ut potentia: a & immanitate antecedebat odium in se concitat: tandemq; per calumniam circumvenerus, & innocens capit⁹ damnatus, quū cicutam avide haussit, quod reliqu⁹ erat ē poculo ejiciens: Propino (*inquit*) hoc pulchro Critia. De hoc sic scribit Cic. i. Tusc. quæst. Proh dii immortales, quām illud ire jucundum esse debet, quo confecho, nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit? Quām me deleat Theramenes, quamq; elato animo est. Etsi enim slemus quā legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur: qui quum conjectus in carcere, triginta jussu tyrannorum venenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic ē poculo ejecit, ut id resonaret. Quo sonitu reddit⁹, ait dicens: Propino (*inquit*) hoc pulchro Critia, qui in eum fuerat tertimus. Græci enī in conviviis solent nominare cui poculum tradituri sunt.

Theramēnes, es. sive Theramnae, arum, θεραμῆνης Stephano. Laconia oppidum est, non procul à Sparta, teste Plin. lib. 4. capite 5.

Therapnē, arum, θεραπνή, Vicus est Laconia, teste Melia, in quo Leda Castorem & Pollucem, Helenam & Clytemnestrā peperit. Stat. lib. 3 Theb. Tēnareumq; cacumen, Apolinesq; Therapnas. q̄ Dicitur autem putantur Therapnæ, dñi τῆ θεραπνή, quōd ibi Diiscutrit religiosissimè colerentur.

Therapnæ, a. um, adjest. Ovid. in Epist. Paridis: Da modò te faciem, nec dedignare maritum Rure Therapnæ nata puella Phrygem.

Therasia, θερασία, Insula est in mari Cretico, una Sporadum, olim Theræ pars, postea undarum impetu avulsa, ut refert Plin. lib. 4. cap. 12.

Thericles, θερικλῆς, Sculptor insignis fuit, calicibus ex terebyatho tornandis nobilitatus, teste Plin. lib. 16. cap. 40. q̄ Suidas præterea Thericlis figuli cujusdam meminat, qui primus pocula ex luto creditur fixisse: unde Theraclea, pro fictili bus quidam usurparunt.

Therimachus, θεριμάχος, Nomen pictoris insignis, de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

Thermē, θερμή, Civitas in Thracia: unde Thermaicus sinus. θερμῆς καλπάς. q̄ Thermē præterea Sicilia oppidum, autore Pomponio Melia, lib. 1. q̄ Inde Thermitani, Cic. 4 Verina.

Thermensis, θερμῆσις, Insula est sine num Pegasusum, non procul à Syro: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Thermōdōn, ontis, vel Thermōdōn, ontis, secunda syllaba producta. [θερμῶδης, Suidæ. Ger. Ein stoff in Cappadocia der Landschaft Asie.] Fluvius est Thermiscyrz (quaest regiū cœla Cappadocia contermina) Amazonum sedibus nobis.

Virg. 11. Aen. Quales Thraciæ quum flumina Thermōdōn pulsant, & pictis bellantur Amazones armis. Quo in longo nonnulli legunt Thermōdōntis impari syllabarum numero sed peroram, quum secunda syllaba scribatur per μέτρα. Thermōdōntēs, sive Thermōdōntes, adj. cœlum θερμῶδης. Propert. lib. 3: Qualis Amazonidū nudatis bellica māmis, Thermōdōntis turba lavatur aquis.

Thermopylæ, pen. corr. θερμοπύλαι, Mons Græciæ longissimus, qui à Leucade incipiens, inde in orū flexus, in Aegeum usque mare protenditur, mediumque Græciam ita dirimit, quemadmodum Italiam Apenniūs. Dicitur Thermopylæ, ab angustis fauibus, aquis calidis scatentibus. Montium enim autem aquas calidas esse, nemo est qui ignoret, Montem autem hunc maximè illustrem reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonida regis interitus: de quo vide Herod. lib. 7.

Thermus, θερμός, Oppidum Aetoliæ. Gætile Thermius, posse. Thermicus, Steph.

Thermydra, θερμυδρα, Portus civitatis unius in Rhodo, Steph. Thérne, θερνη. Vrbs Thraciæ, Steph.

Thero, Vrbi proprium (*inquit* Servius) in Pindaro tantum legitum. Virg. 10. Aen. Occiso Therone virū qui maximus ultro Aeneam petit.

Theromachus, θερομάχος, Proprium nomen statuarii egregii, qui ceateima septima Olympiade floruit, teste Plinio, lib. 34. cap. 8.

Theron, θερων, Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Terillum Hæmerę tyrranide dejectit, & unā cum Gelone Amilcaem Poenorum ducem prælio superavit eodē die, quo Græci ad Salaminem Persas profligant. Vide Herod. lib. 7. Est item Theron, Latini cujusdam nomē, ab Aenea occisi, apud Virg. 10. Aen. siavitq; Latinos, Occiso Therone, virū qui maximus ultrō Aeneam petit.

Thersander, sive Thersandros, θερσανδρός, Polynicis filius fuit ex Aegia, teste Statio, qui una cū ceteris Græcorū principibus ad Trojam ravigavit. Hunc Virgil. lib. 2. Aen. inter eos enumerat, qui tempore excidit Trojani in equo ligneo fuerū occultati: Iætiq; inquit, se robore prouunt Thersandrus, Sthenelusq; duces, & dirus Ulysses. q̄ Fuit item hoc nomine tibicen nobilis, qui unā cum Thimbrone Lacedæmoniorum duce subito Tiribazi adventu fuit oppressus. Autor Xenophon lib. 4. Rerum Græcarum.

Thersilochus, θερσίλοχος, Antenoris filius, in bello Trojano occisus, quem Virgil. lib. 6. Aen. inter viros fortis enumerat, qui etiam apud inferos arma trahent, quos ille omnes longo ordine cernens: Ingemit, Glaucomq; Medontaq; Thersilochumq; Treis Antenoridas, Cereriq; sacram Polybetem.

Thersites, pen. prod. θερσίτης, Græcorum omium fœdissimus fuit, quem Achilles sibi procaciter coavitiantem pugni istu interfecit. Hujus insignis deformitas ab Hom. lib. 2. Iliad. graphicis expressa, effectus ut quum hominem vehementer fœdū significare velimus, θερσίτας βλέψει: id est, Thersites facie cum habere dicamus. Iuvenal. Sat. 8: Malo patet tibi sit Thersites, dum modo tu sis Acicada similis, &c.

Thes: us, θεσσαλος German. Ein König zu Athen/etiq Maßhaffes vno däffter Heilt: Aegæi regis Athenarum & Aethiop. filius: qui dum esset adolescentis, opera Medææ noverat penè veneno penit. Sed post mortem patris ad regnum evectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazones, earumq; reginam Hippolytum rapuit: ex qua Hippolytum genuit. Creontē regem Thebarum Argivos in bello cœls. s spelti prohibentes interfecit. Oppressit & terribilem taurum in Attica, Minotaurum in labyntho occidit, & Ariadnam, Phædrumq; Minois filias claram secum abduxit: sed relicta Ariadna in Chio insula, Phædrum sibi conjugio copulavit. Scironem, Procrustem, & Scium larones Atticæ neci dedit: debellavit Centauros: Thebas domuit: Pithoum præcipua coluit amicitia, quocum descendit ad inferos ad rapicendam Proserpinam: sed occiso Pithou, ipse aliquandiu in vinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, qui illum summa prosequebatur benevolentia, liberari cœtur. Postremo jam senior, tot tantisq; rebus gestis, patria, regnoq; p̄as in insulam Syrum navigavit, ubi periit, interempsus à Nicomedes: vel (ut quidā volunt) ex loco edito post cœnam deambulando delapsus, Primus instituit Athenis Panathenæa: hoc est, cœminunem celebratatem in honorem Minervæ, quæ Græcæ θελεa nominatur. Idem in Isthmo funes ludos instituit. Reliqua vide apud Plutarchum.

Thesēis, idis, θεση, Poëma Thesi gesta complectens. Iuvenal. Satyr. 1: Vexatus toties rauci Theseli de Codi.

Thesēides, dæ, pen. prod. θεσηδες, Patronymicum masculinum: quo Poëta utuntur pro Hippolyto Thesi filio. Ovid. Epist. 4: Thesides, Theseusq; duas rapuere sorores.

Thesmophoriæ, θεσμοφόραι, Cereris sacra, quæ & Cerealia annis, & Initia dicuntur. Græci enim Cererem θεσμοφόρον, quasi legiferam: quo etiam epitheto nostri eam infligunt. Virg. 4. Aen. -mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereris. Prima enim Ceres mortalibus leges deditisse putatur: propterè quod ex agrorum divisione piumū nata credatur jura. Ovid. 5. Metam. Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.

Thespis, θεσπη, Oppidum liberum in Bœotia (ut Strabo inquit lib. 9.) Heliconi proximum, sed eo magis Australe, Crisæ in matinens sinui. Thespis nobilitavit Praxitelis Cupido à Glycero meretrice ibi consecratus. q̄ Hinc Thespiales, θεσπαι, dicitur sunt Musæ, seu Nymphæ Thespiales incolentes. q̄ Sunt & aliae Thespiae in Magnesia Thessaliaz contermina, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 9.

Thespis, θεσπη, Primus poëta Tragicus fuit apud Athenienses, Horat. in Arte: Ignotum Tragica genus invenisse Camœnæ. Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis.

Thesprotia, θεσπρωτια, Regio Epiri Chaoniæ proxima, teste

Plinio in Proemio libri 4. cuius incolae dicuntur Thesproti, *Θεσπρόνι* Stephano. Lucan.lib. 3: Thesproti, Dryopesq; ruunt. *Θεσπλάτα*, *θεσπλατία*. Germ. *Ein Landeschaft zwischen Baotia und Macedonia.*] Regio Graeciae, ex una parte Boeotiam, ex altera Macedoniam habens: ad mare inter Peneum amne, & Thermopylas extensa. Prius Aemonia, *αίμονία*, ab Aemono Rege, & Pelasgicon Argos, & Hellas, *ἱλλας*, & Dryopis, *δρυόπις*, dicebatur. In hac genitus rex nomine Graecus, a quo Graecia: ibi natus est Hellen, a quo Hellenes. Homerius ejus incolas tribus a nominibus appellat, *Μυρμιδόνας* Hellenas, & Achaeos. Olim etiam Pyrrha dicta est, teste Strab.lib. 10, à Pyrrha Deucalionis uxore: cuius tempore (ut inquit Aristoteles) iungens imbrum illuvies majorem partem populo rum Thessaliam abfuspsit, paucis, qui ad montium culmina sese repererant, conservatis. Inter quos Deucalion Parnassum petierat, ratibusq; ad se cōfugientes per summa Parnassi juga benignè sovebat. Propter quod dictus est genus hominum reparatio. In Thessalia sunt montes vigintiquatuor, quorum nobilissimi Olympus, Pieria, parvus, domusq; Musarum, Pelion, & Ossa gigantum bello memorati. Item Pindus, & Othrys Lapitharum fedes. Flumina in ea (ut scribit Herodotus) sunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamisus, Peneus & Phoenix.

*Θεσσαλία*, *θεσσαλία*, *la*, *lum*, *penult*, *cor*, & *Thessalicus*, *a*, *um*, *adjectivum*.

*Θεσσαλονίκα*, *θεσσαλονίκη*: Vulgo *Saloniq*ui**. Ger. *Ein berühmte Stadt in Macedonia, am Meer gelegen. Vng. Tesselonica.*] Vrbs clarissima Macedonie, ad sinum Thermaicum sita, nos procul ab Echedori fluminis ostio: quæ primùm à Cæstandro condita dicitur, & Halia appellata. Thessalonice autem nomen à Philippo Amynthe filio accepit, quū ille in ejus agro Thessalos ingenti clade profligasset.

*Θεσσαλονίκēs*, *θεσσαλονίκēs*, *Hujus incolae dicuntur*, divi Pauli epistola notissimi, *θεσσαλονίκēs*. Ex hac urbe ortum traxit Theodorus Gaza, vir superiori ætate utriusq; lib. grecus peritissimus.

*Θεστιάς*, *θεστιάς*, *Parthaonis filius*, & pater Toxei, & Plexippi, & Althaë, matris Meleagri: a quo illi quidem Thessiæ dicitur: hæc autem Thessias appellatur. Ovid. 8. Metam. netitulos intercipe fœmina nostros Thessiæ clamant. Et paulò post: Thessias hand al ter dubiis affectibus errat.

*Θεστιάδēs*, *θεστιάδēs*, *Thessiæ*, qui Erichthei: aut (at ali vo-lunt) Teuthrantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diversis mulieribus natu: ex quibus Hercules adhuc adolescentis, sed jam tum corporis robore prestantis, totidem liberos masculos sustulit, qui & ipsi ab avi nomine Thessiæ dicti sunt. Hi post mortem patris cum Iolao illius ex Iphicleo fratre nepote, in Sardiniam proscuti, multas in ea urbes condiderant. Autor Diodorus lib. 5.

*Θεστidium*, *θεστίδης*, *Vrbs Thessalonice*. Hellanicus absque delta, Thesticum vocat, à Thetide. q Est & stagnum Thraciæ cum adjacente agro Nysa, Steph.

*Θεστylis*, *θεστylis*, *Mulieris iusticæ nomen*, apud Theocratum, & Virg. 2. Aeglog. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu Allia, terpillumq; herbas contundit olentes.

*Θεστor*, *θεστor*, *Pater Calchantis* peritissimus Graecorū auguris, qui à nomine patris Thestorides à poeta appellatur. Ovid. lib. 12: at veri providus augur Thestorides vincemus, ait, &c.

*Θetys*, *θetys*, *Pelei Thessaliæ regis uxor*, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater: de cuius nuptiis extat elegantissimus Laciæ dialogus. q Accipitur nonnunquam pro mari: ut apud Virg. 4. Aeglog. Tentare Thetin ratibus.

*Θeuðāsia*, *θeuðāsia*, Emporiū nobile fuit ad Bosporum Thracium, ita dictu ab uxore Leuconis ejus regionis tyranni, qui primus hanc in urbe emporium instituit, Athemisibusq; illinc frumentum evehentibus multas iqmunitates concessit: ut est videre apud Demosthenem in Oratione adversus Leptinem. Theutonii, Vide THEUTONES.

*Thia*, *θia*, *Insula est mari Creto, una Sporadum, non procul ab Hiero, quam sua primū ætate emersisse, autor est Plinius lib. 2. cap. 88, & lib. 4. cap. 12.*

*Thimbrōn*, *θιμβρόν*, *Lacedæmoniorū dux*, qui adversus Persas in Asiam missus, subito Tiribazi adverbi est oppresus usq; cum Thersandro citharoedo, cum quo coenabat. Vide Xanthom. Rerum Graecarum lib. 4.

*Thinge*, *θίγη*, *Vrbs Libyæ*, Steph. Vide TINGI.

*Thinissla*, *θινίσλα*: Vulgo *Tunex*, Oppidū Africæ propriæ dictæ, non procul ab Apollinis promontorio, non tamen idē cū Tunetæ, ut quidam male tradiderunt. Vide Ptolemeyum lib. 4. cap. 3.

*Thiodamās*, *θιοδαμᾶς*, *Pater Hylæ*, quæ Hercules Colchis navigans secum duxit. Propertius: Thiodamante proximus ardor Hylæ. q Thiodamas alias, filius fuit Melampus. Stat. lib. 4. Theb. Insignem fama, sanctoq; Melampus de cre-tum Thiodamanta volunt, &c.

*Thiriomachus*, *θιριομάχος*, unus ex filiis Herculis, ex Mega- ra Creontis regis Thebani filia.

This, *θίσ*, *Vrbs Aegyptia*, prope Abydum. Civis Thinites, Stephan.

*Thisbē*, *θίσβη*, *Puella fuit Babylonæ, mutuo Pyrami vicia adolescentis amore capta: cuius miserabilem exitum vide supra in dictione PYRAMVS.*

*Thisoia*, *θίσσια*. Vrbs Arcadiæ Gentile Thisoates. Steph.

*Thoās*, *θώας*, sive Thoe, *θώη*, Nympha marina, Tethyos & Oceanus filia, à batandi celeritate dicta. Hesiodus in Theogonia: Μηλονῖς τη θοή π. τη λειψῆς Πολυδένης.

*Thoās*, *θώας*, *θώας*, Fuit Rex in Taurica regione, ad quem delata est Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodē Diana Taurica factis praefecta. Hunc postea occidit Orestes, a sorore adiutus, quem illum quoque Thoas Diana armæ destinasset. De quo Ovid. lib. 3. de Ponte: Regna Thoas habuit Mæotide clausus in ora: Nec fuit Euxinis notior alter aquis. q Alter Rex Lemniæ fuit, Liberi patria filius, ex Anatolice Minois filia & pater Hypsipyles solus filię pietate servatus, quib; cæterę omnes Lemniæ mulieres viros suos & parentes trucidarent: ut est apud Ovid. lib. 7. Metam. Tum primum scelere trepidus sub nocte Thyoneus Detexit, nato portans extrema Thoanti subsidia, &c. Idem in Epistol. In ego Minoq nata Thoante feror. q A Thoas fuit patronymica Thoantis, id est, & Thoantias: quæ à Poëtis usurparunt pro Hypsipyle Thoantis filia.

*Thocnīa*, *θοκνία*, *Vrbs Arcadiæ*, à Thocno quadam, Steph.

*Thoē*, *θωη*, *Filia Oceanus & Tethyos*: Vna ex Nymphis, quas ad concussam Thetidem ob mortem filii sui Achillis coavenisse scribit Homer. Tholisto bogi, Vide THECTOSAGES & TOLISTOBIL Straboni Tholisto bogi.

*Thōn*, *θων*, *θων*, Fuit primus qui apud Aegyptios medicis in attem redigere: cuius meminit Hom. lib. 4. Odysse. q Alter, teste Hellanicus, fuit rex Canopi, ad quem quum Menelaus capti jam Troja in patria renavigans, tempestate delatus est, fuit primum ab illo, antequam is Helenam conspicere, benignè suscepit: sed ut illam conspexit, vim Menelao inferte coñatus, ab illo intersectus est.

*Thōnīd*, *θωνίδη*, *Vrbs est*, & caput Gabonitarum, distatq; à Gazea nostri littoris Iudeæ oppido, mille quingenta, triginta septem millia passuum,

*Thōnīs*, *θωνίς*, *θωνίς*, *Praefectus fuit Canopi sub Proteo rege Aegypti*, quo tempore Alexäder cū Helena vi tempestatis in Aegyptu appulsus est. Vide Herod. lib. 2. Hunc Hellanicus Thona appellat, regemq; Canopi fuisse tradit, & Menelao vi tempestatis cō delatarum humaniusime exceptissime hospitio, donec conspecta Helena, amore ejus captus, quū Menelao insidias strueret copisset, ab eodem est intersectus. Fuit præterea Thonis urbis nomen in Aegypto, post Taphositdem, non procul à Zephyrio promontorio: cuius meminit Strab. lib. 2.

*Thōn*, *θων*, *θων*, *o geminato*, *θων*, *Fuit vir Trojanus ab Antilocho intersectus*. Homer. lib. 23. Iliad.

*Thōosā*, *θωοσά*, *Phorcæ filia*, ex qua Polyphemum Neptunus genuit. Homer. lib. 1. Odyss.

*Thootes*, *θοοτες*, *Vnus fuit ex præconibus Græcorum*, teste Homer. lib. Iliad. 12.

*Thoræ*, *θοραι*, *Vicus in tribu Antiochide*, Steph.

*Thorax*, *θοραξ*, *θοραξ*, *Ger. Ein Berg bey der Ega Magna sic in Ionia.*] Mons est Libycus Hesperitis vicinus, Lethæo fluvio innominens, teste Strabone lib. 14, in quo dicunt crucifixum fuisse Daphicam grammaticum: propterea quod reges versibus incesseret: unde tractum est proverbiale ænigma: Cave à thorace: φορτε τη θοραξ: quo utimur quoties lingue petulantiam frandam volumus significare, ne voces petulantem canimus al quando per jugulum redeant. Vide Erasmi proverbia.

*Thotius*, *θοτιος*, *vicus prope Canopum juxta Alexandriam*, Steph. q Apud eundem Thotius vicus est in tribu Achamanide Hecatæus urbem esse tradit. Vide THYRICVS.

*Thornax*, *θορναξ*, *Mons Latonæ*, Steph.

*Thous*, *θους*, *θους*, *Homero teste*, *Vnus ex Trojanorum principibus*.

*Thræcē*, *θρακη*, & *Thracia*, *θρακη*, *Vulgè Romania*, German. Die Landeschaft Europa zwischen der Donau / dem Meere und Macedonia gelegen, liegt eti thui der Turcay.] Europa regio, Macedonia ad Occusum proxima: à Septentrione istrum habens: ab Orienti Ponti: à Meridie Aegæum mare. Olim Scython, postea Thracia, à Thrace Marris filio, seu ab asperitate dicta. *Γιαζε* enim τραχύ asperum dicitur. Est enim regio (ut Pomponius scribit) nec cælo, nec solo tractabilis: & nisi quā mari propriæ est, insecunda, frigidaque. Habet feros homines, aspero cultu. Ica sunt urbes celebriores Apollonia, Aenos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lysimachia, Callipolis. Amnes sunt Hebrus, & Nestos. Montes Aenus, Rhodope, & Orbelos. q Dicitur & Thraca thracæ, Virg. lib. 12. Aen. - gemit ulima pulsæ Thraca pedum.

*Thrax*, *θραξ*, gentile. Virg. 3. Aen. Terra procul vastis colitur Mavortia campis: Thraces arant.

Tbrassæ,

**Thraſſā**, fœmininum, ἡρακλεῖον, sive Threiffa, ἡρακλεῖα. Virg. t. Aen. - qualis equos Threiffa fatigat Harpalice.

**Thräclūs**, a. um, possessivum, ἡράκλειον. Virg. 3. Aen. - quem Thraclius albis Portat equus bicolor maculis.

**Threīciūs**, a. um, ἡράκλειον. Virg. 3. Aen. Threiffa fretus cithara, fidibusq; canoris.

**Thraſſiās**. [ ἡράκλειος Aristoteli. Ital. Maſſtre tremontana. Ger. Der Winden einer ſchwäbischen Mitternacht und des Sommers Rittergang herwähnt. Fland Nord Westenort.] Ventus media regio flans inter Septentriōnem & Occasum ſolſtitialem. Plin. lib. 2. cap. 47.

**Thraſeas**, ἡράκλειος, Auguris nomen, qui in ſumma ſiccitate Busirim Aegypti tyranum adiens, ostendit à ſuperis poſſe exorari pluviam, ſi hospites immolareter. Quærente deinde tyranno, quisnam & cujas eſſet, quum ſe peregrinum proſi- retur. Tu igitur primus, inquit Tyranaus, Aegypto aquā da- bis. Ovid. 3. de Arte:

Dicitur Aegyptus caruſſe rigantibus arva  
Imbris, atq; annis ſicca fuſſe novem,  
Quam Thraſeas Busirim adit, monſtratq; piati  
Hospitis effuſo ſanguine poſſe lovet.  
Illi Buriſis: Fies lovia hostia primus,

Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam.

Hunc tamen nonnulli Thraſium potius quam Thraſeum ma- lunt appellare. q Thraſeas item, ἡράκλειος Suidæ, Philoſophus fuit Stoicus ſub Nerone: à quo quum iuſſus eſſet mori, ſletum ſuorum magna conſtantia compescuit: porre & iſque alacri- ter ad inciſionem brachiis, humoꝝ ſanguine asperſa: Hunc, inquit, ſanguinem libemus lovi liberatori. Reliqua vide apud Tacit. lib. 16.

**Thraſo**, ἡράκλειος, Nomen proprium glorioſi militis apud Te- rent. in Evnach. & ἡράκλειος: hoc eſt, ab insolentia, & ferocita- te imponitum. q Fuit & nobilis ſtatuarioruſ ejusdem nominis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Strab. lib. 14.

**Thraſumēnūs**, pen. prod. [ ἡράκλειος: Vulgo Lago di Pergia. German. Ein See in Italia, heißt jetzt Lago di Pergia.] Lacus in a- gro Perusino, Annibalis vitoria, & Flaminii Consulis clade nobilitatus. De hoc Ovid. lib. 6. Fast. Sunt tibi Flaminius, Tra- sumenaq; littora testes. Dicitur à Thraſumeno puer, quem

Aegyptia nympha rapuſſe dicitur. **Thraſybulus**, penult. prod. ἡράκλειος, Nobilis Athenieſis fuit, ingenti animi magnitudine, & amore in patriam ſinguli- lati: qui ubi à triginta tyrannis in exilium aetus eſſet, compa- rato exercitu non admodum magno, adjanctisque exilibus, ſibi, ſuisque reditum in patriam manu comparavit: late prius plebiscito de injuriis ultrō, citroq; obliterandis: quā ἡράκλειος Græci appellant. Verebatur enim ne exiles reducti, injuriam ſuam ulcifentes, civitatem ciuitib; exhaustirent. Cæſus eſt ab Aspendi, noſtu ad tabernaculum ejus facto concursu, ob pecuniam acerbiū imperatam. Vide Xenophontem Rerum Græcarum lib. 4. q Fuit & aliis Thraſibulus dux Milesiorum, qui ut portum Sicyoniorum occuparet, ex adverſa parte ur- bem aggressus eſt: ad quam partem tuendam quum cives un- diq; concurserent, interim ex inopinato claſſe portum occu- pavit. Vide Front. Strat. lib. 2.

**Thraſyllūs**, ἡράκλειος, Athenieſis fuit, rei militaris peritissi- mus, qui æquali cum Thraſibulo imperio claſſi præfetus, Myndarum Lacedæmonium, Peloponnesiorum ducē apud Sextum Helleſponti urbē navaliter prælio ſuperavit. Autor Thucydides lib. 8.

**Thraſymachiūs**, ἡράκλειος, Sophista fuit ex Chalcedone Bithyniæ, qui primus in oratione numeros, & artificiosam verborum compositionem tradidit inveniſſe. Scripta ejus enumerat Suidas.

**Thraſymenus**, Vide THRA SV MENVS.

**Thraſymēdēs**, ἡράκλειος, Fuit filius Nestoris: ut autor eſt Homer. lib. 9. Iliad.

**Thria**, sive Thrio, ūs, ἡράκλειος Stephano, Vicus eſt Atti- ca, in tribu Oeneide: à quo Thriasi populi, & campus Thria- sius: cuius meminit & Plinius libro 4. cap. 7. & multis in locis Thucydides.

**Thrius**, untis, ἡράκλειος, Oppidū Elidis. Olim Achaia, Patris pro- ximum: ita dictum à Thriunte quodam Athenieſi, quē The- feus Herculi ſuppetias misit.

**Thronium**, ἡράκλειος, Oppidum eſt Locrorum Epicnemidiou- rum, ad Boagrium amnem, non procul à ſinu Maliaſco. Plin. lib. 4. cap. 7.

**Thryōn**, ἡράκλειος, Meſſeniae oppidum, non ita procul ab Alpheo fluvio: cuius meminit Homerus in Catalogo navium, & Stra- bo lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 5.

**Thūcīdīdēs**, dis. & dæ. [ ἡράκλειος. Ger. Ein Griechenſchreiber von Athen bürtig.] Historicus Athenieſis, Holoſi filius, nobili in primis genere, ut qui à Milciade & Cimone du- abus ortū traheret, qui & ipſi genus ſuum ad Acacum lovis

filium referebant, uxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui divitem: cujus opes adſecutus, non in voluptates, ſed bonarum carum partē in otium literariū erogavit. Nam bellum Peloponnesiacum ſcribere aggressus, eodem quo illud gerebatur tempore, Athenieſibus pariter ac Lacedæmoniis aliquot mil- litibus qui bello intereffent, m̄cedem prebebat, uti res quo- tidie veras ſibi renuhiarent, quas fideliū ſe accepturū ſpera- bat, ſi nō ſolū ab amicis, ſed etiā ab hostibus de iis edocere- tur, ne partes quisq; ſuas falſa tueretur. Preceptores habuit in Philoſophia Anaxagoræ & in Rhetorica Antiphonē. Scriptiſſe acut putatur historiam in Aeginā iſula, quā in exilium ſe cōtulerat. Sepultus eſt in agro Attico juxta ſepulchra Milci- darum, in loco qui Cœla appellatur. Quidam Athenieſi obiitſſe dicunt, exploto jam legitimo relegationis tempore. Alii in Thracia deceſſe volunt, oſtaque ejus Athenas in majorum ſuorum ſepulchra fuſſe relata: ſubi & cippus erebus fuit cum hac inscriptione: Thucydides Holori jact hoc Altimius an- tro. Hæc ferè ex Marcellino. Quint. lib. 10. cap. 1. de Thucydi- deſ ſcribit: Thucydides (inquit) & Herodotus longè ceteris in historia preferendi, quorum diversa virtus laudem p̄nē eft parem cōſecuta. Densus & brevis, & ſemper iſtans ſibi Thucydides: dulcis & candidus, & effuſus Herodotus: ille conci- tatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concioſibus, hic ſer- monibus: ille vi, hic voluntate. Dionyſius Halicarnasseus ſcri- bit Demosthenem adeò Thucydidis ſtylum probaffe, ut ejus librum octies ſua manu deſcripſerit, totumq; ferè edidicerit. Cic. in Bruto: Thucydides (inquit) initiamur. Optime, ſi hiſto- riā ſcribere, nō ſi cauſas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum geſtarum ſinceruſ pronuntiatot & grandis etiā fuſte hoc foreſe concertatorum nō tractavit getus. Oratores au- tem quas interpolauit (multæ enim ſunt) eis ego laudare fo- leo, imitari neq; poſſim, ſi velim: nec velim fortaſſe, ſi poſſim. Hæcneus Cicero. q Fuerunt & aliis ejusdem nominis, qui co- memorantur à Marcellino. Vnus Milesius Athenieſis inter pri- cipes viros ac duces habitus, emulus Periclis. Alius Pharsali- cus Memonaſis filius, cuius meminit Polemon in his, quæ de Acropoli ſcriptit. Tertius natione Achedrysius, cuius memini- nit Androton in Attide, dicens cum filium fuſſe Aristonis, qui fuit tempore Platonis Comici, & Agathonis Tragici, ac Nicerati verſificatoris. Ex Marcellino.

**Thūlē**, es. [ ἡράκλειος. Ger. Ein Inſel weit vor Schottland hinaus ge- gen Mitternacht gelegen.] Inſula eſt in ditione Scotorū, in Septen- trionem vergens, ultima Orcadas, latitudinem habens graduū LXIIII. Quod fit ut circa æstuū ſolſtitium quam breviſſimē ibi ſint tenebræ Sole ab illorum horizonte quam minimū rece- dente: quemadmodum contrā circa ſolſtitium hibernum ni- hil feret aut quam minimū habent diei, Sole Tropicum Capri- corni ab illis diſjunctiſſimum petambulante. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: unde etiam à Virgilio ultima Thule appellatur in Georg. 1. ibi (inquit) ſerviat ultima Thule.

**Thuria**, æ, ἡράκλειος, Oppidum Meſſenaii agri non procul à Pheris, excelo in loco ſitum: unde & αγρα veteres appella- tunt. Ab hoc oppido propinquus ſinus Thuriaces dicitur. Autor Strabo.

**Thuriūm**, ἡράκλειος, Vrbs magnæ Græciae, olim nobilissima ad ſiuum Tarentinum ſita, inter Crathin & Sybarin amnes: à Thuri- vicio fonte nomen habens. q Hujus incolæ Thuriū dicitur ſunt & Thutini, ἡράκλειος. Qui quum aliquando floruiſ- ſent, à Lucanis in ſeruitute trahi, & à Tarentinis infestati, tan- dem in Romanoruſ tutelam ſeſe dedere ſunt coacti: qui eadē deducta colonia, urbem eorum pro Thurio Copias appella- runt. Hæc Strab. lib. 6.

**Thūſciā**, Italia regio, à Latio Tiberi, à Ligurib. Macra ſluviis divisa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. [ τηρόλων. Ger. Ein Landſchaft in Italia, jetz Toscana.] Dicta Thūſciā (ut quidā exi- ſtimant) à τῷ τῷ ἡράκλειος, quod eſt ſacrificare: propterea quod Tyr- rheni ſemper habitu fuerint religioſi, deorumq; cultui & ſaci- ficiis ad Superiōrem uſq; dediti. Vulgo Toscana.

**Thūſciā** dicitur ſunt regionis hujus incolæ, qui & Tyrreni dicu- tur, τηρόλων. Quidam citra aspirationem ſcribere malunt.

**Thūſſagētæ**, ſive Thyſſagētæ, Vide THYRSAGE TAE.

**Thyamis**, ἡράκλειος, Fluvius qui Thesprotidē, Cestrināq; diſcri- minat, teſte Thucyd. lib. 1. Meminith hujus fluviis Plin. lib. 4. ca. 1.

**Thyātrā**, pen. prod. ἡράκλειος. Inſula eſt maris Ionii, una Echi- nadum Aetoliæ adjacent, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. q Eſt itē Ionia civitas in Asia ad Lycum fluviū, teſte eodē Plin. lib. 5. cap. 9. Strab. lib. 13: Myſia attribuit: Stephanus Lydiæ.

**Thybrīs**, ἡράκλειος, Nomen unius ex comitibus Aeneæ. Virgil. Aeneid. lib. 10: Aſſaraciique duo, & ſenior cum Castore Thy- briſis, Prima acies, &c.

**Thyellā**, æ, ἡράκλειος, Oenotria urbs, in qua pars Phocensium cō- ſedit, ut ex Herodoti ſententia refert Stephanus. q Homerus Thyellam quartā Harpyiam videtur appellasse: recipiens ni- mirum

mirum ad vocis proprietatem, quæ apud Græcos repentinam & sonoram significat procellam.

**T**hyestes, θύεστες, Fuit filius Pelopis ex Hippodamia, & Atreus frater, ac Tantali nepos, qui quā fratri, cui pessimè cupiebat, aliter necere non posset, uxorem ejus per adulterium polluit. Atreus verò ei filium epulandum apposuit. Ob quē flagitia Sol, ne pollueretur, retrò fagisse fertur. Thyestes fabula sic scribitur à Servio: Atreum & Thyestem germanos, quū dissensione sibi nocere nō possent, in simulacram gratiam ferunt rediisse: qua occasione Thyestes cū fratri uxore concubuit: Atreus verò ei Filium epulandum apposuit: quē Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc est: Atreum apud Mycenæ primum Solis eclipsim invenisse: cui invidens frater, ex urbe recessit eo tempore, quo ejus probata sunt dicta. Haec tenus Servius, enarrans illud Virgilii lib. Aen. 1: Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab Urbe. Et rursus in illud 11. Aen. Atrides Protei Menelaus adusq; columnas Exulat, &c.

**T**hyestes, θύεστης, a. um, θύεστης, Ovid. lib. 15. Metam. Néve Thyestes cumulemus viscera mensis.

**T**hyia, θυία, Nomen filiæ Cephisi, quæ prima Liberti patris initia fuit Orgii, à qua Thyades, & Tyiæ, Herod. lib. 7. Ab hac urbs ejusdem nominis in qua colitur.

**T**hyiades, pen. cor. θύάδες, Bacchi sacrificulæ, quæ & Bacchæ & Mænades, & Bassarides dicuntur. Rationē aut̄ hujus nominis quidā referunt ad Thyiam quandā Cephisi filiam, quæ prima omnium Dionysio initia, Orgia ejus celebravit, Bacchicoq; furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyades diceretur. Alii hanc nō Cephisi, sed Castaliæ cujusdam indigenæ filiam fuisse volunt. Vide Cælium Rhodiginum, lib. 16. cap. 19.

**T**hyematadæ, θυματαδæ, Vicus in Hippothoontide tribu, Stephan.

**T**hyimbæ, θυμβæ, Latini cujusdam nomen à Palante occisi, apud Virgil. 10. Aeneid. Nam ubi Tymbre caput Evanderus abstulit ensis.

**T**hyimbæ, bræ, θυμβæ, Campus est Troadis, per quem Thymbræs fluvius in Scamandrum influit. Thymbræ autem nomen huic campo factū putat Servius à copia thymbræ herbæ, quā Romani cunnam vocant, cuius maximus hoc in campo est prouentus. q; Fuit item Thymbra vetustiis in locis oppidū, Dardani opus, cuius meminerunt Strab. lib. 13. & Plin. lib. 5. cap. 30. q; Item delubrum Apollinis, qui à loco cognominatus est Tymbræus, teste eodem Strabone loco jam citato.

**T**hyimbæus, θυμβæ, Apollinis cognomētum, sive à Thymbræ Troadis campo, sive ab ejusdem nominis usbe in qua colebatur, impositum: Virgil. 3. Aeneid. Da propriam Thymbræ domum. Vbi Servius: Thymbræus Apollo dictus est à loco Trojæ vicino pleno thymbra, in quo & nemus habuit & templum, in quo a Paride occisus est Achilles. Ergo Thymbræus, ut Delius: Nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Verum quia Græcæ θυμβæ dicitur, in derivatione, vīn & diphthongum mutatur: ut, Aīrra, Aetnæus: Δίρην, Diræus: Κέρης, Cretæus. Apollinis Thymbræi templum Strabo ea in parte fuisse tradit, qua Thymbræus fluvius in Scamandrum influit: quo in templo ferunt Achillem à Paride fuisse interemptum. Vnde factus est locus fabulæ, ut Achilles Apollinis sagittis diceretur esse interfectus.

**T**hyimbæræ, θυμβæ, Oppidum Asiae, ad Pactolum fluvium teste Xenophonte in Pædia.

**T**hyimbri'os, θυμβæ, Fluvius est Troadis, per campum, cui nomen est Thymbræ, in Scamandrum influens. Autores Stephanus & Strabo lib. 13.

**T**hyimbri'æ, θυμβæ, Cariæ vicus, juxta antrum Charonium, quo in loco propter pestiferas exhalationes, inferorum fauna esse credebantur. Autor Strabo lib. 14.

**T**hymele, nomen mulieres. Vide in APPELL.

**T**hymœtes, θυμοῖτες, Priami filius fuit ex Arisbe (ut quidam volunt) cuius uxor quum filium peperisset eodem die quo Hecuba Paride, afferentibus hariolis eo die natum esse puerū, cuius causa luum everteretur, jussit Priamus utrumque interfici. Et Paris quidem matris astu clam traditus est educandus: Thymœtes autem puer est interfectus. Cuius injuria ultio ne in multis annos dilata, Thymœtes, quum equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindictæ tempus oblatum ratu, primus autor fuit, ut in urbem recipere tur. Hæc ferè Servius, enarrans locum illum Virgilii: primusque Thymœtes Duci intra muros hortatur, & arce locari. Sive dolo, seu jam Trojæ sic fata ferebant.

**T**hyni, θύνι, Thracæ populi fuerunt ad Hebrum fluviū, quorum pars in Asiam transgressa, juxta Apolloniā & Salmydissum confediti quem tractum ab ipsius Thyniacum litus appellat Strab. lib. 12.

**T**hyrias, adis, θύνια, Ponti Euxini insula, Bithyniæ adjacens, triuū millium passuum ambitu, alio nomine Apollonia dicta. Autor Plin. lib. 6. cap. 12.

**T**hyños, θύνος, Cilicis oppidum, non procul à Pyramo fluvio, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

**T**hyoneūs, triuū syllabarum, θύνος, Cognomen Bacchi, quod à θύνος id est, sacrificio quidam deductum putant, quod illi adhuc inter humanos versanti sacrificaretur. Quanquam non desuat, qui id cognominis eum à matre sua Semele accipisse velint, quæ alio nomine dicta est Thyone, θύνη. Ovid. 4. Meram. Additus his Nyseus indeconsusq; Thyoneus.

**T**hyrea, sive Thyre, pér contractionem, θύρα, θύρα. Oppidū est in confinio Lacedæmoniorum, & Argivorum: cuius causa aliquando gravia bella inter illos emeruerunt. q; Hujus incertæ dicuntur Thycrates, θύκρα, Stephano. q; Et item Thycra insula ante Peloponnesum è regione Hermiones, non procul à Træzene: cuius meminit Herodot. lib. 3.

**T**hyricos, θύρικος, Populus in Attica regione, ex Acamantei de tribu. Autor Strabo.

**T**hyrsagetae, pen. corr. [Germ. Wölker in Scythia, hinter Samaria wonhaft die sich des Jagens behaftten.] Populi sunt Scythæ ultra Sauromatas, ex venatione visitantes. Melas lib. 1: Thyrsgetae, Turcæq; vastas sylvas occupant, alunturq; venando. Hi a Plinio Thyrsgetae appellantur: Strabone, Ptolemaeo, & Stephano θύρσαραι. Quod sit, ut suspicere apud Melam literam librariorum culpa irreplisse.

**T**hyrsis, θύρση, Nomen pautoris proprium, apud Virgilium, 7 Eclog.

**T**hyrsagetae, Vide THYRSAGETAE.

**T**hyllus, θύλλος, Oppidum est in finibus Macedoniae, ad radicem montis Atho: cuius meminit Plinius libro 4. capite 10. & Herod. lib. 7.

## T                  ante                  I.

**T**iare, ες, θάρη, Oppidum Teuthranæ, quæ est regio Asia super Acolidem, & partem Troadis. Autor Plinius libro quinto, capite 30.

**T**iatira, Vide THYATIRA.

**T**ibareni, θιβαρενοι, Populi Chalybibus contigui, teste Pomponio lib. 1. in risu & lusu sumnum constituentes bonum: tenacissimi interim justitiae, ut qui nisi ante denuntiatio die, hostem non adoriantur. De his memorie prodidit Nymphodus. Muliere partu soluta, virum in lectulo decumbere, & tanquam partus autem ab uxore puerpera curari. Quod & ipsum confirmat Valerius Flaccus Argonaut. lib. 5. his versibus: Inde Generæ templum Iovis, hinc Tibarenum Dant virides post terga lacus, ubi deside mitra. Foeta ligat, partuque virum sovet ipsa soluto. Vide TABARENI.

**T**iberias, δις. [θιβεριας. Germ. Ein Stad in Galilee, vom König Herode zu Ehren Tiberi des Kaisers gebauwen.] Vrbs Iudeæ, ad lacum Genesaretidem, ab Herode condita, & in gloriam Tiberii Cæsaris ita appellata. Autor Stephan.

**T**iberius, θιβεριος, Livia Augustæ filius, & privignus Augusti, ejusdemque in imperio successor, omni avaritiae, libidinis, & crudelitatis genere contaminatissimus. Vitam ejus vide apud Suetonium, eadem proflus libertate descripsam, qua ille vixit. q; Fuit & Sophista ejusdem nominis, cuius scripta euemerantur à Suida.

**T**ibérii, ris, qui & Thýbris, [θιβερις Dionysio, θιβερις θύρη Steph. Vulgo Tevere. Germ. Ein berümppter fluss in Italien, so durch Rom laufft.] Celebrissimus Italiae fluvius è media ferè longitudine Apennini, Arctinorū finibus defluens, qui multis deinde fluminibus austus, ab Hetruria Latinum, Ianiculūq; ipsum ab urbe Roma dirimit, tandemque decimo quinto ab Urbe lapide duebus ostiis, modico intervallo diremptis, in mare evolvitur, ea in parte, qua Ancus Martius Ostiam extraxit. De ratione nominis diversi prodiderunt, adeò ut non facile fuerit certi aliquid constituere. Livius à Tiberino Albanoium rege dictum existimat, in trajectu ejus submerso, quum anteā Albula diceretur. In qua sententia Ovidius quoque fuisse videtur, sic scribens libro 2. Fastor. Albula quem Tiberius mersus Tiberinus in undis Reddidit, hybernis forte tumebat aquis. Servius Tiberis nomen ipsa etiam Alba veterius esse contendit: ideoque nominis ejus originem ad Thýbrin potius Hetruscorum regem referendum existimat, qui Latinum latrociniis infestans, tandem circa hunc fluvium est occisus. Cui sententiae Virgilius quoque non obscurè subscribit: apud quem sic loquitur Evander lib. 8. Aeneid. Tum reges, asperque immanni corpore Thýbris, A quo post Itali fluvium cognomine Thýbrim Diximus. Alii non tam à regis hujus nomine, quam ab injuriis, & contumeliis, quibus in obvium quenque circa hunc fluvium grassabatur appellationem, hanc tractam existmant: unde Thýbris scribendum contendunt, quasi θύρη, ut dictiōnem conflatam intelligamus ex articulo forminino, & nomine θύρη, quam scriptaram etiam apud Dioctyssium Afium obseruavimus. Nos Thýbridis nomen antiquius esse putamus, Tiberis recentius, litteris aliquot (ut solet) temporis lapsu immutatis. Quod fieri nolit. Tuā focus,

lud Poëtis, hoc Oratoribus sic usitatus. Stephanus quoq; in urbium Onomastico utrumq; nomine agnoscit, nisi quod apud illum *Hyrcas* legatur, in littera communis Graecorum consuetudine adjecta: *Hyrcas* (inquit) *nomen* *hyrcus*, *de* *hyrcos*. Hisce rationibus in eam potissimum sententiam adducor, ut Thybris dissylabum, th aspirato, & y Graeco scribendum putem: trisyllabum autem Tiberis t, tenui, & i nostro. Quam scripturæ rationem etiam à Græcis videmus observari, apud quos *neiges*, *neigis*, *neigis*, *neigis*, & cætera omnia hinc derivata per iota scribi videmus.

Tibetius, a, um, pen. prod. possessivum est. *Hyrcas*. Stephanus: ut, Ostia Tiberina apud Vr̄g. i. Aeneid. Tiberina flumina apud eundem lib. 12.

Tiberinus, tini, pen. prod. *neigis*, Capeti filius & Albanius rex, qui in vicino flumine submersus, efficit ut pro Albuila Tiberis diceretur. Liv. lib. i. ab Vrbe: Latino Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in trajectu Albulæ submersus, celebre ad posteros nomen humini dedit. Tiberinus item à superstitione antiquitate creditus est Deus esse, Tiberis fluvii præses, cuius monitus Aeneas Eandri sibi auxilia aescivit: de quo sic scribit Virg. lib. 8. Aeneid. Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus ameno, Populeas inter senior se attollere frondes Visus, cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo. Quin & fluvius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Servio, quemadmodum in *Hyrcas* Tiberis, & in Poësi Thybris.

Tibesis, *neigis*, Fluvius est ex Hæmo monte nascens, & Septentrionem versus in Istrum influens. Autor Herod. lib. 4.

Tibiscus, [ *neigis*: Vulgo Tissa. Ger. Der Fluß Tysa in Bugetia/ lauft in die Donaw.] Fluvius Daciae, in Carpatho monte nascens, & Dacos ab Iazygibus Metanistis dirimens, tandemq; juxta Tibiscum urbem in Danubium influens. Autor Ptolem. lib. 3. cap. 4.

Tibullus. Prænomine Albius. Poëta Elegiographus fuit. Romæ natus Hircio & Pansa Coss. qui annus etiam Ovidii Poëtae natalibus fuit insignis. Ex amicis Messalam Corvinum maximum coluit, quem dum in Asiam proficisciens sequitur, in gravissimum incidit morbum: adeò ut de vita desperans, hoc sibi scripsit Epitaphium: *Hic jacet immitti consumptus morte Tibullus, Messalam terra dum sequiturq; mari.* Ex Poësis familiates habuit Horatius, qui cum judicem suorum appellat scriptorum: & Ovidiu, qui mortem ejus elegantissima deflevit Elegia. In amoris & nimis & inconstans fuisse videtur, ut qui præter Marathum, & Cerinthum pueros. Deliam quoque amarit Sulpitiam, & Neziam: otionum autem maximè Nemelis: cuius formam, & venustatem bona operis sui parte posteritati commendavit. Obiit Römæ virenti adhuc ætate, non sine gravi eruditorum omnium mæstrore.

Tibur, *pea. genit. corr. neigis, neigis*, Et *neigis* Stephano. Civitas in Sabinis, decimo sexto ab Urbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singulari aëris temperie commendata. Ovid. 4. Faſto. Et jam Telegoni, jam mœnia Tiburis uidi Stabunt. Mart. lib. 6: quum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est. Est autem hoc oppidum origine Græcum à Tiburto, Catyllo, & Corace, Amphiarai liberis, post prodigiosum patris ad Thebas integrum communiter conditum, & à Tiburti nomine, qui ex tribus natu maximus erat, Tibur appellatum. Autores Cat. in Orig. Solinus, & Sextus scriptor Græcus.

Tiburs, urbis, *neigis*, Gentile. Virgil. i. Aen. Haud aliter Tar-chon Tiburru in ex agmine prædam Portat ovans. Cæro pro Cornel. Balbo. L. Cossinius Tiburs, pater hujus equitis Romani.

Tiburtinus, a, um, *neigis*, Quod ex Tibure est: ut, Sibylla Tiburtina.

Tichioeis, *neigis*, castellum prope Trachinam. Gentile Tichicus, Stephan.

Tichos, *neigis*, castellum Achaiæ: incola Tichites, Steph.

Ticinum, *pea. prod. neigis*, *Ptolemeo: nus*. Stephano. Vulgo Parua. Ger. *Parva* in Italia. Insubria civitas, quam bode Papiam vocant, à Ticino fluvio præterlatente nomen habens.

Ticinus, *pen. prod. neigis*. Ital. *Tefino*. Ger. Ein Wasser in Italien/ steht für Parva hic.] Fluvius est Insubria in Eridanum fluens, à quo vicinum oppidum Ticinum est appellatum. Silius lib. 9: *Dū Romana tuæ Ticine cadavera ripæ Nō capiant.*

Tifernum, *neigis*: Vulgo *Città di Castello*. Vmbræ oppidum est, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1. à quo Tifernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

Tifernus, *neigis*. Fluvius est in secunda Italæ regione, Apu-los dividens à Frentanis. Autor Plin. lib. 3. cap. 11. Vulgo Por-tero in Puglia Piana.

Tigillius Ophonus. Vir fuit Romanus vita corruptissima, qui Neroni inimicorum libidinum conscientia quum esset fa-miliaris, plurimi summis viris per calumniam exitiū machina-tus est. Postea rerum posito Othonem, ad aquas succanas su-

premæ necessitatis nuntio accepto, inter concubinarū oscula fauces sibi præcidit, teste Tacito lib. 17. Meminit hujus & Iuvenal. Sat. 1: Pone Tigillium, teda lucebis in illa, Qua stan-tes ardentes, qui fixo gutture fumant.

Tigrane, *neigis*, Vrbs media mediterranea, teste Ptolem. lib. 6. cap. 2.

Tigranes, nis, pen. prod. *neigis*, Proprium nōmē Regis ma-joris Armeniæ, qui auxilium ferens Mithridati regi, vicitus est primò à Lucullo: deinde à Pompejo Magno, cuius sèpem men-tionem facit Cic. in Orat. pro lege Man. Lucan. li. 2: Tigranæq; meum, ne Pharnacis arma relinquis.

Tigranocerta, *tz, neigis*: Vulgo Sulthama, Oppidum in montanis majoris Armeniæ, teste Plin. lib. 6. cap. 1. à Tigrane conditum, unde & nōmē accepit, quasi Tigranis civitas. Nam Certa Parthorū lingua urbem sonat. Vide Stephanum in ur-bium Onomastico.

Tigris, [ *Τίγρης* chiddekel, *neigis, ης*. Ger. Ein grosser Fluß in Asien/ entspringt in Armenia, fließt durch Assyrien in die Persisch Meerschöf.] Insignis Asia fluvius, Mesopotamiam ab Orienti alluens, quæ Sacraliter ex Paradiso nasci confirmant. S. Ilinus in Arme-nia caput attollere dicit in loco ed id, ex lucido, conspicuoq; fonte, nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigre flue-re, non cum suo nomine. At quum in fines Medorum investus sit, Tigris statim vocari. Arethusa lacum influere, gravia pondera sustinentem, cuius pīces nunquam se alveo Tigri-dis immisceant, sicut nec amnicī stagnum attingant Arethusa. Mox Arabas præterfluēs. Mesopotamiam amplectitur. & Hy-daspes accipiens, Euphratemq; desertur in finem Persicam: qd A Tigris fluvio dicit sunt Transgitritani, qui trans Tigrim ha-bitant: sicut Transpadani, qui trans Padum.

Tigullii, *neigis*, Liguria populi, quorum urbes Tigullia, & Segesta commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo Segestra.

Tigurini, *neigis*. Ger. Die Zürichgärtner. Populi inter Hel-vetios Limagi fluminis accolæ: quorum meminerunt Cæsar libro i. de Bell. Gall. Strab. lib. 7, Florus libro 3. cap. 3, Paulus Orosius lib. 5. cap. 16, & Plutarchus in Vit. C. Marii. Eorum metropolis est Tigurū urbs, Vulgo Zürich/ sicut per quā ameno, inter duos montes, supernè lacus incumbit lympidissi-mus, longus circiter duodecim millia passuum, supra quem amenus Alpium prospectus est: ut volupe sit yet in media estate, nives & quandam quasi hyemem intueri. Is lacus urbē dīscans, in medio Limagū fluvium, quem recipit, penè apud Glareanos rursus effundit: sternitur pontibus duobus, qui urbem dissecat denuò conjungunt. Ipse verò Senatus, populusq; Tigurinus, quum olim suam urbem sociam Romani Imperi ab Imperatore deserit, negligiq; cerneret multis, magnisq; de causis cum Lucernatibus & Vranis, & Suicibus, & Subsyl-vanis (quibus tunc quoq; bellum erat cum principibus Au-striæ in perpetuum fœdus, societatemq; venere, ea lege, ut Ti-gurinus pagus inter omnes primum locum obtineret. Quod factum est anno ab orbe redempto, M C C L I. Hic pagus & tota regio Helvetiorum hodie inter Germanos censentur. Pa-gi Tigurini meminunt Cæsar libro i. bell. Gall. Tigurinus (*neigis*): pagus est: nam omnis civitas Helvetia in quatuor pa-gos divisa est.

Tilium, *neigis*, Vrbs littoralis in laterè Occidentali Sardiniae: autore Ptolem. lib. 3. cap. 3.

Tilos, Vide THULE.

Tilphossæ, *πλφοσσα*, Fons est Bœotia subter Tilphosii mon-tem labens, ubi Tiresias sepulchrum est: qui quum senex esset, & frigidam fontis hujus aquā potasser, subito extinxus est. Autor Strabo lib. 9.

Tilphosse, *πλφοσσα*, Mons est Bœotia, nō procul ab Ha-ljarto, templū habens Apollinis Tilphossi. Autor Strab. lib. 9.

Tilus, (quod huc pro sinus Persici insula malè relatum erat) vide T Y L V S. Siquidem tamen apud Ptolemy quām apud Plinum scribuntur Græco.

Timæus, *πμας*. Nomē proprium Philosophi Locrensis, cui divinum illud opus Plato inscripsit, in quo de rerum creatio-ne disserit, quod Cicero postea Latinum fecit, atque de Uni-versitate inscripsit: quanquam non desint qui negent Cicero-nis esse. qd Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogan-tissimus, qui se historiam scripturum jaſtabat, qua facile Thucydem superaret: hoc videlicet commento gloriam & eru-ditionis opinionem apud imperitā plebeculam captans. De hoc Plutarchus in Nicia.

Timachus machi, pen. corr. *πμχς*. Mœsiæ fluvius, ex Rhô-dope monte fluens, teste Plin. lib. 4. cap. 26.

Timagenes, pen. corr. *πμχνς*. Rhero fuit Alexærinus, qui à Gabinius, quum in Aegypto res gereret, captus, Romamq; perductus, à Fausto Sylla filio redemptus est. A quo manu-missus, primaū in ipsiis Pompeii ædibus, eoq; moriō, in pa-latio ludum apercut. Postea vero quum ob linguæ libertatem schola excidisset, in rure Tusculano etatem peregit. qd Fuit &

alter Timagenes, historicus, qui maris totius sui libris quinq; est complexus. Vtriusq; autor Suidas.

**T**imagoras, Τιμαγόρας, Civis Atheniensis fuit, à suis capitali suppicio affectus, quod Darius, ad quē legatus erat, amore Persarum per adulacionem adorasset. Suidas & Valerius.

**T**imandra, Τιμανδρα, Filia Ledæ, & Tyndarei, & soror Clytemnestrae, quæ Echemono nupsit: ut refert Lycophronis Scholiaest.

**T**imanthes, [Τιμάνθης] Suidas. Ger. Ein Statuenmaler [Maler.] Nomen pictoris celeberrimi, Parthasiæ æmuli. Toter ejus verò ingenii monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur, quam pinxit ad aram stantem, jamq; Diana immolandam: & quā omnes mortos pinxisset, omnemq; tristitiae imaginem consumpsisset, patris vultum, quem dignè effingere non potuit velo obduxit. Pinxit & Cyclopem parva in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros thyrso pollicem ejus metentes: itaque ex omniibus ejus operibus intelligitur plus quam pingitur. Hæc ferè Plin. libro 33. capite 9.

**T**imarchides, æ. vel. dis., Τιμαρχίδες, Eximus marmoris sculptor, apud Plinium lib. 36. cap. 5. q Fuit & alter statuarius, qui multa nobilia ex ære opera confecit: cuius meminit idē Plin. lib. 34. cap. 8.

**T**imarchus, Τιμαρχός, Atheniensis quidam fuit, Demosthenis familiaris, qui quum in adolescentia pudicitiam suam in Pirao prostitueret, eo nomine jam senex ab Aeschine in judicium vocatus est, & condemnatus. q Fuit item Timarchus statuarius nobilis, qui centesima vicesima Olympiade floruit: teste Plin. lib. 34. cap. 8.

**T**imavus, pen. pro d. Τιμαύος: Vulgo Brasta, Nomen fluminis iuxta Aquileiam, novem nascens capitibus, teste Pomponio, unoq; ostio sese in mare evolvens. Virg. 1. Aen. Regna Liburnorum & fontem superare Timavi.

**T**imoclea, Τιμόκλεα, Mulier Thebana fuit, quæ stuprum à Barbaro per vim passa, dissimulato dolore, fixxit se illi velle ostendere magnum auripondus, perductumq; ea spe ad altissimum putatum, qui erat in interiori parte domus, quum pronus præsumpsiceret, præcipitem dejectit, & saxis obruit.

**T**imocles, Τιμόκλης, Duorum Comicorum Atheniensium nomen, quorum fabulas aliquot enumerat Suidas.

**T**imocreon, ontis, Τιμοκρέων, Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdia scriptor: qui graves cum Simonide Melico, & Themiōtoco inimicietas exercuit: quos etiam cōtumelioso poëma est infectatus. Autor Suidas.

**T**imolaus, Τιμόλαος, Rhetor & versificator, è Larissa Macedonia, discipulus Anaximenis Lampacenæ. Scripsit poëma de bello Trojano, Homeri singulis versibus singulos addens. Suidas.

**T**imoleon, Τιμόλεων, Corinthius dux inclitus, viribus fortissimus, vitaq; abstinentissimus, qui missus cum paucis tritemibus ad liberandas à Dionysii tyrani Syracusas, quem Dionysius implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, urbe potius est: deinde arcem obsidens, Dionysium ad dedicationem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum misit. Arcem verò solo æquavit, & Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, corum tyrannum in bello captū interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Agesilaoo, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho, qui cum è nostris comparat Paulo Aemilio.

**T**imolus, Lydiæ mons, postea Tmolus, Τιμόλος, appellatus, teste Plinio, lib. 5. cap. 29.

**T**imon, Τιμών, Phliasius Philosophus, qui apud Chalcedonem philosophiam, & orationem exercuit, charus Ptolemy Philadelpho. Scripsit Tragedias, & Comœdias, & Satyras. Dietus amarulentus, & mordax, sillonum: id est, dicacitatum scriptor: de quo Gellius: Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, quem Sillos inscriptit. q Fuit & alius Timon Atheniensis temporibus Peloponnesiaci belli (ut ex Aristophanis & Platonis poëmatibus perspicere licet) prorsus inhumanus, ac vitans hominum congressus, præter unius Alcibiadi adolescentis. [Ger. Ein hässiger vn Lentschhiger Mensch in Athen.] Interrogatus quæ cum illo causa esset amicitia. Quod sciam (inquit) illum quandoq; multorum malorum Atheniensibus causam futurum. Semel in vita in concionem dicitur ascendisse, factiq; novitatem cūctis admirantibus: Est mihi (inquit) ô viri Athenienses, post ædes hortulus, in quo focus coaluit quædam, in qua permulti nostri cives se suspenderunt. In eodem nunc ego loco edificare volo. Quamobrem visum est mihi, vos publicè admonere, si quis forre sit, qui se prius velit suspendere, antequā arbor excedat. His igitur de causis ab Atheniensibus Τιμώνος est appellatus: hoc est, humani generis osor. In sepulcro quod sibi ipse construxerat, incisum erat epitaphium in hanc sententiam: Hic sum post vitam, mi-

## T I M T I N T I P T I R

seramq; inopemq; sepultus. Nomen non querat: dii, lector, te male perdant.

**T**imomachus, pen. corr. Τιμομάχος. Fuit pictor Byzantius, Cæsaris Dictatoris ætate. Fecit Medeam & Ajacem, quos ipse Cæsar LXXX. talentis emit, & in templo Veneris dicavit. Autor Plin. lib. 33. cap. 11.

**T**imonium, Τιμονίον, castellum Paphlagoniæ. Gentile Timonites, Stephan.

**T**imoniacus, Τιμονιακός, fuit pictor Bizantius, Cæsaris Dictatoris ætate, qui Ajacem Cæsari pinxit.

**T**imothæus, pen. corr. Τιμόθεος, Nomen proprium Cononis Atheniensis filii, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim discretus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus: & (quod super omnia est) Cœnobar: id est, fortunatus Imperator habebatur. Huic statua publicitus in foro Athenis posita est, ob victoriam, qua vicit Lacedæmoniis, imperium Atheniensium auxit, & mauros Athenarum extruxit. Post hujus obitum non sicut quisquam fecerit Athenis dignus memoria. Hujus gesta æmuli, ut laudem ejus immuniterat, Fortuna adscribebant, circumferentes passim tabulas, in quibus ille pater erat dormiens, adstante interim fortuna, quæ civitates in retia ejus ageret. Quam rem ille ægide ferens, sua illa esse dicebat, non fortunæ opera. Ex quo tempore, quasi perosus hominis ingratitudinem fortuna, omni profus felicitate excidit. Autor Suidas ut docti hominis meminit Cicer. libro 1. Ofic. Quod idem fecit (inquit) Timotheus Cononis filius, qui quum bellum laude nō inferior fuisset quam pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adjectit. Haec tenus Cicero. q Timotheus item Atheniensis Comicus, medie Comœdies: cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. q Timotheus Milesius, Thersandi filius, musicus, qui decimam & undicimam chordam lyrae addidit, & antiquam musicam in molliorem modum mutavit. Hunc serunt duplo majorem ab his, quos alius institueret, mercedem exigere solitum fuisse, quam si rudes tradenterent. Geminatum eam labore dicebat decendi prius, mox docendi. Eradicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander modulüs ejus excitabatur, & ad res bellicas alacrius instruebatur. Decessit anno ætatis LIII. Scriptis de Musica libros 17. Item eacombia, & dirbyrambos. Hæc Suidas. q Timotheus, sculptor nobilissimus, uous ex iis, qui Mausoleū cœlavere: cuius in templo Apollinis Roma multa fuerunt monumenta: ut scribit Plinius lib. 34. cap. 8. q Timotheus Gazzæus Grammaticus, tempore Anaftalii principis, in quem etiam Tragediam cōscriptis. Edidit & heroicō versu de Indicis, & Arabicis, & Aegyptiis, & Lybici quadrupedibus, & de avibus peregrinia libros 4. q Fuit & Timotheus, Pauli Apostoli discipulus, patria Licaonius, mulieris viduæ filius: postea præfus Ephesus Apostolicis epistolis, & martyrio clarissimus.

**T**imyra, Τιμύρα, Vrbs iuxta Issuriā, & fluvius Indiæ. Gentile Timyreus, Steph.

**T**ina item Ptolema. li. 2. cap. 3, fluvius est in tractu orientali Britannæ influe.

**T**indæ, Τινδα, Thraciæ urbs, in qua Diomedes equos suos humana carne pascet. Autor. Plin. lib. 4. cap. 11.

**T**indiūm, Τινδούμ, Vrbs Libyæ, civis Tindaras, quasi à Tinda vel Tindeiis, Steph.

**T**ingi, Τινγι, Oppidū est Africæ, non procul ab Ampelusio promotorio, ab Antæo (ut ferunt) conditum Tingi, inquit Pomponius Mela lib. 1. & Plin. li. 5. cap. 1. Mauritanæ percutus oppidum, ab Antæo (ut ferunt) conditum, postea à Claudio Cesare, quum coloniam faceret, appellatū Traductajulia. [Ger. Ein Statt in Mauritania gelegen Vulgo Tanier.]

**T**ingitana, Τινγιτάνη, Extimā Mauritania pars, à Tingi urbe non mes habens: cuius descriptione vide apud Plin. lib. 5. cap. 21.

**T**ion, Τιον, Vrbs maritima Ponti, non procul à Parthenii fluminis ostio. Autor Ptol. lib. 5. cap. 1.

**T**ipasa, Τιπάσα, Vrbs Mauritanicæ Cæsaris, apud Plin. li. 5. cap. 2.

**T**iphernum, Vide T I F E R N V M.

**T**iphys, Τιφυς, Argonautarum in Chalchica expeditione gubernator fuit. Virgilii in Bucol. Eclog. 4: Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas, &c. Ovidius: Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Seneca in Medea: Tiphys in primis domitor profundi.

**T**iria, Τιρία, Vrbs Leucosyrorum. Gentile Tiricus, Steph.

**T**iresias, Τιρεσίας, Ger. Ein Wahrsager von Thebu. Vates Thebanus fuit, Evero patre genitus, qui quum aliquando in Citharone vidisset duos dracones coētantes, observata foemina ex iis occidit illam: quo facto in foemina & ipse mutatus est. Deinde quum rursus post septem annos eodem pacto & mare draconem interfecisset, in pristinam formam rediit. Contigit igitur aliquando certantibus infer se Iove & Junone, virine an foeminae majorem ex Venere voluparem caperent, ut ille iudex sit adhibitus, ut qui utruque fuisse expertus. Tiresias.

**Tiresias.** autem pro love sententiam tulit, afferens multò plus ex eo tñtù voluptatis percipere sc̄minas. Ob qud à luso exc̄catus est. Alii verò prop̄terā exc̄catum dicunt, qud Palladem nudam in fonte conspexerit. Jupiter autem in solatium visus amissi divinationem illi dedit. Stat. libro 10. **Theb.** sibi callidus ista Tiresia natq; canat, &c. Hujus animam evocat Ulysses. apud Homer. lib. 10. Odyss. Multaq; ab ea futura edocetur. Autor est Strabo lib. 9. Tiresiae monumen- tum fuisse sub Tilphosio monte Boeotiae, juxta fontem Tilphosiam, ubi profugus diem suum obiit, quem jam senex ge- lidissimam Tilphosie aquam haussit. Ibi Thebani cives se- pulcro divinos honores tribuerē. q; Fuit Tiresiae filia fatidica, nomine Manto, quæ ex Tiberino fluvio filium peperit a omni- ne Ocum, qui in Cisalpina Gallia oppidum cōdidit, & à no- mine matris Mantuam appellavit. Iuvan. Satyr. 13. Tiresiam appellativè posuit pro homine cæco, quum ait: Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

**Tiridates.** *περιτης.* Rex Armenie, qui variis gestis cum Cor- bulone bellis, tandem ex fœdere Romanum venit, & diadema regni à Nerone accepit. Vide Tacitum lib. 15.

**Tirisium,** *περισσα.* Dacia urbs, non procul à Daubio, teste Ptol. lib. 3. cap. 1.

**Tiriza,** *περιζα.* Vrbs Paphlagoniae. Gentil. Tirezi, & apud Cte- sianum Tirizabani. Ab Odritis (inquit) ad Tirizibanos habitan- tes in pagis. Stephan.

**Tirsæ,** *περισσα.* urbe Mygdonie in Macedonia à Thysiae una ex uxoribus filii Mygdonis: Gentile Tirsæus. Steph.

**Tiryns,** *περιν.* masc. gen. *περινος.* Agri Argivi fluvius, ejusdem nomi- nis urbem præterlabens.

**Tiryns,** *περινος.* nom. gen. Agri Argivi oppidum, Her- culis patria, à qua ille dictus est Tirynius, *περινος.*

**Tisias,** *περισσα.* Stesichorus poëta antè dictus est: sed à chorea id nominis sortitus est.

**Tisiphonē,** *περιφονη.* Vna ex furiis, à cedibus plectendis dicta: *περι* ultio vel pœna: *φονη*, vel *φονη* cædes, aut mors. Horat. in Serm. -servilibus utq; iam penitura modis, Hecaten vocat al- tera, *savam*: Altera Tisiphonem.

**Tisobis,** *περισσα.* Fluvius Britanniae, teste Ptol. lib. 2. cap. 3.

**Titan,** *περιτης.* Ptol. lib. 3. cap. 4. Sicilia urbs.

**Titan,** & **Titanus,** pen. prod. *περιτης.* Saturni frater, Coeli & Ve- stae filius, qui etiam pro Sole ponitur, qui & ipse à Titanibus

duxit originem. Tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque sorores, à Titaea matre dictos, ut autor est Diodo- rus. Ex quibus unus fuit Iapetus, pater Prometheus. Hyperion quoque ex Titanum numero est, qui Solis ac Lunæ, stellæ, mundi motus observasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideo Solis parens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan: Luna, Titanis, *περισσα*, & Diana Titania à poëtis dicuntur. Lucan. libro 1: Flammejan Titan, ut valentes hauriat undas. Ovi- dius Metamorph. Dumq; ibi perluitur solita Titania lympha. Servius sic habet: Ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra, in ejus ultionem creatos. Vnde & Titanes dicti sunt *περι* & *περι*: id est, ab ultione: Primumq; contra Saturnum qui- dam Titanes: deinde Gigantes contra Iovem genuit. Ipse ve- rò Titan cum filiis, quos Titanes à patre appellabant, bel- lum gessit adversus Saturnum & Opim, quod conventum non sternunt: eosq; captos muro inclusit: qui postea à Iove filio viatis Titanib; liberati sunt, ut suprà latiū de Saturno dictū est.

**Titanis,** *περισσα.* a. um. *περισσης.* adje & iv. ut Titania astra. Virg. 6. Aen. Lucentemq; globum Lunæ. Titaniaq; astra Spiritus intus alit. **Titanicæ,** *περισσης.* a. um. Ovid. 7. Metam. Hinc Titaniacis ablata dra- conibus, intrat Palladias arcæ.

**Titanus,** ut refert Plin. lib. 5. cap. 30. Fluvius est Acolidis, & ci- vitas ab eo cognominata.

**Titaresius,** *περισσης.* Homero, Fluvius est Thessaliæ, qui in Titaro monte, qui Olympo vicinus est, ortum habens, labens que versus plagam Tempe contingenter, in Peneum influit: ob aquarum tamē crassitudinem illi non admiscetur, sed in modum olei superfluit. Plin. libro 4. capite 8. Euroton vocat. Lucanus Titaresum vocat, per quatuor syllabas, libro 6: So- lus in alterius nomen quum venerit undæ, Defendit Titare- sus aquas.

**Tithonus,** pen. prod. *περισσης.* Laomedontis filius, qui (ut fabu- la ferunt) quū juvenis esset, & decorus, ab Aurora dilectus, & raptus fuit, ex qua Memnonē genuit. Sed tandem post longissimam vitam, audita Memnonis filii morte, in cicadā versus di- citur, dicente Horatio: Longa Tithonum minuit Senectus.

**Titia curia,** & **Titicensis** tribus, dicta est à Tito Tatio Sabinoru duce, à Romulo in partem regni recepto. Festus.

**Titianus,** Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis. Scriptis libros Provinciarum pulcherrimos. Appel- fabatur Simia sui temporis, qud omnia prop̄ imitaretur, Capitoninus.

**Titii** Livii duo memorantur: Alter tragœdiarum scriptor, Ro-

manorum poëtarū antiquissimus, qui ob ingenii felicitatem à Livio Salinatore, cejus liberos eruditib; libertate donatus est. Alter Patavinus cum Crispo Galilio de Historiæ princi- patu certans. Vide supra in dictione LIVIVS.

**Titi,** [Ger. *Die Hestier Apollins.*] Sacerdotes fuerūt Apollinis, à titis avibus, quas in auguris certis observare solebant: sic appellati, ut ait Varro lib. 4. de Ling. Latin. Lucan. lib. 1: Et do- ges volucres augur servare sinistras, Septēvirq; epulis festis, Titiq; sodales.

**Titoneus,** *περισσης.* Nomē montis apud Dionys. lib. 1, Gigantis: incola similiter Tironens. Steph.

**Titornus,** *περισσης.* Babulus fortitudinis monstrosa fuit, qui cum Milone Crotoniata de robore certavit, vicitq;, quum pe- dem tauri una manu: altera verò alterius tauri pede, ipsis per vim conantibus resilire, traheret. Autor Aelianus.

**Titus,** *περισσης.* Prænomen fuit Romanis familiari: inde dictum (ut Festo placet) qud antiqui Titos, & titulos milites appellebant, eò qud patriam tuerent, ut jam dictum est. Quan- quam Coronto etiā placet à m̄cib; virilis magnitudine Titi prænomen induxit esse. Hoc prænomen dictus fuit Vespasianus Flavii filius & frater Domitiani, princeps clarissimus, populoq; Romano adēd charus, ut vulgo Orbis amor dice- retur, & Delicia humani generis.

**Tityrus,** Pastoris nomen apud Virgilium in Bucol. à The- crito mutuatum.

**Tityüs,** *περισσης.* Filius fuit Ioris ex Elara Orchomeni filia, quam prægnantem Iupiter, timens Iunonis iram, occulavit in terra: ex quo factum est, ut nascēs puer, ex terra natus videretur. Hic postea quum ad integrum ætatem pervenisset, impetus amore Latonæ Apollinis matris, eam de stupro interpellavit. Quam obrem Apollo iratus, sagittis ipsum confudit, & apud inferos religavit, ejusq; jecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, ut consumptum renasceretur illicd, & sic nunquam vul- tures à discependo cessarent, nec ipse à patiendo. Tantæ ma- gnitudinis gigas fuisse prohibetur, ut jacēs novem jugera oc- cupaverit. Ovid. 4. Metam. Viscera præbebat Tityus laniana, novemq; Ingeribus distractus erat, &c. Ville Servium apud Virg. lib. 6. ad hunc locum: Nénon & Tityon terræ omnipoten- tis alumnū Cetnera erat. q; Tityus item Sextus, autore Cicerone in Bruto, orator fuit loquax sanè & satius acutus: sed tamen solitus & mollis in gestu, ut saltatio quædam nascere- tur, cui saltationi Tityus nomen esset.

T ante L.

**Tlepolemus,** *περισσης.* Herculis & Astioches filius, qui ex Ephira urbe Peloponnesi rapuerat (ut meminit Hom. Iliad. 5) clarus rebus bellicis, corporisq; proceritate insignis. Hic quid adolevisset, Lycimniūm avunculum suum Marte progenitum & patri suo charissimum jam senem interfecit. Propter quod fabricatis navibus patria profugus, collecta juventum multi- tudine, Rhodium petuit, & ea insula occupata, Rhodiensibus imperavit. Postea ad bellum Trojanum cum novem navibus profectus, à Sarpedone occisus est.

**Tletes,** *περισσης.* Populi Iberici juxta Tartessios. Steph.

**Tlos,** *περισσης.* Vrbs Lyciæ à Tlo Mileti & Praxidores nymphæ filio. Gentile id vel Tloites vel Tloitius. q; Est & alia Tlos Vrbs Si- dia possedit Tloicus Steph. Prioris meminit Strabo lib. 14.

T ante M.

**Timarus,** *περισσης.* Mons est Thesprotiorū, Dodonæ oraculo imminentis, qui & Tomarus, *περισσης.* dicitur, teste Strab. lib. 7.

**Timolus,** *περισσης.* Ger. Ein Berg in Lydia, in welchem der Fluß Pa- colus entspringt. Lydix mons, Sardibus incumbens, ex quo

Pactolis amnis profluit, aureas trahēs arenas. Ovid. 6. Meta- morph. riget arduis alto Timolus in ascensu, clivoq; ex elevus utroq; Sardib; hisac, parvis illinc finitur Hypæpis. Antiquis Timolus dicebatur per tres syllabas. Plin. lib. 3. cap. 29: Cele- bratur Lydia maximè Sardibus in latere Timoli montis, qui antè Timolus dicebatur. Ovid. 6. Metam. Deseruēre sui nymphæ vineta Timoli. q; Timolus, *περισσης.* Lydix amnis, ex ejus- dem nominis monte profluenus, in quo coticula inventur, au- ro explorando utilis. Plin. lib. 33. cap. 8: Auri, argētiq; meatio- nem comitatur lapis, quē coticulam appellant, quondam non solitus inventari, nisi in flumine Timolo, ut est autor Theoph. nunc verò passim.

**Timous,** *περισσης.* Filius Tremuli & Praxidores, in Lycia natus, Stephan.

T ante N.

**Tnyssus,** *περισσης.* Vrbs Cariz: Gentile Tnyssus, Steph.

T ante O.

**Tobius,** Ptolem. li. 2. cap. 3. Britannæ insulæ fluvius, ad cuius

ostia est oppidum quod Tonne vulgo dicitur.

**Tolentini,** Tolenti, Oppidum est Italiae in Picentia: à quo To-

leniates populi, apud Plin. lib. 3. cap. 13.

**Tolerium,** *περισσης.* Vrbs Italiz, Geat. Tolerinus. Steph.

**Toletum,** *περισσης.* Vulgo Tolosa, Ger. Ein farniente Stadt in Hispanien.

**Hispanten.**] Vrbs Carpetanorum, in tractu Tarraconensis Hispanie, apud Ptolem. lib. 2. cap. 6.

**Tolostobii.**, πλησίον Stephano, Galatarum Hesperiorum populi, qui ex Galatia in Bithyniam transmigrarunt. Erat Tolstobius lib. 1. Rerum Galaticarum, Tolistobogios, πλησίον, nominat.

**Tolophs** δι τολοφας, Locroru civitas, apud Thucydidem Rerū Peloponnesiacarum lib. 3.

**Tolosā**, pen. prog. [πλάνων. Gall. Tolosae. Ger. Ein Stad in Langobardien hat ein Erzbistumb.] Vrbs Telltosagū in ea parte Narbonensis Galliæ, quæ in Pyrenæos montes vergit: cuius incolæ dicuntur Tolosani. q. Aurum Tolosanum habere, proverbio dicuntur qui magnis & fatalibus afficiuntur malis, novoq; ac miserando percuti exitio. Sumpū à Qu., Ceptoris Consulis exercitu (ut dicit Gellius) qui quū Tolosam diripiisset, multūq; auris ex tēplis abstulisset, subito magna lues exercitū invaserit, quæ eos omnes, qui aliquid ex sacro auro attigerant, miserando lethi genere absumperit. Vide Erasmi Adagia.

**Tomæus mons**, πλαγας ορος, In Peloponneso est, juxta Coryphasium promontorium. Steph.

**Tomarus**, pen. corr. πλαγες Straboni & Stephano, mons est Thesprotiorum, Dodoneo oraculo imminent, centum fontibus inclitus, qui & Tmarus dicunt per cōcissionem. Vide Plinius in Procemi lib. 4. & Strab. lib. 7.

**Tomissa**, πλιστα, regiuncta distinguis Cappadociā à Taur. Geat. Tomisenus & Tomiseus. Steph.

**Tomos**, πλιστα Straboni, Civitas in Ponto, Ovidii exilio nota: ab eo dicta, quod illuc Medea Absyrti fratris membra fustulatum concidet: ut patrem insequentem remoraretur. Ovid. 3, Trist. 6: Inde Tomos dictus locus hic: quia festrur in illo Membræ soror fratri consecuisse sui. Conditam apparet à Miletis: quod & ipsum testatur idem Ovid. lib. 1. Trist. 6: A' quibus adveniat Miletida sospes ad urbē, Offensi quo me contulit a deo.

**Tomrys**, pen. cor. [πλιστα. Ger. Ein König in Scythia, welche Cyrus den Könige in Persia entthauptet hat.] Fuit regina nobilis Massageterum in Scythia, quæ potentissimo Perlatu Regi Cyro bello cōgressa est, ipsumq; & vita & castris spoliavit ad ultimā filii mortem, quem ille prius à matre obviā missum cum suis per insidias interficerat. Nectamen hoc eventu vitiorum contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in utrum humano cruento plenum demisit, his verbis insultans: Fili mi sanguinē hausti, & meum siusti Cyre: at ego cruentate saturabo. Vide Herod. lib. 1.

**Tongri**, sive potius Tungri, πλιστα, Populi inter Belgas, quos Ptolem. lib. 2. cap. 9, post Tabullam fluvium collocat, caputq; eorum facit Atuacutum.

**Tōpazōs**, vel Topazus, pen. prod. πλιστα, Insula est in mari rubro, CCC. passus à continente distans, in qua topazius gemma inventitur micè pellucida. Vide TOPAZIVS.

**Toranus**, Mangonis nomen est apud Plin. lib. 7. cap. 12, qui M. Antonio jam Triūviro duos insigni forma pueros pro geminis vendidit, quorum tamen alter in Asia genitus erat, alter trans Alpes. Detecta deinde fraude puerorū sermone, quum ab Antonio increparetur venditor, respondit se ob id ipsum tanti vendidisse, quod gemini non essent: quoniam in iis qui eodem utero sint editi, mira non debeat videri similitudo: sed in tam diversis regionibus usque ad cōcordi figura reperi, supra omnē esse taxationem. Quo tam opportuno responso versutus magno tantam Antonio admirationem injectit, ut aliud in censu suo nihil haberet charius.

**Toretæ**, πλιστα. Populi Pontici, Steph.

**Tornacum**, [πλιστα. Ger. Tornap im Niderlandt.] Civitas est Galliæ Belgicæ.

**Torōn**, nis, πλιστα, Lacus est Chaldaicis, circa quem fabæ sponte proveniunt. Autor Plin. lib. 18. cap. 12.

**Torōngenes**, πλιστα, Oppidum in ora Macedoniæ, in ortu ver gente: à quo propinquus sinus Toronicus, sive Toronæ appellatur. Meminerunt hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 10, & Ptol. lib. 3. cap. 13. Vulgo Agiomamma.

**Torquatus**, πλιστα, Cognomen Titi Manlii, à torque impositum, quem occiso ad Anicenem Gallo detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius, cuius injussu quum filius adversus hostem, à quo provocatus fuerat, pugnasset, eoq; occiso, equestria spolia victor ad patrem tulisset, subito cum, quod adversus edictum suum, & rei militaris disciplinam fecisset, virginem secum securi jussit percuti. q. Torquatus alius fuit Mediolanensis, qui spectante Tiberio principe, tres vini congiis uno impetu haustis: unde & Tricongii cognomē accepit. Vide Plinius lib. 14. cap. 22.

**Torrhebus**, πλιστα, Vrbs Lydiæ, à Torrhebo, Atyis filio. Gentile Torrhebus, Fœm. Torrhebis. In Torrhebide regione mōs est Casius cum templo Casii, qui Iovis & Torrhebiæ filius perhibetur, qui circa lacum quendam obambulans, Torrhebiæ ab eo dictam, vocē Nympharum audita, quas Lydi Musas vo-

cant. Musicam edocetus est, & Lydis tradidit canendi modum vel carmina nō mīs, idēd Torrhebia vocabatur. Steph.

**Tortomis**, πλιστα, Vrbs in Syria Armenia. Genitile Tortomis, Stephan.

**Tortosa** hodie dicitur, quæ olim Antandros.

**Toxi**, & Toxiani, πλιστα, πλιστα, Populi Taurici. Stephan. ex Herod. lib. 7.

T antec R

**Trabala**, πλιστα, Vrbs Lyceiæ, Gentile Trabaleus. Steph.

**Trabæ**, πλιστα, Nomē Poëta, cui inter Comicos octavus hucus assignatur. Hujus meminit Cicero lib. 4. Tuscul. & de Finib. q. Est & Trabea, genus vestis: [άλκεπις. Gal. Vt robe a cōsime de quoq; vident les Rois & Angores. Ital. Habito auctio vīsa de Ro. Ger. Ein Kleidung vor jetzt den Königen oder sonst hochgestellten Leuten / als den Böhmischen Koenigern / bestückt. Hsp. Vestimenta propria de Reyes. Ang. A robe which the auctore, kinges and sooth sayes did weare.] cuius tria sunt genera, ut Suetonius libro de vestiū generibus inquit: Vnum, quod dīs sacratur tantum de purpura: aliud quod est tegū, purpura & aliquid albi habens admistū: tertiu augurale, ex purpura & coeco mistū. Erat autē vestis to gata purpura circū dūctā sub tegmine puniceo, quā aureo fibule annētēbat. Trabea regalis meminit Virgil. 7. Aen. Ipse Quirinali lituo, parvaq; sedebat Suenctus trabea, lēvāq; ancē gerebat, Picus equum domitor. In fuacibz pompa utebātur & Equites trabea, sū Tacito credimus, quibz lib. 3, de funere Germanici sic ait: Igitur Tribuari, centurionumq; humeris cæteres portabantur, præcedebant incompta signa, vel si fasces: atq; ubi colonias transgrederentur, attata plebes, trabeati Equites, pro opibus loci, vestem, odores, alaq; funerum soleania creabant.

**Trachalus**, Orator fu Domitiani temporibus, magna vōci, pronunciationisq; scilicetate: de quo Quintil. lib. 10. cap. 1, & lib. 12. cap. 5.

**Trachleā**, pen. prod. πλιστα. Regio Asie inter Ciliciam & Pamphyliam, quæ notiore nomine dicitur Isauria. Autor Stephanus. Eodē item nomine dicitur Ciliciæ pars montana & aspera, cujus etiam incolæ dicuntur Tracheotæ, Τραχεῖται. Vide Strab. lib. 12.

**Trachina**, πλιστα, πλιστα, Oppidum Campaniæ. q. Est & Trachina civitas Thessaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognomata est. Hinc ab Ovidio Trachinus, lib. 11. Metam.

**Trachis**, sive Trachin, inis, pen. genit. prod. πλιστα, Civitas Phthiotidis sub Oeta monte, alio nomine ab Hercule conditore Heraclea dicta, teste Plin. lib. 4. cap. 7. In hac regnavit Ceyz, Alcyones maritus, qui inde Trachinius cognominatur ab Ovid. lib. 11. Metam.

**Trachonitis**, [πλιστα. Vna regione di Giudei. Ger. Ein thal des Judenthe Lands / zwischen dem Berg Libano und dem Meer Tiberias gelegen.] Tetrarchia fuit in Decapoli Syriæ, teste Plin. lib. 5. cap. 18, inter Libanum & lacum Tyberiadis sita. Hujus tetrarchie fuit Philippus, juxta Evangelium Lucæ. q. Est & regio (ut Hieronymus inquit) trans Bosram Arabiæ civitatem in deserto, contra australē plagam, quasi ad Damascū respiciens. Hanc gentem instituit Cis filius Arato, ut scribit Iosephus lib. 1. Attiruit. Vide Plin. lib. 5. cap. 18.

**Tragæa**, πλιστα Steph. insula est, una Sporadū, patria Thegioronis Peripatetici, Aristot. familiaris. Apud Plin. lib. 4. ca. 12, legitur Tragia. q. Est item ejusdem nominis oppidū in Naxo insula, in quo Apollo Tragius colebatur. Autor Stephanus.

**Tragase**, πλιστα, Epiri regio, teste Stephano, in qua sal prevenit, in igne nec crepitans, nec exiliens, ut refert Plinius libro 21. capite 7.

**Tragila**, πλιστα, Vrbs Thraciæ juxta Cherronesum Macedonicam, civis Tragilius. Steph.

**Tragurium**, πλιστα, Insula in mari Adriatico, adjacēs Dalmatiæ, in qua est civitas ejusdem nominis. Autor Ptolemæus lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 21.

**Trajana**, Picenorū urbs mediterranea, autore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Hodie Potentia.

**Trajanus**, Natione Hispanus, omnium Romanorū principū citra controversiam optimus, pacis, belliq; temporibus clarissimus, & in quo nihil omnino fuerit quod jure reprehendas. Vixit annos LXIII, imperavit XX. Quāta autem fuerit in cōbonitas, acclamaciones principibus exhiberi solitæ declarat: quum Augusti scilicetatem, Trajaniq; bonitatem illis precentur. q. Fuit & Trajanus Patrius, qui sub Iustiniano princeps floruit. Scriptit temporum Epitome nobilem. Autor Suidas. q. Est item Trajanus, portus Tuscorum Ptolem. lib. 3. cap. 1. Hodie Volaterranorum portus.

**Trallia**, πλιστα, pars Illyriæ. Dicuntur & Tralli & Trallis: nominantur item Troallidia & Tralla. Steph.

**Trallion**, πλιστα, in Bithynia pertinet usq; ad Eustadenum finum: gentile Trallii. Steph.

**Trallensis**, ium, ibus, pluralis numeri tātūm, πλιστα, Asiz ubs in-

**T**raciā, & Ceystrum fluvios sita à Plinio & Ptolemao. Caris, à Strabone Ionis, à Stephano Lydia annumerata: alius nominibus Evarthia, Seleucia, & Antiochia appellata. q̄ Sūt & altera Trallatis, ad ipsum Mæandri transitum sita, medio ferè itinere, inter superiorēs, & Magnesiam: de quibus vide Strabonem lib. 14.

**T**raſalpinus, a, um, adjecſ. ἐπανάστατος: sicut à Sardibus, Sardianus. **T**raſalpinus, a, um, Quod est trans Alpes situm. [ἰερεὺς τοῦ Οὐρανοῦ. Ger. Qui est deus deus Alpes, deus deus montes. Ital. Dea delle Alpi. Ger. Deus deus Hymenaeus genetrix. Hisp. Allende las Alpes.] Vnde Galliam Cameram Romanam Transalpinam vocant: quæ diducitur in Belgicam, Celticam, Lugdunensem & Brachatā, sive Marbonensem. Contrà Cisalpinam Galliam eam vocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur usq; ad Rubiconem, antiquum Italie limitem. [Ger. Das Gallia ienit dem Hochgebirge gesteht.] Cic. Papyrio Pato: Nunc verò etiam Brachatus, & Transalpinis nationibus, &c. Idem a. Off. Portari in triumpho Massilia vidimus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.

**T**rapeza, τραπέζη, Vrbs Arcadiæ prope Tricolon, civis Trapezia. Stephan.

**T**raphe, Vrbs juxta Pontum, inde Trapheus, Steph.

**T**rapēzis, τραπέζης, Vulg. Trapeza, Civitas libera ad Pontum Euxinum, in Cappadocia finibus, vasto monte clausa, ut est auctor Plin. lib. 6. cap. 4. Ex hac urbe orū habuit Georgius Trapezuntius, Latinarū, Græcarūq; literarum peritissimus: sed ingravescente aetate ita in omni memoria desitutus, ut utriusq; lingue prorsus oblivisceretur.

**T**rasymenus, Vide THRA SYMENVS.

**T**rauchenii, τραχεῖον, populi juxta Pontum, Sundis finitiimi, Stephan.

**T**rausti, τραυτοί, Populi quos Græci Agathyr̄es nominant, & nos uelut, Steph.

**T**rebātūs, iurisconsultus, Ciceronis familiaris, epistolis ejus notissimus.

**T**rebās, τρεβάς, Ger. Ein aus Italië laufte auf dem Berg Apennino nach bei Placentia in die Po. Fluvius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina, ex Apennino monte in Padū fluens. Iuxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affecit. Lucan. lib. 2.: quid non in Punicā nati Tempora Cannarum fuimus, Trebāz, juventus.

**T**rebātēs, Vmbriz populi in quarta Italie regione: quorum meminat Plin. lib. 3. cap. 14. Idem & Trebiani dicitur. Suet. in Tib. Iterum eo censente, ut Trebianis legaram in opus novi theatri pecuniam ad munitionem via transversa concederetur, obtinere non potuit.

**T**rebōnūs, Vnus ex percussoribus Cæsaris: qui quum se in Asia recipisset, Smyrna à Dolabella oppressus est, & crudelissime excarnificatus.

**T**rebūlla, τρεβύλλη, Oppidum fuit in Sabinis, cuius incole dicitur fuit Trebulani; quos Plinius collocat in quarta Italie regione. Apud hos præstantissimi siebant casei, qui Trebulani dicitur sunt. De quibus Mart. Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, sive levi flamma, sive domamur aqua.

**T**recū, carum, Vrbs nobilis & potens in Capania Gallicana.

**T**rechus, Hom. Iliad. 5: Vir Actolus, bellator egregius, à Matte in bello interemptus.

**T**remile, τρεμήλη, Lycia vocabatur, incola Tremileis, à Tremilio, qui ex Praxidice Nympha filios suscepit, Timoum, Xanthū, Pinaxum & Cragum.

**T**remithus, τρεμίθης, Vicus in Cypro: incolæ Tremithusii & Tremipolitæ.

**T**retus, τρετός, Regiuncula Thracia: & Tres Thracia Populi, Callim. τρετας dixit. Theopompus Thrares, Steph.

**T**revīrī, τρετίρη, Ptolemy, Populi Galliæ inter Belgas ad Mollesiam fluvium, & Leucis & Mediæ matricibus finitiimi: vetusti sicut, nomenq; retinentes, nec pristinæ cedentes fama: apud quos insignis olim cognoscendarum causarum, popul. Romanæ curia, Trevitorum cognominata. Cujus in Floriano mentione Vopiscus. Lucan. lib. 1: Tu quoq; luctatus converti prælia Trevir. [Ger. Die Trierer.]

**T**riballī, τριβαλλη, Populi sunt inferioris Moesiae, Inter Haemū montem, & Danubium fluvium siti: ut est auctor Ptolem. libro 3. capite 5.

**T**riboci, [Ger. Die Eisfeste.] Gallæ Belgicæ populi inter Rhenum & Vogesum montem incolentes, nō procul à Rauracis, quem tractum hodie incolunt Alsatiæ.

**T**ricā, aut potius Tricca per duplex c., τρικα Stephano, Vrbs Theſſaliz, nō procul à ſinu Pegasico, id nominis fortita à Tricca Penæ filia. q̄ Fuit & Tricca alia in Apulia Dauniorum, quæ cum Apina vicino oppido ranta Diomedes ignominia erexit, ut in proverbii ludibriis trâferint. Quoties enim rem fuligine ac nugatorium ostendere volumus, Tricas & Apinas nō pignamus. Vide in dictione APINA.

**T**ricalon, τριγλωνος vel ἐπιγλωνος, nō, Vrbs Siceorum, natus. Gentile Tricalinus, Steph.

**T**ricara, τριγρα, Castellum Phliasiaz: Gentile Tricaneus & Tricolonus, ambo de eadem regione.

**T**ricoloni, τριγλωνος, Vrbs Arcadiæ, à Tricono filio Lycannis. Gentile Tricoloneus, Steph.

**T**richīlā, τριχηλη, Epheſus olim dicta, Vide ex Stephano.

**T**richōnīon, τριχηνος, Vrbs Aetolie: Vnde Trichonichus, Trichonites, Steph.

**T**ricongiūs, τριγρασιος, Cognomen Novelli Torquati Mediolanensis, qui gestis honoribus à Praetura ad Proconsulatum usq; pervenerat. Hic tribus congiis eptoris, spectante miraculi gratia Tiberio principe, præclarum cognomen sibi vindicavit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

**T**ricorynthion, τριγρανθη, nō, vel ἐπιγρανθη, οντος, Vicus in Acanthide Tribu. Inde Tricorysius, Steph. Apud eundem in Tetrapoli, Tricorython legitur, sine n. post y.

**T**ridēnum, τριδένη, [Vulg. Tridē. Ger. Die Stadt Trident.] Rhætia oppidum, ad Athelium fluvium: in Alpium angustiis situm: à quo Tridentini, quorum meminat Plin. lib. 3. cap. 19.

**T**ricrea, τριγρα, Vrbs Syriæ. Significat etiam Triremem. Civis Trirectes, Steph. Item στριγη apud eundem gens quædam dicitur à Trioro Ombriaraj & Thrases filio.

**T**rirectica, Erant Bacchi sacra: quæ quia tertio quoq; anno sumptuosisiora quotidianis Orgiis agitabantur, Trirectica dicitur sunt. Ovid. lib. 9. Metam.

**T**risinum, ali. Siculus Flæcus, dicebatur locus, in quem tres postfiores attingebat, quo in loco omnes tres sacrum faciebant, si termini ponebantur.

**T**risfoliūm, Campanie oppidum fuit, à quo ager Trifolinus dicitur, vini non prorsus, ḡ nobilis ferax. Juvenal. Sat. 8: Te Trifolinus ager fœcundis virtibus implet. Et Trifolina vitis. Martial. lib. 13: Non sum de primo, facio, Trifolina Lyæo: Inter vina tamen septima vitis ero.

**T**rigarium, tri, Locus juxta campum Martium, ubi trigarum curule certamē fiebat. Plin. lib. ult. cap. 13: Ne equos euidem in trigaris præfert ullos vernacularis animadverto.

**T**rigemīnā, Porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres Noritai exierunt. Livius: Minutius extra portam trigemina bove aurato donatus est.

**T**rinactī, τρινακτη, Ger. Die Insel Sizilia/ hat diese nationen von ihm dreien Borgestegen.] Insula est maris Tyrrheni, angustissimo fredo ab Italia dimpta, cū qua olim creditur cohæſisse: unde Siciliā dictam volunt à siciliendo: hoc est, abrūpendo. Eadem quoq; à Triangulare figurā dicitur à Triquetra. Trinacria aut à tribus promontoriis, Pachyno scilicet, Lilybæo, & Peloro. Græci enim τριγρα summitates vocant, vel promontoria. Virgil. Aeneid. - sic deniq; vicit Trinacria fines Italos mittit relata. Et paulo pōst: - intremere omnem Murmure Trinacram.

**T**rinactīs, τρινακτη, Patronymicum femininum. Ovid. a. Faſtorum:

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor,  
Trinacris à positiu nomen adepta loci.

**T**rinacriūs, a, um, possessivum, τρινακτη, Siculus. Virg. 3. Aeneid. - Præstat Trinacris metas illustrare Pachyni. Iuvenes Trinacrii, Idem 5. Aeneid.

**T**rinella, τρινελη, Locus Phrygiz: Gentile Trinellus, Steph. Trinobantes, Populi in Orientali tractu Britaniz ad Tamesim fluvium. sive æstuarium. Ptolem. lib. 2. cap. 3.

**T**riocala, sita Triocla, τριοκλα Ptolemæo, Oppidum Siciliæ mediterraneum post Messanam, teste Pto. lib. 3. cap. 4.

**T**riocalini populi: à Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4.

**T**riōpās, τριοπα, Thesaloniorum rex fuit, pater Meropis, à cuius nomine Cos insulæ olim Meropis, ipsiq; insulani Meropes sunt appellati. Auctor Steph.

**T**riopīa, τριοπη, τριοπη, Stephano, Caris oppidū, ad fines Doridis situm: ita dictum à Triopā Erisichonis patre. Vide Steph. & Plin. lib. 3. cap. 28.

**T**riozehus, Thrax fuit, Vnus ex his qui venerant in auxilium Trojanorum, ut ostendit Hom. Iliad. 2.

**T**riphylia, τριφυλια, Eadem quoq; Elii. Dicuntur autē Triphylia, quod ex tribus numero tribubus collecti sint: vel à tribus portis: vel à Triphyle magre Clithii. Incola Triphylius, scemini num. Triphylis, Steph.

**T**ripodiscus, vel Tripodisci, vel Tripodisce. Vicus aut elitas Megaridis. Hinc Tripodiscus, Steph.

**T**ripōlis, pen. corr. τριπολις, Tractus est Phœnicet, tres urbes continent, Tyrum, Sidonem & Aradum: à quarum numero & nomen accepit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 20.

**T**riptolēmus, τριπτολεμος, Celcius E' eiusnis regis filius, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditur inventisse. Eleusin (inquit Servius) civitas est Atticæ provinciæ, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Cererē filiam quærentem,

rentem, liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneracione ostendit ei omne genus agricultura. Filium etiam ejus Triptolemum recens natum, per noctem igne fovi, per diem divino lacte nutritivit: & eum alatis serpētibus superpositū, per totū orbē misit ad usum frumentorū hominibus indicandū.

Triquetra, pen. natura correpta, quamvis propter mutam & liquidam subsequentem aliquando producatur, Insula maris & Tyrrheni, olim Italia annexa, quæ nomine **Sicilia** dicitur. [Ger. Die dreieckige Insel Sicilia.] Triquetra dicta à trianguli figura. **τρικύρτης**, **τρικύρτης**. Plin.lib.3. cap.8: Anteit omnes claritate Sicilia, Sicania à Thucydide dicta, Tinacia à pluribus, & Triquetra à Trianguli specie.

Trismegistus, [τριμέγιος]. Ger. Der gross Mercurius so vor gelegen in Ägypten ein herlicher Philosophus / Priester und auch König gewesen ist. Latinus ter maximus sonat. Quo cognomine dictus est Mercurius, superioris Mercurii nepos: quem fabulatur tuus filium Nili. Hunc tamen secundum afferunt occidisse Argum, Aegyptiisque, prefuisse, & leges, literasque tradidisse: sed literarū characteres, animaliū, arboruthique, figuratas habuisse. Hic cōdedit urbem quam à se Hermopolin nominavit. Dictus est autem Trismegistus, quod & Philosophus maximus, & sacerdos maximus, & maximus deniq; rex fuerit. Consueverunt enim Aegyptii ex omni philosophoru numero sacerdotes ac rursus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philosophos sapientia & ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio administrādo superiores omnes reges superavit. Primus à physiciis ad divinorum speculationē se erexit. Primus de maiestate Dei, de dæmoni ordine, animarumque mutationibus sapientissime disputavit. Scriptis multa volumina, quibus arcana mysteria, & oracula panduntur. Non enim ut philosophus tantum, sed ut propheta futura sāpē predicit. Hec ex Diiodoro Siculo.

Trispilæ, τριπλα, Populi Thraciæ, Steph.

Tritæ, τρίται, Vrbs Achaiæ, civis Tritæus.

Trite, τρίτη, Vrbs citra Herculis columnas, Steph.

Tritea, τρίτη, Vrbs Troica ab Arisbæs cōdita. Civis Tritæus.

¶ Est & alia inter Phocidem & Locros Ozolas. ¶ Tritæa vero per duplex, in Achæa est, Steph.

Tritanus, pen. prod. [Ger. Ein starker und wortgeblütter Dichtmeister.] Nomen est fortissimi gladiatori, qui in castris Cn. Pompeii militans cum hoste se provocante inermi dextera congreffus, pugno cum humi prostravit, captusq; uno digito in castro Imperatoris sui reportavit.

Tritæes, Populi fuerunt Archivorum, autore Herod.lib.1.

Tritium metallum, Hispanæ Vrbis, Ptolem.lib.2.cap.6 hodie *Trafalls*.

Triton, onis, pen. prod. [Ger. Ein Sohn des Meers / und ein Sohn Neptuni.] Deus marinus. Neptuni & Salaciæ marinæ nymphæ filius, quem Poëz. singunt Neptuni tubicinem esse. Ovid.2. Metam. Cœruleos habet unda deos, Tritona canorum, Protraeq; ambiguum. ¶ Est præterea Triton, Africæ fluvius ex Tritonide palude erumpens: à cuius nomine Pallas Tritonis, & Tritonia est appellata, quod circa hunc fluvium, vel lacum primū apparuerit. Hujus fluvii meminit Plinius libro 5. capite 4. *τριτων*.

Tritoniæ, τριτωνια. Ger. Ein junam Minerve.] Dicta est Minerva, quod temporibus Ogyg's regis ad lacum Tritonidem, ex quo Triton fluvius erupit, virginali primū habitu apparuit. Vbi ait Herodotus virginis annis singulis inter se pugnare lapidibus & fustibus in venerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Tritone Cretæ fluvio.

Tritonice, Ponti Vrbis, eadem Tomos appellata, de qua ante diximus.

Tritonus, τριτων, Oppidum Macedoniæ. Gentil. Tritonius, Stephan.

Trivia, Dicta est Diana, quod in triviis ponebatur in oppidis Græcis cum corona quernea & draconum voluminibus, propter quod tres facies habere singebatur. *τριτων*. Virg.4. Aen. tria virginis ora Diana. Ovid 1. Fast. Ora vides Hecates, in tres vergentia partes: Seruit ut in ternas compita sesta vias. Idem 3, de Pont. eleg 2: Protinus immitem Trivias ducuntur ad aram, Evincti geminas ad sua terga manus. Virg.6. Aen. atq; una Phœbi Trivias, sacerdos.

Triumphalis porta, Romæ dicta est, quod per eam triūphi agerentur: hoc est, triumphantes viatores in urbē deducerentur. *τριπλασία* σύνη. Hæc alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quod ad viam Appiam sita sit. Hodie, D. Sebastiani porta dicitur.

Trizī, τριζη, Populi juxta Istrum Meridiem versus. Steph.

Troas, hujus Troadis, pen. corr. τριάς, Regio est Asia minoris, quam Ptolemaeus minorem Phrygiam appellat, Hellepono adjacens. Hanc Homer. ab Aesapo fluvio usq; ad Caici fluminis ostia produxit. Plinius tamē, ceteriq; recentiores Lecto promontorio cam ab Aeolide dividunt. In ea fuit Ilion, ιλιον,

ā mille quingentis passibus à portu distans, Homeri & Virgilii carminibus nobilissimum. ¶ Est præterea Troas, patronymicū femininū formatū à masculino Tros Trois. Virg.5. Aen. At procul in solo secreta Troades asta Anchisen sibat, Troades, *inquis*: hoc est, mulieres, Trojanæ.

Trocmi, τροκμι, Galliz populi, qui Maeoniz, Paplagonizj parte occupata, Tavium Galatæ oppidum condiderunt. Author Plin.lib.6.cap.32.

Troctes, τροκτης, Phœnicis cuiusdam nomen, hominis subdoli, in quem Vlysses apud Eumæum subulcum fragi se in Africa incidisse, eusq; suus induxit, se in Phœnicem cōmisisse, ibi, annum cum eo integrum egisse: eoq; exacto navis rursus cōscendisse eodem Trocte suo labore: qui alias quidem causam prætexebat: revera autem hoc agebat, ut in Africa plū venundaret. Verū subito exorta tempestate, naviq; strata, Trocte cum suis omib; interisse: sese verò arrepto navis malo, novem perpetuus dies undarum arbitrio iactatum, decimo tandem die in Thesprotiorum littora fuisse ejectum. Vide Homer. Odyss.lib.11.

Troæzen, enis, cum ce dipthongō in priore syllaba, τροκτης, Oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, à Troæzene conditū filio Pelopis. In hoc regnauit Pitheus Aethæs pater, & avus maternus Thesei: unde & Pitheus Troæzen ab Ovidio cognominatur. ¶ Est & Troæzen altera Cariæ, in conventu Alabandarum: cuius meminit Plin.lib.5.cap.29.

Troæzeniūs, a, um, τροκτης: ut, Troæzeni carbunculi, apud eundem Plin.lib.37.cap.7.

Troæzeni, populi, fide societas Atticæ illustris, ut inquit Pompon. Mela, in ipso Chersoneso siti, ad quos recto cursu ex Pitæa commodissima navigatio est. De his lege Plutarch.19. Themisto clis vita.

Trogilios, τρογιλος, Vrbs in Sicilia & Regio Macedoniæ Gentile Trogilius. Est itē Trogilia Mycales, quæ Trogilio quoq; vocatus, Steph.

Trogloidyæ, [τρογλοδυτæ, *troglodytes*, *συχνήμης*, *συχνήμην*.] Regio Aethiopiæ Mounta, so von grosser hig wegen nur in Höhnen wohnen.] Populi Aethiopiæ sub Aegypto, in sinu Arabicu & mare rubrum vergentes: *τρογλοδυτæ*: hoc est, à specubus, in quibus habitant omen sortiti. Plin.lib.5.cap.8: Trogloidyæ species excavant: he illis domus, vinctus serpentium carnes: stridorq; non vox: ad sermonis commercio carent.

Trogloidyæ, τρογλοδυτæ, Regio Aethiopiæ sub Aegypto, in qua septentriones, si Plinio creditus, conspicu nō possunt. ¶ Hinc proximus sinus Troglodyticus appellatur à Plin.lib.6. cap.29: quem Barbaricum appellat Ptolemaeus.

Troia, τροια. Ger. Ein Landeschaft des minderen Asie, in welcher vorgetragen die Königliche Statthilf gelegen ist / welche die Griechen sehr lange begegnet haben.) Regio minorum Asie, teste Servio, in qua fuit Illion urbs, regia Priami, quæ etiam à scriptoribus nonnunquam Troja vocatur. Ovid. Epist. 1: Troja jacet cente Danais invisa puerilis. Ibidem: Iam seges est ubi Troja fuit. Virg. 3. Aen. Et campos ubi Troja fuit. Cic. de Amic. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Trojani Neoptolemus capere potuisse, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impudentem audire voluisse. Virgil. 3. Georg. & Troja Cynthius autor. Troja autem dicta est à Troe rege: apte Teucria à Teucro: & Dardanis à Dardano. ¶ Troja item dicitur ludus puerilis, & sciomachia equestris, ab Aenea in Sicilia ad Anchisen patris tumulum primū invēta: deinde post Albam conditam ab Ascanio instaurata, tandemq; veluti per manus ad Romanos transmissa. Virg. 5. Aeneid. Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus Ascanius, longam muris quum cingeret Albam, Rerum, & prisos docuit celebrare Latinos. Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes, Albanī docuere suos: hinc maxima porrè Accepit Roma, & patrium servavit honorem: Trojaq; nunc pueri Trojanum dicitur agmen. Sueon. in Cæsare: Trojam lusit turma duplex, majorum, minorumq; puerorum. ¶ Troja item fuit oppidum, ad intimum maris Adriatici sinum, ab Antenore Trojano, & Helenis conditum. ¶ Item alterum ejusdem nominis, in agro Laurenti, ab Aenea extratum, antequam Lavinium condideret. Vtiusq; meminit T. Liv. lib.1. ab Vibe.

Tros, gentile, τρος, Cuius femininum est Trōjas, adis, sive Troas, per tres syllabas, τροια. Virg. 1. Aeneid. Tros, Tyrusq; mihi nullo discrimine agetur. Idem 5. Aen. At procul in sola secreta Troades asta Anchisen sibat, Persius Sat. 1. Ne mihi Polydamas, aut Troadas Labconem Præulerint, Trojanus, a, um. Virg. 2. Aen. Trojanas ut opes & lamentabile regnum Eruerint Danaï. Bellum Trojanum. Horat. de Arte: Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo. ¶ Porcus Trojanus, per jocū dicebatur aper, qui integer torrebatur, minutotibus animalculis veluti gravidus: de quo vide Macrobi. in Satur. ¶ Equus Trojanus, proverbial metaphoræ, pro clandestinis insidiis accipitur, & latenti periculo: Cic. pro Muræ. latius,

*Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, à quo nunquam me Consule dormientes optimemini.*

**Troilus**, ca. cum, *τρωϊός*, ejusdem significationis. Cic. de claris Orat. Neq; enim jam Troeis temporibus tantum laudis in diecendo Vlyssi tribus et Homerus, & Nestori, nisi jam tunc esset honor eloquentiae habitus.

**Troilus**, a. um, dictio trisyllaba, *τρωϊός*. **Troia gaza**. Virg. i. Aen. Apparent rati nantes in gurgite vasto, Aima vitum, tabulae, & Troia gaza per undas.

**Trojūgena**, n. z. *τρωϊγένεια*. Id est. Trojanus, quasi in Troja genitus, ea forma qua Græcos vocamus Grauges, quasi genitos in Grecia. Virg. 8. Aeneid. Trojogenas, & tela vides inimica Latinis. **Troilus**, *τρωϊός*. Filius fuit Priami & Hecubæ, cuius vita inter Trojaorum fata numerabatur: nam eo vivo Troja capi non poterat. Hic adhuc adolescentulus ausus cum Achille Græcorum omnium fortissimo cōgredi, ab eodem occisus est. Virg. li. i. Aen. Parte alia fugiēs amissis Troilus armis, Infaelix puer, atq; impat congressus Achilli Fertur equis.

**Troizenus**, *τρωϊζηνός*. Fui Thraex, unus ex his qui venerunt in auxilium Trojanorum.

**Trophonius**, *τρωφόνιος*. Insignis architectus fuit, qui subterraneum fanum in Lebadia Bœotia regione construxit, quod ab ipso Trophonii antrum cognominatum est. Vbi quoniam aliquandiu oracula reddidisset, atq; tandem fame interiisset, ferunt Genium quendam antrum hoc subiisse, atq; ex eo oracula reddidisse. Qui verò hinc oracula sciscitabantur, nudi in aditu specus sedere soliti sunt, atque inde flatu quodam sub terram abripiebantur. Gestabant autem secum placetas, quas lemuribus, serpentibusque occurribus obijicerent. Deinde accepto oraculo, rursus per alium hiatum in terram restituebantur. Creditum est autem quotquot in hoc antrum descendissent, nunquam postea ridere. Hinc factus est locus proverbio, ut homines tristes, & tetrici in Trophonii antro vaticinati dicerentur. Hæc serè ad verbum descripsimus ex Erasmi Adagiis.

**Tropis**, *τρόπης*, Insula quædam, Steph.

**Tros**, ois, sive os, *τρόσης*, Erichthonii filius, & nepos Dardani, Trojanoii autem rex, pater Ilii, Aßaraci, & Ganymedis: ut refert Aeneas apud Hom. lib. 20. q. Est item Tros, gentile nome à Troja deductum. Vide supra in dictione T R O I A.

**Trossulum**, Oppidum fuit Tuscia, novem passuum millibus distans à Volsiniorum, quod quoniam equites Romani cepissent sine peditum adjumento, inde Trossuli dicti sunt. Plin. lib. 33. cap. 2: Quoniam ipsum equitum nomen sapè variatum est, in his quoq; qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo, regibusq; appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, quoniam oppidum ejus vocabuli in Tuscia circa Volsinios passum i X M. sine ullo peditum adjumento cepissent. Hæc ille. Nonius Trosulos dictos putat, quasi torosulos: hoc est, bene habitos, & musculorum toris prævalidos: citatq; testimonium Varonis ex Sesquiulysse: Nunc emunt Trossuli, nardo nitidi, vulgo Attico talento equum.

**Truentus**, Fluvius Picenorū, qui vulgo nunc Fronde vocatur, cum oppido ejusdem nomine, Dom. Mar. Nig. lib. 7. & Ptol. lib. 3. cap. 1.

**Trychæ**, *τρύχαι*, Vrbs Eubœæ, Gentil. Trychæus.

**Tryphiodorū**, pen. prod. *τρυφίδης*, Grammaticus & Poëta Aegypti, ex cuius operibus à Suida cōmemorantur Marathoniaca, Excidium Ilii, Pugna Lapitharum, & Centauriæ, in Hippodamie nuptiis, Odylle, Paralipomena, in quibus fabulas persequitur, Homero & aliis intaq; item Paraphrasis Homericarum comparationum.

**Tryphon**, enis. *τρύφων*, Grammaticus Alexandrinus, Ammonii filius, qui circa Augusti tempora fuit natus. Scriptor tractatus aliquot de variarum linguarum dialectis, & alia nonnulla ad Grammaticæ cognitionem pertinetia. q. Fuit & Tryphon alias, Origenis auditor, cuius extant nonnullæ ad ipsum epistola. q. Tryphon item, Bibliopolæ nomine fuit, Martialis carminibus non uno in loco celebrati.

T ante. V.

**Tuæsis**, Aestuativum maris Britannici, apud Ptol. lib. 2. cap. 3. Tuæde Vulgo, fixa quod Bervitia, munitissimum oppidum regni Angliæ, in finibus Scotiæ, Vulgo Berwic.

**Tubero**, Prænominis Quidius, civis Romanus fuit, Ciceronis equalis, qui quoniam in Pompeianis partibus fuisse, postea veniam consecratus à Cæsare, eodem crimine accusavit Q. Ligarium, defendantem Cicerone: cuius adversus illum extat Oratio pro Q. Ligario inscripta.

**Tuberum**, ri. flumen Carmanum navigabile, quod Paritæ populi accolunt. Autor Plin. lib. 6. cap. 23. q. Est etiam fluvius in Ostrofrancia, aliquot milliaribus à Rotenburgio ad Tuberū inde nomine deducendo oīrum habens.

**Tuberobis**, Fluv. Britanniæ, Ptolem. lib. 2. cap. 2. [Vulg. Abedry.]

Tuburbis, Vrbs Africæ propriè dictè inter Bagradam, & Tritonem annæ. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

**Tucca**, Augusti temporibus vii in primis eruditus fuit. Virginioq; amicissimus, & exparte testamente hæres, cui Augustus usq; cum Vario, & Plotio Aeneidem, quam cremari Poëta testamento jussar, ea lege dedit emendandam, ut nihil adderent. Autor Servius.

**Tuccia**, Virgo vestalis fuit, quæ incesti accusata, aquæ pertulit in cribro. Plin. lib. 28. cap. 2.

**Tudæ**, *τύδη*, Oppidum Hispanæ Tarraconensis, in tractu Galatorum, inter Minium & Duriam fluvios. Ptolem. libro 2. capite 6.

**Tudér**, *τύδη*, Stephano: Vulgò Tedi, Oppidum est Umbriae mediterraneæ, teste Plin. li. 3. cap. 14. Hujus oppidi incolæ Tudertes appellantur. Silius lib. 4: Et gradivicolam celsi de colle Tudertem.

**Tudérium**, *τύδηος*, Civitas in inferiore Germania climate, apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

**Tuditanus**, Nobilis apud Romanos familiæ cognomen fuit, inde tractu, quod qui primus id cognominis fortitus est, caput habebit oblongum & mallo non dissimile. Fuit hoc cognomine quidam ex Ovidii Poëtae amicissimis, ad quem ille semel atq; iterum scribens in libris de Ponte, cōqueritur ejus nomen in carmine elegiaco locum non habere, eò quod brevem habeat syllabam inter duas longas sitam.

**Tugi**, Veterissimi Helvetiorum populi, juxta lacum Lucernæ incolentes: quorum oppidum Tugium est, quod vulgo Zug vocant, imprimis ameno situ: à Septentrione planicie pratorum ampla: ab Occidente pisco lacu: à Meridie supra lacus longitudinem Alpium prospectu: ab Oriente verò partim pascuo, partim sylvoso colle conspicuum. His se Tigurinis, Lucernatibus, Vrenibus, Suicensibus, & Subsylvanis perpetuo foedore junxerunt anno ab orbe redempto 1352, & in civitate Helvetiorum septimum locum tenent, Tuginorum meminit Strabo lib. 7, una cum Cimbris & Tigurinis eos in Italiam irrupisse afferens, & à Romanis fuisse deletos.

**Tulgis**, Modicus amnis Hispanæ ad Tarraconem, ut scribie Pompon. lib. 2.

**Tuliphordum**, *τυλιφόρδη*, Oppidum in inferiore Germania climate, apud Ptol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Obtingen.

**Tulisurgium**, *τυλισέργημα*, Oppidum in inferiore Germania climate apud Ptol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Drauswelt.

**Tullia**, Filia fuit Servii Tulli, sexti Romanorum Regis, quæ quoniam Tarquinio nuplisset, qui postea à moribus Superbus est cognominatus, viro autor fuit patrem suum occidendi, regnumq; ejus invadendi. Nuntiata deinde patris nece, protinus consensu curru ad virum accurrit, ut ei regni adepti nomine gratularetur: quoniamq; in patris eadaverio via projectum incidisset, dubitante aurigam, & Regis reverentia in latus equos flecentē, compulit ut per medium patris corpus ageret carpentum: à quo tam immani genere impietatis vicus ille scelerati nomen retinuit, teste Liv. lib. 1. ab Urbe. Ovid. in Ibin: Infamemq; locum sceleris quæ nomine fecit, Pressit & induxit membra paterna rotis. q. Fuit item Tullia, M. Tullii Ciceronis filia, quam ille blanda diminutione Tulliolam appellat.

**Tullianum** ni, Locus erat Roma in carcere, noxiiorum supplicio destinatus: à Tullo Hostilio extractus: unde & nomen accepit. Salust. in Catil. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

**Tullius**, Nomen proprium M. Ciceronis, eloquentiae totius parentis: de quo latius suprà egimus in dictione C I C E R O.

**Tullum**, [Vulgò Tulle. Ger. Töll in Burgund.] Leucorum oppidum inter Belgas, etiam hodie nomen retinens: cuius meminit Ptol. lib. 2. cap. 9.

**Tullius Hostilius**, Tertius Romanorum Rex, qui Numæ Pomplilio successit moribus illi dissimillimus, atq; ipso etiam Romulo ferocior: cuius vita explicatur à Liv. lib. 1. ab Urbe. Virgil. 6. Aeneid. cui deinde subibit Otia qui rumpet patriæ, resedeq; movebit Tullus in arma viros, & jam desueta triphis Agmina, &c.

**Tunes**, tunetis, *τύνης*, Vulgò Tunæ, Vrbs est Africæ totius præstantissima, regumq; Libyæ regia. Hæc co tempore, quo Scipio in Afica bellū gerebat, tumulus erat, cum operibus, cum natura loci munitus, duodecim non amplius millia passuum à Carthaginæ distans, qui & ab urbe conspici, & prospectum cum ad urbem, tum ad circumfusum mare piebère posset. Recentiore aliquot antiquitatis imperiti, Tunetum vocant: alii Tunitum, sed præter cuiusquam veterum, ut arbitror, exemplum. Livius certè lib. 10 bel. Pun. accusativum modò Tunetum Latinorum, modò Tuneta Græcorū more effert. Sic enim habet circa initium lib. 10: iam in Carthaginæ intentus, occupat reliquæ custodum fuga Tuneta. Et circa finem ejusdem libri Tum ad Tunetum eodem quo prius loco castra posita.

Tungri,

Tungri, *τύγροι*. Populi inter Belgas, qui à Ptolemaeo post Tabularum flumen collo cantur. Horum urbs fuit Atuacutum, teste eodem Ptolemaeo lib. 2. cap. 9.

Turātūs, *Vicus Rōmæ* fuit, in quo thus, cæteraq; thymiamata vendebantur. Asconius: Signum Vertumnī in ultimo vico Turatio est, sub Basilica se flecentibus.

Turbo, *τύρων*, Proprium nomen gladiatoris. Hor. lib. 2. Serm. Satr. 3: Corpore majorem rides Turbonis in armis.

Turcæ, *[ΤΟΥΡΚΙ] ΤΟΥΡΚΙ* ischmehelim. Turchi. Ger. Die Turken. Teste Mela, Scythæ populi fuerūt, māris Caspii, Caucasusq; montis accolæ, qui supra septingentesimum abhinc annum, relieta patria, portasq; Caspias egressi, latocinantur more in Persidem primū, deinde in Pontum, & Cappadociam impletum fecerunt: occupataq; minore Asia, vietricia arma in Europam trahederunt, Græciamq; om̄nē, ductu Mahometus in protestam redegerunt, ipsa etiam imperii sede Constantiaopolit post longam obliusionem expugnata. De origine Turcarū, rebusq; gestis vide latius Baptista Egnatii in opusculo de Romanis principibus.

Turdetani, *τυρδανοί*, Hispanizæ Bæticae populi sunt, apud Ptolem. lib. 2. cap. 5. q Turditania, *τυρδανία*, Regio Iberia, circa Bætin fluvium, quæ etiam Bætica dicitur.

Turduli, *τυρδοί*, Populi Hispanizæ Bæticae, Bastulis, & Turdetanis finitimi, teste Ptolemaeo lib. 2. cap. 5: Varro de Re rust. li. 2. cap. 10: Nō omnis apta natio ad pecuariam, quod neq; Bastulus, neq; Turdulus idonei.

Turiā, *τυρεα*. Fluvius est Ederanorum, in tractu Tarraconenſis Hispania, Valentia præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. Claudianus: Floribus & roseis formosus Turia ripis. Salast. lib. 4. Hist. Inter lœva mœniū dextrum flumen Turia, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. Phocas hoc nomen neutro genere effundit, quemadmodum & Mulucha: cui tamen refragatur testimonium paulo autè ex Claudiano citatu. Plinius Duriam vocat lib. 3. cap. 3. Ptolemaeus Doriam.

Turiaſſo, Ptolem. libro 2. capite 6, Hispanizæ Vrbs, Vulgo Tyri affusa.

Turmeda, civitas Syriæ, quæ aliás Amphilolis, Steph.

Turnūs, *τύρης*, Nomen regis Rutulorum, acerimiq; Trejanorum in Italiam advenientiū hostis: quem Aeneas tūngulari certamine victum occidit, Layiamq; illi desponsatam uxorem duxit.

Turones, [Vulgò Tours. Ger. Die Turonæ oder Tours in Francia. ] Lugdunensis Gallæ populi sunt, ad Ligerim fluvium. Autor Plin. lib. 4. cap. 18.

Turpīo Ambivius, Aëtor Comædiarū, Terentii temporibus. Turris Biforis, civitas Sardinizæ, Ptol. lib. 3. Sardos hodie Turris Libyponis, Plin.

Turulisi, Fluv. Hispanizæ Tarraconenſis, Ptol. lib. 1. cap. 6. Turia vulgò Claudião & Hermolao apud Plin. Pomponius Duriā corruptè nominat. Vide T V R I S & D V R I A S.

Turuptiana, Vrbs Callætorum Lucensium, in Tarraconenſi Hispania. Ptolemaeus lib. 2. cap. 6.

Turarius, & Turarius vicus. Vide suprā.

Tusca, Africæ fluvius est, Zeugitanam provinciam: hoc est, Africam propriæ dictam dirimens à Numidia. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Tuscaniā, *τυσκανία*, Oppidū Tusciz prope Tarquinios: à quo Tuscanenses populi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Tuscanicum, Locus in ædibus cavatus, quem à Tuscis morē Romani accepertunt, eamq; ob causam, Tuscanicum dicitum: Varr. lib. 4. de Ling. Latina.

Tusciā, Vulgo Toscana. Celeberrima Italizæ regio, Macra & Tiberi fluminibus intersepta, alio nomine Hetruria dīcta, à Græcis etiam Tyrrhenia, à Tyrrheno quodam, Atys filio, qui relicta Maenia in Italij secessit, & in ora maris inferi consedit, populosq; Tyrrhenos, & mare ipsum Tyrrheni de nomine suo appellavit. *τυψλωτα*. Tusciam autem Festus dicitam existimat à Tuscis quodam Herculis filio, qui regionis hujus imperium dicitur tenuisse: quanquam nō desint qui à Græco *θύρων*, quod est sacrificare, vocis ejus originem repetant. q Fuerunt enim Hetrusci præ cæteris Italizæ populis eorum quæ ad religionem & sacrificia pertinent, ad superstitionem nūq; studiosi. Hinc fit ut nonnulli primum nominis hujus elementum existimat esse aspirandum. Tusciz oppida celeberrima sunt Florentia, Pisa, Luca & Sena. Populi ipsi Tusczi appellantur, & Hetrusci, à Græcis *τυψλωτοι*, haruspiciæ olīm peritissimi. Quapropter interpretandorum prodigiorum, & procurandorum fulminum causa vates olim ex Hetruria Romam sep̄issimè acceſebantur.

Tusci, *τυσκα*, tuscum, possessivum deductū. *τυψλωτος*: ut, Tuscus vicus, à Tuscis incolis, teste Fest. ita dictus, quibus post Porcenæ discellum in urbe manentibus sedes sunt assignatæ Horat. 3. Serm. Satr. 3: Ac Tusceti turbæ impia vici.

Tusculum, *τυσκον*, Straboni, Oppidum Latii, X V. M. passum ab urbe distans, olim inter insignes Latii civitates numeratū, Federici Acnobari temporibus, à Romanis Postificibus delatum: cō quod Imperatori Pontifici bellum inferentia auxilio fuissent Tusculani. Hodie obscurus est vicus, quem Romani Friscas vocant. Dictum autem putatur Tusculum, quasi *τυψλωτον*: propter quod in monte satis edito situm, molesta exhibet ascendentibus. Est enim *τυψλωτον* vexare, seu molesta afficer. Conditum autem existimatur à Telegono Vlyssis & Circes filio, qui quum patrem imprudebat occidisset, in ea se loca recepit.

Tusculanus, *τυψλωτον*, a. um, diminutivum, *τυψλωτον*: Stephano: ut, Ager Tusculanus Ciceronis villa nobilitatus: & Tusculanum municipium, Catone Censorio municipiū illustratum.

Tutānūs, penult. præd. Deus quidam apud Romanos, idem (ut putatur) cum Hercule, quem peticlitantes invocabant, ut ipsos turaretur. *τυψλωτον*: Varro in Hercule, ut citat Nonius: Noctu Aanibalis quum fugavi exercitum Tutanus, ob hoc Tutanus. Romæ auxiliop: hac propter omnes qui laborant, invocant.

Tutilina, Dea apud Romanos (inquit Nonius) à tuendo dicitur. Varro in Hercule, ut citatur ab eodem Nonio: Tuam fidem Tutana invoco, quæ adesse mortali bus soles. Hanc August. lib. 4. de Civitate Dei, præesse frumentis collectis, atq; reconditis scribit, ut tuto servarentur.

T ante Y.

Tyānā, pen. corr. *τυνά*, Cappadociæ civitas ad radices Tauri mōtis patria Apollonii, sive ille magus, sive philosphus fuerit: cuius vitam fabulosissime voluminae exquirit Philostratus. q Hinc sunt gentilis Tyaneus, & Tyanites, *τυνάτες*, ē nām Stephano. Poëtæ aliquando efficerunt Tyaneus per quinq; syllabas. Ovid. 8. Metam.

ostendit adhuc Tyaneus illuc.

Incola de gemino vicinos corpore truncos.

Tybris, *τυβρίς*, Tyburs, tyburtis, & Tyburtinus, na, num, rē. Etius in nostro scriptoribus, præsetum quum apud Suidam, Stephanum, Strabonem, caterosque Græcos *τυνέρης*, *τυνέρης*, ē nām Stephano. Poëtæ aliquando efficerunt Tyaneus per quinq; syllabas. Ovid. 8. Metam.

Tyche, *τυχη*, *τυχη*, Nympba marina, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theogonia: *Εὐδημη τη, Τύχη π.* ē *Αμφιρροη*, *Ωραίη π.* q Fuit item Tyche, una ex quatuor Syracusanæ urbis partibus, à nobili Fortunæ templo denominata: tuus meminat Cic. 6. Verria.

Tychiūs, *τυχη*, Celeberrimi fabri nomen apud Homerum 7. Iliad qui Ajacis clypeum fabricavit. Ovid. 3. Fast. Nec quicquid invite faciet bene vincula plantæ Pallade, sit Tychiūs doctos ille licet.

Tydeus, *τυδεος* diffy Haba, *τυδεος*, Nomina filiū Oenei regis Calydoniz, & Eurybez, vel ut aliis placet. Althæe: quum fratē suum Menalippum inscius occidisset, ad Adrastū regem perfugit, cuius filiam Deiphilen conjugem duxit. Postea à Polynice, qui alteram Adrasti filiam Argiam uxorem habebat, legatus ad Eteoclem regem Thebarum missus, ut paci memor fratri regnum redderet. Ad quem quum veniret, regiamq; effet ingressus, Eteocles negavit se regno cessuram esse. Quo reponsu Tydeus vehementer commotus est, ita ut non ut veritus & hostis & solus, Thebanos omnes quotquot tūm fōnē cum Eteocle effenter in convivio, ad quodlibet certaminis genus provocare. Atq; ut animosso provocavit, ita omnes (sic illi Pallas propitia erat) strenue vici. Quamobrem Thebani dolore ac indignatione accensi, reversuro insidias terrenderat, collocatis ad opprorium locum, quæ Tydeus transiit erat, quinquaginta juventibus, cum duobus ducibus, Mæone Aemonit: & Lycophonte Autophoni filio: quos Tydeus in se impetum facientes trucidavit, uni tantum parvens Mæoni, quem accepte clavis nuntium ad Eteoclem remisit. Profectus deinde unā cum Polynice & Adrasto, relinquisq; Græcis principibus ad bellum Thebanum, post multas res præclarissime gestas, à Menalippo quodam Thebano lethali vulneratus, occubuit. Vide hæc latius in Statii Thebaide.

Tydīdēs, tydidæ, pen. prod. *τυδεος*, Nomina patronymicum, quo Poëtæ utuntur pro Diomedē Tydei filio. Virg. i. Aen. 6. Danaū fortissime gentis Tydei. Hor. i. Carm. Ode 6: Quis Martem tunica tehum adamantina Dignè scripsit, aut pulvere Troico Nigrum Merionem, aut ope Palladis Tydiden separis parem.

Tyénis, pen. prod. *τυδεος*, Oppidum Colchiorum: ita dictum à præterfluentे fluvio ejusdem nominis. Gentile est Tyenites, *τυδεοτες*, Stephano.

Tyleſſus, *τυλεσσος*, Mons Italizæ. Lycophron. *τυλεσσος* *τυλεσσος*, Steph.

Tylis, *τυλις*, Vrbs Thraciæ prope Hemum. Gentile Tylites. Tylos,

Tylos, τύλος, Insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, & gossampinis arboribus, quæ curbitas ferunt mali coronet amplitudine, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretiosissime linteo conficiuntur. Vide Plin.lib.21.cap.10, & 11.

Tymenæon, τυμεναιον, Vrbs juxta Phrygiam, qui inhabitant Tymenæi, Steph.

Tymena, τυμενα. Ger. Ein ort mit einem Brunnen in Lycia, welcher ein Wæd soll gefunden haben.] Vrbs seu vicus Lycæ, sic dicitus ab herc., qui grege relicto, barba madente redit, quem postea secuti, fontem in quodam frumento repererunt, ac inde nomen fonti & loco indiderunt. Gentile Tymenæus. Steph.

Tymætæs, sive potius Thymætes, θυμητης Homer. Vnus fuit ex Trojanis principibus, conscientis (ut quidam putant) proditionis patriæ. Nam quæ vates quidam Priamo futuram prædictisset, ut certo quodam die puer nasceretur, cuius culpa Troja evertetur: ferunt eo die Hecubam peperisse Paridem, & Tymætæ uxorem alterum filium, quem Priamus jussit occidi. Ob quam causam Tymætes deinde non bene affectus fuisse erga Priamum putatur, & de Trojæ prædictione cum Græcis consilia iniisse. Huc allusio Virg. 2. Aen. primusq; Tymætes Duci intra muros hortatur, & arce locati: Sive dolo, seu jam Trojæ sic facta ferebant. Vide THYMOETES.

Timolus, pen. prod. qui & Timolus, τιμωλος Stephano, Lydiæ mons, ex quo Pastolus amnis, & Tarsus fons profluunt. Apud Plin.lib.5.cap.29. Timolus legitur per i nostrum: Lydia (inquit), maximè celebratur Sardibus in latere Tmoli montis, qui ante Timolus dicebatur.

Tympha, τυμφη, Mons Thesprotiæ, & Tymphaea urbs. Gentil. Tymphaeus, sciemini Tymphaæ, Poss. Tymphaicus.

Tymphaæ, τυμφαι, Populi sunt Aetolæ. Pindi montis accolæ, Thesprotiæ & Perhaibis proximi, apud quos in summa terra gypsum invenitur, quod ab iis Tymphaicum appellatur, fullonibus in Græcia Cymolæ crete nūm supplens. Vide Plin.lib.4.cap.2, & lib.35.cap.17.

Tyndarîs, τyndari, penult. corr. τyndari, Rex fuit Oebalæ & maritus Leda, quæ eodem tempore duo peperit ova, è quorum altero quod ex love conceperat, exclusi fuerunt Pollux & Helena: ex altero, quod conceperat ex Tyndato, Castor & Clytemnestra. Ex his priores duo immortales fuerunt, posteriores mortales. Mortuo tamen Castore, Pollux à love impetravit, ut sibi cum fratre immortalitatē communicare liceret, alternisq; cum illo vitam morte cōmutare. Cui fabula occasio nē subministravit siderum illorum natura, quæ talis est, ut uno oriente, alterum occidat. Ambo autem à Poëtis dicuntur Tyndaridæ, non quod uterque è Tyndaro fuerit natus, sed τyndaridæ, quemadmodum Herculem iudicata appellat Amphitryoniadem. Sic etiam Helenam Tyndatidem vocant, quæ tamen fuit Iovis, non Tyndari filia. Altoqui si mortali patre nata fuisset, tot secula vivere non potuisset. Constat enim fratres ejus cum Argonautis navigasse. Argonautarum autem filii cum Thebanis dimicaverunt. Horum verò filii bello Trojano interfuerunt. Dicimus & Tyndareos, seu Tyndareus, per quatuor syllabas. Ovid.in Epist.Hermiones: Metibi Tyndareus, vita gravis auctor & annis Tradidit.

Tynes, tynætis, τυνης, Vrbs Siciliæ. Gentil. Tynesæus, Tynæus, Stephan.

Typanon, τυπανον, Mons Elidis, Steph.

Typanæ, τυπαναι, Vrbs Triphylæ. Gentil. Typanates, Steph.

Typhœus, τυφαι, per tres syllabas, eu, diphthongum in ultima habens, & penultimam producens. [τυφαις. Germ. Ein grosser Rhyß so vnderstanden hat die Götter zu bettigen.] Vnus è gigantibus, Terræ & Titanis filius, quem illa lovi irata in perniciem celestium fertur edidisse. Hic quæ in ingentem corporis mole adolevisset, ed ræcordiæ provectus est, ut lovem de cæli possessione dejicere conaretur. Quapropter fulmine ab eodem iactus est, & sub Inarimen insulam detrusus: ut placet Homer in Catalogo. Virgil.9.Aen.Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile Inarimes lovis imperiis imposta Typhœus. Luc.lib.4: Conditur Inarimes æterna mole Typhœus. Ovid. tamen lib.5.Metam. & Strabo lib.13: Pindarum secuti, in Sicilia sub Aetna monte sepultum volunt.

Typhœus, a. um, penult. prod. τυφαιον. Licet Poëta suo jure alteram ex diphthongo vocalem abjicientes, candem corripiant Virgil.1. Aeneid. Nate patris summi qui tela Typhœa temnisi.

Typhōn, typhonis, τυφων, Vnus ex gigantibus, Titani & Terræ filius, qui alio nomine Typhœus dicitur. Seneca in Hercule furente: Non tum ferum Typhonem, neglecto love, irata Tellus edidit quondam parens. Hujus autem nominis prior syllaba producitur, quum in Typhœus prima cotripiatur. Ovid. 2. Fast. Terribilem quondam fugientem Typhona Dione. q Fuit & alter Typhon, teste Diædoro, Osiris Aegyptiorum regis frater, qui illo interfecto, & in partes quinq; & viginti discri-

pto, regnum occupare est conatus. Tandem tamen ab Iside vicitus, meritas impietatis suæ luit poenas.

Typhrestus, τυφρετης, Vrbs Trachinæ, à cinere Herculis nominata, vel à Typhesto filio Sperchii. Gentile Typhrestus. q Est & Typhrestus masc. gen. montis nomen. In Etymolo. gico legimus Typhrestum urbem esse in finibus Mænaliæ, à rege Typhreste.

Tyræ, sive Tyras, τυρας Ptolemæo, Fluvius est sub Boristhene, Sarmatas dirimens à Dacis, & non procul ab Istri ostium in Pontum Euxinum illabens: ubi & oppidum habet sui nominis. Vide Plin.lib.4.cap.2, & Ptol.lib.3.cap.5. Ovid.5.de Pont. Eleg.10:

Partheniusq; rapax, & volvens faxa Cynapes

Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

Tyragetæ, τυραγεται, Populi sunt Sarmatici, Insulam Ponti Eu-xini incolentes, quæ distat à Pseudostomo Istri CXXV. M. pass. Autor Plin.lib.4.cap.12.

Tyrâmbæ, tyrambes, τυραμβαι, Oppidum est Sarmatia Euro-pæ, nonnihil supra Tanaidis ostia in Mæotim paludem in-fluens. Autor Ptolem.lib.5.cap.4.

Tyrânnion, τυραννιον, Amisenus, discipulus Hestiai Amiseni, nobilis Grammaticus, tempore magni Pompeii docebat Romæ. Ductus est Romam à Lucullo, captus in bello Mithridatico. Prius dicebatur Theophrastus: mutavit autem nomen, quod inter équales superbis versaretur moribus. Clarus & dives ob doctrinam factus adeò est, ut supra triginta millia librorum possideret. Decessit senex morbo podagræ. q Tyrannion junior è Phœnice, discipulus prioris, à quo nomen sibi usurpavit, quem prius Diocles vocaretur. Captivus & ipse Romanus dicitur, à quodam Dymante Cæsar liberto emptus, deinde dono datus Terentia Ciceronis, ab eaq; liber factus, ludum Romæ aperuit. Scriptis libros LXVII. Vtriusque au-tor Suidas.

Tyrânnus, τυραννος, Nomen proprium sophistæ, qui scripsit de divisione orationis libros x. Autor Suidas.

Tyres, τυρες, Fluvius est Scythæ, secundus ab Istro, teste Herodo lib.4. Idem protus cum eo, qui à Ptolemæo Tyras, à Plinio Tyra appellatur. Hujus fluvii ripas olim accolebant populi Græci, qui à fluvii nomine Tyritæ dicebantur, teste Herodo loco jam citato.

Tyridates, seu potius Tiridates, τυριδατης, Vologesia Par-thorum regis frater, qui Neronis principatu Roniam venit, & regni Armeniæ diadema ab eo accepit. Vide Tacitum Annal. libro 6. & 7.

Tyrinthia, civitas Argis vicina, in qua nutritus est Hercules, qui inde Tyrinthius dictus est. Vide Virg.lib.7.Aen.

Tyritace, tyritaces, τυριται, Vrbs est Colchorum ad Phasidis ripas, teste Plin.lib.6.cap.14.

Tyrrheni, τυρρηνοι, Populi Scythici, peritissimi navigandi. Tyrmidæ, τυρμιδαι, Vicus in Tribu Oenei. Tribulus Tyrmides, Stephan.

Tyrediza, τυριδαι, aliæ Tyrodiza, urbs Thraciæ post Serrium. Gentile Tyrodizenus, quum potius Tyrodizus dicendum esset.

Tyro, sive Tiro, Nomen liberti Ciceronis, in omni litera-rum genere exercitatis, ad quem extant multæ Ciceronis epistolæ.

Tyronianus, tyroniana, tyrianum, sive Tironians, possessio-vum à Tyrone Ciceronis liberto formatum. Gell.lib.1.cap.7: In oratione Ciceronis quinta in Verrem, libro spectatæ fidei, Tyroniana cura, atq; disciplina facta.

Tyro, τυρη, Virguncula fuit Thessala, Salmonæ filia, ex qua Neptunus Nelicum & Peliam suscepit. Propert.lib.7: Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro, &c.

Tyros, sive Tyrus. [Τυροντος τυρη: Vulgo Puerto de sur. Ger. Ein gewaltige gehörbstadt in Phœnicia am Meer gelegen.] Vrbs Phœnicæ olim celeberrima, una ex iis quæ Tripolim efficiunt, olim insula, sed Alexandri operibus continenti conjuncta. Tyrus (inquit Plin.lib.5.cap.19.) quondam insula præalto mari septentris passibus divisæ: nunc verò Alexandri eam oppugnatis operibus continens. Olim portu clara, urbis genit. Lepti, Vtica, & illa Romani imperii amula, terrarum orbis avida, Carthagie, etiā Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas cœchylio, & purpura constat. Olim Sarra fuit nuncupata, ut ait Gell.lib.14.cap.6. Vnde Sarranum ostrum pro purpura Tyria dicimus.

Tyrs, tyria, tyrium, adjективum, τυρη. Virg. 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tyri tenuete coloni. Tibullus: Quid Tyrio recuba-re toro? Et quoniam in hac urbe laudatissima tingebatur pur-pura, factum est, ut Tyrium dicamus pro purpureo. Ovid.2. de Arte: Sive erit in Tyris, Tyros laudabis amictus. q Tyria ma-ria, proverbio dicebatur, de re admodum tumultuosa, periculiq; plena. Festus putat inde natū esse proverbium, quod Po-eni Tyro oriundi, adeò potentes in mari fuerint, ut omnia ma-

ria infestantes, navigationem redderent periculosa. Vnde Tyria maria excitare, proverbialiter dicitur pro eo quod est, Ingentes tumultus commovere. Vide Adagia Erasm.

**Tyrrihēos**, [τύρηλος]. Germ. **Thür** in Italia sunt Toscnes ge-  
nunet. Romani Hetruscos appellant, atque Tūcos: hoc est, quicquid est populorū in Italia, inter Macram, & Tiberim flu-  
vios. Grēci verò hoc eis nomine nominarunt à Tyrriheno A-  
tyos filio, qui è Lydia colonos in hanc regionē deduxit. Atys  
enim ex prognatis Herculis, & Omphales unus, quā sterilita-  
te ac fame populum suum emittere cogeretur, è duobus filiis,  
sorte jaēta, Lydum quidē regni successore tenuit: Tyrrihenum  
autem cū bona populi parte ad quārendas novas sedes emi-  
sit: qui quā post longos errores in inferi mariis ora sedes fi-  
xisset, totum eum tractum de se Tyrriheniam, & mare ipsum  
Tyrrihenū appellavit. Virg. lib. 7. Aen. Primus init bellū Tyrrihe-  
nis asper ab oris Contemptorū divū Mezentius, &c. q Tyr-  
rihenum mare, *τύρηλον θάλασσαν* Stephano. Mare inferum est: ita  
dictū quidē Tyrriheniam: hoc est, Tusciam alluat: unde & Tu-  
scum dicitur. Vel à Tyrrihenis nautis, qui se in hoc mare prē-  
pitaverunt. Nanq; hoc habet fabula: Dormientem in littore  
Liberum patrē adhuc puerū nautas abstulisse Tyrrihenos: qui  
quā esset experrectus in navi, quā duceretur interrogavit: re-  
spondent illi, Quo vellat. Liber ait: Ad Naxum insulam sibi  
sacrata. Sed quā alio vela deflesterēt, iratum numē tigres sibi  
sacratas visibūs eorū objecit: quo terto se illi in fluctus de-  
dere præcipites. Hæc Servius in illud Virgilii 1. Aenid.

Gens inimica mibi Tyrrihenum nayigat & quor.

**Tyrrihēus**, *τύρηθει*, Latinus regis armentarius, cuius ser-  
vus mansuetus ab Alcanii comitibus occisus, primam bellī  
causam præbuit inter Trojanos & Latinos.

**Tyrrihēdes**, pen prod. patronymicum. *τύρηδης*. Virg. 7. Aen. Cer-  
vus erat forma præstanti & cornibus ingens, Tyrrihēde pueri  
quem matris ab ubere raptum Nutribant, Tyrrihēusq; pater,  
cui regia patent Armenta, & latè custodia credita campi.

**Tyrlēta**, *τύρλητα*. Vrbs *anālēta*, (videtur legendum *anālēta*) id  
est, Samnitum. Gent. Tyrlētine.

**Tyrtētēs**, *τύρτητης*. Archimbroti filius, Poëta Atheniensis fuit:  
aut (ut alii malupti) Milesius, Elegiarū scriptor, & tubicen egre-  
gius: quē Lacedemonii oraculo moniti ut peregrinum ducē  
sibi adficeret, adversus Messenios pugnaturi, sibi præficeret.  
Quo in prælio Tyrtētēs carminibus suis, tubiq; modulis ita  
animos eorū inflammavit, ut Athenienses insignem illam vi-  
ctoriam, quā eo die adepti sunt, Tyrtētēo acceptam referrent.  
De hoc Plato in libris de Legibus: O' divine Poëta Tyrtētēe  
(inquit) sapiens, certè ac bonus nobis esse videris: quia excel-  
lentibus eos excusisti laudibus, qui in bello excelluerunt.

**Tyrus**, (ut inquit Iustinus lib. 18.) Fuit nomen proprium pa-  
tris Didonis, qui ab aliis Belus vocatus est.

**Tysaphernes**, sive potius Tissaphernes, *τισσαφέρης*, Suidz,  
Persarum Satrapa fuit, qui Cyrus minorē apud Artaxerxem  
fratrem criminando, causa extitit ejus belli, quod postea inter  
fratres emersit. Occisus tandem fuit ejusdem Artaxerxis jussu,  
quidē in Asia rem gerens adversus Agesilaum, omnia pro-  
ditione agere videceret. Vide Xenophontem rerum Græca-  
rum lib. 4, & de Cyri minoris expeditione lib. 1.

**Tyfas**, sive potius Tisias, *τισίας*, Rhetor fuit Siculus, qui pri-  
mus post Coraceam dicendi præcepta condidit. Autor Cic. 1,  
de Invent.

**Tytyglas**, *τυτυγλας*, Latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui  
res alienas, quas furto abstulerat, venditabat: eoq; quāstu di-  
ves factus est. Zenodotus apud Erasmum in Chiladiibus.

## V

**Acamana**, Oppidum Hispaniæ Beticæ, in con-  
ventu Hispalensi, apud Plin.lib. 3. cap. 1.  
**Vaca**, Numidiæ oppidum mediterraneum,  
emporium totius regionis maximè celebra-  
tum: quidē Metellus Iugurthæ ademptum præ-  
sidio firmavit. Autor Salust. in Iugurth. q Est  
item Vaca apud Plin.libro 4. cap. 21. Lusitanæ fluvius, inter  
Mundam & Duriam, in Occidentalem influens Oceanum.  
Ptolemæus Vacum appellat, Strabo Vacum.

**Vaccæi**, Populi mediterranei citerioris Hispaniæ, Duria am-  
ne ab Asturibus secreti. *τακταῖς* Ptolemæo. Autor Plin.lib. 4.  
cap. 20.

**Vaccūs**, Fundatorum dux fuit, qui in Privernati bello à L. Pa-  
pyrio captus, rebellionis sua pœnas dedit. Cicer. pro Domo  
sua: In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quā publicata est &  
evera, ut illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

**Vacorium**, *τακταῖς*. German. *Bülaq*.] Vrbs Norici apud  
Ptolem.libr.2. cap. 14.

**Vacūna**, pen. prod. à vacando dicta est dea, quā præesse va-  
cantibus, & otiosis putabatur: [Germ. Ein Göttin der Müsige-

gangeren.] cui, quum agricolæ à laboribus rijs vacarent, ut  
post perceptos fructus iequiescerent, per hyemem vota sol-  
vabant, & sacrificabant. Ovid. 6. Fast. Nam quoq; quum fuit  
antiquæ sacra Vacunæ, Ante Vacunæs statuæ sedentique  
focos. Hæc in agro Reatino insignia habebat nemora, quora  
meminit Plin.lib. 3. cap. 12.

**Vadimoni**, Lacus in Umbria est, non procul ab Amerina,  
opacam habens sylvam sibi innatantem, quā nunquā die ac  
noctū codem yistitur loco. Autor Plin.lib. 2. cap. 95. q Hujus  
item lacus meminit Plin. Junior in Epist. Exegerat (inquit) so-  
cer meus, ut Amerina sua prædia inspicerem: hæc perambu-  
lanti mihi ostendit subiacens lacus nomine Vadimonis.  
**Vägeni**, Populi inter Alpinas gentes ex Caturigibus oriundi.  
Plin.lib. 3. cap. 20: Inter Alpinas gentes finitimi Centrones, &  
Cottianæ civitates, Caturiges, & Caturigibus orti Vageni, Li-  
gures. Silius: Tum pernix Ligur, & sparsi per saxa Vageni  
**Välascā**, teste Volaterrano, Regina Bohemorum fuit, cuju  
ductu ejus regni mulieres occisi viris sese in libertatem affe-  
ruerunt, & sine viri administriculo regnum multos annos admi-  
nistramunt.

**Välentia**: [Vulgò Valence. Germ. *Valentia* in Stadt in Brand-  
enburg am Rhoban.] Valentia, Vrbs est insignis citerioris Hispaniæ,  
tribus millibus passuum à mari remota, ut autor est Plin.  
lib. 3. cap. 3, & Ptolem.lib. 2. cap. 6, & Pompon. Mela lib. 2, *ex-  
aloyna*. Vulgò *Valentia*. q Est etiam ejus nominis oppidum in-  
ter Allobroges subter Viennam ad Rhodanum, cuius memi-  
nit Plin.lib. 3. cap. 4.

**Välériā**, *βαλέρια*, Nomen proprium Messalarum sororis, quā  
amissa Servio viro, quum rogaretur cur alteri non nubetur,  
sibi semper maritum Servium vivere.

**Välériā**, [Ger. *Sarmato*.] Regio in ultima Germania versus  
Orientem, que hodie Styria vocatur, ut placet Aeneas Sylvio.  
**Valeria**, *βαλέρια*, Oppidum Hispaniæ Tarragonensis in tratu  
Celtiberorum, cuius meminit Ptolem.lib. 2. cap. 6. Hinc Vale-  
rienses populi, Plin.lib. 3. cap. 3.

**Välériū**, *βαλέριο*, Cognomento Publicola, Junii Brutii in  
primo Consulatu collega, in Tarquinii Collatini locū suffe-  
stus. Hic primum de Vejentibus: iterum de Sabinis: tertid de  
utrisq; triumphavit. Deinde quā domum in Velia tutissimo  
loco haberet, in suspicionem regni venit. Quo cognito, apud  
populum conquestus est, quidē tale aliquid de se timuerint,  
& misit qui domum suam diruerunt. Secares item fascibus  
dempsit, eosq; in populi concione submisit: legem de provoca-  
tione ad populum tulit, quapropter Publicolæ nomen ac-  
cepit. Hic quā diem obiisset, publicè sepultus, & anno ma-  
tronarum luctu honoratus est. Hæc Plinius. Cæcilius de viris  
illustribus. Autor est Plutarchus in vita ejus, hunc quadriga  
primum in triumpho vectum fuisse, sine ulla invidia: præterea  
collega Bruto honores funusq; curasse: funebremq; oratio-  
nem de ipsius laudibus habuisse, quæ ad eodū iuncta fuit Ro-  
manis, ut ex eo consuetudo manariet, ut qui strenuè pugnado  
occupuerint, ab optimatibus laudentur. q Valerius M. Pu-  
blicolæ frater, Consul unā cum Posthumio Tubero factus, ac  
contra Sabinos profectus, rem feliciter fratris auspiciis & ad-  
ministracione gessit. Ex quo publicè ei domus edificata, cuius  
fores extrorsum honoris gratia aperiebantur, quām cæteras  
introrsum aperirentur. q Valerius Corvinus Tribunus mili-  
tum, qui quā sub duce Camillo reliquias Senorum perse-  
quentes, adversus Gallum provocatorem solus processisset,  
corvus ab ortu Solis galea ejus insedit, & inter pugnandum  
ora, oculosq; Galli verberavit: unde hoste viq; Valerius Cor-  
vinus dictus fuit. Hic quām ingens multitudo ære alieno op-  
pressa, Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quintum  
necessitate magna compulsum præfecisset, sublatu ære alieno  
seditionem compressit. Hæc Cæcilius. Livius vero libro 7. De-  
cad. 1. hæc addit, de Sannicibus cū triumphasse: sexies Con-  
sulēs fuisse, hostes T. Manlii morte exultaes compressisse.  
Vixit, teste Valerio, corporis & animi viribus integris annos  
centum. q Valerius Potitus, post Decemvirelam invidiam,  
plebem in Patres incitat, legibus & coacionibus suis miti-  
gavit. Unde Potiti cognomen adeptus. Primus quoq; Co-  
sul post Decemviro, quā Volces, Acquosq; ad Algidū ma-  
gnalade debellasset, triomphus ei à patribus negatus fuit.  
Sed suadente Icilio Trib. pleb. primus sine autoritate Senatus  
triumphavit cū collega suo M. Horatio. Quamobrem Maxi-  
mi cognomen adeptus est, quod nemini à Senatu præterquā  
Fabio Maximo concessum est, ut scribit Plutarchus. q Vale-  
rius Levinus Consul, cum Pyrrho prælio congressus in Luca-  
nia infeliciter pugnavit. Iterum postea Consul Agrigentum  
adversus Pœnos missus, superato Hannone duc Carthagini-  
ensem oppidum in potestatem recepit: Senatum secuti per-  
cussit. q Alter Valerius Levinus contra Philippum Macedo-  
niæ regem feliciter bellum gessit, teste Livio lib. 7. bell. Pun.  
2. q Valerius Flaccus, M. Catonis familiarissimus, cundem ex  
agro



**Acamana**, Oppidum Hispaniæ Beticæ, in con-  
ventu Hispalensi, apud Plin.lib. 3. cap. 1.

**Vaca**, Numidiæ oppidum mediterraneum,  
emporium totius regionis maximè celebra-  
tum: quidē Metellus Iugurthæ ademptum præ-  
sidio firmavit. Autor Salust. in Iugurth. q Est

item Vaca apud Plin.libro 4. cap. 21. Lusitanæ fluvius, inter  
Mundam & Duriam, in Occidentalem influens Oceanum.  
Ptolemæus Vacum appellat, Strabo Vacum.

**Vaccæi**, Populi mediterranei citerioris Hispaniæ, Duria am-  
ne ab Asturibus secreti. *τακταῖς* Ptolemæo. Autor Plin.lib. 4.  
cap. 20.

**Vaccūs**, Fundatorum dux fuit, qui in Privernati bello à L. Pa-  
pyrio captus, rebellionis sua pœnas dedit. Cicer. pro Domo  
sua: In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quā publicata est &  
evera, ut illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

**Vacorium**, *τακταῖς*. German. *Bülaq*.] Vrbs Norici apud  
Ptolem.libr.2. cap. 14.

**Vacūna**, pen. prod. à vacando dicta est dea, quā præesse va-  
cantibus, & otiosis putabatur: [Germ. Ein Göttin der Müsige-

# VAL VAN VAR VAT

agro Tusculano ad Rem publ. adduxit, pariter & instruxit, ut sit Plutarchus. Consul cum eodem Catone circa Mediolanū, ut Livius testatur, cū Gallis & Insubribus & Boiis collatis signis pugnavit, ubi decem millia hostium sunt cæsa. Causam multorum de abroganda lege Oppia contra collegam suum Catonem obtinuit: qua de re vide apud Livium elegantes manusq; orationes libro 4. belli Maced. q Valerius Soranus poëta, quem Cicero in libris de Orator, doctissimum cogotum appellat: Plutarchus Philosophum fuisse asserit, Pompei jussu interfectum. q Valerius Antias, antiquissimus historiæ scriptor, qui non raro à Livio, aliisq; citatur. q Valerius Procellius militavit sub Cæsare in Gallia: à quo etiam missus est legatus ad Ario vistura, ut est in Commentariis Cæsaris. q Valerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberiū Cæsarē. Militavit sub Sexto Pompejo, ut ipse de se testatur, ubi de institutis antiquis loquitur. q Valerius Flaccus, Poëta, scripsit Argonautica. Quintilianus eum suā etate fuisse testatur, his verbis: Multum (inquit) in Valerio Flacco nuper amissimus. q Valerius Martialis, epigrammaton scriptor. Válgius, illustris fuit Romanus temporebus, qui de re herbaria volumen inchoavit: quod tamē morte preventus, reliquit imperfectum. Meminit ejus Plin. lib. 25. cap. 2.

Valloniā, Putabatur dea, quæ Vallibus præterat. Spontinus. Vandiliā, [vandilīa. Ger. Wendenland.] Regio Europæ Septentrionalis, à Vandalo fluvio qui regionem interfluit. A qua populi Vandali immanes, ferociissimi, qui paucis ante annis, quām Gothi Romam caperent, Gallias invaserē: inde in Hispaniam, træcto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticā, quæ Vandalia ab eis dicta est, occuparūt. [Ger. Die Schwaben oder die Isthmater vmb Augspurg.]

Vangionēs, pen. corr. [hodie Vormaciones. Ger. Die Wörter in Westhūsi Worms/oder Wormsergå. ] Populi sunt Galliæ Belgicæ Colonie Agrippinensi finiti. Lucan. lib. 1: Et qui laxis imitatur Sarmata brachis Vangiones. Meminit horum Cornelius Tacitus lib. 20, & Plin. lib. 4. cap. 17.

Vardulli, [vārdulli. Ptolemæo, Hispaniæ citerioris populi, in convento Cluniensi: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3. Vāriliū, Nomen poëtae Tragici, Virgilii & Horatii amicissimi, unius ex iis, quibus Virgilii Aeneis comissa est emendanda. Meminit ejus aliquoties Horatius in Sermonibus.

Vārius Quintilius, Nobilis Romanus, qui ab Augusto Germânico exercitu præfectus, ab Arminio dolo circumventus est, & cum tribus legionibus interfectus. Hujus morte deflet Horatius ad Virgilium scribens, lib. 1. Carm. Aliquoties ejus meminit & Maro, præsertim 6. & 9 Aegloga.

Varus. [Ger. Ein fluss lauft durch die Provins in das Ligurisch Meer.] Fluvius est Galliam Narbonensem à Liguria dividens, à tortuoso alvei mæandris ita appellatus. Vide Strabon. lib. 4. q Varus Persius posuit pro varius: geminos horoscope varo Producis genio: id est, vario & dissimili.

Varro Bætius, Senator Romanus fuit, Ciceronis æqualis, non immerito à Quintiliano Romanorum omnium eruditissimus appellatus: ut qui plurimos, doctissimosq; scripsit libros peritissimus lingua Latia, & omnis antiquitatis, & res Græcarum, nostrarūq; plus tamen scientiæ collaturus quam eloquentiæ: Cornutus in Persium, Satyr. 5: Varrones stultos dici putat, eamq; ob causam etiam servos militum Varrones dici scribit, quod utiq; sint stultissimi. Arbitror autem vocem Varro, idem esse: quod Baro, de qua suprà in dictione BARO.

Vascōnēs, pen. corr. [vaskōnēs: Vulgo Gascons, populi citerioris Hispaniæ quæ in Gallicum & Britannicum Oceanum vergit, ad Pyrenæum positi. Hi à Metello Romanorum duce obsecuti, in tantam famam compulsi sunt, ut humana carne vescerentur. Iuv. Sat. 15: Vascones (ut fama est) alimentis talibus usi produxerè animas.

Vasio, onis, [vassos] Ptolemæo, Oppidum Vocontiorū, in Gallia Narbonensi: cuius meminerunt Plin. lib. 3. cap. 4. Pompon. lib. 2, & Ptolem. lib. 2. cap. 10.

Vaticinus, pen. prod. [Bætius. Ger. S. Peters Berg ist. Serm.] Collis est non procul à Tiberi, supra molem Adriani, coterminus Ianiculo, in quo Petri basilica est. Sic dictus, quod populus Romanus eo potitus sit vatū responso, expulsis Heretiscis, ut inquit Festus. Vel (secundum Gellium lib. 16. cap. 17.) à vaticinus, quæ ibi dari solebant, vi atq; instinctu dei Vaticani. Vairo scribit Vaticano deum in eo monte fuisse, qui infantibus primam vocem daret, quæ est va, quæ prima in Vaticano syllaba est. Augustinus tamen vocat Vaginatum, tanquam infantium vagitibus præsidentem. Prima hujus nominis syllaba semper producitur, secunda variatur, tertia semper producitur. Iuv. Sat. 6: Et Vaticano fragiles de monte patellas. Horat. lib. 1. Carm. - ut paterni Fluminis ripæ, simul & jocosa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. De Vaticano agro, colle, & deo sic scribit Gell. lib. 16. cap. 17: Et agrum Vaticanicum (inquis) & ejusdem agri deum præsidem appellatum

# VAT VBI VCA VEG VEI 307

aceperamus à vaticiniis, quæ vi atq; instinctu ejus del, in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam Marcus Varro in libris rerum divinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut Ajus, inquit, deus appellatus, araq; ei statuta est, quæ est in infima nova via; quod eo loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri, simulatq; parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est. Idcirco vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis. Haftenus Gell.

Vātiniūs, Nomen civis Romani contaminatissimæ virtutæ, & profligatissimi pudoris: qui quum adversus Sestiu testis productus esset, reumq; testimonio suo læsisset, in eū Cicero, qui Sestii defensionem suscepit, tam acerbè invectus est, ut paterfactus ejus flagitiis in summū Romani populi odium pervernerit. q Hinc factus est locus vulgi proverbio, ut Vatinianum odiū, pro capitali, & implacabili odio accipiatur. Catul. munere isto Odissem te odio Vatiniano. q Fuit & alter Vatinius Neronis tempore, futrinæ primū alumnus, postea Neronianæ aulæ ostent, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primò in contumelias affluptus: deinde optimi cuiusq; criminatio ne eō usq; provectus, ut gratia, pecunia, vi nocendi, etiam malis prævaleret. Autor Tacitus lib. 15.

Vatrēnūs, Fluvius est in agro Forocorneliensi in Padum decidens, à quo & amplissimum quoddam Padi ostium Vatreni portus appellatur. Autor Plin. lib. 3. cap. 16.

Vatūnā, Italiz civitas, Venetiæ propinquæ, Ptolemæo auctore, lib. 3. cap. 1. Vulgo Lo vine.

V ante B.  
Vbis, [Ger. Die Wörter in Edinburg gogen.] Populi origine Germanicis Rhenum fluvium, in ea parte Galliæ Belgicæ, ubi est Colonia Agripinensis. Plin. lib. 4. cap. 17, & Tacitus lib. 1, & 20. Vbisci, Aquitaniz populi, apud Plin. lib. 4. cap. 19.

V cælegōn, [væglōn,] Vnus ex Trojanis proceribus, qui bellum tempore, quod annis consecutus esset, prælio abstinuit, ut referunt Homer. 13. Iliad. Virgil. 2. Aeneid. jam proximus ardet Velegon. Quo in loco domini nomen figuratè pro ipsis edibus posuit.

Vcenti, Gentes Alpinæ, Augusti auspiciis in Romanorum directionem redacti: ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

Vcia, [vciā,] Oppidum Turdetanorum, in Hispania Bætica. Ptol. lib. 2. cap. 4.

V ante D.

Vdini, Scythiæ populi, ad Mæotidis lacus fauces incolentes: Plin. lib. 6. cap. 14.

Vectis, [vectis] Ptolemæo, Insula est Britannicæ ad Meridiæ adiacens, fretoq; ab ea admodum exiguo discreta, Huntonna portum, quem Ptolemæus Magnum vocat, objectu suo adversus tempestes muniens. Hodie duo habet oppida, Novum portū, & Calborzen. Plin. lib. 4. cap. 16, minus rectè hanc insulam inter Britanniam & Hyberniam collocat.

Vectonēs, pen. prod. [vectonēs,] Populi Hispaniæ citerioris, ab Asturibus Durio amne discreti, teste Plin. lib. 4. cap. 20.

Vedra, Fluvius in latero Meridionali Britanicæ insulæ. Ptolem. lib. 2. cap. 3. Vulgo Ware.

Vegeti, apud Pompeium lib. 1. Asiq populi, Marrhanis, Capadociis, Comagenis, & Armeniis vicini, & nullo præterea Geographorum (quod sciam) commemorati.

Vegetius, Flavius Renatus, Comes Constantinopolitanus, floruit Valentiniani principis tempore. Scripsit Epitomem institutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Augusti, Trajani, & Hadriani principi, ac Frontini. In primo libro electionem docet tyronum, ex quibus locis vel quales milites probandi sunt, aut quibus armotum generibus exercitus imbucandi. Secundus, veteris militiae continet morem, ad quem pedestris institui possit exercitus. Tertius omnium artium genera, quæ terrestri prælio sunt necessaria, exponit. Quartus universas machinas, quibus vel oppugnatūr civitates, vel descenduntur, enarrat: navalisq; belli præcepta subnecit. Ex Raphælis Volaterrani lib. 22.

Vēiī, [vēiī] Plutarcho. Ger. Vorzehen ein heretische Statt in Heteritien nicht feri von Rom gelegen.] Vrbs fuit Heteritiae, non procul ab urbe Roma, quam Camillus post decennalem obsidionem per coniculos cepit. Tāta autem fuit urbis hujus claritas, tanta situs opportunitas, ut Romani exulta, deformataq; à Gallicis urbe, Vejos potissimum delegerint, quod Romani imperii sedem transferrēt: à quo incepto gravissimis Camilli concionibus ægri sunt revocati. Hujus incolæ dicti sunt Vejentes, Fabiorum clade notissimi.

Vējentānūs, a, um, possessivum: ut Vinum Vejentanum. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 3: Qui Vejentanū festis portare diebus Campana solitus trulla, yappamq; protestus. q Vejentana gemma. V 2 Plin. lib.

Plin.lib.37.cap.10: Vientana Italica, gemma est, Veii reper-ta, nigrum materiam distinguente limite albo. Meminit hujus gemmae & Solinus ad finem octavi capituli.

Vējōvīs, Apud Romanos inter sinistra, seu noxia numina ha-bebatur, quem nō auxiliū alicuius spe vénérabantur: sed idē tamcū, nequid ipsis noxæ inferret. Hujus simulacrum effin-gebatur spicula manu tenens, eadq; minaciter intentans. Vnde quidam euadem cum Apolline esse putarunt, qui spiculis: hoc est, radiis suis multa morborū genera immittit. Cic.3, de Na-tura deorum: Quid Vejovi facies? quid Vulcano?

Vel, dissyllabū, Libyæ oppidū in tractu Garamantū, à Cornelio Balbo in triumpho gestarum ut reserat Plin.lib.5.cap.3.

Velabrum, Vide in A P P E L L . V E L V M .

Velauni, inter Alpinas gentes, Plin. commemorantur, libro 3. cap.20.

Vēlia *βελία* Stephano, Lucanizæ oppidū, in situ Pestano, con-ditum à Phocelibus, anteā Elea sita, dicta: & incolz ipsi, Elea-tæ. q; Est præterē Velia Romæ collis editor, in quo quum Valerius, qui postea Publicola dictus est, domum adificare vellet, apud plebem in suspicione venit affectatæ domina-tionis: quod in editiore loco veluti arcem quandā ad oppri-mendam libertatem constitueret. Qua re intellecta Valerius, postquam plebi in cōcionē se purgasset, iussit materiam om-nem ad radicem Velia transferri, dōnumq; illam, quam in summo colle instituerat, in imo Velia pede adificavit. Vide Livium lib.2. ab Urbe. Hunc autem collem dictum volūt Veliam, quasi velliam, quod ibi pastores lanam vellere soliti fue-rint. q; Vnde Velinus adjectivum: ut Velina regio, quæ circa palatum erat.

Vēlinus, item adjectivum, pen. prod. à Velia Lucanizæ oppido, ut Portus Velinus. Virgil.6. Aen. - Portusq; require Velines. Velinus lacus, Plin.lib.3.cap.12, & Colum.lib.8.cap.16.

Velitates, Populi Liguriæ trans Alpes, ut scribit Plin.li.3.cap.5. Velitræ pen.corr. *βιλιται* Stephano. Civitas insignis Volscorum, O&avie gentis origine nobilitata, ut in Augusto testatur Suetonius. Hujus incolz dicuntur Veliterni, qui à Romanis olim subacti, bona agri sui portione sunt mulctati. Scribit Dionysius lib.7, Velitris adeò s̄evisse pestilentiam, ut vix decima pars civium superfuerit: quod damnum postea Romani missa eō colonia sarcierunt.

Velocasses, Populi sunt Gallizæ Lugdunensis ad Ligerim flu-vium, quorum meminit Plin.lib.4.cap.18.

Vēlani, Populi Alpini, D. Augusti auspiciis in populi Romani potestatem redacti, referente Plin.lib.3.cap.20.

Vēnāfrum, *βεναφρος*, Civitas Campanizæ abundans oleis. Mart. lib.13: Ho tibi Campani sudabit bacca Venafri. Horat.2.Carm. Ode 6.: viridiq; certat bacca Venafro.

Vēnāfrānūs, adjectivum: ut Ager Venafranus, oleum Venafr-a-num, quod & Venafranum dicitur absolutē. Iuven. Sat.5: Ipse Venafrano pīsem perfundi.

Vēnāriā, Insula est in mari Tusco: ut scribit Plin.lib.3.cap.6. Venedi, Populi feri, in Germanizæ, & Sarmatizæ confinio. Tacitus de Moribus Germ.

Vēnēris portus, Locus est in Gallizæ & Hispaniæ confinio, ubi Pyrenæi montes juxta mare definit. Autor Meli lib.2: Ptole-mæus ab insigni Veneris phano, *ἀφεδίστος*, hoc est, Veneris templum appellat.

Vēneti, pen.corr. [cōrni. Vinitiani. Ger. Die Benediger.] Populi sunt Italiae, ab Henetis Paphlagonizæ populis, & Trojanis oriundi, qui Troja eversa, cum magna manu Henetum duce Anteore in intimū maris Adriatici finū pervenerunt, pulsisq; Euganeis, qui inter alpes & mare incolebant, eas occuparunt terras: & ubi primum egressi sunt, oppidum condiderunt, quod de nomine reliæ patriæ appellaverunt Trojam, *cōrni*. Gens autem tota aspiratione in u consonantem commutata, uno nomine Veneti appellati sunt. Horum regio Venetia di-citur. Adriatico mari proxima, & à Padi fluminis ostiis post Istriam usq; protensa Insignes urbes habet, Veronam, Vicen-tiam, Patavium, & Venetias regionis totius caput. q; Sunt & Veneti alii ex Britonum genere, in Gallia Lugdunensi, ad Oceanum: quorum frequas mentio est apud Cæsarem. Vul-gō Vennes.

Vēnetiæ, [cōrni. Vineria, Vinegia. Ger. Benedig.] Civitas insi-gnis in mari Adriatico, quam Veneti incolunt, quæ anno à natali Christi quinquagesimoquarto supra quadrungentesi-mum cōditum fuit, quo anno Attila rex Hunnorū Aquileiam evertit. *cōrni*.

Vēnetiūs, a.um, pen.cor. Quod è Venetiis est, *cōrni*, ut Venetus color, qui (ut ait Vegetius) cœruleus est, & marinis fluctibus similis. [Gall Blen, de couleur bleue. Ital. Color blauo. Ger. Himmelblau. Hisp. Color de la mar, verde à pardo. Pol. Miedrawei farbi. Vng. Velenex. Ang. Blew coloured.] A' quo colore aurigarum factio una in curulibus certaminibus Veneta nomi-nabatur. Et qui eo colore induebatur, Venetiani dicebantur.

Veget.lib.4.de Re milit.scribit exploratores in mari veste Veneta esse induendos: & vela navium exploratoriū in colore Veneto esse tingenda, ut similitudine coloris marini facilius lateant, hostilesq; oculos fallant. Hic color etiam Thalassiscus: id est, marinus dicitur. Græci enim *θάλασσα* mare appellant. Vide ea quæ suprà annotavimus in dictione F E R R V G I N E V S.

Vēnilia Nympha, uxor suis Fauni, & soror Amate Latinæ regis conjugis, mater Turni. Virg.10. Aen. Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater, &c. q; Veniliam item antiqui Neptuni conjugem appellarunt, à veniendo, inquit Var. lib.4. de Ling. Lat. quam candem & Salaciām appellaverunt, ad naturam nimurum maris respicientes, cujus fluctus modò ad terram ve-niunt, modò in salum abeunt. Meminit hujus & Augustinus lib.7. de Civit.Dei.

Venonsus, Historicus Romanus, cuius meminit Cic. in Epist. ad Atticum, conquerens se ejus historiam non habere. Et iterum lib.1, de Legib. ubi eum inter uudos & exiles scriptores recenseret. Nam (*inquis*) post Annales Pontificum maximorum, quibus nihil potest esse nudius, si aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catorem, si aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Venonū venias: quanquam ex his aliis alio plus habet virium, tamen quid tam exile, quam isti omnes?

Vēnūlūs, apud Virgil. lib.8, & 11. Aeneid. Nomen est unius ex Latinorum proceribus, qui in magnam Græciam legatus missus, ut Diomedem in bellū societatem asilceret, re infesta redit.

Vēnūlūs, Veneris, [Ger. Die Göttin der Holzschöfft/Gödne und es set Wölfe.] Ab antiquis, amorum, gratiarum, pulchritudi-nis, deliciarū, voluptatumq; omnium habita est dea: ita dicta à veniendo, quod ad omnes res veniat, ut autor est Cic.2, de Nat deor. *ἀφεδίστη κατεγένεσα* Hanc Poëtē ex spuma maris, & Coeli teckulicis natam fabulantur, à Saturno excisis, & in mare proiecti: unde & παρεῖ τοι ἀφεδός: hoc est, à maris spuma, Aphroditem appellarent. q; Est item Venus, una errantium stellarum, inter Solis & Mercurii spheras sita, quæ φυσικής Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegradit Solem: quū autem subsequitur, *ταύτης οὐ*, Vesper, & Vesperugo. *Πόνιτε* etiā Venus pro libidine, & re ipsa venera, quā & Græci *ἀφεδίστη* dicunt. Terent.in Eynuch. Sine Cerere & Bac. ho friget Venus. Senec. Quod in venerem prouior esset. Virgil.12. Geog. Frigidus in venerem senior frustraq; laborē Ingratum trahit. Plin.lib.24.cap.9: Ad venerem impetus inhibent. Ovid. 1. de Arte: Nos venerē tutam, concessaq; furta canemus. q; Interdum pro pulchritudine, venustate, ornatu, elegantia, *ἀφεδίστης*. Quint.lib.6.cap.4: Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Idem libro 10. capite 1: Isocrates omnes dicendi veneres secutus est. q; Est præterē Venus talorum jactatis, ut quisq; canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat univerios, qui Venetum jecerat. Venerum quatuor meminit Cicer.lib.3, de Nat.deor. cuius verba sunt: Venus prima Coelo, & Die nata, cuius Elide delubrum videmus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accipimus. Tertia Iove nata, & Iunone, quæ nupsit Vulcano, sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria. Cyro-que concepta, quæ Alstarte vocatur, quā Adonidi nupsisse pre-ditum est. Hec ille.

Vēnērēs, a.um, sive Venerius, Quod ad Venerem pertinet, *ἀφεδίστη*: ut Veneræ voluptates, Venerea res. Plinius lib.24. cap.9: At veneræ rei impetus inhibent. Venereus homo, Veneri consecratus. Cicero pro Cluent. Quumq; item, ut in Sicilia permulti Veneri sunt, sic illi Latini in Martis familia nu-merarentur.

Vēnērēs, pro salaci, & Veneri dedito, *ἀφεδίστης*, libidino-sus. Gell.lib.7. cap.8: Delphinoq; Venerios esse & amatos nō modò historiq; veteres, sed recentes quoq; memorie declarat. Vēnēsiā, sīz, *εὐερέα* Ptolemæo, Oppidum Appulorum Da-niorum, non procul à finibus Lucaniae, patria Horatii Poëta, qui ab eo dictus est Venusinus. Meminit hujus oppidi Plin.lib.3.cap.11.

Vērbānūs, hujus verbani, [Vulgō Lago mag. gior. Ger. Darlang See an dem Lawerst ligt.] Lacus Cisalpinæ Gallizæ, Ticinum ex Alpibus defluente accepīs, & quendam in Padum transmittens. Nunc lacum majorem appellant. Plinius lib.9 cap.18. Duo lacus Italizæ in radicibus alpiū, Larius & Verbānus appellatur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliariū ortu existunt, squamis conspicui crebris, atq; præcatus, clavorum caligariū effigie, nec amplius quam circa cum mensim visuntur.

Vērcellæ, [βιρελαι. Ger. Wercell] Vibz Transpadanz Italizæ, quam Plin.lib.3.cap.17, in undecima regione Italizæ colloest, non procul à Taurinis. Vulgō Vercell.

Vērgiliæ,

Vērgiliū [τίνος chimā. οὐκέτις. Ger. Ein gesetz im Etat/ wird die Giechter/ oder Giechungen genannt.] Septem sunt stellae in genu Tauri: ita dicta quod circa equinoctium vernum matutino tempore orientantur. Virgil. 1. Georg. Navita cum stellis numeros, & nomina fecit. Plejades, Hyades claramq; Lycaonis arcton. Vide de his plura in dictione PLEIADESS.

Vērgiliū Maro, [βεργίλιος. Ger. Der farnische Latinalisch Poët von Massus hörte.] Eustathio in Catal. apud Homerū, Latino-rum poëtarum præstantissimus, ex æquo propemodum certans cum Homero: cuius vita latissimè describitur ab Aelio Donato, & Petro Crinito. Sunt qui Virgilius scribere malunt per tertiam vocalem in prima syllaba: de cuius orthographia ratione nonnihil differemus in sīla dictione VERSILIVS.

Vēro, βέρων, Fluvius Celtiberiæ, à quo populi Verones, Βέρωνες, dicti sunt, circa eum habitantes. Meminit hujus fluvii Martialis Epigram 88, ad Liciam.

Veromandui. [Ger. Wermabots / sind Wörter in Picardie.] Populi inter Belgas, quos recenset Plin. lib. 4. cap. 17.

Verona, [βέρωνα. Ger. Dietrichs Wern in Lamparten.] Civitas Venetiz, à Gallis condita, Duce Brenno: à quo Brenona primò: deinde mutatis literis, Verona dicta est, ut lusitanus lib. 20. refert? Hi enim quū novas sedes querere ob intestinas discordias, & assiduas dissensiones cogentur, in Italiam venere: expulsiq; inde cultoribus, Mediolanum, Comitum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam considerunt. Veronam alluit Athesis fluvius amoenissimus, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à fossa Clodia Fado miscetur. Ex hac urbe præstantes viri orti fuerunt, Catullus, Aemilius, & Macer Poëta: & (ut nonnulli putant) Plinius & Guarinus orator, & Pontifex sanctitate clarus.

Vērrā, ara fuit Romæ, ad quam orabant, ne Agrippæ nascentur.

Vērres, Nomen civis Romani fuit, qui quodd Siciliam in Procura avarè, libidinoseq; administrasset, à Siculis repetundarū postulatus est. Ciceroneq; accusante damnatus. Extant etiam hodie Actiones Ciceronis in Verrem, quæ solæ ex priscis illis accusationibus ad nos pervenientur.

Vērtumnus, Etruriæ deus, ut inquit Varro lib. 4. de Ling. Latina, à Tuscis, qui duce Cœlio Romanum migrabant, Romanum deductus, camq; ob causam in vico Tusco ficit. Dictus autem Vērtumnus quodd in omnes formas se transfiguraret. Hic Pomona Nympham fertur adamasse: & ut ejus saltem cōspectu frui licet, in nullas non formas se transmutasse. Qua de re vide Ovid. lib. 14. Metam. Acron in illud Hor. li. 2. Scim. Vērtumnus, quotquot sunt, natus iniquis. Vērtumnus ait esse Deum humanarum cogitationū præsidem: ideoq; multiformem fingi & inconstarem, quemadmodū & illæ variae sunt & mutabiles. Iniquo autem Vērtumno natos esse intepretatur, qui cogitationes suas regere nō possunt. Tiberius Donatus Vērtunum dicendum existimat, quemadmodū & Portunum: quem idcirco colli arbitratur, ut res instituz, ad quem destinatae sunt fine, perducantur. Sēpè enim male cedit, quod vel optimè est institutum, quemadmodū gladius ille, qui regina dono datus fuit ab Aenea, necis ipsi consiciscendæ fuit instrumentum. Nec defunt, qui inde Vērtunum dicunt putant, quodd lacum Curtum in Tiberim averterit. Quam opinione rangit & Ovid. lib. 6. Fastorum.

Vērūnālī, sive Vērtumnalia, Vērtumni festa, quæ fiebat mensa Octobri.

Vērtobriga, Celticorum oppidū est in Hispania Baetica, conuentus Cordubensis. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Vērtumnus. Vide VERTO in APPELL.

Vērulanī, Populi sunt Italiz, Tuscanis & Veliternis vicini, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 5.

Vēscī Plinio, οὐσίος Ptolemæo, Oppidum mediterraneū Tūdolorū, in Hispania Baetica, alio nomine Faventia. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. & Ptolem. lib. 3. cap. 4.

Vēsuvius, pen. prod. qui & Vesuvius, [Vulg. Monte di Somma. Ger. Ein Berg nicht ferne von Neapoli/ so steht von ewiger matera dempsit.] Mons est Campaniz, Nolæ vicinus, agros habens mira fertilitas, præterquam in solo cacumine, ubi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem, terræ cineras levæ facie, rupibusq; exesis, non indubitate veteris incendiū indicia ostendentem. Constat enim sibi aruisse, nunquam tamen vehementius, quam imperante Tito, quo tempore erumpens ex eo ignis, & vicinas regiones latissimè populatus est: & Plinium Naturalis historiæ scriptorem qui cognoscendi cupiditate rō se contulerat, sumo, flammisq; encavat: qua de re vide Epistolam Plinii junioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali Historiæ hodie est præfixa. Montis hujus meminit Virg. 7. Aen. & vicina Vesuvio Ora jugo. Fallitur autem Servius, qui Vesuvum diversum esse putat à Vesuvio, atq; illum quidem in Liguria, hunc in Campania situm esse.

Constat enim celeberrimorum scriptorum testimonis, Ligusticum illum montem, Vesulum, non Vesuvum esse appellatum: de quo profecto non sensit Virgilius, qui non Liguriz, sed Campaniz populos, qui Turno adversus Aenam suppetias tulerant, suscepserat enumerandos. Quid enim imperius à Poëta dici potuisse, quām si Clatio fluvio, Aceris, Capuz, reliquisq; Campaniz locis repente Liguriz montem miscuisse?

Vespasianus, Prænominis Flavius, decimus Romanorum Imperator, multis insignis virtutibus, sed quas omnes uno avitatem criminis fecerat. q; Titus Vespasianus, Flavii filius, & in imperio successor fuit, omnibus omnium ordinū hominibus adē charus, ut Amor mundi, & Deliciae humani generis cognominaretur: utriusque vitam vide latius, apud Transquillum.

Vesper, vide VESPER in APPELL.

Vespuries Hispaniæ citerioris oppidum, in tractu Vardalorū, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 20.

Vestia, oppida mulier Atellana, Capuz habitans, quæ quondam quæstum corpore faciebat, ut est apud Livium lib. 6, secundi belli Punici.

Vestā, Saturni filia ex Ope, quæ & pro terra quandoq; sumitur, eō quodd rebus omnibus terra vestiatur, seu quia vi sua sit, ista. Ovid. lib. 6. Fast. Stat vi terra sua: vi stando Vesta vocatur. Nec defunt qui dō tūc nō nomen hoc deductū velint, aspiratione in u consonantē mutata: ut, Venetus, pro Henetus: Velia pro Helia. Cui sententiaz subscriptis & Cicero lib. 1, de Natura deorum. Vestaz (inquit) nomen sumptum est à Græcis. Ea est enim, quæ ab illis ista dicitur, visq; ejus ad aras & focos pertinet. q; Interdum ponitur pro igne. [ΩΝεγιβ.] Ovidius 6. Fastorum: Nec tu aliud vestam, quām vivam intelligeflammam, Nataq; de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit. Veteres autē duas esse Vestas affirmabant. Vnam, Saturni matrem: alteram, ejus filiam, de qua Ovidius sexto Fastorum: Ex Ope lunonem memorant, Ceretemq; creatas Semine Saturni: tertia, Vesta fuit. Confundunt tamen has Poëtæ, alteram pro altera ponentes. Id tamen observandum est, quām Vestam pro Terra accipit, de matre Saturni id esse intelligendum: quando vero virginem nominant, de filia ejus esse intelligendum, quam ignem esse voluēre. Hanc unam ex diis penatibus esse volunt, quos Aeneas in Italiam advexit. Virgil. lib. 2. Aeneidos: Sic aut, & manibus vittas, Vestamq; potentem, Aeternūq; adytis effere penetralibus ignem. Cui sententiaz non obscurè adstipulatur & Livius, quum Vestaz sacra vetustissima esse assertit, & ab Albanis accepta: à Numa autem Pompilio primū Romæ instituta, multisq; ceremoniis venerabiliora efficiata. q; Primus enim ille sacerdotes ei sacravit, stipendioq; publico donavit, perpetuaq; virginitate, aliisq; ceremoniis venerabiliores effecit. Harum potissima cura erat, ut ignem perpetuum conservarent: qui si forte per negligentiam suisset extintus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat, sed accensa per somites ex sole flamma purus & cœlestis ignis eliciebatur. Porro virgo Vestalis legebatur intra annum sextum, suæ etatis, & decimū: & triginta annos oportebat eam manere virginem, postea nubere licet. Quod si interim forte stuprum commisisset, viva desodificatur.

Vēstalēs virgines, Quæ vestaz sacris, perpetuiq; ignis custodiæ erant dicas, à Numa Pompilio primū institutæ, ut est autor Liv. lib. 1. ab Urbe, ēnēdīs. Cic. 3. de Leg. Virgines Vestales in urbe custodiūto ignem foci publici semperernunt.

Vēstini, οὐσίοι, Populi Italiz inter Picenos, Sabinosq; quorū meminit Plin. li. 3. cap. 5 & 12. Apud hos olim laudissimi fiebant casci. Mart. lib. 13: Si sine carne voles jentacula sumere frugi. Hæc tibi Vestini de grege massa venit.

Vētūlūs, pen. corr. [βιονάς. Ger. Ein Berg in Liguria, an welchen unter der Po entspringt.] Mons Liguriz juxta Alpes, inter cæteros clarissimos, ex cuius radicibus Padus erūpit, teste Plin. lib. 3. cap. 16. Virg. 10. Aen. Ac velut ille canum mosu de montibus altis Actus aper, multos Vesulus quos piafer annos Defendit.

Vesuvius, Vide VESVUS.

Vētonēs, pen. prod. Hispaniz citerioris populi, inter Tagum & Diriam amnes siti, Carpetanis ad Occasum proximi: à quibus herba nobilissima, quām Græci ιπηρον vocant, Vētonicæ sive Betonicæ nomen accepit. Vide Plin. li. 2. cap. 3. & li. 4. cap. 20. & 22. & lib. 25. cap. 8. Nonnulli etiam Vētones vocant germinato t, quidam etiam Vēttones: ut apud Lucan. lib. 4: Vētonesq; leves, &c.

Vētūlonium, ουτουλόνιον Ptolemæo, sive Vetulonias, vētūloniz, Vrbium Hetruriæ, quum Mæoniæ eam obtinuerent, caput: cuius meminit Silius lib. 8: Mæoniæq; decus quondam Vētulonia gentis. Plin. libro. 2. cap. 103. Vētulonios appellat: Patavinorum (inquit) aquis calidis herbæ innascuntur virens, Pisces, Pisa-

# 310 VFE VIA VIM VIN VIR

tes, Pisanorum ranae, ad Vetulonios in Hetruriā, non procul à mari, pisces.

Vetulonienses populi, Vetuloniam incolentes, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

V

ante F.

Vēns, Vulgo Fanto, Fluvius est juxta Terracinam, teste Plin. lib. 3. cap. 5. qui labitur per Pontinas paludes, qui etiam Vfentum à quibusdam dicitur. Virg. lib. 7. Aen. gelidusq; per imas Quærit iter valles, atq; in mare volvitur Vfens. q; Vfens p̄rterea Aquicolarum dux fuit, qui quum Turno adversus Aeneam suppettas ferret, à Gya Trojano est interfectus, de quo Virg. lib. 7. & 12. Aen.

Vfentus, adjectivū: ut, Vfentina tribus. Liv. 9. ab Vrbc: Dux Romæ additæ tribus, Vfentina, ac Falerina.

V

ante I.

Via, Fluvius Gallæcorum Lucensiuit, in interiori Hispania, nō procul ab Orubio promontorio in Oceanum Occidentalem sese exonerans. Autores Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pomponius lib. 3.

Vianā, Norici urbs, apud Plin. lib. 3. cap. 24, Hermolaus eadem putat cum Vienna Austria, omnibus quas Daubius sustinet, urbibus, & ædificiorum splendore, & agri ubertate preferenda.

Vibiūs Virius, Civis Capuæ fuit potentissimus, primusq; defensionis ad Annibalem autor, qui jam attenuatis Pœnorum viribus, quum Capuani à Fulvio obfessi deditioñem pararent, à septuaginta Senatoribus domum deductus est: quibus con vivio adhibitis, quū quām maxima vii ingurgitatione mētem omnem ab imminentis mali sensu alienassent, post multos complexus le omnes veneno peremerunt. Vide Livium lib. 6. Decad. 3.

Vibo, vibonis, Oppidum Locrorum in Brutii, ita nuncupatum à Romanis, quoniam ante Hippo appellaretur, ita nuncupatur Strabon. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Vincentia, Vicentia, Venetiæ opidū, non procul à Patavio: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

Victor, Virtus nomen.

Victoria, Vrbs Hispaniæ, Ptolem. Camarica.

Viennā, Viennæ, [Ger. Wien in Österreich.] Austria Metropolis est, omnium urbium, quæ ad Danubium sitæ sunt, & ædificiorum splendore, & facilis rerum copia clarissima, munitissimæq; Germaniæ, atque adeò totius orbis Christiani adversus Turcarum irruptiones propugnaculum. Hanc Plinius libro 3. capite 24, Vianam appellat, ut annoravit Hermolaus. q; Est præterea Vienna Allobrogum civitas ad Rhodanū fluvium, olim clarissima, ubi etiam hodie nō pauca antiqua nobilitatis extant monumenta. [Gall. Vienne. Ger. Weyen eti. Etat ligé am Rodan vnder Lyon.] Meminit hujus idem Plin. libro 3. cap. 4.

Viminalis collis, unus ex septem urbis Romanæ collibus, in terria urbis regione: ita dictus à viminum sylva in eo enata: unde & Iovi Vimino, cuius ibidem ara erat, nomen inditum: ut est autor Varro lib. 4. de Ling. Lat. q; Viminalis porta, Romæ fuit inter Salarium & Exquiliām: ita dicta quod per eam in agrum Nomentanum efficeret.

Vindelicia, [Vindelicæ] Ger. Die Landschafft zwischen dem Lech/ Donau und dem Hochgebirg/bis Augspurger.] Regio Germaniæ confinis, Rhetiam habens ab Occasu, & Noricū ab oriente. Eam Lycus amnis distinguit à Rhetia: Aenus à Norico: à Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Ejus civitas insignis est Augusta Vindelicum. Vulgo Augspurg: cuius meminit Ptolemæus libro 2. capite 13.

Vindeliciæ, [Vindelicæ] Ptolemæo. Ger. Augsbur. Vindelicæ incolæ, hodie Germanis annumerati. Horatius:

Videre Rheti bella sub Alpibus

Drusum gerentem, & Vindelici.

Vindemiator, Vide in APPELL.

Vindiūs, Hispaniæ Tarragonensis insignis mons, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6.

Vintūs, Vinus, Oppidum est in Alpibus litoris, apud Ptolemæum lib. 3. cap. 1.

Vion Valentia, Apulorum urbs, autore Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Brivona, Hippol. Plin. leg. VIBO.

Virbiūs, Idem qui Hippolytus, Thesei, & Hippolyta Amazonis filius, qui quum à Phædra noverca per caluminiam apud patrem delatus esset, quod ipsi stuprum inferre voluisset, patris iram veritus, consenso currū fugā arripuit: quumq; juxta matris litus pervenisset, incusso à Neptuno payore, equi consternati, implicatum habens Hippolytum dilacerarū. Cuius vicem miserata Diana, ad vitam eum revocavit, & in Aricinio nemore collocatū, pro Hippolyto Virbiūm appellavit, quasi bis virum. Ovid. 15. Metam.

Tum mihi, ne præsens augerem muneris hujus

# VIR VIS VIT

Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:

Vtq; forem tutus, possemq; impunè videri,

Addidit æstatem, nec cognoscendā reliquit

Ora mihi: Cretenq; diu dubitavit habendam

Traderet, an Delon: Delo, Cretæ, relatis,

Hic posuit: nomenq; simul, quod possit e quorum

Admonuisse, jubet deponere: Quisq; fuisti

Hippolytus, dixit, nunc idem Vibius esto.

Virdubescæ, [Vidubiesca, Hispaniæ citerioris civitas, in tractu

Antigonus, qui sunt populi Cantabris ad Ortum proximi.

Autor Ptolemæus libro 2. cap. 6. Plin. lib. 3. cap. 3, Virovesca nominat.

Virgāo, Hispaniæ Bæticæ civitas, inter Bætim & Oceanū, alio nomine Alba dicta. Autor Plin. lib. 3. cap. 1.

Virgī, Pomponio teste, Oppidū in finibus Hispaniæ Bæticæ, à quo proximus sinus Virgitanus dicitur, quem Plinius Bætica & Tarragonensis terminum facit, lib. 3. cap. 1.

Virgilii. [Biegli. & regli.] Mantuanus Poëta celebrissimus, Matorne, Majaq; natus, qui primum apud Latinos inter Poëtas obtinet locum. Homerumq; Græcorū Poëtarum principem, si non exequat, non longo certè sequitur intervallo. De nominis hujus scriptura diversa diversa sentiunt, aliis primam ejus syllabam secunda vocali, aliis tertia scribentibus. Quorum utrique suis quibusdam nütur rationibus. Minutianus Apuleius, vetustus Grammaticus, à virgis. inter quas natus sit, Virgilium dictum putat: ideoq; per i. non per e scribendum præcipit. Cui scripturæ Donatus quoq; non obscurè attipulatur, quum in vita ejus tradit, à virga nōmē accepisse, quam mater ejus ea nocte, quæ partum antecessit, in somnis sibi visa est parere, tanta altitudine assurgentem, ut cœlum contingere. Hisce suffragatur & Calvi illud: It vates cui virga dedit memorabile nomen Laurea. In eadem sententia fuit & Priscianus. In Græcis quoq; codicibus (si id quippiam ad rem faciat) scriptura legitimus Biegli. Alii, & in primis Politianus, à Vergiliarem sydere nomen hoc deducunt: ideoq; per secundam vocalem scribere malunt. Quam sententiam veterorum aliquot marmorum testimonius confirmant. Quibus illud accedit, quod apud Eustathium quoq; in navium Catalogum, & apud Suidam regli. legatur. Vide hac de re prolixorem disputationem in Annotationibus Pierii in Virgilium.

Virgilianus, adjectivū: ut, Virgiliana virtus, apud Plinium in Praefat. lib. 9. Quintil. lib. 1. cap. 3: Habendumq; in animo semper illud Virgilianum.

Viriatūs, Lusitanorū ducis nomen fuit, calliditatis aceritatem viri, quippe qui ex venatore latro, ex latrone subito dux atq; Imperator factus, universam Lusitaniam occipavit,

M. Veatidium prætoriē fuso ejus exercitu, cepit. Post Ca. Plan-

cius Prætoriū fuso: us rem cum eo gesit: tantumq; te. ro-

rem hostis hic Romanis intulit, ut adversus eum Consulari opus esset duce & exercitu. Deniq; à proditoribus contilio Cepionis interemptus est, & multum ploratus, tumulatusq; nobilissime Autor Livii abbreviator Florus.

Viræ querquetulanæ Festus inquit, putantur esse Nymphæ præsidentes quereto virenti quod fuit in Esquilina regione urbis, ut autor est Varr. lib. 4. de Ling. Lat. Scaliger, Viras querquetulanæ nihil aliud esse putat, quām quæ Græcæ λα-

έδε, καὶ ἀρχαρχεῖς dicuntur.

Viritum, autore Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ Vrbs: Vul-

go Græknag.

Virvesta, Ptol. lib. 2. cap. 6. in antiquo codice Virdubescæ, Hi-

spaniæ Vrbs: Vulgo Briviesca.

Virutum, [Virtus, Oppidū Germaniæ in climate Septentrionali, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 11.

Visontium, [Visontorū, Pelodonum oppidum in Hispania Tar-

raconensi, Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Vistulā, qui & Visula, & Iltula. [Vulgò Vixel. Ger. Die Weser.] Nobilis Europæ fluvius, in Carpatho monte nascens, Germaniamq; dirimens à Satmatia, & tandem ostio uno prægiā-

diuxta Dant scum urbem in sinum Condanū illabens. Vide Ptolemæum Tab. 8. Europæ. A' Plin lib. 4. cap. 13. Vistula ap-

pellatur. Vide Vadianum in librum 3. Pomponii Melæ.

Visula, Vide VISTULA.

Visurgis, Fluvius est Germaniæ, non procul à Cherusci na-

scens, Brunsicensem agrum intrigās, tandemq; Bremam urbē

præterlapsus, paucis circa Albis ostium pass. milibus, in Ger-

manicum Oceanum sese evolvēs. Accolæ hodie Veserum ap-

pellant. [Ger. Die Weser.] Vide Annotationes Vadiani in li-

brum tertium Pomponii Melæ.

Vitalis, [Vitalis,] substant. proprium nomen est.

Vitella, [Vitella,] Oppidum Italæ. Vnde Vitellinus gentile.

Stephan.

Vitelliūs, [Vitellius,] Nonus Romanorum imperator fuit, ve-

tri, gulæq; additissimus, qui superato apud Bebriacū Otho-

ne, impo-

ac, imperium atropit: quod non multò pōst deficiētibus ad Vespasianū militibus, unā cum vita eruit. Reliquam ejus vitam pete ex Suetonio.

Vitisator, Vide in APP ELL.

Vitruvius, Architectus Veronensis, cuius opera etiam hodie omnia maibus teruntur, varia in linguis transſuſa.

Vitruvius, Antiquis dens erat, qui credebatur vitam largiri: ut Sentinus sensum. Cael. Rhod. lib. 25. cap. 30.

Vilius, οὐλόφη, Apollinis cognomen apud Milesios: quod is sanitatis auctor putaretur. Nam οὐλός, Iones usurparūt pro οὐλόφη: hoc est, recte valere: ut annotavit Ioannes Grammaticus. Unde & οὐλός dictas putat cicatrices, quod dicit nōc persanatorum vulnerum. Vide Macro. lib. 1. Satyr.

Vl̄p̄sānūs, Iurisconsul̄s, patria Tyrius, Adriani temporibus floruit, cuius sensus preſuit. Hic, quum Gallias administraret, seditione oborta interfecitus est.

Vlubræ, arum, Ignobilis kalis: vicus juxta Velitras, nulla alia re quam quod in ipso educatus fuerit Augustus, memorabilis: ut annotavit Porphyrio in illud Horat. lib. 1. Epist. - quod petis, hic est. Et Vlubris, animus si te nō deficit sequens.

Xenóphānēs, penultima correpta, Ξενόφανης, Philosophus Colophonius, Dexii, sive (ut Apollodorus mavali) Orthomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerum & Hesiodū elegias scripsit & lambos, irridens ea quæ de diis sunt com- menti. Dei substantiam rotundam esse sensit, nihilq; cum ho- minibus habere commune, totum cernere, totumque audire, unum esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Autor Laertius. Ejusdem meminit & Cicero quarta Academica: Xe- nophanes (*inquis*) paulò etiam antiquior, unum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. q Fuit & alter Xenophanes ex Lesbo insula, Poëta lambicus, ut refert idem Laertius.

Xenóphilius, penult. corr. Ξενόφιλος, Nomen Musici Chalcidensis, philosophi Pythagoricide quo Valerius Maximus, Bi- enno minor quam Gorgias, qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus fuit, sed felicitate non inferior: siquidem (ut ait Aristoxenus Musicus) omnis incommodi humani expers, in summo perfectissimus doctriñæ splendore extinctus est. Eudem & Plinius inter ra- ga felicitatis exempla commemorat, lib. 7. cap. 50: Pro mira- culo (*inquis*) id solitarium reperitur exemplum. Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo.

Xenóphon, Ξενόφων, Nomen philosophi, & ducis insignis Atheneensis, qui Socratis discipulus, & Platoni amarus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tanta verò eloqua- tia, ut musa Attica à noanulis fuerit appellatus. Insinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eō militavit: eōque in acie caelo, exercitus reliquias ex ultimis Babyloniae finibus per aspera, & difficillima itinera, incolumem in pattiam reduxit. Scriptor Cyri majoris Pædian, nou tam historice serviens veritati (ut inquit Cic. libro 2. de Orat.) quam ut absolutum institueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem ad- versus Artaxerxes fratrem: De rebus Græcorum libros sex: Symposium Oeconomicum, à Cicerone, teste Columella, latinitate donatum. Ad hanc de re equestri, de venatione, Socratis Apologiam: aliaque nonnulla quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. q Tres alli præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorum primus Antiochenus fuit, qui Amatoria quædam scriptit, quæ Babylonica appellavit. Alter Ephesius; qui & ipse Amotoriarum narratio- sum libros decem scriptit, quæ Ephesiaca nominavit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrra, & Adonide: quæ Cypriaca nominavit. Laertius se- ptem commemoret Xenophontes: quorum nomina & scri- pta vide apud ipsum.

Xerā, Ξέρα, Vrbs prope Herculis columnas: ut ex Theopom- pi sententia refert Steph.

Xerōlībyā, Ξερολίβα, Libya sicca: hoc est, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam desertaque Virgil. lib. 4. Aen. vocat regionem siti desertam.

Xeroliphūs, Ξερολίφος, Tumulus fuit Constantinopoli, co- chleas fedecim, & Diana columnam strigilem, & tripedes habens, in quibus Epigrammata solebant inscribi. Qua voce uitus Iustinianus C. de publice judic. etiam si Alciatus voce

## XER XIP XVT XYL ZAB

adulterinam esse putaverit. Meminit hujus tumuli Suidas & Priscianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ, Epigrammata quædam se legisse testatur Byzan̄tii in Xerolipho, in vetusti- simo tumulo inscripta.

Xerxēnā, Ξέρξηνα, Minoris Armeniæ regio: ita dicta à Xerze, quemadmodum à Cambyses Cambysene. Autores Stephanus & Strab. lib. 11.

Xerxēs, Ξέρξης, German. Ep. Soho Darū, unde eis genetivis König in Persia se mit sacerdotiæ mai habebat tuncque Memnon in eis. Hoc videt dicitur Oritheus aufgezogen ist. ] Persarū rex fuit, filius Da- sii, & Cyri ex Atossa filia nepos, qui centum septuaginta ho- minum myriadibus: hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græcia bellum intravit. Quam tantam hominum turbam quoniam ex editione specula alpexisset, teneriter fuitur lachrymatisse, quod post centena annos ex tanto hominum numero nemo esset superfutu- rus. Tantum autem habuit navium apparatus, ut totum Helleponum operaret, & Asiam Europæ ponte conju- garet. Athos præterea montem, teste Plinio, libro 4. capite 10, à continente absedit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, navale quoque certame cum Themistocle tentavit: à quo similiter apud Salaminem supe- ratus, quoniam ante tota maria classe sterneret, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio Praefecto, qui & ipse re in Bœotia infeliciter gesta cum paucissimis in Persidem se re- cepit. Demum quoniam se otio, socordiaque, relicta militia tradiisset, præmium genus luxuriaz novum iaveientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus paucis post annis ab Artabano praefecto suo in regia intersi- citur, quoniam regnasset annis octo. Vide haec laxius apud la- stinum Trogi abbreviatorem. q Xerxes alter, pictor Hera- cleota Venerem adeo pulchram pinxit, ut ex ea quæstum magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam videre cupie- bant. Itaque Græci lepido cavillo Venerem amicam Xerxes vocabant, quod ex ejus leaocino quæstum faceret. Autor Aelianus de varia historia.

X ante L  
Xiliā, Ξελιά, Libyæ urbs, ut ex Alexandro annotavit Stephanus: cujus incolæ dicuntur Xiliariæ.

Ximenē, Ξεμένη, p̄ca prod. Ξεμένη, Ponti regio, salis fossili habebas fodinas: unde & Halys fluvius, qui ex ea oritur, nomen acce- pisse existimatur. Autor Strabo lib. 12.

Xiphōniā, Ξεφόνη, Sicilie oppidum, non præcul à Tauromä- gio in promontorio situm: ut ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

X ante O.  
Xoēs, Ξεοή, Stephano, Insula est in mediterraneis Aegypti, sa- pra Sebenniticum & Pharniticum ostium, oppidum habens ejusdem nominis. Autores Stephanus & Strabo lib. 17. q Hinc Xoites nomos: hoc est, ex Xoita præfectura, apud Plinium lib. 5. cap. 9.

X ante V.  
Xichēs, Ξεχής, Libyæ oppidū, ut ex Artemidori Epitome an- notavit Stephanus: cujus incolæ appellantur Xuchites.  
Xūchīs, Ξεχίς, Sicilie oppidum, ut ex Philisti sententia tradit Stephanus: Gentile Xuthiates.  
Xūthūs, Ξεχοή, Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Tetra- polim Atticę: hoc est, Oenoam, Marathonem, Probalintham, & Triocoritum colonos deduxit. Autor Strabo lib. 8.

X ante Y.  
Xylēnēpolis, Ξελενηπόλις, Vrbs in Confinio Carie, & Indie, ab Alexandro condita: ut post Onescritum refert Plin. lib. 6. cap. 23.

Xylina, Ξελινά, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiæ, & Cisse fluviorum ostia situm. Autor Ptol. lib. 5. cap. 6.

Xylos, Ξελός, Vrbs Carie, Vnde Xyllus vel Xyleus, Steph.  
Xynia, Ξενία, Thessalizæ oppidum, apud Polybium lib. 9, à quo vicina palus Xynias appellatur, quā alio nomine Bebœdem vocat. Stephan.

Xypethei, Ξεπεται, Ξεπεται, vicus in tribu Cecrotide. Tribulus Xypeteon, Stephan.

Xytis, Ξετίς, urbs Carie, à qua Xystiani dicti sunt populi libeni Apamia, ut scribit Plin. lib. 29. cap. 5.

Z Abida, Ξεβίδα, Vicus in Arabie mediterraneis, ut ex Vranio annotavit Stephan.

Zabī, Ξεβί, Populi Indici, qui cum Deraide

contra Dionysium pugnaverē, Steph.

Zachalīs, Ξεχαλίς, Magus Babylonius, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithrydatem Ponti regem. Autot Plin. lib. 37. cap. 10.

Zacanthaci, Ξεκανθαῖ, Zacynthiorum coloni, teste Polybio, Pyrenæi

**Pyrenæi** montis incolæ. Horum oppidum Zacaantham expugnavit Annibal, qui in Italiam properaret, ut ex Apollo dñi Chronicis annotavit Stephan.

**Zacynthus**, [Ζάκυνθος. German. Ein Insel im Jonischen Meer, liegt Peloponneso an der Seite gegen Iddergang.] Insula Ionii maris parva Occidentali Peloponnesi lateri adjacens, urbemque habens eisdem nominis, à Zacintho Dardani filio, qui in ea imperavit, dicta. Plin.lib.4.cap.12: Inter Cephalleniam & Achaiam cùm oppido magnifica, tūm fertilitate præcipua Zacinthus, aliquando appellata Hyrie. De hac Virgil.lib.1.Aen. lam medio appetet fluēt nemorosa Zacinthus.

**Zadrane**, Ζαδράνη, regia Cinædecolpitarum, qui felicis Arabæ populis sunt, Steph.

**Zæa**, Ζαία, Vrba Boæotiaæ antiquissima, Steph.

**Zagrius**, Ζαγρεύς, Tauri montis pars, Mediam dirimens à Babyloniam. Autor Strabo lib.11.cap.15.

**Zaleucus**, Ζαλεῦς. Nomen fuit legislatoris Locrensum, qui quum in adulteros hanc poenam statuisset, ut in adulterio deprehensi utroque orbarentur oculo: oblatio filio, multisque testibus adulterii convicto, quum neque paternum animum posset exueret, neq; solus poenæ, quam in alios statuerat, immunitus esse vell: sibi primum unum oculum, quamvis plurimum reclamante plebe, & filii crimen patris virtuti condonante, deinde & filio alterum iussit erui. Autor Valerius libro 6. capite 5.

**Zama**, Ζάμα, Africæ urbs fuit, apud quam Africanus major Annibalem insigni clade affecit. Vide apud Liv. lib. 10, belli Punici secundo.

**Zamolxis**, Ζαμόλχις. Unicus Getarum deus, ad quem proficiendi existimabat eos, qui è vita decederent. Non unquam etiam forte ex vivis aliquot deligebant, quos de rebus suis Zamolxi diuinitos mitterent: quos post mandata, quæ illi nuntiata cupiebant, in sublimi jaæatos, gladiis excipiebant: atq; ita interfectos, recta ad Zamolxin proficiendi credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ servum fuisse existimat, qui quod Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis habitus est pronomine. Vide Herod. Histor.lib.4.

**Zanclæ**, Ζαγκλη, Siciliæ urbs in penitissimo Pelori sinu: postea à Messeniis instauratoribus μεταβλήθη: hoc est, Messana appellata. Zancle autem prius à sitis obliquitate dicebatur, quod falcis in modum curvata esset. Vide Strabonem lib.6. q; Ipsa etiam Sicilia Zancle dici invenitur, à Saturni falce, quæ poëtæ fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quod in primis frugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italiam frugum usum invenisse. Ovid.15. Metam. - Zancle quoq; juncta fuisse Italia legitur donec confinia pontus Absolutus, & media tellurem repulit unda.

**Zanclæus**, α, um, Ζαγκλεύς: ut, Zanclea arena, Ovid.15. Metam. Charybdis Zanclæa, Idem 4. Fast.

**Zanclæs**, Ζαγκλεύς. Senex quidam Samothracenus, cui post annum vitæ quartum & centesimum dentes renatos fuisse tradit Plin.lib.11.cap.37.

**Zapavortene**, Ζαπαύρτεν, Asiz regio, à Caspiis versus Ortū sitatus descriptionem vide apud Plin.lib.6.cap.16.

**Zareta**, Ζαρέτη, fons supra Chalcedonium mare parvos nutriens crocodilos, qui Zareti vocantur, Steph.

**Zarex**, Ζαρέξ, Laconia maritima & heros Athenensis, & Hippothonitis. ισχεῖται: unde etiam Tribum denominant. Stephanus.

**Zarfaska**, orum, Ζαρφαστα, m, Indiæ urbs, quam alio nomine Basra appellavit. Autores Plinius libro sexto, capite decimoquinto, & Strabo libro 17.

Z ante E.

**Zela**, Ζέλα, Oppidum fuit Thracie in Cœnica regione, eo in loco sita, ubi postea extructa fuit Flaviopolis. Autor Plinius libro 4.cap.11. q; Zela altera fuit in Cappadocia, non procul à Megalopolis, à qua vicinus ager Zeleticus appellatur. Plin.lib.6.cap.3, & Strabo lib. 12.

**Zelidæ**, sive Zelea, penultima producta, Ζελιδæ, Troadis oppidū, ad radicem Idæ montis, spectans ad Helleponsum. Autores Plin.lib.8.cap.32. & Strabo lib. 12.

**Zenicetus**, Ζενικεύς. Insignis piratæ nomen, qui occupato Olymbo Asiz monte, Lyciam, Pamphyliam & Pisidiæ, assidue excursionibus quum infestaret, multaq; loca munita in potestatem suam redigisset, tandem P. Servilii, qui postea Isauricus dictus est, arma in se cōcitatavit: à quo quæ mortem præter omnem expectationem captum videret, scipsum cum tota domo concremavit. Autor Strabo lib. 14.

**Zeno**, Ζένων. German. Ein Philosophus aus Cypro, ein anheber der Stoischen Rethor / welcher zu Achen, in höchster ehri gehalten wort. Den.] Philosophus, ex Cittæ Cypri civitate, Stoicorum sectæ conditor, tanto in honore apud Atheniensis habitus, ut apud eum claves urbis deponerent, ornarentque ipsum auræ co-

rona, & statua ærea. His adolescenti cuidam in epa multa loquenti: id est, inquit, quas habemus aures, os autem unum, ut scilicet multa audiamus, pauca verò loquamur. Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine morbo. Nam (ut ferunt) quum abiret ex schola, lapidem offendens, digitum perfregit: manu verò terram feriens, illud ait ex Niobe: Venio, quid me vocas? Et continuò se strahulans interierit. Cicero in Oratore: Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam ajebat ejusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilataverat, palma illius similem eloquaciam esse dicebat. q; Fuit & aliis Zeno Eleates, quem Dialecticæ inventorem fuisse scribit Aristoteles. Hujus celebrissima fuit in perferendis cruciatus patientia. Nam quum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandæ patriæ inflammati contra Nearcum tyrannum, facto indicio comprehensus, traditusque est tortoribus torquendus. Quamq; laceraretur, ut conscius conjurationis nominaret, neminem illorum indicavit: sed amicos, intimosque tyranni participes conjurationis esse dixit. Deinde quū quipiam se in aurem tyranni loqui velle significasset, eam mordicus direptam non ante dimisit, quā rapta aure populatum caput reliquisset. Verum quum jam veteretur nec toties repetitus tormentis resistere non posset, conversus ad cives, qui quæstiōni intererant: Admiror (inquit) vestram ignoriam, o ci- ves, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, tyrranni jugum sustinetis: idque quum dixisset, conciliam dentibus linguam in os tyrranni expuit. Quo facto tanto civium animos libertatis desiderio incidit, ut concursu undique facto, Nearcum lapidaverint. q; Fuit & aliis Zeno philosophus Epicureus, Ciceronis synchronos: id est, contemporaneus: quem idem Cic. lib. 1. de Finib. se cum Attico frequenter audivisse testatur, Epicuri sententias explicantem.

**Zenobriæ**, Ζενοβία, Odenati uxor, quæ à Ptolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatissima, necnon & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ urbe regnavit. Hęc quæ Saporem Persarum regem superasset, tandem ab Aureliano Augusto victa, Romanum in triumphum ducta fuit: ubi summo cum honore consuevit. Vide Volaterranum.

**Zenobiūs**, Ζενοβίος, Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scriptis epitomen Didymi & Tarthæi libris tribus: & Salustii historiam in Græcum sermonem convertit. Autor Suidas.

**Zenodotus**, penultima prod. Ζενοδότης, Statuarius insignis fuit sub Nerone, qui Mercurium colossum fecit apud Avernos CCCC. pedum altitudine: deinde & Neronis colossum, qui postea dedicatus fuit numini Solis. Autor Plinius libro 34. cap. 8.

**Zenodotus**, penult. corr. Ζενοδότης, Ephesius versificator, & Grammaticus, qui temporibus Ptolemæi primi floruit: à quo etiam Alexandrinæ bibliothecæ fuit praefectus: primus quoq; Homeri libros correctis, ac in ordinem rededit. Suidas. q; Fuit & alter Zenodotus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platonis, Homeri, & Hesiodi opera commentarios co-scripsit. Vide Suidam.

**Zenodotum**, Ζενοδότον, Vrbs Ostroënè prope Nicephorium, ut ex secundo Parthicorum Artiani annotavit Steph.

**Zéphyræ**, Ζέφυρη, Insula est maris Mediterranei, juxta Cretam. Autor Plin.lib.4.cap.12. & Pompon.lib.2. q; Zephyre item, siue Zephyra, olim dicta fuit Cariæ urbs, Mausoli sepulchro nobilitata, quæ deinde dicta est Halicarnassus. Autor Strabo libro 14.

**Zéphyrum**, Ζέφυρος, Promontorium est Locorum, à quo Locri dicti sunt Epizephyrii, quod supra Zephyrium siti essent. Strabo libro 6: Locri agri promontorium effertur quod Zephyrium appellatur: portum habens ab Occasu ventientibus commodum: qua ex causa & nomen assequitur.

**Zéphyrus**, pen. cor. Ζέφυρος. Gall. Oest. Ital. Ponente. Ger. Der Westwind. Fland. West Hisp. Oest. Polon. Wiatrzachodz flóra. Vng. Nap nyugati zel. Ang. The west wind.] Ventus flans ab Occasu æquinoctiali adversus sub solanum: quem Latini Favonium appellant. Dictus Zephyrus quasi Ζέφυρος, vitam ferens: vel quia fere quæ sunt ad vitam. Eo sane plantæ omnes germinant, & pullulant. Vide Gell.lib.2.cap.22.

**Zéphyrus**, adjективum: ut, Zephyria ova, ταλαιπωρία &c: hoc est, sterilia, quod vento putentur generari. Plinius libr.10.cap.6: Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur.

**Zerbîs**, Ζερβίς, Mesopotamiaæ fluvius in Tigrem cadens, ut scribit Plin.lib. 6.cap.26.

**Zerethra**, Arcades vocant yadi foramina quædæso, per quæ Erasinus fluvius è lacu Symphalo erumpit in Argiviam terram. Autor Strabo lib.8.

Zeynthum,

Zérynthum, Ζερύνθη, Antrum est in Thracia, non procul à Zona urbe & Hebro fluvio. Hecates numini sacrum, ut est auctor Lycophron: unde & caeae in eo immolabantur. Suidas Veneti sacrum fuisse existimat, eamq; inde Zeryothiam dicit. Vide Cælium Rhodig. lib.8. cap.23.

Zerēs, Ζέρης, Fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: & quoniam allati fuisse feruntur, adpellendas Harpyias missi sunt, teste Servio.

Zethus, Ζέθος, Iovis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adjutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. lib.2. de Orat. Miror cur philosophiæ sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indexeris. Horat. i. Epist. 17: Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atq; Zethi dissiluit.

Zeugitana regio, Ζευγίτανη, Eadem quæ & Africa propriè dicitur. Autor Plin. lib.5. cap.4.

Zeugma, Vrbs insignis ad Euphratem fluvium, LXXXII. M. passuum à Samosatis Comagenæ civitate distans. Autor Plin. lib.5. cap.24. q; Est & Vrbs Daciæ, Ptolem. lib.3. cap.8. [Vulg. Euseberg.]

Zeuxis, Ζεύξης, German. Ein ausbündiger Maler zu seiner Zeit. Clarissimus pictor Heracleotes fuit, qui in certamen picture cum Parrhasio descendit, uvasq; tanto successu pictas in scenam detulit, ut ad eas aves advolarent. Parrhasius autem linteum attulit pictum, ita veritate representata, ut Zeuxis alium judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picture: intellectoque errore, concederet palmam ingenio pudore: quoniam ipse aves fecellisset: Parrhasius autem se artificem. Fertur hinc pinxit puerum uvas ferentem, ad quas quum advolassent aves, iratus est mira ingenuitate operi suo, & dixit: Vvas melius pinxi quam puerum. Nam si hunc consummasset, aves timere debuerant. Pinxit & Helenæ simulachrum, quod deinde Romanum translatum fuit, & in Philippri partibus collocatum. Hæc ex Plinio, libro 35, capite 10.

Zeuxo, Ζεύξω, Nympha marina, Oceani & Tethys filia. Hesiodes in Theog. Zεύξω π., Κλυνί π., Λεβή π., Πλευρή π.

Z ante I.

Zielia, Ζιλια, Cappadociæ oppidum, teste Stephano, à Ziela NL comedis filio conditum.

Zigere, Ζιγέρη, Oppidum Scythorum Arolerum in ea parte Thraciæ, quæ Istri ostium incumbit. Autor Plinius libro 4. capite 11.

Zigarum, ea terra fertur, ex qua populi exieriat, qui nostra seate cum liberis & uxoribus Europam per vagantur. [Germ. Das Siegeynerlande]

Zilis, Ζιλις, Oppidum Mauritanæ Tingitanæ, regum olim ditioni exemptum, & Bætica jura petere iussum. Autor Plinius lib.5. cap. 1.

Zimiris, Ζιμίρης, Regio Aethiopiaz arenosa, in qua magnetes optimi inveniuntur. Plin. lib.36. cap.16.

Zingi, Ζιγη, Mazotidis paludis accolæ supra Cimmerium Bosporum. Plin. lib.6. cap.7.

Zipctrium, Ζιπκτρη, Bithyniæ oppidum, à Zipcteo rege ita appellatum. q; Gentile Zypcteus, Ζιπκτρης. Steph.

Zirinia, Ζιρίνη, Thraciæ oppidum, ut ex lib. 3. Philip. Theopompi annotavit Stephan. q; Gentile Ziriniates, Ζιρίνιατης.

Zizama, Ζιζάμη, Oppidum Garamantum, unum ex iis, quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditionem sunt redacta. Autor Plin. lib.5. cap.5.

Z ante M.

Zmilis, Ζιμίλης, Nobilis archieasti nomen, qui unâ cum Rholo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit, cœtum quadraginta columnis insignem. Autor Plinius libro 36. cap.13.

Z ante O.

Zoara, Ζωρά, Vrbs Palædis, cuius incolæ dicuntur Zoaræ, Ζωραῖται. q; Est item Zoara, Palæstina locus, quod Lot tempore Sodomiticae calamitatis confugit. q; A' quo fit gentile Zoarenus, Ζωραῖνος.

Zobidæ, Ζωβίδη, Populi Carmaniz finitimi: ut annotavit Stephanus ex Quadrati Rerum Parthicarum lib.2.

Z ante Y.

Zoeteum, Ζωτεῖον, vel Ζωτεῖον, Vrbs Arcadiæ, à Zeto quodam, Stephanus.

Zöelæ, per tres syllabas, penult prod. Ζωλαῖ, Asturæ populæ Hispania citeriore, Persicis, & Gyris finitimi. Autor Plin lib.3. cap. 3: Apud hos præstantissimum lini genus nascetur, & splendidissimum, idq; natura torrentis, in quo poliebatur: ut testatur idem Plin. lib. 19. cap.1.

Zöilius, Ζωλεῖος, German. Ein bessertiger vnd lebiger Poët so etliche Bücher wider Homerum geschrieben hat. ] Sophista sun Amphilopolites, Ptolemæi temporibus, hoc uno facinore nobilitatus, quod Homerum poëtarum omniam principem lures adversus eum scriptis ausus sit reprehendere: unde & ipso cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo sperans. Verum quum nihil daretur, penuria coactus, submisus qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari se ait, quum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia pauperet, Zoilum egere Homero multo doctorem. De mortis ejus genere diversi diversa sentiunt. Alii parricidii convictum iussu regis cruci suffixum volunt: alii quum in Græciā rediisset, de Scironis axis fuisse precipitatum. q; Ab hujus autem moribus sumptum est, ut homines lividi, & ex alieni ingenii obrectatione laudem aueratas, Zoili dicerentur. Ovid. lib. 1. de Remed. amoris: Ingenium magni lior detrectat Homer. Quisquis es ex illo Zoile am habes. Vide Adagia Erastri.

Zombis, Ζωμῆς, Vrbs Media, Steph.

Zona, Ζώνη, Vrbs Ciconum, Stephan. Nicand. scribit Zonam esse locu quendam montanu & civitatem ejusdem nominis.

Zopyrus, penultima correpta, Ζωπύρης, Physiognomon quidam fuit: hoc est, ex eorum genere, qui se hominum mores, naturasque ex faciei lineamentis perspicere profitentur. Haec quum aliquando obesus esset Socrates, isq; cum hominem stupidum, bardumq; esse respondisset, extensis eam vocem risu excipientibus: Nō falleris (inquit Socrates) ô Zopyre: talis enim eram, nisi vitiosam naturam Philosophiæ præceptis superasse. q; Zopyrus præterea alias fuit, filius Megabyzi, unus ex iis, qui occiso Pseudosmerdi, Periarum regnum è Magorum manibus vindicarunt. Hic quum Darius Babylonem vigesimumjam mensem frustra ob sideret, nascitur sibi, aures & labia amputavit, & ita ad Babylonios trans fugie, multa de Darii injuria conquerens, quem sibi immerenti ira faciem simulasse simuabat. Recepitus itaq; à Babylonis, levibusque aliquot prælii re satiis feliciter gesta, universæ urbis dux constitutus, urbem Dario tradidit. Quam tamè victoriam sibi nimis magno constare sèpè conquestus est, unum sese Zopyram integrum malle asserens, quam viginti cupere Babylonenses. Autor Herod. lib.3.

Zorōändā, Ζωροαῖδη, Locus est circa Taurū montē, ubi Tigris cuniculus abiortus, rursus erumpit. Vide Plin. lib.6. cap.27.

Zoroästræ, Ζωροαῖστρæ, Bactrianorum rex, Astrologia & Magia peritissimus, qui eadem, qua Ninus Assyriorum ex zate floruit, à quo post multa prælia vario eventu corromissa, tandem debellatus esse traditur, & occisus. Hic omniū mortalium unus, teste Plin. lib.7. cap.16, eodē quo natus est die risisse fecit: cerebrumq; ei adeò dicitur palpitasse, ut impotestam repellere manum, futuræ præfigio scientia. Primus enim artes magicas creditur invenisse, ut autor est idem Plin. lib.30. cap.1.

Zöster Atticæ promontorium est, non procul ab Anaphlysto, quæ longissimè in mare excurrens, teste Strabone lib.9.

Z ante V.

Zuchi's, Ζοχη, Oppidum est Africæ, non procul à Syruberæ, quo sit gentile Zuchites, Ζοχητæ, Stephan.

Z ante Y.

Zyganteis, Ζυγαῖται, Populi sunt Aphricæ mediterraneæ, summi fere vicitantes, quorum magna copia apud ipsos giganteus. Plura de iis scribit Herodot. lib.4. Horum civitas Ζυγαῖται, cōmemoratur à Stephan.

Zygj, Vide ZINGI.

Zygina, Ζυγῖνη, Insula in mari rubro, Gentile, Zygénites. Posit Zygénicus, Steph.

Zygopolis, Ζυγόπολη, Ponti urbs in confinio Cappadociæ, non procul à Trapezunte. Autor Strab. lib.12.



BASILEÆ,  
PER SEBASTIANVM  
HENRICPETRI:  
Anno  
SALVTIS HVMANÆ,  
CIO IO XC.  
*Mense Septembri.*











